Universidad de Deusto
Biblioteca

AQVINO

aristoteles

venecia

·1570·

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMÆ

AQVINATIS

Præclariſsima Commentaria,

IN LIBROS ARISTOTELIS PERIHERMENIAS
ET POSTERIORVM ANALYTICORVM,

CVM ANTIQVA TEXTVS TRANSLATIONE, ATQVE ETIAM
noua Ioannis Argyropyli: Itemq; Thomæ Caietani Cardinalis Supplementum
Commentatiorum in reliquum ſecundi libri Perihermenias.

Nuper ex emendatiſſimis exemplaribus diligentiſſimè recognita, Logicæ quoq; totius ſumma nunc addita eſt, ad ſtudioſorum vtilitatem ex eiuſdem D. Thomæ Opuſculis excerpta, Et in Tractatus & Capita diuiſa, iuxta ordinem librorum ab Ariſtotele in Logicis obſeruatum. His præterea index nouus adiectus eſt.



28570

Pertinet ad Bibliothecam Diui Hieronymi Eugubij

VENETIIS,
APVD HIERONYMVM SCOTVM.
M D LXX.

EST. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX IN QVO LECTIONVM ET CAPITVM SVMMÆ,

Quæ in Libris Perihermenias & Posteriorum Aristotelis & Logicæ Tractatibus, qui his nunc additi sunt, continentur.

In Primo Libro Perihermenias.



Lectio Prima. De huius partis ad alios logicæ libros ordine ac necessitate, quę etiam determinanda sint proponitur. fol. 1.
Lect. 2. Ex vocis ac scripturę ad animi affectus cõparatione qualis nam sit vocis impositio, an ex natura an ex hominum arte. 3
Lect. 3. Vocum quædam verum vel falsum significare dicuntur & quæ nam sint. 7
Lect. 4. Ex nominis definitione proposita ac declarata, quædam ab eius ratione se iungit. 10
Lect. 5. Ex verbi definitione quædam ab illius ratione excludit, nec non verbi ad nomen ipsum conuenientia exponitur. 14
Lect. 6. Quid nam ipsa sit oratio declaratur. 20
Lect. 7. Quid sit ipsa enunciatio, quæ inter species orationis perfectior, ac sola logici numeris est, ostenditur, ac declaratur. 23
Lect. 8. Diuiditur enunciatio in enunciationem vnam simpliciter, & in enunciationem plures coniunctione, & quæ nam sint declaratur, enunciatio item vna diuiditur in affirmationem & negationem, id est affirmatiuam & negatiuam, quæ a nominis ac verbi vnitate multipliciter distinguuntur. 125
Lect. 9. Cuicunque affirmationi oppositam esse negationem ostendit, deinde quid nam sit ea, quę secundũ affirmationem & negationẽ est oppositio, declarat. 31
Lect. 10. Ex rerum diuisione per vniuersale & singulare, enũciationum diuisio proponitur in vles ac singulares, & de illarum oppositione contraria agit. Hinc vlium enunciationum & indefinitarum cõparatione proposita de illarum diuersa formatione agitur. 34
Lect. 11. Quæ nã enunciationũ in affirmatione & negatione opponantur cõtradictorie, vel contrarie, qũoq; contrarias non simul veras esse contingit, subcontrarias vero sic, cõtradictoriarum aũt si vna vera sit, reliquã falsam esse oportere, multipliciter declaratur. 41
Lect. 12. Vni affirmationi vnam negationem opponi dicit, hinc proposito eorũ, quæ dicta sunt, epilogo, quæ nam vna sit affirmatio vel negatio enunciationũ docet, non esse item enunciationum vnitatem & oppositionem in æquiuocis attendendũ corrolarie infert. 45
Lect. 13. Veritas & falsitas in oppositis enunciationibus quomodo dissimiliter se habeãt in vniuersalibus vlr, & singularibus de præsenti & de futuro, respectu tam contingentis, quam necessariæ materiæ. 48
Lect. 14. Non omnia ex necessitate euenire declarat, sed quædam contingenter, de cuius contingentiæ radice ab Expositore multa dicuntur. 53
Lect. 15. Ex modo, quo in rebus necessitate, veritas & falsitas reperitur, quomodo in orationibus similiter inspicienda sit docet. 61

In Secundo Libro Perihermenias.

Lectio 1. Distinguũtur enunciationes à parte subiecti, quod est nomen finitum, vel infinitum, tam vlr, quam non vniuersaliter tantum. 64
Lect. 2. Quatuor enunciationum in affirmatione & negatiõe sequela in figura distinguitur ac declaratur. 67
Lect. 3. Enunciatione, in quibus nomen finitum vniuersaliter sumptum subijcitur, præcedentibus de nomine infinito similes vel dissimiles esse ex earum multiplicitate, concludit. Hinc naturam & numerum propositionum ostendit, quæ de tertio sunt adiacẽte, demum adiectiuarũ enunciationũ cõditionus manifestat. 72
Lect. 4. Nonnullæ circa ea, quæ dicta sunt, dubitationes mouentur ac soluuntur. 81
Lect. 5. Proponit multiplicitatem enunciationum iuxta quosdam modos, quibus non vnam, sed plures esse contingit vnam enunciationem. 88
Lect. 6. Cur ad hanc, homo est animal & bipes, hæc, homo est animal bipes sequitur, non autem in omnibus consimilibus talis liceat sequela. 93
Lectio 7. An ex enunciatione habente plura prædicata coniuncta inferre liceat eam, quæ diuisim prædicata continet. 98
Lect. 8. De modalibus dicendum proponitur, an item ipsarum oppositio ex negatione addita verbo, vel potius modo inspicienda sit arguitur, & quod non verbo sit negatio apponenda pro illarum contradictione ostenditur. 104
Lect. 9. Modalium oium contradictionẽ negationẽ non verbo addtã, sed modis additã exigere docetur. 109
Lect. 10. De modalium consequentijs tum ex aliorum, tum ex propria opinione. 113
Lect. 11. An ad illud, quod est, necessarium esse, sequatur id quod est, possibile esse. 122
Lect. 12. Declaratis potentijs, quæ æquiuocæ dicuntur, sumit impossibilis rationem, vt declaret quod nam ex possibilibus necessarium sequatur. 125
Lect. 13. Vt eam absoluat dubitationem, quæ est, quæ nam enunciationes contrariæ magis sibi inuicem esse dicantur, quomodo animi sententiæ contrariæ esse dicantur ostendit. 131
Lect. 14. Quo nam hominum opiniones dicãtur esse cõtrariæ ostenditur, hinc proportionabiliter qũo enunciationum contrarietas sumenda sit docetur. 137

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primo Libro Posteriorum Analyticorum.

Lectio 1. De Logicæ necessitate, librorum diuisione & ordine & huius libri subiecto agit. Hinc omnem cognitionem ex aliqua præexistenti notitia fieri oportere docet. 147
Lect. 2. Eorum, ex quibus ipsa integratur demonstratio, duplicem esse præcognitionem docet, quomodo item & quo ordine ante ipsam conclusionem præcognita sint ostendit. 151
Lect. 3. Conclusionem demonstrationis ante ipsam demonstrationem aliquo modo esse præcognitam, alio vero modo non, ex dubitationis Platonicæ solutione manifestat. 154
Lect. 4. Ex diffinitione scire simpliciter duplicem demonstrationis definitionem ponit. Hinc demonstrationem omnem ex veris, primis, ac necessarijs constare ostendit. 157
Lect. 5. Quid nam sit immediata propositio, & quæ sint immediata demõstrationis principia manifestat. 162
Lectio 6. Principia notiora esse ipsa conclusione, neque quid illis certius esse ostenditur quàm quòd principijs opposita falsa sint. 166
Lect. 7. Duo eliduntur errores, alter illorum, qui nullius esse sciẽtiam opinati sunt, alter eorum, qui omnia per demonstrationem sciri posse existimauerunt. 168
Lect. 8. Quod non contingat circulariter demonstrari tribus rationibus ostenditur. 170
Lect. 9. Demonstrationem esse ex necessarijs ostendit, & quid de omni sit declarat. 174
Lect. 10. Quatuor modi ipsius per se exponuntur. 176
Lect. 11. Quod nam sit prædicatum vniuersale, & quomodo eo vtatur demonstrator aperit. 180
Lect. 12. Modi duo exponuntur, quibus contingit errare in vniuersalis acceptione, deinde metodus traditur ad dignoscendum verum vniuersale. 182
Lect. 13. Demonstrationem esse ex necessarijs, conclusionem item demonstrationis necessariam, & si ex nõ necessarijs sciri posit, syllogizari nihilominus posse ostendit. 187
Lect. 14. Demonstrationis conclusionem per se, & ex his quæ per se insunt esse docet, quomodo item contingentium sint interrogationes & scientiæ, si conclusio per se sit, monstratur. 192
Lect. 15. Demfonem nõ esse ex extraneis ostendit. 194
Lect. 16. Demonstrationem non ex corruptibilibus esse, sed sempiternorum: quomodo item eorum sit, quæ frequenter sunt docet. 197
Lect. 17. Demonstrationem non procedere ex communibus docet, qualis item sit illa scientia, quæ omnium scientiarum principia speculatur ostendit. 200
Lect. 18. Tractandum de principijs esse: quomodo item principia à non principijs & ab inuicem distinguãtur docet: quo pacto etiam cõmunibus & proprijs principijs vtantur declarat. 203
Lect. 19. Quomodo communia principia ab inuicem distinguantur, & quomodo diffinitio a suppositione separatur, quod non item propter demonstrationem necesse sit Ideas ponere demonstrat. 207
Lect. 20. Quomodo primis & communibus principijs scientiæ demonstratiuæ vtantur. 209
Lect. 21. In omnibus demonstratiuis scientijs proprias interrogationes, responsiones, & disputationes esse, quibus vt proprijs principijs vtantur, ostendit. 213
Lect. 22. Et si in demonstratiuis scientijs nonnunquàm interrogationes fiant non propriæ & falsæ, non propterea aliquis committitur in illis paralogismus. 215
Lect. 23. Duplicem differentiam in eadem scientia demonstrationis quia & propter quid ostendens, quomodo demonstratio quia per effectum conuertibilem & non conuertibilem fiat docet. 220
Lect. 24. Naturam demõstrationis quia, quæ est per causam mediatam, exponit. 224
Lect. 25. Vt ostendat quomodo diuersis in scientijs ipsum quia a propter quid se iungitur, quomodo diuersæ scientiæ sumantur declarat: quo pacto item talibus demonstrationibus vtantur exponit. 226
Lect. 26. Figurarum, primam magis aptam ad demonstrationem esse probat qũo: item negatiua propõ mediatam vel immediatam esse contingit exponit. 229
Lect. 27. Distinctã duplici ignorantia, quomodo syllogismo ignorantiæ contingat syllogizari immediata affirmatiua falsa exponit. 233
Lect. 28. Quomodo syllogismo ignorantię syllogizetur immediata negatiua falsa contraria affirmatiuæ immediata tam in prima, quam secunda figura. 237
Lect. 29. Quomodo in syllogismo ignorantiæ syllogizetur tam negatiua falsa mediata, quàm affirmatiua, tã per medium proprium, quàm nõ proprium & extraneum docet. 241
Lectio 30. Natura ignorantiæ simplicis negationis exponitur. 246
Lect. 31. Ex terminis, qui assumuntur in demonstratione, maiori videlicet, minori extremitatibus, & medio tam in non negatiuis, quàm affirmatiuis processum in infinitum fit, inquirit. 248
Lect. 32. Quemadmodum est status in affirmatiuis demonstrationibus ita in negatiuis esse ostendit respectu tam mediorum, quàm extremorum. 253
Lect. 33. Quædam de prædicatis diffinitiones siue suppositiones exponit, ex quibus in affirmatiuis non esse processum in infinitum probare intendit. 258
Lect. 34. In prędicatis quocunque modo neque sursum, neque in deorsum esse processum in infinitum dialectice probat. 263
Lect. 35. In quibuscunque per se prædicatis, quibus demonstratiuæ scientiæ vtuntur, non esse processum in infinitum, demonstratiue probat. 268
Lect. 36. In omnibus, quæ de vno seu pluribus prædicantur, esse aliquod primum ostendit: quomodo item in omnibus figuris primis propositionibus sit vtendum docet. 272
Lect. 37. Tres apparentes rationes soluit, quibus demõnem particularem vti potioré esse ostendebatur. 277
Lect. 38. Septem rationibus probat vniuersalem demõstrationem potiorem esse particulari. 282
Lect. 39. Quinque rationibus ostenditur affirmatiuam demonstrationem potiorem esse negatiua. 287
Lect. 40. Ex natura demonstrationis ostensiuæ, & deducentis ad impossibile ostensiuam potiorem esse ea, quæ ducit ad impossibile ostenditur. 291
Lect. 41. Modos tres exponit, quibus comparantur sciẽtiæ in certitudine. Hinc de vnitate & diuersitate scientiarum tractet, quomodo item vna conclusio ex pluribus principijs possit probari docet. 293
Lect. 42. Eorum, quæ sunt a Fortuna, vel per sensum cognoscunt, nõ esse sciam docet quã distingui necessario a sensu ostenditur, licet ad ipsam ordinẽ habeat. 299
Lectio 43. Non esse eadem principia omnium syllogismorum tam proprijs quàm cõmunibus rationibus ostendit. 303
Lectio 44. Quomodo scientia ad opinionem, cæterosq; intellectualis habitus comparetur. 309

In secundo Libro Posteriorum.

Lectio prima. Quatuor eorum, quæ scimus quęstiones esse, quæ omnes ipsius medij esse ostenditur. 316
Lect. 2. Vtrum omnium, quorum est demonstratio, sit diffinitio, & èconuerso, & vtrum alicuius eiusdem sit diffinitio & demonstratio. 322
Lect. 3. Quod quid est, seu significatum diffinitionis demonstrari minime posse ostendit. 327
Lect. 4. Diffinitionem ipsam non posse per viam diuisionis demonstrari ostenditur. 331
Lect. 5. Ex duobus modis ex his, quæ ad quodquid est exiguntur, ipsum demonstrari minime posse ostendi tur. 334
Lect. 6. Ex communibus idem quod supra ratiocinatur. Diffinitionem item esse nominis quidditatem tribus rationibus ostendit. 338
Lect. 7. Nonnunquàm ipsum quod quideſt demonstrationem ostendi posse demonstrat. 342
Lect. 8. Non in omnibus posse quod quid est demonstratione ostendi: quomodo item definito demonstrationem ipsam respiciat exemplis manifestat. 347
Lect. 9. Quo nam modo demonstrari contingat ex quatuor generibus causarum. 351
Lect. 10. Quomodo demonstrari contingat aliquid ex causis, quæ simul sunt, & nõ sunt cum suis effectibus, exponit: quomodo item à priori ipsum posterius non syllogizetur docet. 358
Lect. 11. Factum esse non continuum esse ipsi fieri, nec alio facto esse ostendit, quanquam etiam in vno fieri infinita facta esse intelligantur, sumendum tamen esse in his medium aliquod docet. 362
Lect. 12. Quomodo in his, quæ circulariter & vt frequẽter fiunt propter quid & medium sumendum sit docet præmissa eorum, quæ fiunt, diuisione. 365
Lect. 13. Diffinitionem substantialem ex his, quæ semper insunt constare, quorum quodlibet in plus, & nõ tamen extra genus, & tot quousque omnia non sint in plus. 368
Lect. 14. Modus venandi quod quid est ponens, an diuisiuo vtatur processu ostendit, cum ipsum reprobauerit, ordinẽ itẽ particularis diffinitionis docet. 371
Lectio 15. Non oportere diffinientem ac diuidentem omnia scire ostenditur, quæ item obseruari oporteat diffinientem. 374
Lect. 16. Verus venandi quod quid est modus exponitur, diffinitionem item vti metaphoris nequaquam conuenire ostenditur. 378
Lect. 17. Quomodo inuestigari oporteat ipsum propter quid tribus quasi regulis docet. 381
Lect. 18. An causa & effectus simul sint & non sint inquirit. 384
Lect. 19. An ad vnitatem causæ vnitas effectus sequatur & econuerso. 388
Lectio 20. Quomodo prima, ac communia demonstrationis principia à nobis cognoscantur determinat. 392

CAPITA TRACTATVM Qui huic libro nuper additi sunt.

De Prædicabilibus.

CAput Primum. Quid sit vniuersale & quomodo originetur. fol. 399
Cap. 2. Quid sit genus & vnde originem habeat. 400
Cap. 3. Quid sit species, & vnde sumat originem. 402
Cap. 4. De origine differentiæ, & quid ipsa sit secundum rem & intentionem. 403
Cap. 5. De genere Generalissimo & subalterno, & quod ens non potest esse genus. 405
Cap. 6. De origine proprij, & quomodo inest omni individuo speciei & semper. 407
Cap. 7. Quod proprium inest soli speciei & conuersim de ipsa prædicatur. 408
Cap. 8. De origine Accidentis, & diuisione ipsius. 409

De Pradicamento substantiæ.

CAp. 1. De diuersis modis prædicandi. 411
Cap. 2. Quid sit substantia secundum intentionem logicam. 413
Cap. 3. De prima & secunda substantia quid sint, & de ordine substantiæ. 415
Cap. 4. Quod substantia non suscipit contrarietatem, nec magis & minus, licet sit subiectum vtriusque per sui mutationem. 416

De Prædicamento quantitatis.

CAp. 1. De numero, qui est quãtitas discreta. 419
Cap. 2. De secunda specie quantitatis discretæ scilicet de oratione. 421
Cap. 3. De quantitate continua in communi secundum logicam intentionem. 422
Cap. 4. De quantitate habente positionem, & de requisitis ad ipsam. 422
Cap. 5. De speciebus quantitatis continuæ, & primo de linea. 423
Cap. 6. De loco, qui est species quantitatis cõtinuę. 424
Cap. 7. De tempore, qũo est quantitas successiua. 424
Cap. 8. Quod quantitas non suscipit magis nec minus nec habeat contrarietatem, sed secũdum eam aliquid dicitur æquale, vel inæquale alteri. 425

De Prædicamento qualitatis.

CAp. 1. Quid sit qualitas in genere. 427
Cap. 2. De prima specie qualitatis, quę est Habitus & Dispositio. 427
Cap. 3. De secunda specie qualitatis, quæ est naturalis potentia, vel impotentia. 428
Cap. 4. De tertia specie qualitatis, quæ est passio, vel possibilis qualitas. 429
Cap. 5. De quarta specie qualitatis, quę est forma, & circa aliquid constans figura. 429
Cap. 6. De quali & conditionibus eiusdem ex tribus modis eius. 430

Cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 7. De communitatibus & proprietatibus qualitatis. 431

De Prædicamento Ad aliquid.

CAp. 1. Quid sit Ad aliquid secundum intentionem logicam. fol. 431
Cap. 2. De secunda diffinitione relatiuorum, quę conuenit relatiuis secūdum esse,& realibus. 432
Cap. 3. Quod relatio differt a suo fundamento realitate extrinseca solum. 433
Cap. 4. Quomodo, & quæ nam relationes sumuntur a fundamentis. 433
Cap. 5. De cōitatibus & proprietatibus relatiuorū. 434

De Pradicamento Actionis.

CAp. 1. Quid sit actio secundum rationem prædicamentalem iuxta vtranque opinionem. 436
Cap. 2. Quæ actio suscipit magis & minus & contrarietatem,& quæ non. 437
Cap. 3. Quod proprium actionis est ex se inferre passionem. 437

De Prædicamento Passionis.

CAp. 1. Quid sit passio formaliter vt est prædicamentum. 438
Cap. 2. Quod denominatio passionis est formaliter ab extrinseco. 458

De Prædicamento Quando.

CAp. 1. De prædicamento Quando quid sit, quia est tempus vt denominat temporale, seu respectus temporalia, quę mensurat. 439
Cap. 2. Quod quando non est respectus rei mensuratæ ad tempus, sed econuerso. 440
Cap. 3. Quod quando non suscipit magis nec minus, nec habet contrarium, & quod quando est in omni, eo quod incipit esse. 441

De Prædicamento Vbi.

CAp. 1. De Prædicamento vbi quid sit formaliter,& in quo sit subiective. 442
Cap. 2. Quod vbi non suscipit magis nec minus, nec habet contrarietatem,& quod est in omni corpore terminato superficie. 443

De Prædicamento Situs.

CAp. 1. De Prædicamento situs an ad aliquid sit secundum rationem formalem. 444
Cap. 2. Quod positio est dominatio seu respectus sumptus a partibus loci rōne partium locati. 445
Cap. 3. Quod situs non suscipit magis nec minus, nec habet contrarietatem, & quod proprium eius est proximæ assistere substantiæ. 446

Da Prædicamento Habitus.

CAp. 1. De habitu secundum quod est prædicamentum quid sit formaliter. 446
Cap. 2. Quod habitus potest immediate fundari in substantia. 447
Cap. 3. Quod habitus suscipit magis & minus, licet non omnis,& quod habitus non habet contrarietatē. 448
Cap. 4. Quod proprium habitus est existere tam in cōrpore, quàm in his quæ circa corpus sunt secundum diuisionem partium. 449

In tractatu de Interpretatione.

CAp. 1. De Nomine quid sit secundum intentionem logicam. 450
Cap. 2. De verbo quid sit formaliter secnndum descriptionem logicam. 452
Cap. 3. De oratione quid sit,& de speciebus eius. 453
Cap. 4. De enunciatione quid sit, & quid est verum & Falsum. 454
Cap. 5. Quod veritas & falsitas sunt tantum in enunciatione & quare. 455
Cap. 6. De enunciatione cathegorica & hypotetica, affirmatiua & negatiua. 456
Cap. 7. De quantitate propositionum cathegoricarum de inesse, scilicet de vniuersali, particulari, Indefinita & singulari. 458
Cap. 8. De oppositione propositionum cathegoricarū existentium in figura quantum ad enunciationes de inesse. 459
Cap. 9. De Aequipollentijs enunciationum cathegoricarum de inesse. 461
Cap. 10. Quomodo enunciationes cathegoricæ de inesse sitæ in figura se habēt ad veritatē & falsitatē. 463
Cap. 11. Quid sit propositio modalis,& de eius quantitate. 464
Cap. 12. De qualitate propositionum modalium ad affirmationem & negationem. 465
Cap. 13. De oppositione & æquipollentia enunciationum modalium. 466
Cap. 14. De enunciatione hypothetica & de tribus speciebus eius. 468

In tractatu Primo De syllogismo simpliciter.

CAp. 1. Quid sit syllogismus,& quę ad ipsum requiruntur constituendo. 470
Cap. 2. De conuersione propositionum de inesse,& de speciebus eius. 471
Cap. 3. De conuersionibus propositionum modalium & differenti modo earum. 473
Cap. 4. De syllogismis ostensiuis de inesse quo ad modum & figuram. 475
Cap. 5. De syllogismis inutilibus in omni figura. 477
Cap. 6. De syllogismis primæ figuræ directe concludentibus,& de syllogismis secundæ figuræ. 479
Cap. 7 De syllogismis tertiæ figuræ, & de reductione omnium syllogismorum ad duos primos modos primæ figuræ. 481
Cap. 8. De syllogismis indirecte concludentibus, & de reductione ipsorum. 482
Cap. 9. De inuentione medij termini in syllogismis omnium figuratū tam affirmatiuis, quam negatiuis. 484
Cap. 10. De differentia syllogismi ad impossibile ab ostensiuo. 486
Cap. 11. De syllogismis ad impossibile in quibus modis, in quibusq; figuris fiant. 486
Cap. 12. De syllogismis ad impossibile qualiter reducuntur ad syllogismos ostensiuos. 488
Cap. 13. De syllogismis modalibus quantum ad propositiones de Necessario. 490
Cap. 14. De syllogismis mis contingentibus. 491
Cap. 15. De mixtione contingentis & necessarij in tribus figuris syllogismorum. 494
Cap. 16. De syllogismis conditionalibus ex propositionibus simplicibus. 495
Cap. 17. De syllogismis conditionalibus ex propositionibus hypotheticis compositis. 496
Cap. 18. De syllogismismis disiunctiuis & de propositionibus reduplicatiuis, & de conuersione per comparationem. 498

In tractatu secundo de syllogismo simpticiter.

CAp. 1. De Natura syllogismorum de inesse & eius regulis. 500
Cap. 2. Sylforum modaliū nonnullę regulę. 540

In tractatu de syllogismo demonstratiuo.

CAp. 1. De syllogismo demōstratiuo quid sit. 506
Cap. 2. Quid sit dici de omni, per se primo, seu vniuersaliter. 506
Cap. 3. Quod demonstratio procedit ex veris & necessarijs. 507
Cap. 4. Quod demonstratio procedit ex præmissis, in quibus est per se, non per accidens. 508
Cap. 5. Quod demonstratio procedit ex primis & immediatis. 509
Cap. 6. Quod demonstratio procedit ex propris & non ex Extraneis, nec ex communibus. 510
Cap. 7. Quod demōstratio procedit ex per se notis. 512
Cap. 8. Quod demonstratio procedit ex causis conclusionis. 513
Cap. 9. Quod demonstratio potissima affirmatiua fit solum in prima figura,& in primo modo eius. 514
Cap. 10. Quod demonstratio potissima negatiua debet fieri in secundo modo secundæ figuræ. 515
Cap. 11. Quod demonstratio quia procedit ab effectu ad causam, vel à causis remotis ad effectum. 516
Cap. 12. Quod in demonstratione aliqua sunt præcognita ante conclusionem, & aliqua sunt cognita postquam demonstrata est. 517
Cap. 13. Quōd scientię, quæ est per causam & quæ dicit formam, est certior quàm illam, quæ dicit effectū, & quæ dicit materiam. 519
Cap. 14. Quōd vnitas formalis scientiæ sumitur ab vnitate formali subiecti secūdum rationem scibilis. 520

In tractatu de Fallacijs.

CAp. 1. De diuersis ratiocinandi modis agit. 521
Cap. 2. Quid nam sit ipsa disputatio ostēdit. 522
Cap. 3. Quot nam & quæ sint disputationis species. 522
Cap. 4. Quis nam sit sophisticę disputationis finis. 523
Cap. 5. Metæ Quinque sophisticæ argumentationis finis, videlicet, Redargutio, Falsum, Inopinabile, Solœcismus, Negatio, exponuntur. 523
Cap. 6. Quas scientias ista inconuenientia respiciant. 523
Cap. 7. Argumentatio sophistica quod in aliquo fundetur, sicut & dialectica,& in quo ostenditur. 524
Cap. 8. Loci sophistici quot nam sint tam in dictione quàm extra. 525
Cap. 9. De fallacia æquiuocationis, & eius tribus modis. 525
Cap. 10. De Fallacia Amphibologiæ. 526
Cap. 11. De Fallacia compositionis & diuisionis. 527
Cap. 12. De Primo modo fallaciæ compositionis & diuisionis. 528
Cap. 13. De Secundo modo. 529
Cap. 14. De Tertio modo. 530
Cap. 15. De fallacia accentus,& eius tribus modis. 523
Cap. 16. De Figura dictionis,& in tribus modis. 524
Cap. 17. Quæ nam & quot sint extra dictionem fallaciæ. 532
Cap. 18. De fallacia Accidentis in quo nā consitat. 532
Cap. 19. De Tribus modis fallaciæ accidentis. 536
Cap. 20. In aliquo syllogismo esse duas fallacias ostendit. 535
Cap. 21. Quid sit fallacia ſm quid & simpliciter. 535
Cap. 22. Quinque modi fallaciæ secundum quid & simpliciter exponuntur. 535
Cap. 23. De fallacia secundum ignorantiā elenchi. 536
Cap. 24. Quatuor modi fallaciæ secundum ignorantiā elenchi exponuntur. 537
Cap. 25. De fallacia petitionis principij. 537
Cap. 26. In quo consistit consequenti fallacia,& quo nā ab accidentis fallacia distinguatur. 518
Cap. 27. De duobus modis fallaciæ consequentis. 539
Cap. 28. De fallacia secundū non causam vt causam. 540
Cap. 29. De fallacia secundum plures interrogationes vt vnam quid sit. 540
Cap. 30. De duobus modis huius fallaciæ. 542

Primi Indicis Lectionum & Capitum Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBRORVM NOMINA QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Perihermenias Liber Primus cum S. Thomæ commentarijs. folio.1.
Perihermenias Liber Secundus cum eiusdem comment. 64
Thomæ Caietani commentarium in reliquum secundi Libri Perihermenias. fol. 72
Posteriorum Liber Primus cum S. Thomæ commenta. 147
Posteriorum Liber Secundus cum eiusdem commenta. 316

TRACTATVS LOGICÆ S. THOMÆ HIS ADDITI.

De Prædicabilibus Tractatus. fol. 399
De Prædicamento Substantiæ Tractatus Primus. 411
De Prædicamento Quantitatis Tractatus Secundus. 419
De Prædicamento Qualitatis Tractatus Tertius. 427
De Prædicamento Ad aliquid Tractatus Quartus. 431
De Sex Principijs & Actionis Prædicamento Tractatus Primus. 434
De Prædicamento Passionis Tractatus Secundus. 438
De Prædicamento Quando Tractatus Tertius. 439
De Prædicamento Vbi Tractatus Quartus. 442
De Prædicamento situs Tractatus Quintus. 444
De Prædicamento Habitus Tractatus Sextus. 446
De Enunciatione Tractatus. 450
De syllogismo simpliciter Tractatus Primus. 470
De syllogismo simpliciter Tractatus Secundus. 500
De syllogismo Demonstratiuo Tractatus. 505
De syllogismo sophistico, seu Fallacijs Tractatus. 521

ARISTO-

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS, PERIHERMENIAS, LIBER PRIMVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis Præclarissimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

De huius partis ac alios logicæ libros ordine, ac necessitate, quæ etiam determinanda sint proponuntur.

Ioannis Argyropoli translatio.

PRimo definire oportet quid nam sit nomen, & quid verbum, deinde quid Negatio, quid Affirmatio, quid Enunciatio, quid deinde Oratio sit.

Antiqua translatio.



PRIMVM oportet constituere quid sit nomen, & quid sit verbum, postea quid negatio, Affirmatio, & Enunciatio, & Oratio.

SIcut dicit philosophus in Tertio de Anima, duplex est operatio intellectus. Vna quidem, quę dicitur indiuisibiliū intelligētia, per quā. s. apprehendit essentiam vniuscuiusq; rei in seipsa. Alia est operatio intellectus. s. cōponentis, & diuidētis. Additur aūt & tertia operatio. s. ratiocinandi, ſm q̄ ratio procedit à notis ad inquisitionem ignotorū. Harum autem operationum prima ordinatur ad secundā, quia non potest esse cōpositio, & diuisio, nisi simpliciū apprehensorū. secunda vero ordinatur ad tertiam, quia videlicet oportet q̄ aliquo vero cognitio, cui intellectus assentiat, procedatur ad certitudinē accipiendā de quibus ignotis. Cum autē Logica dicatur rationalis scientia, necesse est q̄ eius cōsideratio versetur circa ea, quæ pertinent ad tres predictas operationes rationis. De his igitur quę pertinent ad primam operationē intellectus. s. de his, quę simplici intellectu concipiuntur, determinauit Arist. in libro Prædicamentorum. De his vero, quę pertinent ad secundā operationē. s. de enūciatione affirmatiua, & negatiua, determinauit Philosophos in libro Perihermenias. De his vero, quæ pertinēt ad tertiā operationē, determinauit in libro Priorū, & in consequentibus, in quibus arguitus de syllogismo simpliciter & de diuersis syllogismorū & argumētationū spēbus, quibus ratio de vno procedit ad aliud. Et ideo ſm prædictū ordinem triū operationū, liber Prędicamentorū ordinatur ad librū Perihermenias, qui ordinatur ad librū Priorū, & sequētes. Dicitur ergo liber iste qui prę manibus habetur. Prihermenias, quasi de Interpretatione. Dicitur aūt Interpretatio ſm Boethū, vox significatiua, quæ per se aliquid significat, siue sit cōplexa, siue incomplexa. Vnde coniunctiones, & præpositiones & alia huiusmodi, nō dicuntur interpretationes, quia nō

per se aliquid significāt. Similiter etiā voces significātes naturaliter nō ex ꝓpositio, aut cū imaginatione aliquid significādi, sicut voces brutorū animaliū, interpretet o nes dici nō possunt. Quid. n. interpretatur aliquid, expo nere intendit. Et ideo sola nomina, & verba & orationes dicuntur interpretationes, de quibus in hoc libro determinātur. Sed tn̄ nomen, & verbū magis interpretationis principia esse videtur, quā interpretationes. Ille. n. interpretari vidētur, qui exponit aliquid esse verū vel falsum. Et ideo sola oratio enunciatiua, in qua verū, vel falsum inuenitur, interpretatio vocatur. Cęterę vero orationes, vt optatiua, & imperatiua, magis ordinant ad exprimendum affectum q̄ ad interpretandū id, quod in intellectu habeē. Intitulatur ergo liber iste de Interpretatione, ac si diceret de enunciatiua oīone, in qua verū, vel falsum inuenitur. Non aūt hic agit de nomine, & verbo, nisi inquantū sunt partes enunciationis. Est. n. propriū vniuscuiusq; scięti̇æ partes subiecti tradere, sicut & passiones. Patet igitur ad quam partē philosophiæ pertineat liber istę, & quę sit necessitas istius, & quē ordinē retineat inter Logicæ libros, Prę mittit aūt huic operi Philosophus prooemiū, in quo sigillatim exponit ea, quę in hoc libro sunt tractanda. Et quia oīs scientia præmittit ea, quæ de principijs sunt, partes aūt cōpositorū sunt eorū principia, ideo oportet intēdēti tractare de enunciatione, præmittere de partibus eius. Vnde dicit ꝓmū oportet cōstituere, &c. ꝓ. i. definire ꝓquid sit nomē, & quid verbū ꝓ in grēco habetur, Primū oportet poni, & idem signāt. Quia. n. demonstrationes definitiones præsupponuntur, ex quibus cōcludunt, merito dicuntur propositiones. Et ideo præmittunt hic solæ definitiones eorū, de q̄bus agendū est, quia ex definitionibus alia capiamus consequenter.

Interpræt. quæ.

Interpręt. propriè.

Dē no. & verbo quomodo.

Sciętiæ proprium.

Præmit. in hac scientia prooemiū.

Si quis aūt quærat, cū in libro Prędicamētorū de simplicibus dictū sit, quæ sit necesitas, vt hic rursum de nomine, & verbo, determinaretur, ad hoc dicendū, q̄ simplicium dictionū triplex potest esse cō sideratio. Vna qui dē ſm q̄ absolute significant simplices intellectus, & sic earū cōsideratio pertinet ad librū Prædicamētorū. Alio modo ſm rōnem, prout sunt partes enunciationis & sic determinat de eis in hoc lib. & ideo traduntur sub rōne nominis, & verbi, & de quorum ratione est q̄ significēt aliquid cū tępore, vel sine tępore, & alia huiusmodi, quæ pertinēt ad rōnem dictionū, ſm q̄ cōstituunt enunciationē. Tertio cōsiderantur ſm q̄ ex eis cōstituitur ordo syllogisticus, & sic determinatur de eis sub rōne terminorū in libro Primū. Potest iterū dubitari, quare prætermisis alijs orationis partibus, de solo nomine, & verbo determinat. Ad q̄ dicendū est q̄ quia de simplici oratione determinare intēdi, sufficiat vt solas partes enūciationis pertractet, ex quibus ex necessitate simplex oratio constat. potest autem ex solo nomine. & verbo, simplex enūciatio fieri, non autē ex alijs orationis partibus, sine his, & ideo sufficiens ei fuit de his duabus determinare.

Quæstio Responsio Simplicium dic consid. Prima.

Secunda.

Tertia.

Vel potest dici, q̄ sola nomina, & verba sunt principales orationis partes. Sub nominibus enim comprehenduntur pronomina, quę, etsi non nominant naturam, per sonam tamen determinant, & ideo loco nominum ponuntur. sub verbo vero participium, quod consignificat tempus, quamuis & cum nomine cōuenientiam habeat. Alia vero sunt magis colligationes partium orationis, significātes habitudinem vnius ad aliam, quàm orationis partes, sicut clau, & alia huiusmodi, non sunt partes nauis, sed partium nauis coniunctiones. His igitur præmissis, quasi principijs, subiungit de his, quæ pertinent ad

Alia respō. Orationis partes pri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expositio 1. principalem intentionē,dicens. {Postea quid negatio,& quid affirmatio} quæ sunt enunciationis partes,non quidem integrales, sicut,nomen,& verbum,alioquin oporteret nomen enunciationē ex affirmatione, & negatione cōpositam nomē est,vel verbum, sed partes subiectiuas, id est specie. Quæstio. Quod quidem nunc supponatur, posterius autem manifestabitur.Sed potest dubitari,cū enunciatio diuiditur in cahathegoricā, & hypotheticā, quare de his non facit mentionem, sicut de affirmatione,& negatione. Et potest dici ꝙ hypotetica enunciatio ex pluribus categoricis componitur. Vnde non differūt nisi f̄m differentiam vnius & multi. Vel potest dici,& melius,ꝙ hypotetica enunciatio non continet absolutam veritatē, cuius cognitio requiritur in demonstratione,ad quā lib. iste principaliter ordinatur.sed significat aliquid verum esse ex suppositione, quod nō sufficit in scientijs demonstratiuis, confirmetur per absolutam veritatē simplicis enūciationis.Et ideo Arist.prętermisit tractatum de hypotheticis enunciationibus,& syllogismus. Subdit autē {& enunciatio} quæ est genus affirmationis, & negationis.{& oratio.} quæ est genus enunciationis. Siquis vltrius quærat, quare non facit vltrius mentionē de voce. Dicendum,ꝙ vox est quoddam naturale,vnde pertinet ad considerationē Naturalis philosophiæ,vt patet in Secūdo de Anima,& in vltimo de Generatione animaliū. Vnde etiā non est proprie orationis genus,sed assumitur ad constitutionē orationis,sicut res naturales ac constitutionem artificialium. Videtur autem ordo enunciationis esse præposterus,nam affirmatio naturaliter est prior negatione,& ijs prior est enūciatio,sicut genus & per cōsequens oratio enunciatione.Sed dicēdum,ꝙ,quia a partibus incæperat enumerare, procedit à partibus ad totū. Negationem autē,quæ diuisionem cōtinet, eadem ratione præponit affirmationi,quę consistit in compositione, quia diuisio magis accedit ad partes, compositio vero magis accedit ad totum. Vel potest dici secūdum quosdam,ꝙ præmittitur negatio,quia in ijs,quæ possunt esse, & non esse, in plus est non esse, quod significat negatio, quam esse,quod significat affirmatio. Sed tamen, quia sunt species ex æquo diuiduntes genus, sunt simul natura:vnde non refert quod eorum præponatur.

Cur Aristo. Prętermi. de enunc. & fyllo. hypo. Quæstio. Resp̄sio tex. cōmen. 87. cap. 7.

Resp̄sio. 1.

Secunda.

Tertia.

LECTIO II.

Ex vocis ac scripturæ ad animi affectus comparatione, qualis nam sit vocis impositio, an ex natura,an ex hominum arte.

ARGY. *Ea igitur,quæ in voce consistunt, signa sunt affectuum qui in anima sunt, & ea, quæ scribuntur, notæ sunt eorum,quæ in voce consistunt.*

ANTI. *Sicut ergo ea,quæ sunt in voce,earum, quæ sunt anima,passionum notæ, & ea, quæ scribuntur, eorum quæ sunt in voce.*

Lect. 4

Præmisso proœmio Philosophes accedit ad propositum exequendum.Et quia ea,de quibus promiserat se dicturum,sunt voces significatiuæ,complexe, vel incomplexe,ideo præmittit tractatum de Significatione vocū & deinde de vocibus significatiuis determinat, de quibus in proœmio sed dicturū promiserat.Et hoc ibi{Nomen ergo est vox significatiua,&c.}Circa primum duo facit.Primo determinat qualis sit significatio vocum,Secundo ostendit differentiam significationū vocum complexarum,ibi {Est autem quemadmodum, &c.} Circa primum duo facit.Primo quidem præmittit ordinem significationis vocum.Secundo ostēdit, qualis sit vocum significatio,vtrum sit ex natura, vel ex impositione, ibi {Et quemadmodum nec literæ,&c. Est ergo cōsideran-

Lect. 5.

Notandū 1.

Passio ex quo.

dum,ꝙ circa primū tria præponit,ex quorum vno intelligitur quartum. Proponit.n.scripturam, voces,& animę passiones,ex quibus intelliguntur res. Nam passio est ex impressione alicuius agentis, & sic passiones animæ originem habent ab ipsis rebus. Et siquidem homo esset naturaliter animal solitarium,sufficerent sibi animę passiones,quibus ipsis rebus cōformaretur,vt earum notitiam in se haberet,sed quia homo est animal naturaliter politicum,& sociale,necesse fuit ꝙ conceptiones vnius hominis innotescerent alijs,quod fit per vocem & ideo necesse fuit esse voces significatiuas,ad hoc ꝙ hominis inuicē conuenirent.Vñ illi,qui sunt diuersarū linguarū,nō possunt bene cōuenire ad inuicē.Rursum si homo vteretur sola cognitione sensitiua,quæ respicit hic,& nunc, sufficeret sibi ad conuiuendū alijs vox significatiua, sicut & cæteris animalibus,quæ per quasdam voces, suas conceptiones inuicē sibi manifestāt,sed,quia homo vtitur etiā intellectuali cognitione,quę abstrahit ab hic & nūc,consequitur ipsum solicitudo non solum de prę sentibus f̄m locū,& tempus,sed etiā de his,quæ distant loco,& futura sunt tpe.Vnde,vt homo conceptiones suas etiam his,qui distant secundum locū,& his, qui venturi sunt in futuro tēpore,manifestat,necessarius fuit vsus scripturæ,Sed ꝙ Logica ordinatur ad cognitionem de rebus sumendam, significatio vocum,quæ est immediata ipsis conceptionibus intellectus, pertinet ad principalem considerationē ipsius,significatio autē literarū, tanquā magis remota non pertinet ad eius considerationē,sed magis ad considerationem,grāmatici.Et ideo exponēs ordinē significationum nō incipit à literis,sed à vocibus,quarum primo significationem exponens,dicit. {Sunt ergo ea,quæ sunt in voce, notæ}.i. signa earum passionū, quæ sunt in anima.Dicit autē {ergo} quasi ex promissis cōcludens,quia supra dixerat determinandū esse de Nomine, & Verbo, & alijs prædictis,hæc autē sunt voces significatiuę,ergo oportet vocum significationū exponere. Vtitur autem hoc modo loquendi,vt dicat ea quæ sunt in voce,& non voces,vt quasi continuatim loquatur cū prædictis. Dixerat.n.dicendum esse de nomine,& verbo, & alijs huiusmodi.Hæc autē tripliciter habent esse, Vno quidem modo,in cōceptione intellectus, Alio modo, in prolatione vocis, Tertio modo,in conscriptione literarum. Dicit ergo, {ea quæ sunt in voce,&c.} ac si dicat,nomina,& verba,& alia consequentia,quæ tantū sunt in voce,sunt notę.Vel quia non omnes voces sunt significatiuę,& earum quædam sunt significatiuæ naturaliter,quæ longe sunt à ratione nominis,& verbi,& aliorum consequentium, vt appropriet suum dictum ad ea,de quibus intendit. ideo dicit ea,quę sunt in voce,idest quę continentur sub voce sicut partes sub toto.Vel quia vox est quoddam naturale, nomen autem, & verbum significant ex institutione humana,quę aduenit rei naturali sicut materię,vt forma lecti ligno, ideo ad designādum nomine & verba,& alia consequentia,dicit ea,quę sunt in voce, ac si de lecto diceretur,ea quæ sunt in ligno. Circa id autem,quod dicit earū,quæ sunt in anima passionum, considerandum est, ꝙ passiones animæ communiter dici solent appetitus sensibilis affectiones,sicut ira,gaudium, & alia huiusmodi, vt dicitur in secūdo Ethicorum. Et verum est ꝙ huiusmodi passiones significant naturaliter quādā voces hominum,vt gemitus infirmorum, & aliorum animalium vt dicitur in Primo Policitæ.Sed nunc sermo est de vocibus significatiuis ex institutione humana,& ideo oportet passiones animę hic intelligere intellectus cōceptiones,

Vocis sig. necessitas.

Script. significatas.

Finis Lect.

Vox est naturale.

Notandū Lect. 5. & 6.

Per passiones animę quid intelligendum.

nes,quas nomina,& verba, & orationes significāt immediate, secundum sententiam Arist. Non enim potest esse ꝙ significent immediate ipsas res, vt ex ipso modo signi ficandi appareat. significat enim hoc nomen homo naturam humanam in abstractione à singularibus. Vnde non potest esse, quōd significet hoīem immediate singularē, vt Platonici posuerat,ꝙ significaret ipsam ideam hominis separatā. Sed quia hoc secūdum suam abstractionem non subsistit realiter f̄m sententiam Arist. sed est in solo intellectu,ideo necesse fuit Arist. dicere, ꝙ voces significant intellectus conceptiones immediate,& eis mediantibus res. Sed quia non est consuetum quōd cōceptiones intellectus Aristo,nominet passiones, ideo Andronicus posuit hunc librum non esse Aristo.Sed manifeste inuenitur in Primo de Anima,ꝙ passiones animę vocat omnes animę operationes.Vnde,& ipsa cōceptio intellectus passio dici potest.Vel quia intelligere nostrū non est sine phantasmate,quod non est sine corporali passione.Vnde & immaginatiuam Philosophus. Tertio de Anima vocat passiuum intellectum.Vel quia extēto nomine passionis ad omnem receptionem,etiam ipsum intelligere intellectus possibilis quoddam pati est,vt dicitur in Tertio de Anima. Vtitur autem potius nomine passiuum,quam intellectum,tum quia ex aliqua animæ passiones prouenit puta quōd ex amore,vel odio,vt homo interiorē conceptum per vocem alteri significari velit, tum etiam, quia significatio vocum refertur ad cōceptionem intellectus f̄m quōd oritur à rebus per modum cuiusdam impressionis,vel passionis.Secundo cum dicit{Et ea,quæ scribuntur} agit de significatione scripturæ, & secundū Alex. hoc inducit ad manifestū præcedentem sententiam per modum similitudinis vt sit sensus.Ita ea,quæ sunt in voce sunt signa passiones animæ, sicut & literæ sunt signa vocis. Quod etiam manifestat per sequentia, cum dicit, {Et quemadmodum nec literę.} inducens hoc quasi signum præcedentis.Quōd enim literæ significēt voces,signaturper hoc,quōd sicut sunt diuerlæ voces apud diuersos,ita diuerlæ literæ.Et f̄m hanc expositionem ideo non dixit, & literæ eorum,quæ sunt in voce, sed ea,quæ scribuntur,quia dicuntur litere etiā in prolatione, & scriptura,quamuis magis proprie,f̄m ꝙ sunt in scriptura,dicantur literę,secūdum autē quōd sunt in prolatione dicantur elementa vocis.Sed quia Arist.non dicit sicut ea quę scribuntur, sed continuam narrationem facit,melius est vt dicatur sicut Porphyrius exposuit,quōd Ar.procedit vlterius ad complendum ordinem significationis.Postquam.n.dixerat quōd nomina, & verba, quæ sunt signa earum,quæ sunt in anima,continuam subdit,quōd nomina,& verba, quæ scribuntur,signa sunt eorum nominū, & verborum,quæ sunt in voce. Deinde eum dicit.

Androni. Lec. 2. tex. cōm. 12.

Lec. to. tex. cōm. 30. & Lect. & 10. Exc. 2. c. 2.

Voc. sign. quomodo ref. ad intc. Alexan.

Exposit. parti. tex.

Nominis ver. tripl. esse.

ARGY. *Atque vti non eadem sunt apud omnes homines literæ, sic neque voces eędem sunt.*

ANTI. *Et quemadmodum nec literæ eadem omnibus,sic nec eædem voces.*

Significatio literarum & vo. qualis.

Ostendit differentiam præmissiorum significantium & significatorum, quantum ad hoc quod est esse f̄m naturam,vel non esse.Et circa hoc duo facit. Primo.n.ponit quoddam signū, quo manifestatur ꝙ nec voces, nec literæ naturaliter significant. Et enim quæ naturaliter significant,sunt eadem apud omnes.Significatio autem literarum, & vocem, de quibus nunc agimus,non est eadem apud omnes.Sed hoc quidem apud nullos vnquam dubitatum fuit quantum ad literas, quarum non solum ratio significandi est ex impositione,sed etiam ipsarum formatio fit per artem. Voces autem naturaliter formantur.vnde & apud quosdam dubitatum fuit vtrum naturaliter significent.Sed Arist.hic determinat ex similitudine literarum, quæ sicut non sunt eædem apud omnes, ita nec voces.Vnde manifeste relinquitur,ꝙ sicut nec literæ,ita nec voces naturaliter significant,sed ex institutione humana.voces autem illæ.quæ naturaliter significant sicut gemitus infirmorum,& alia huiusmodi, sunt eædem apud omnes. Secundo ibi.

ARGY. *Affectus tamen, quorum hæc signa sunt, primo apud omnes homines ijdem sunt Res quoque quarum hi similitudines sunt, easdem itidem esse constat.*

ANTI. *Quorum autem priorum hæ primo notæ sunt, eædem omnibus passiones animę sunt, & quorum hæ similitudines res iam eædem.*

Voc. prolatæ ad quid;

Res p quid cogn. ab ani ma.

Obiectio.1.

Rńsio Boe.

Lect 2. tex. cōm. 16.

Obiectio.

Rńsio prima Porph.

Resp̄sio. secunda me lior.

Ostēdit passiones animæ naturaliter esse,sicut res,per hoc,ꝙ eædem sunt apud omnes. Vnde dicit} Quorum autem,} idest sicut passiones animæ sunt eædē omnibus quorum priorum,i.quarum passionum primarum hæ.i. voces sunt notę, idest signa,(cōparantur.n.passiones animæ ad voces,sicut primum ad secundum:)voces.n.non proferuntur, nisi ad exprimendam interiores animæ passiones & res etiam,eędem.i.apud omnes quorum,i.quarum rerū hę.i.passiones aię sunt similitudines.Vbi attendendum est, ꝙ literas dixit esse notas,i.signa vocum, & voces passionū animæ similiter. passiones aūt animę dicit esse similitudines rerū,et hoc ideo res nō cognoscitur ab anima,nisi per aliquam sui similitudinē existentē,vel in sensu,vel in intellectu. Literę aūt ita sunt signa vocū, & voces passionum, ꝙ non attenditur ibi aliqua ratio similitudinis sed sola ratio institutionis, sicut & in multis alijs signis,vt tuba est signū belli.In passionibus autem animæ,oportet attendit rationem similitudinis ad exprimendas res, quia naturaliter eas designant,nō ex institutione.Obijciunt aūt quidam oīdere volētes contra hoc ꝙ dicit passiones animę,quas significāt voces esse in omnibus eaſdē.Primo quidem,quia diuersi diuersas sententias habent de rebus,& ita,nō videntur esse eędem apud omnes animæ passiones.Ad quod respondet Boethus & Arist.hic nominat passiones animæ conceptiones intellectus,qui nunquā decipitur:& ita oportet eius cōceptiones esse apud omnes eaſdem,qui, si quis à vero discordat,hic non intelligitur.Sed,quia etiam in intellectu potest esse fallum,f̄m ꝙ cōponit,& diuidit, non aūt f̄m ꝙ cognoscit quod quid est,ideſt essentiam rei,vt dicitur in Tertio de anima,referendum est hoc ad simplices intellectus conceptiones,quas significāt voces in complexę, quę sunt eædem apud omnes,quia,si quis vere intelligit quid est homo, quodcunque aliud aliquid quàm hominem apprehendat,non intilligit hominem.Huiusmodi aūt simplices conceptiones intellectus sunt, quas primo voces significant. Vnde dicitur in Quarto Met. ꝙ ratio quam significat nomē, & diffinitio.Et ideo signanter dicit. {Quorum priorum hæ notæ sunt.} vt.i.referatur ad primas conceptiones vocibus primo significatas,Sed ad huc obijciunt aliqui de nominibus æquiuocis,in quibus eiusdem vocis non est eadē passio,quę significatur apud omnes.Et respondet ad hoc Porphyrius,ꝙ vnus homo qui vocem profert, ad vnam intellectus conceptionem significandum eandem refert,& si aliquis alius,cui loquitur,aliquid aliud intelligat,ille,qui loquitur se exponendo faciet ꝙ refert ad idem.Sed melius dicendum est, ꝙ intentio Arist.nō est asserere identitatē conceptionis animæ per comparationē ad vocem vt.i.vnius vocis vna sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõceptio, quia voces sunt diuersę apud diuersos, sed intẽdi asserere identitatem cõceptionum animę per comparationes ad res, quas similiter dicit esse easdẽ. Tertio ibi.

ARGY. *Verum de his in libro de Anima dictum est, ad aliam enim facultatem huiusmodi considerat io pertinet.*

ANTI. *De his itaque dictum est in his, quæ dicta sunt de anima alterius est enim negoty.*

Excusat se à diligentiori harum consideratione, quia quales sit animæ passiones, quomodo sint rerum similitudines, dictum est in libro de Anima. Non enim hoc pertinet ad logicum negotium, sed ad naturale.

LECTIO III.

Vocum quędam verum vel falsum significare dicuntur, & quænam sint.

ARGY. *Quemadmodum aũt in anima conceptus est interdum sine veritate, aut falsitate, interdũ est talis. vt horum alterum ei necessario competat sic & in voce esse videtur.*

ANTI. *Est autem, quemadmodũ in anima, aliquoties quidem intellectus sine vero vel falso, aliquoties autem, cui iam necesse est horũ alterum inesse, sic etiam in voce.*

Ordo concep. intellectus & vo.

Postquam philosophus tradidit ordinẽ significationis vocum, hic agit de diuersa vocũ significatione, quarum quædam significant verum, vel falsum, quædam non. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit differentiam. Secundo manifestat eam. ibi {Circa cõpositionem enim, &c.} Quia vero conceptiones intellectus præambulæ sunt ordine naturæ vocibus, quæ ad eas exprimenda proferuntur, ideo ex similitudine differentiæ, quę est circa intellectum, assignat differentiam, quæ est circa significationes vocum, vt.s. hæc manifestatio non solum sit ex simili, sed ex causa, quam imitatur effectus. Est ergo considerandũ, ꝙ sicut in principio dictum est, duplex est, oratio intellectus, vt traditur in Tertio de anima, in quarum vna nõ

In probe. Lec. 11. & tex. cõ. 21. & 16.

inuenitur verum & falsum, in altera autem inuenitur. Et hoc est quod dicit, ꝙ in anima aliquoties est intellectus sine vero & falso, aliquoties autẽ ex necessitate habet alterum horum. Et, quia voces significatiuæ formantur ad exprimendas conceptiones intellectus, ideo ad hoc ꝙ signum conformetur signato, necesse est ꝙ etiam vocũ significatiuarum similiter quędam significent sine vero & falso, quædam cum vero & falso. Deinde cum dicit.

Verum vel falsum in voce.

ARGY. *Nam verum, falsumque in compositione, diuisioneque consistit.*

ANTI. *Circa compositionem enim & diuisionem est veritas, falsitasque.*

Manifestat quod dixerat. Et primo quantũ ad id. quod dixerat de intellectu, Secundo quãtum ad id, quod dixerat de assimilatione vocum ad intellectum. ibi {Nomina igitur ipsa, & verba, &c.} Ad ostendendũ igitur ꝙ intellectus quandoq; est sine vero, & falso, quandoq; aũt cum altero horum, dicit primo, ꝙ veritas & falsitas consistit circa compositionem, & diuisionem. Vbi oportet intelligere ꝙ vna duarum operationum intellectus est indiuisibilium intelligentia, inquantum. s. intellectus intelligit absolute cuiuscunq; rei quidditatẽ siue essentiam per seipsam, putat quid est homo, vel quid album, vel quid aliud huiusmodi. Alia vero operatio intellectus est, secundum ꝙ huiusmodi simplicia concepta simul cõponit, & diuidit. Dicit ergo, ꝙ in hac secũda operatione intellectus. i. componentis, & diuidentis, inuenitur veritas, & falsitas, relinquens, ꝙ in prima operatione nõ inuenitur, vt etiam traditur in Tertio de Anima. Sed circa hoc primo videtur esse dubium, quia, cum diuisio fiat per resolutionem ad indiuisibilia siue simplicia, videtur ꝙ sicut in simplicibus nõ est veritas vel falsitas, ita nec indiuisione. Sed dicendum est, quòd, cũ conceptiones intellectus sint similitudines rerum, ea quę circa intellectũ sunt, dupliciter considerari, & nominari possunt. Vno modo sm se, alio modo sm rationes rerum, quarum sunt similitudines. Sicut imago Herculis sm se quidem dicitur, & est cuprum, in quantum autem est similitudo Herculis, nominatur homo. Sic etiam si consideremus ea, quæ sunt circa intellectum secundum se, semper est compositio, vbi est veritas & falsitas, quæ nunquã inuenitur in intellectu, nisi per hoc, quòd intellectus comparatur vnum simplicem conceptum alteri. Sed si referatur ad rem, quandoque dicitur compositio, quandoq; dicitur diuisio. Compositio quidẽ quando intellectus comparat vnum conceptũ alteri, quasi apprehendens coniunctionem aut identitatem rerum, quarum sunt conceptiones, diuisio autẽ, quando sit comparat vnum conceptum alteri, vt apprehendat res esse diuersas. Et per hunc etiam modum in vocibus affirmatio dicitur compositio, inquantum coniunctionem ex parte rei significat, negatio vero dicitur diuisio, inquantũ significat rerũ separationem. Vlterius aũt videtur, ꝙ non solum in cõpositionem, & diuisione veritas cõsistat. Primo quidem, quia etiam res dicitur vera vel falsa sicut dicitur aurum verum vel falsum. Dicitur etiam ꝙ ens, & verum conuertuntur. Vnde videtur quòd etiam simplex conceptio intellectus, quæ est similitudo rei non careat veritate, & falsitate. Præterea Philosophus dicit in lib. de Anima, quòd sensus proprium sensibilium semper est verus. Sensus autem non componit, vel diuidit non ergo in sola compositione, & diuisione est veritas. Item, in intellectu diuino nulla est compositio, vt probatur in. 12. Meta. & tamen ibi est prima, & summa veritas. non ergo veritas est solum compositionem, & diuisionem. Ad huiusmodi igitur euidentiam considerandum ꝙ veritas in aliquo inuenitur dupliciter. Vno modo sicut in eo quod est verum. Alio modo sicut in dicente, vel cognoscẽte verum. Inuenitur autem veritas sicut in eo, quod est verum, tam in simplicibus, quàm in compositis sed sicut in dicente, vel cognoscente verum nõ inuenitur nisi secundum compositionem & diuisionem. Quod quidem sic patet. verum enim vt Philosophus dicit in Sexto Ethicorum, est bonum intellectus, Vnde de quocunq; dicatur verũ oportet quòd hoc sit per respectum ad intellectum. Comparantur autem ad intellectũ voces quidem sicut signa, res autem sicut ea, quorũ intellectus sunt similitudines. Considerandum autem quòd aliqua res comparatur ad intellectum dupliciter. Vno modo sicut mensura ad mensuratum. Et sic comparantur res naturales ad intellectum speculatiuum humanum. Et ideo intellectus dicitur verus secundum ꝙ conformatur rei, falsus autem secũdum ꝙ discordat à re. Res autem naturalis nõ dicitur esse vera per comparationem ad intellectum nostrum, sicut posuerũt quidam antiqui naturales, extimantes rerum veritatẽ esse solum in hoc quod est videri. Secundum hoc enim sequeretur quod cõtradictoria essent simul vera, quia contradictoria cadunt sub diuersorum opinionibus. Dicuntur tamen res aliquæ veræ uel falsæ per comparationem ad intellectum nostrum, nõ essentialiter uel formaliter, sed effectiue, inquantum, scilicet natæ sunt facere de se ueram, uel falsam extimationem. & secundum hoc dicitur aurum uerum, uel falsum. Alio autem modo res comparantur ad intellectum, sicut mensuratum ad mensuram, ut patet in intellectu practico, qui est causa rerum. Vnde opus artificis dicitur esse uerum, inquantum attingit ad rationem

Lect. 2. c. cõ. 21. 22. & 26 Quæstio. Responsio.

Quæ circa Inte. dupliciter cons. possunt.

Quæstio.

Lect. 3. rec. comm. 15. Lectio. 4. & tex. 160. Lec. 6. 21. & Lec. 2. 2. cõmen. 26. 32. Lectio. 8. & cõmen. 51. Responsio.

Veri vel fal. rei.

Res artifi.

Res ad diuinum intellectum.

rationem artis, falsum vero, inquantum deficit à ratione artis. Et quia omnia etiam naturaliter comparantur ad intellectum diuinum, sicut artificiata ad artem, consequens est, vt quælibet res dicatur esse vera, sm ꝙ habet propriam formam, sm quam imitatur artem diuinam.

Quo ens & ve. cõu. Lectio. 15. & cõm. 81. Sensus ver.

Nam falsum aurum est verum aurichalchũ. Et hoc modo ens, & verum conuertuntur, quia quælibet res naturalis per suam formam arti diuinæ comparatur. Vnde Philosophus in. 1. Phy. formam nominat, quoddam diuinum. Et sicut res dicitur vera per cõparationem ad suã mensuram, ita etiam & sensus, vel intellectus, cuius mensura est res extra animam. Vnde sensus dicitur verus, qñ per formam suam conformatur rei extra animam existẽti. Et sic intelligitur ꝙ sensus proprij sensibilis sit verus. Et hoc etiam modo intellectus apprehẽdens quod quid est absque compositione, & diuisione, semper est verus, vt dicitur in Tertio de Anima. Est autem considerandũ, ꝙ quamuis sensus proprij obiecti sit verus non tamẽ cognoscit hoc verum. Non. n. potest cognoscere habitudinem conformitatis suæ ad rem sed solam rem apprehendit, intellectus autẽ potest huiusmodi habitudinẽ cõformitatis cognoscere, & ideo solus intellectus potest cognoscere veritatem. Vnde & Philosophus dicit in. 6. Metaph. ꝙ veritas est solum in mente, sicut. s. in cognoscente veritatem. Cognoscere autem prędictam confirmitatis habitudinem nihil est aliud quàm iudicare ita esse in re vel non esse. quod est componere, & diuidere. & ideo intellectus non cognoscit veritatem, nisi componendo, vel diuidendo per suum iudicium. Quod quidem iudicium, si consonet rebus, erit verum, puta cum intellectus iudicat esse, quod est, vel non esse quod non est. Falsum autem quando dissonat à re, puta cum iudicet non esse, quod est, vel esse quod non est. Vnde patet, ꝙ veritas, & falsitas, sicut in cognoscente. & dicente non est nisi circa compositionem, & diuisionem. Et hoc modo Philosophus loquitur hic. Et quia voces sunt signa intellectum, erit vox vera quæ significat verum intellectum, falsa autem, quæ significat falsum intellectum, quamuis vox, inquantum est res quædam dicatur vera, sicut & aliæ res. Vnde hæc vox, homo est asinus est vere vox, & vere signum, sed quia est signum falsi, ideo dicitur falsa. Sciendum est autem, ꝙ Philosophus de veritate hic loquitur, sm ꝙ pertinet ad intellectum humanum, qui iudicat de conformitate rerum, & intellectus componendo & diuidendo. Sed iudicium intellectus diuini de hoc est absq; compositione, & diuisione, quia sicut etiam intellectus noster intelligit materialia immaterialiter. ita etiam intellectus diuinus cognoscit compositionem, & diuisionem simpliciter. Deinde cum dicit.

Lec. 2. c. 16. Notandum secundum. Inte. tñ. cognoscit ve. Le. 1. & c. 8.

Cognoscere habi. con formi. Intell. iudicium ve. vel falsum.

Vox qñ vera vel falsa.

Notandum tertium.

Differentia inter diuinũ intellectũ & humanum.

ARGY. *Ipsa igitur nomina, & verba, similia sane sunt ei conceptui, qui sine compositione, diuisioneq; est, velut hoc nomen album, vel homo, cum nihil additur ipsi, nondum. n. verum est, aut falsum.*

ANTI. *Nomina igitur ipsa et verba, cõsimilia sunt sine cõpositione, vel diuisione, intellectui, vt est homo, vel album, quando non additur aliquid, neque enim adhuc verum, aut falsum est.*

Manifestat quod dixerat de similitudine vocum ad intellectum. Et primo manifestat propositum. Secundo manifestatum probat per signum, ibi {Huius autem signum.} Concludit ergo ex præmissis, ꝙ, cum solum circa compositionem, & diuisionem sit veritas, & falsitas in intellectu, consequens est ꝙ ipsa nomina, & verba diuisim accepta, assimilentur intellectui, qui est sine cõpositione, & diuisione. sicut cum homo, vel album dicitur, si nihil aliud addatur, non enim verum adhuc, vel falsum est. sed postea qñ additur esse, vel nõ esse, sit verũ, vel falsum. Nec est instantia de eo, quod per vnitũ nomẽ verã responsionẽ dat ad interrogationẽ factã, vt cũ quærenti quid natat in mari aliquis respõdet, pisces. Nã intelligitur verbũ, quod fuit in interrogatione positũ. Et sicut nomẽ per se positũ nõ significat verũ vel falsum, ita nec verbũ per se dictũ. Nec est instãtia de verbo primę, & secundæ personę, & de uerbo excepte actionis, quia in his intelligitur certus, & determinatus nominatiuus. Vñ est implicita cõpositio, licet nõ explicita. Deinde cum dicit.

Tacitæ obiectionis.

Not & ꝙ. solit. non bg. ver. vel fal.

Cuius quidem hoc indicium est, Hippocentaurus enim aliquid quidem significat, at nondum verum est, aut falsum, nisi esse, aut non esse additum, aut simpliciter, aut respectu temporis fuerit. ARGI.

Signum huius est. etenim hircoceruus significat quidem aliquid, sed quod nondum verum vel falsum sit, si non esse, vel non esse addatur, vel simpliciter, vel secundum tempus. ANTI.

Inducit signum ex nomine compositi. s. hircoceruus, quod componitur ex hirco, & ceruo, & quod in græco dicitur tragelaphus. Nam tragos est hircus, & elaphos ceruus. Hmõi. n. nomina significant aliquid. s. quoddã conceptus simplices, licet rerum compositarum. & ideo nõ est verum vel falsum nisi quando additur esse, vel non esse, per quæ exprimitur iudicium intellectus. Potest autẽ addi esse, vel non esse, vel secundum præsens tẽpus. quod est esse, vel non esse in actu, & ideo hoc dicitur esse simpliciter, vel secundum tempus præteritum, aut futurum, quod non est esse simpliciter, sed secundum quid, vt cũ dicitur aliquid fuisse, vel futurum esse. Signanter autem vtitur exemplo ex nomine significante, quod non est in rerũ natura, in quo statim fallitas apparet, & ꝙ sine cõpositione, & diuisione nõ possit verum, vel falsum esse.

Esse simpliciter vel secũdum quid.

LECTIO IIII.

Ex nominis definitione proposita, ac declarata, quædam ab eius ratione seiungit.

ARGY. *Nomen igitur vox est significatiua ex instituto, sine tempore, cuius nulla pars significat separata.*

ANTI. *Nomen igitur est vox significatiua secundum placitum sine tempore, cuius nulla pars est significatiua, separata.*

Subiectum huius libri.

Postquam Philosophus determinauit de ordine significationis vocum, hic accedit ad determinãdum de ipsis vocibus significatiuis. Et quia principaliter intendit de enunciatione, quæ est subiectum huius libri, in qualibet autẽ scientia oportet noscere principia subiecti, ideo primo determinat de principijs enunciationis. Secundo de ipsa enunciatione, ibi {Enunciatiua uero nõ omnis.} Circa primũ duo facit. Primo. n. determinat principia quasi materialia enuuciationis, scilicet partes integrales ipsius. Secundo determinat principiũ formale, scilicet orationẽ quæ est enunciationis genus, ibi {Oratio autem est vox significatiua &c.} Circa primũ duo facit. Primo determinat de nomine, quod significat rei substantiam. Secundo determinat de uerbo, quod significat actionem, uel passionem procedentem à re, ibi {Verbum autem est quod consignificat tempus.} Circa primum tria facit. Primo definit nomen, secundo definitionem exponit: ibi {In nomine enim ꝙ est æquiferus.} Tertio excludit quædã, quæ perfecte rationem nominis non habent, ibi {Non homo uero non est nomen.} Circa primum considerandum est, quòd definitio ideo dicitur terminus,

Principia subiecti prãcogno. Lectio. 7.

Lectio. 6. Cur prius de no. quam verbo. Lectio. 7.

Definitio dicitur. terminus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia includit totaliter rem, ita.s. ꝙ nihil rei est extra definitionem, cui.s. definitio non conueniat, nec aliquid aliud est infra definitionem, cui.s. definitio conueniat. Et ideo quinque ponit in definitione nominis. primo ponitur {vox} per modum generis, per quod distinguitur nomen ab omnibus sonis, qui non sunt voces. Nam vox est sonus ab ore animalis prolatus, cum imaginatione quadam. vt dicitur in Secundo de Anima. Additur autem prima differentia.s. {significatiua} ad differentiam quarumcunque vocum non significantium, siue sit vox literata, & articulata, sicut bitris, siue non literata, & nõ articulata, sicut sibilus pro nihilo factus. Et quia de significatione vocum in superioribus actum est, ideo ex præmissis concludit, ꝙ nomen est vox significatiua. Sed cum uox sit quædam res naturalis, nomen autem non est aliquid naturale, sed ab hominibus institutũ, videtur ꝙ non debuit genus nominis ponere vocem, quę est ex natura, sed magis signum, quod est ex institutione, vt diceretur nomen est signum vocale, sicut etiam conuenientius definitur scutella, ti quis diceret ꝙ est vas ligneum quàm si quis diceret ꝙ est lignum formatum in vas. Sed dicendum, ꝙ artificialia sunt quidem in genere substantiæ ex parte materiæ, in genere autem accidẽtium ex parte formę nã formæ artificiali ũ acc dẽtia sunt. Nomẽ ergo significat formam accidentalẽ, vt cõcretã subiecto. Cũ autem in definitione omniũ accidentiũ oporteat poni subiectũ, necesse est quòd si qua nomina accidentis in abstracto diffiniantur, ꝙ in eorũ definitione ponatur accidẽs in recto quasi genus, subiectũ autẽ in obliquo, quasi differẽtia. vt cũ dicitur simitas est curuitas nasi. Si qua vero nomina accidẽs significant in cõcreto, in eorum definitione ponitur materia, vel subiectũ, quasi genus, & accidens, quasi differẽtia. Vt cum dicitur simum est nasus curuus. Si igitur nomina rerum artificialium significant formas accidentales vt concretas subiectis naturalibus, conuenientius est vt in eorum definitione ponatur res naturalis quasi genus, vt dicamus, quòd scutella est lignũ figuratum, & similiter quòd nomen est vox significatiua. Secus autem esset si nomina artificialium acciperentur quasi significantia ipsas formas artificiales in abstracto. Tertio ponit secundam differentiam cum dicit {f̃m placitum}, i. f̃m institutionem humanam à beneplacito hominis procedentem. Et per hoc nomen differt à vocibus significantibus naturaliter, sicut sunt gemitus infirmorum, & voces brutorum animalium. Quarto ponit tertiam differentiam. s. {sine tempore} per quod differt nomẽ à verbo. Sed videtur hoc esse falsum, quia hoc nomen dies, vel annus significat tempus. Sed dicendũ quod circa tempus tria possunt considerari. Primo quidem ipsum tempus, f̃m quod est res quædã, & sic potest significari à nomine, sicut quęlibet alia res. Alio modo potest considerari, id quod tempore mensuratur, inquantum huiusmodi, & quia id quod primo, & principaliter mensuratur, est motus, in quo consistit actio, & passio, ideo verbum, quod significat actionem, & passionem significat cum tempore. Substantia autem secundum se considerata, prout significatur per nomen & pronomen, non habet inquantum huiusmodi, vt tempore mensuretur, sed solum secundum ꝙ subijcitur motui, prout per participium significatur. Et ideo verbum, & participium significant cum tempore, non autem nomen, & pronomen. Tertio modo potest cõsiderari ipsa habitudo temporis mensurantis, quæ significatur per aduerbia temporis, vt cras, heri, & huiusmodi. Quinto ponit quartam differentiam, cum subdit {cuius nulla pars est significatiua separata, }. i. à toto nomine, comparatur tamen ad significationem nominis secundum ꝙ est in toto. Quod ideo est, quia significatio est quasi forma nominis, nulla autẽ pars separata habet formã totius, sicut manus separata à homine nõ habet formã humanã. Et per hoc distinguitur nomẽ ab oratione, cuius pars significat separata, vt cum dicitur homo iustus. Deinde cum dicit.

Vox quid. Lectio. 8. & tex. c. 90. Vox litera ta &c.

Obiectio.

Responsio. Artificialia quomodo in genere substantiæ vel acci.

Definitio acci. in abstra.

In cõcreto.

Nbiectio. Responsio. Tria circa tempus con b. possunt.

Secundum.

Cur ꝙ. tm & par. cũ tẽpore signi.

Tertium.

Significat

Nã hoc in nomine æquiferus nihil per seipsum equus significat, sicut hac in oratione equus est ferus. ARGY.

In nomine. n. quod est æquiferus, ferus per se nihil significat quemadmodum in oratione, quæ est, equus ferus. ANTI.

Manifestat præmissam definitionem. Et primo quantum ad vltimam particulam, Secundo quanto ad secundam, ibi {f̃m vero placitum &c.} Nam primæ duæ particulę manifestæ sunt ex præmissis. Tertia autem particula. s. {sine tempore. } manifestabitur in sequentibus in tractatu de Verbo. Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum per nomina cõposita. Secundo ostẽdit circa hoc differentiam inter nomina simplicia & cõposita. ibi} At vero non quemadmodum. } Manifestat ergo primo, ꝙ pars nominis separata nihil significat, per nomina cõposita, in quibus hoc magis videtur. In hoc. n. nomine quod est æquiferus. hęc pars ferus, per se nihil significat, sicut significat in hac oratione, quæ est equus ferus. Cuius ratio est, quòd vnum nomen ponitur ad significandum vnum simplicem intellectum: aliud autem est id, à quo imponitur ad significandum ab eo quod nomen significat. sicut hoc nomen lapis imponitur à læsione pedis, quam non significat: quod tũ imponitur ad significandum conceptũ cuiusdã rei. Et inde est, quòd pars nominis cõpositi, quod imponitur ad significandum cõceptum simplicem, non significat partem cõceptionis cõpositæ, a qua imponitur ad significandum, Sed oratio significat ipsam cõceptionẽ cõpositã. vnde pars orationis, signat partẽ conceptionis compositæ. Deinde cum dicit.

Cur pars no. separata nihil significat oratio ro, significat.

Verum non vt est in simplicibus nominibus, sic & in cõpositis est. In illis. n. nullo pacto pars est significatiua in compositis vero videtur quidem, nihil tamen separata significat, vt in exemplo patet antea dicto. ARGY.

At vero nũ quẽadmodũ in simplicibus nominibus, sic se habet etiam in compositis. In illis. n. nullo modo pars significatiua est in his autem vult quidem, sed nihil significat separata, vt in eo quod est æquiferus ferus. ANTI.

Ostẽdit quantũ ad hoc differentiã inter nomina simplicia, & composita, & dicit, ꝙ non ita se habent in nominibus simplicibus, sicut & in cõpositis, quia in simplicibus pars nullo modo est significatiua, neque f̃m veritatem, neq; secundũ apparentiã, sed in cõpositis vult quidem, idest apparentiam habet significandi, nihil tamen pars eius significat, vt dictum est de nomine æquiferus. Hæc autẽ ratio differentiæ est, quia nomen simplex sicut imponitur ad significandum conceptum simplicem, ita etiam imponitur ad significandum ab aliquo simplici conceptu. Nomen vero compositum imponitur à composita conceptione, ex qua habet apparentiã, quod pars eius significet. Deinde cum dicit.

Expõ.

Rõ differẽtiæ inter cõ sim, & cõp.

Ex institutо autẽ diximus, quia nullũ nomen est signũ naturæ, sed cũ est positũ. Nã significãt, et bi soni, qui scribi non possunt, vt bestiarum, quarum nullum est nomen. ARGY.

Secundum placitũ vero, quoniam naturaliter nomen nullum est sed quãdo fit nota. Nam designant, & illiterati soni, vt serrarum, quorum nullus est nomen. ANTI.

Manifestat tertiam partem prædictæ definitionis, & dicit

Cur secũdũ placitum.

Illitetati soni.

Animalia siue voce.

Notandum Opiniones. de sign. no.

Aristot.

Platon. Rõne insti. Res vna multip. no.

dicit ꝙ ideo dictum est ꝙ nomen significat secundum placitum, quia nullum nomen est naturaliter. Ex hoc enim est nomen quod significat. non autem significat naturaliter, sed ex institutione. Et hoc est quod subdit {sed quando fit nota} idest quando imponitur ad significandum. Id enim quod naturaliter significat, non fit, sed naturaliter est signum. Et hoc significat, cum dicit. Illiterati enim soni, vt ferarum, quia. s. literis significari non possunt. Et dicit potius sonos, quam voces, quia quædam animalia non habent vocem eo ꝙ carent pulmone, sed tamen quibusdam sonis proprias passiones naturaliter significant, nihil autem horum sonorum est nomen. Ex quo manifeste datur intelligi, ꝙ nomen non significat naturaliter. Sciendum tamẽ est, ꝙ circa hoc fuit diuersa quorundam opinio. Quidam enim dixerunt ꝙ nomina nullo modo naturaliter significant nec differt quæ res quo nomine significentur. Alij vero dixerunt, ꝙ nomina omnino naturaliter significant: quasi nomina sint naturales similitudines rerum. Quidã vero dixerũt, ꝙ nomina non naturaliter significant quantum ad hoc, ꝙ eorum significatio non est à natura, vt Arist. hic intẽdit, quantũ vero ad hoc naturaliter significant, ꝙ eorum significatio congruit naturis rerum, vt Plato dixit. Nec obstat, ꝙ vna res multis nominibus significatur, quia vnius rei possunt esse multæ similitudines, & similiter ex diuersis proprietatibus possunt vni rei multa diuersa nomina imponi. Non est autem intelligendum quod dicit, {quorum nihil est nomen} quasi soni animalium nõ habeant nomina, nominãtur. n. quibusdam nominibus, sicut dicitur rugitus leonis, & mugitus bouis, sed quia nullus talis sonus est nomẽ, vt dictũ est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Hoc autem non homo, non dico esse nomen. At neque nomen est positum, quo ipsum appellare oportet: Neque enim est oratio, neque negatio. Sed infinitum nomen vocetur, quoniam & quod est, & quod nõ est, in ratione rerum sine discrimine vllo significat.*

ANTI. *Non homo vero non est nomen. At vero nec positum est nomen, quo illud oporteat appellari, nam neque oratio neque negatio est, sed sit nomen infinitum, quoniam similiter in quolibet est, & quod est, & quod non est.*

Expõ. prime parti. tex. Nominis signi.

No. insi. sig.

Excludit quædam à nominis ratione. Et primo nomen infinitum, Secundo casus nominum, ibi {Catonis autem vel Catoni.} Dicit ergo primo, ꝙ non homo non est nomen. Omne enim nomen significat aliquam naturam determinatam, vt homo, aut personam determinatam, vt pronomen, aut vtrunque determinatum, vt Sortes. Sed hoc ꝙ dico non homo, neque determinatam naturam, neque determinatam personam significat. Imponitur enim à negatione hominis, quæ æqualiter dicitur de ente, & non ente. Vnde & non homo potest dici indifferenter, & de eo quod non est in rerum natura vt si dicamus Chimera est non homo, & de eo quod est in rerum natura, sicut dicitur equus est non homo. Si autem imponeretur à priuatione, requireret subiectum ad minus existens. sed, quia imponitur à negatione, potest dici de ente, & de non ente, vt Boethus, & Amonius dicunt. Quia tamen significat per modũ nominis, quod potest subijci, & prædicari, requiritur ad minus suppositum in apprehensione, Non autem erat nomẽ positum tempore Aristot. sub quo huiusmodi dictiones concluderentur. Non enim est oratio, quia pars eius non significat aliquid separata, sicut & in nominibus compositis. Si militer autem nõ est negatio, idest oratio negatiua, quia huiusmodi oratio superaddit negationem affirmationi, quod non cõtingit hic. Et ideo nomẽ imponit huiusmodi dictioni vocans eã nomen infinitum propter indeterminationẽ significationis, vt dictũ est. Deinde cũ dicit.

Boethus, Amonius.

No. insi. ab Arist. impositum.

Hoc etiam Philonis, aut philoni, & hisce similia non nominis sunt, sed nominis casus. ARGY.

Catonis autem, vel Catoni, & quæcunque talia sunt non nomina, sed casus nominis sunt, ANTI.

Excludit casus nominis, & dicit, ꝙ Catonis, & Catoni, & alia huiusmodi, non sunt nomina, sed soius nominis dicitur principaliter nomen, per quem est impositio nominis, ad aliquid significandum. Huiusmodi autẽ obliqui vocantur casus nominis, quia cadunt per quandã declarationis originem à nominatiuo, qui dicitur rectus eo ꝙ non cadit. Stoici autem dixerunt etiam nominatiuos dici casus, quos Grammatici sequuntur, eo ꝙ cadũt idest procedunt ab interiori conceptione mentis. Et dicitur rectus, eo ꝙ nihil prohibet aliquid cadens sic cadere vt rectum ster, sicut stilus, qui cadens ligno infigitur. Deinde cum dicit.

Casus.

Stoici.

Atque ratio eius in cæteris quidem est, illo autem differt. Si enim addideris est, vel erat, vel erit, hoc quidem neque verum neque falsum euadet, nomen autem semper velut Philonis est, aut non est, nondum enim verum est, aut falsum. ARGI.

Ratio autẽ eius in alijs quidem eadem est, sed differt. quoniam cum est, vel fuit, uel erit, adiunctum, neq; uerũ, neque falsum est, nomen vero semper. vt Catonis est, uel non est. nondum enim aliquid verum dicit, aut falsum. ANTI.

Ostendit consequenter quomodo se habeant obliqui casus ad nomen, & dicit, ꝙ ratio, quam significat nomẽ, est eadem, & in alijs. s. casibus nominis, sed in hoc est differentia, ꝙ nomen adiunctum cum hoc verbo est, vel nõ est, vel fuit, semper significat verum vel falsum, quod nõ contingit in obliquis. Signanter autem inducit exemplũ de verbo substantiuo, quia sunt quædam alia verba. s. impersonalia, quę cum obliquis significant verum vel falsum, vt cum dicitur, Pœnitet Sortem: quia actus verbi intelligitur ferri super obliquum, ac si diceretur præsentia habet Sortem. Sed, si nomen infinitum & casus non sunt nomina, inconuenienter data est præmissa nominis definitio, quę istis conuenit. Sed dicendum f̃m Amonium quod supra communius definit nomen, post modum vero significationem nominis artat subtrahendo hæc à nomine. Vel dicendum, quòd præmissa definitio non simpliciter conuenit his. nomen enim infinitum nihil determinatum significat, neque casus nominis significat secundum primum placitum instituentis, vt dictum est.

Verba impersonalia.

Obiectio.

Rãsio pri. Amonius.

LECTIO V.

Ex verbi definitione, quædam ab illius ratione excludit, necnon verbi ad nomen ipsum conuenientia exponitur.

Verbum autem est id quod insuper tempus significat, & cuius nulla pars seorsum significat, atque semper eorum, quæ de alio dicuntur, est signum. ARGY.

Verbum autem est quod consignificat tempus, cuius pars nihil extra significat, & est semper eorum, quæ de altero prædicantur, nota. ANTI.

Postquam Philosophus determinauit de nomine, hic determinat de verbo. Et circa hoc tria facit. Primo definit verbum, secundo excludit quædam à ratione verbi. ibi {Non currit autem & non laborat &c.} Tertio ostendit conuenientiam verbi ad nomen. ibi {Ipsa vero f̃m se dicta verba, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit definitionem verbi, secundo exponit, ibi {Dico

Universidad de Deusto
Biblioteca

Notandum Cur præter cõmuniano. & verb.

autem qñ cõsignificat &c.} Est autẽ cõsiderandum, ꝙ Aristo. breuitati studens non ponit in definitione verbi ea quæ sunt nomini & verbo communia, relinquens ea intellectui legẽtis ex his, quę dixerat in definitione nominis. Ponit autem tres particulas in definitione verbi, quarum prima distinguit verbũ à nomine in hoc. s. quod dicit, ꝙ {cõsignificat tempus} Dictum est enim in definitione nominis, ꝙ nomen significat sine tempore. Secunda vero particula est, per quam distingnitur verbum ab oratione, cum dicitur {cuius pars nihil extra significat.} Sed cum hoc etiam positum sit in definitione nominis, videtur hoc debuisse prętermitti, sicut & quod dictum est vox significatiua ad placitum. Ad quod rẽspõdet Amonius, ꝙ in definitione nominis hoc positum est, vt distinguatur nomen ab orationibus quæ componuntur ex nominibus, vt cũ dicitur, homo est animal. Quia vero sunt etiam quędam orationes, quæ componuntur ex verbis, vt cum dicitur, ambulare est moueri, & vt ab his distinguatur verbum oportuit hoc etiam in definitione verbi iterari. Potest etiam aliter dici, ꝙ, quia verbum importat compositionem, in qua perficitur oratio significans verum vel falsum, maiorem conuenientiam videbatur habere verbum cum oratione, quam quędã pars formalis ipsius, quàm nomen, quod est quędã pars materialis orationis, & ideo oportuit iterari. Tertia vero particula est per quam distinguitur verbum non solũ à nomine, sed etiam à participio, quod significat cum tẽpore, & dicit} & est semper eorum, quę de altero prædicantur nota, }. i. signum quia scilicet nomina & participia possunt poni ex parte subiecti, & predicati. sed verbũ semper est ex parte prædicati. Sed hoc videtur habere instantiam in verbis infinitiui modi, quæ interdum ponũtur ex parte subiecti, vt cum dicitur, ambulare est moueri. Sed dicendum est, ꝙ verba infinitiui modi, quando in subiecto ponuntur, habent vim nominis. Vnde & in greco, & in vulgari locutione latina suscipiunt additionem articulorum sicut & nomina. Cuius ratio est, quia proprium nominis est, vt significet rem aliquam quasi per se existẽtem, proprium autem verbi, est vt significet actionem vel passionem. Potest autẽ actio significari tripliciter, Vno modo per se in abstracto, velut quędam res, & sic significatur per nomen, vt cum dicitur actio passio, ambulatio, cursus & similia. Alio modo per modũ actionis, vt. s. est egrediens à substantia, & inhærẽs ei, vt subiecto, & sic significatur per verba aliorum modorũ, quę attribuuntur prædicatis. Sed quia etiam ipse processus, vel inhærentia actionis, potest apprehendi ab intellectu & significari vt res quædam, inde est ꝙ ipsa verba infinitiui modi, quę significant ipsam inhærentiã actionis ad subiectũ, possunt accipi vt verba, ratione concretionis, & vt nomina prout significãt res quasdẽ. Potest etiã obijci de hoc, ꝙ etiam verba aliorum modorum videntur aliquando in subiecto poni, vt cũ dicitur, curro est verbũ. Sed dicendũ est, ꝙ in tali locutione hoc verbũ curro nõ sumitur formaliter secundum ꝙ eius significatio refertur ad rem, sed secũdum ꝙ materialiter significat ipsam vocẽ, quæ accipitur vt res quædam. Et ideo tam verba, quàm omnes orationis partes, quando ponuntur materialiter, sumuntur in vi nominum. Deinde cum dicit.

Obiectio.

Responsio prima Amonius.

Verbum importat compositionem.

Dub.

Responsio verbum infinitum quõ hẽt vi no.

Proprium no. & ver. Actio tripliciter.

Partes ora. quãdo materialiter.

ARGY. *Dico autem ipsum insuper tempus significare, quia ualitudo quidem est nomen, valet autem verbum, significat enim insuper nunc esse.*

ANTI. *Dico vero quoniã cõsignificat tẽpus, vt cursus quidẽ nomen est, currit autem verbum, cõsignificat. n. nũc esse.*

Exponit definitionem positã. Et primo quantum ad hoc quod dixerat ꝙ consignificat tempus. Secundo quãtum ad hoc quod dixerat ꝙ est nota eorum, quę de altero prædicantur, cum dicit} & semper est &c.} Secundã autem particulam. s. {cuius nulla pars extra significat,} non exponit, quia supra expolita est in tractatu nominis Exponit ergo ptimum, ꝙ verbum consignificat tempus. per exemplũ, quia, videlicet cursus, qua significat actionem non per modum actionis, sed per modum rei per se existentis, non consignificat tempus, eo ꝙ est nomẽ. Curro vero cum sit verbum significans actionem, consignificat tempus, quia proprium est motus tempore mensurari, actiones autẽ nobis notę sunt in tempore. Dictum est autem supra, ꝙ consignificare tempus est significare aliquid in tempore mensuratum. Vnde aliud est significare tẽpus principaliter, vt rem quandã, quod potest nomini conuenire, aliud est significare cum tempore, quod non conuenit nomini, sed verbo. Deinde cum dicit.

Secunda pars. cur præterem.

Nomen nõ cõsignificat tẽpus verbum autem sic.

Signifi. tempus vel cum tempore.

ARGY. *Atque semper eorum, quæ de alio dicuntur, est signũ, vt eorum, quæ de subiecto, dicuntur, aut eorum, quæ in subiecto dicimus esse.*

ANTI. *Et est semper eorum, quę de altero dicuntur nota. vt eorum, quæ de subiecto, vel in subiecto sunt.*

Notandum

Exponit etiam particulam. Vbi notãdum est, ꝙ, quia subiectum enunciationis significatur vt cui inhæret aliquid cum verbum significet actionem per modũ actionis, de cuius ratione est, vt inhæreat, semper ponitur ex parte prædicati, nunquàm autẽ ex parte subiecti, nisi sumatur in vi nominis, vt dictũ est. Dicitur ergo verbum semper esse nota eorum, quæ dicuntur de altero, tũ quia verbũ semper significat id, quod prædicatur, tũ quia in omni prędicatione oportet esse verbũ, eo ꝙ verbũ importat cõpositionẽ, qua prędicatũ cõponitur subiecto.

Verbũ semper ex parte prædic.

Sed dubium videtur quod subditur, vt eorũ {quę de subiecto vel in subiecto sunt.} Videtur. n. aliquid dici vt de subiecto quod essentialiter prædicatur: vt homo est animal, in subiecto autem sicut accidens de subiecto prędicatur, vt homo est albus. Si ergo verbo significãt actionem vel passionẽ, quæ sunt accidentia, consequens est vt semper significant ea, quæ dicuntur vt in subiecto. Frustra igitur dicitur in subiecto vel de subiecto. Et ad hoc dicit Boethus, ꝙ vtraque ad idem pertinent. Accidens. n. & de subiecto prædicatur, & in subiecto est. Sed quia Arist. disiunctione vtitur, videtur aliud per vtraq; significare. Et ideo potest dici, ꝙ cum Arist. dicit ꝙ verbum semper est nota eorum, quę de altero prædicantur, non est sic intelligendum quasi significata verborũ sint, quæ prædicantur: quia, cum predicatio videatur magis proprie ad compositionẽ pertinere, ipsa verba sunt quę prædicantur magis quam significent prædicata. Est ergo intelligendum ꝙ verbum semper est signum, quòd aliqua prędicentur, quia omnis prædicatio fit per verbum ratione compositionis importatę, siue prædicetur aliquid essentialiter, siue accidentaliter. Deinde cum dicit.

Obiectio.

Rõsio pri. Boethus. Responsio secunda.

Prædica. verbum.

ARGY. *Non valet autem, & non ægrotat, nõ dico uerbũ esse, Non insuper quidẽ tẽpus significat, semperq; de aliquo dicitur. at differentiæ nullu nomen est positum. Sed verbum infinitum Vocetur. quoniam de procunq;, & de eo, quod est, & de eo, quod non. similiter dicitur.*

ANTI. *Non currit vero, & non laborat, verbũ non dico. Cõ significat etenim tẽpus, et semper de aliquo est. Differẽtię aũt huic nomẽ nõ est positũ sed sit infinitum verbũ, quoniã similiter in quolibet est, & quod est, & quod nõ est.*

Excludit quædam à ratione verbi & primo verbum infinitum,

Verba infinita. Proprium verbi.

infinitum. Secundo verba præteriti temporis vel futuri: ibi {Similiter autem vel curret vel currebat. Dicit ergo primo, ꝙ non currit, & non laborat, non proprie dicitur verbum. Est enim propriũ verbi significare aliquid per modum actionis vel passionis, quod prædictæ dictiones non faciunt. remouent enim actionem vel passionem potius quàm aliquam determinatam actionem vel passionẽ significent. Sed quamuis non proprie possint dici verbum, tñ conueniunt sibi ea quæ supra posita sunt in definitione verbi. Quorum primum est, ꝙ consignificat tẽpus, quia significat agere, & pati: quæ sicut sunt in tempore, ita priuatio horum. vnde & quies tempore mensuratur, vt habetur in Sexto Phy. Secundum est, ꝙ semper ponitur ex parte prædicati, sicut & verbum. Et hoc ideo quia negatio reducitur ad genus affirmationis. Vnde sicut verbum quod significat actionem vel passionẽ, significat aliquid vt in altero existens, ita prædicta significãt remotionem actionis vel passionis. Siquis autẽ obijciat, Si prędictis dictionibus conuenit definitio verbi: ergo sunt verba. Dicendum est, ꝙ definitio verbi supra posita datur de verbo cõmunitet sumpto. Hmõi aũt dictiones negantur esse verba, quia deficiunt à perfecta ratione verbi: nec ante Aristo. erat nomen positum huic generi dictionum à verbis differentium. Sed, quia hmõi dictiones in aliquo cum verbis conueniunt, deficiunt tamen à determinata ratione verbi, vocat ea verba infinita. Et rationem nominis assignat: quia vnumquodq; eorum in differenter potest dici de eo quod est, vel de eo quod non est. Sumitur enim negatio opposita non in vi priuationis sed in vi simplicis negationis. Priuatio enim supponit determinatum subiectum. Differunt tamen huiusmodi verba à verbis negatiuis, quia verba infinita sumuntur in vi vnius dictionis, verba vero negatiua, in vi duarũ dictionum. Deinde cum dicit.

Lec. 10. & Lec. 5. & ca. 30. 31. 32.

Obiectio. Responsio Quõ sumptum uerbũ supra fit defini.

Negõ infin. ver. Differentia inter ver. infini. ver. nega.

ARGY. *Simili modo valuit, atque valebit, non verba, sed verbi casus appello: quoniam illud quidem præsens significat tempus, hæc autem id quod est circa præsens, exactum, inquam, atque futurum.*

ANTI. *Similiter autem curret, & currebat, verbum non est, sed casus verbi. Differt autem à verbo, quod hoc quidem consignificat præsens tempus, illa vero quæ circa sunt.*

Casus uerbi.

Excludit à verbo verba præteriti, & futuri temporis, & dicit, ꝙ sicut verba infinita non sunt simpliciter verba, ita etiam curret, quod est futuri temporis, vel currebat, quod est preteriti temporis, non est verbum, sed sunt casus verbi. Et differunt in hoc à verbo, quia verbũ consignificat præsens tempus, illa vero significant tempus hinc, & inde circundas. Dicit autẽ signanter præsens tẽpus, & nõ simpliciter præsens, ne intelligatur præsens indiuisibile, quod est instans: quia in instanti nõ est motus, nec actio aut passio, sed oportet accipere prędens tempus quod mensurat actionẽ, quæ incæpit, & nondum est determinata per actum. Recte autẽ ea quę consignificant tempus pręderitum vel futurum, non sunt verba proprie dicta, cum. n. verbũ proprie sit quod significat agere vel pati, hoc est proprie verbum quod significat agere vel pati in actu, quod est agere vel pati simpliciter, sed agere vel pati in præterito vel futuro, est sm quid. Dicuntur etiam verba præteriti vel futuri temporis rationabiliter casus verbi. quod consignificat præsens tempus, quia præteritum vel futurum dicitur per respectum ad præsens. Et. n. præteritum quod fuit prędens, futurum, autem quod erit præsens. Cum autem declinatio temporis varietur per modos, tempora, numeros & personas, variatio quæ fit per numerum & personam, non constituit casum vel casus verbi, quia talis variatio non est ex parte actionis, sed ex parte subiecti. sed variatio quæ est per modos & tempora, respicit ipsam actionem, & ideo uterque constituit casus uerbi. Nam uerba imperatiui uel optatiui modi casus dicũtur, sicut & uerba præteriti uel futuri temporis. Sed uerba indicatiui modi præsentis temporis, non dicuntur casus, cuiuscunque sint personæ uel numeri. Deinde cum dicit.

Ver. præte. vel futurũ.

Casus verborum.

ARGY. *Ipsa igitur verba, cum per se dicuntur, nomina sunt.*

ANTI. *Ipsa itaque secundum se dicta verba, nomina sunt.*

Ostendit conuenientiam uerborum ad nomina. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secũdo manifestat propositũ, ibi {& significat aliquid &c.} Dicit ergo, ꝙ ipsa uerba sm se dicta sunt nomina, quod à quibusdam exponitur de uerbis, quæ sumuntur in vi nominis, ut dictum est, siue sint infinitiui modi, ut eum dico, currere est moueri, siue sint alterius modi, ut cũ dico, curro est verbum. Sed hæc non uidetur esse intentio Aristo. quia ad hanc intentionem non respondet consequentia. Et ideo aliter dicendum est, ꝙ nomen hic sumitur, prout communiter significat quamlibet dictionem impositam ad significandum aliquam rem. Et, quia etiã ipsum agere uel pati est quædam res, inde est quod & ipsa uerba inquantum nominant. i. significant agere uel pati sub nominibus comprehenduntur cõiter acceptis. Nomen autem prout à uerbo distinguitur, significat rẽ sub determinato modo, prout. s. põt intelligi ut per se existẽs. Vnde nomina possũt subiici, & prdicari. Deinde cũ dicit.

Verba esse nomina quidam male.

Expõ. ver.

Quid no. vt distin. à verbo.

ARGY. *Et aliquid sane significant. nam qui dicit, mentẽ utiq; affirmat, & qui audiuit, quieuit, sed si est, aut non est, nõ dum sane significat. nec. n. esse, aut non esse, signũ est rei, neq; si ipsum quod est per se dixeris nudum: ipsum enim nihil est. Significat autem insuper compositionem quandam, quę quidem sine compositis intelligi nequit.*

ANTI. *Et significant aliquid. Constituit enim qui dicit intellectum, & qui audit, quiescit. sed si est, vel non est, nondũ significat: neq; enim signum est rei esse vel nõ esse. Nec si hoc ipsum est purum dixeris. ipsum enim nihil est. Consignificat autem quandam compositionem, quam sine cõpositis non est intelligere.*

Probat propositum. Primo per hoc, ꝙ uerba significant aliquid sicut & nomina. Secundo, ꝙ non significant uerum uel falsum, sicut nec nomina, ibi {Sed si est aut nõ est &c.} Dicit ergo primo, ꝙ in tantum dictum est, quòd uerba sunt nomina, inquãtum significant aliquid. Et hoc probat, quia supra dictum est, ꝙ uoces significatiuæ significant intellectus. unde proprium uocis significatiuæ est, ꝙ generet aliquem intellectum in animo audientis. Et ideo ad ostendendum quòd uerbum sit uox significatiua, assumit quòd ille, qui dicit uerbum, constituit intellectum in animo audientis. Et ad hoc manifestandum inducit quòd ille qui audit quiescit. Sed hoc uidetur esse falsum: quia sola oratio perfecta facit quiescere intellectũ non autem nomen, neque uerbum si per se dicatur. Si. n. dicam homo, suspensus est animus audientis quid de eo dicere uelim, si autem dico curro, suspensus est eius animus de quo dicam. Sed dicendum est, quòd cum duplex sit intellectus operatio, ut supra habitum est, ille, qui dicit nomen uel uerbum secundum se constituit intellectũ quantum ad primam operationem, quæ est simplex conceptio alicuius, & secundum hoc quiescit audiens, qui in suspenso erat antequam nomẽ uel uerbum proferetur, & eius prolatio terminaretur, non autem constituit intellectum,

Proprium voc. signi.

Obiectio.

Responsio lec. 1. Dicẽ no. vel ver. quo constituat intellectum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectum, quantum ad secundam operationem, quæ est intellectus componentis, & diuidentis ipsum verbum, vel nomen per se dictum, nec quantum ad hoc facit quiescere audientem. Et ideo statim subdit {sed si est, aut nō est, nondum significat}, idest nondum significat aliquid per modum compositionis, & diuisionis, aut veri vel falsi. Et hoc est f m quod probare intendit. Probat autem consequenter per illa verba quæ maxime videntur significare veritatem, vel falsitatem. s. ipsum verbum quod est esse, & verbum infinitum quod est non esse: quorum neutrum per se dictum, est significatiuum veritatis vel falsitatis in re, vnde multo minus alia. Vel potest intelligi hoc generaliter dici de omnibus verbis. Quia. n. dixerat, ꝙ verbum non significat si est res, vel non est, hoc consequenter manifestat, quia nullum verbum est significatiuum rei esse vel non esse, idest ꝙ res sit, vel non sit: Quamuis. n. omne verbum finitum implicet esse, quia currere est currentem esse, & omne verbum infinitum implicet non esse. quia non currere est non currentem esse, tamē nullum verbum significat hoc totum, rem esse, vel non esse. Et hoc consequenter probat per id, de quo magis videtur, cum subdit {nec si hoc ipsum est, purum dixeris, ipsum quidem nihil est}. Vbi notandum est, ꝙ in greco habetur, neque si ens ipsum nudum dixeris, ipsum quidem nihil est. Ad probandum. n. ꝙ verba non significant rem esse vel non esse, assumpsit id quod est fons & origo ipsius esse. {ipsum ens, de quo dicit ꝙ nihil est (vt Alexan. exponit) quia ens æquiuoce dicitur de decem Prædicamentis. Omne autem æquiuocum per se positū nihil significat, nisi aliquid addatur, quod determinet eius significationem. Vnde nec ipsum per se dictū significat quod est vel non est. Sed hæc expositio non videtur conueniens. tum quia ens non dicitur propriæ æquiuoce. sed f m prius, & posterius, vnde simpliciter dictum intelligitur de eo quod per prius dicitur. tum etiam, quia dictio equiuoca non nihil significat, sed multa significat & quandoque hoc, quandoq; illud per ipsam accipitur. tum etiā, quia talis expō nō multum facit ad intentionē presentē. Vnde Porphyrius aliter exposuit, ꝙ hoc ipsum ens non significat naturā alicuius rei, sicut hoc nomē homo, vel sapiens, sed solum designat quandam coniunctionem. vnde subdit, ꝙ {consignificat quandam compositionē, quam sine cōpositis non est intelligere.} Sed neq; hoc conuenienter videtur dici: quia, si nō significaret aliquā rem, sed solum coniunctionē, nō esset neq; nomē, neque verbū, sicut nec cōpositiones, aut coniunctiones. Et ideo aliter exponendū est, sicut Amonius exponit, ꝙ ipsum ens nihil est. i. non significat verū, vel falsum. Et ratione hmōi assignat, cum subdit. {Consignificat autem quandā cōpositionem.} Nec accipitur hic, vt ipse dicit, Consignificat, sicut cum dicebatur, ꝙ verbum cōsignificat tempus, sed consignificat, id est cū aliquo significat, .s. alij adiunctum compositionē significat, quę nō potest intelligi sine extremis cōpositionis. Sed, quia hoc cōmune est omnibus nominibus & verbis, non videtur hęc expositio esse f m intētionē Arist. qui assumpsit ipsum ens quasi quoddā speciale. Et ideo vt magis sequamur verba Arist. cōsiderandū est ꝙ ipse dixerat, ꝙ verbū nō significat rem esse vel non esse, sed nec ipsum ens significat rē esse vel non esse. Et hoc est quod dicit, nihil est. i. non significat aliquid esse. etenim hoc maxime videbatur de hoc quod dico ens, quia ens nihil est aliud quàm quod est. Et sic videtur et rē significare, per hoc quod dico quod, & esse, per hoc quod dico est. Et si quidem hæc dictio ens significaret esse principaliter, sicut significat rem, quę habet esse, proculdubio significaret aliquid esse. Sed ipsam compositionē, quæ importatur in hoc quod dico est, nō principaliter significat. sed consignificat eam inquantū significat rem habentem esse. Vnde talis consignificatio cōpositionis nō sufficit ad veritatem vel falsitatem, quia compositio, in qua consistit veritas & falsitas non potest intelligi nisi f m ꝙ innectit extrema cōpositionis. Si vero dicatur, nec ipsum est, vt libri nostri habent, planior est sensus. Quod. n. nullum verbum significat rem esse vel non esse, probat per hoc verbum est, quod f m se dictū, nō significat aliquid esse, licet significet esse. Et quia hoc ipsum esse videtur cōpositio quædam, & ita hoc verbū est quod significat esse, potest videri significare cōpositionē in qua sit verum vel fallum. ad hoc excludendū subdit, ꝙ illa cōpositio quam significat hoc verbum est, non potest intelligi sine componentibus quia dependet eius intellectus ab extremis, quæ si non apponantur, non est perfectus intellectus compositionis, vt posit in ea esse verum vel falsum. Ideo autē dicit, ꝙ hoc verbum est consignificat cōpositionem, quia non eam principaliter significat, sed ex consequenti. significat. n. illud quod primo cadit in intellectu per modum actualitatis absolute. nam est simpliciter dictū, significat in actu esse, & ideo significat per modum verbi. Quia vero actualitas, quā principaliter significat hoc verbum est, est communiter actualitas omnis forma, vel actus substantialis, vel accidentalis, inde est, ꝙ, cum volumus significare quacunq; formam, vel actū actualiter in esse alicui subiecto signitimus illud per hoc verbum est. simpliciter quidem f m præsens tempus, f m quid autē, f m alia tēpora. Et ideo ex consequēti hoc verbū est significat compositionem.

Ver. infinitū esse implicat.

Ens origo esse.

Expō. Alex.

Improb. Ens nō proprie æqui.

Expositio Porphyr.

Improb.

Expositio Amon.

Improb.

Expō. 9b.

Ens quid.

Consignificatio ad veritatem vel falsi.

LECTIO VI.

Quid nam sit ipsa oratio declaratur.

Oratio est vox significatiua, cuius partium aliqua separata, significat, vt dictio, sed nō affirmatio, vel negatio. ARGY.

Ratio autem est vox significatiua, cuius partū aliquid significatiuum est separatim, vt dictio, non vt affirmatio, vel negatio. ANTI.

Post quàm Philosophus determinauit de nomine, & de verbo, quæ sunt principia materialia enunciationis, ut pote partes eius existentes, nunc determinat de Oratione, quæ est principium formale enunciationis, utpote genus eius existens. Et circa hoc tria facit. Primo enim proponit definitionem orationis. Secundo exponit eā, ibi {Dico autem vt homo, &c.} Tertio excludit errorē: ibi. {Est autem oratio omnis. &c.} Circa primum considerādum ꝙ Philosophus in definitione orationis, ponit illud in quo oratio conuenit cum nomine, & verbo, cum dicit. {Oratio est vox significatiua,} quod etiam posuit in definitione nominis & probauit de verbo quod aliquid significet. Nō autem posuit in eius definitione, quia supponebat ex eo quod positū erat in definitione nominis studens breuitati, ne idem frequenter iteraret. Iterat tamen hoc in definitione orationis, quia significatio orationis differt à significatione nominis & verbi quia nomen vel verbū significat simplicem intellectū, oratio vero significat intellectū cōpositum. Secundo autem ponit id, in quo oratio differt à nomine, & verbo, cum dicit {Cuius partium aliquid significatiuum est separatim.} Supra enim dictum est, ꝙ pars nominis non significat aliquid per se separata, sed solum quod est coniunctum ex duabus partibus. Signanter aūt non dicit cuius pars est significatiua aliquid separata, sed cuius aliquid partium est.

Dubitatio. Cur Aristoponit in definitiōe orationis vox signi.

Quam prætermi. in defin. ver.

Responsio.

Lec. 4.

Negatio. & syncatheg. quid signi.

est significatiuum, propter negationes, & alia syncathegoremata, quæ f m se non significant aliquid absolutum sed solum habitudinem vnius ad alterum. Sed, quia duplex est significatio vocis, vna quæ refertur ad intellectū compositum, alia, quæ refertur ad intellectum simplicē, prima significatio competit orationi, secunda non competit orationi, sed parti orationis. Vnde subdit {vt dictio non vt affirmatio.} Quasi dicat pars orationis est significatiua, sicut dictio significat, puta vt nomen, & verbum, nō vt affirmatio, quę componitur ex nomine, & verbo. Facit autem mentionem solum de affirmatione, & non de negatione, quia negatio f m vocem superaddit affirmationi. vnde, si pars orationis propter sui simplicitatem non significat aliquid, vt affirmatio, multo minus, vt negatio. Sed contra hanc definitionem Aspasius objicit, ꝙ videtur non omnibus partibus orationis conuenire. Sūt .n. quædam orationes, quarū partes significant aliquid vt affirmatio, vt puta si Sol luce super terrā dies est, & sic de multis. Et ad hoc respōdet Porphyrius, ꝙ in quocūq; genere inuenitur prius, & posterius, debet definiri quod prius est. Sicut cum datur definitio alicuius speciei, puta hominis, intelligitur definitio de eo quod est in actu, nō de eo quod est in potentia. & ideo, quia in genere orationis prius est oratio simplex, inde est ꝙ Arist. prius definiuit orationem simplicem. Vel potest dici f m Alex. & Amonium, ꝙ hic definitur oratio in communi. Vnde debet poni in hac definitione, id quod est cōmune orationi simplici, & compositæ. Habere autem partes significātes aliquid vt affirmatio, hoc solum competit orationi compositæ, sed habere partes significantes aliquid per modum dictionis, & non per modum affirmationis, est commune orationi simplici, & compositæ. Et ideo hoc debuit poni in definitione orationis. Et f m hoc non debet intelligi esse de ratione orationis, ꝙ pars eius non sit affirmatio, sed quia de ratione orationis est, ꝙ pars eius sit aliquid quod significat per modum dictionis, non per modū affirmationis. Et in idē redit solutio Porphyrij quantum ad sensum, licet quantum ad verba parūper differat. Quia. n. Arist. frequenter ponit dicere pro affirmare, ne dictio pro affirmatione sumatur, subdit, ꝙ pars orationis significat {vt dictio} & addit non {vt affimatio} quasi diceret f m sensum Porphyrij, non accipitur nunc dictio f m ꝙ idem est ꝙ affirmatio. Philosophus autē, qui dicitur Ioannes grammaticus, voluit, ꝙ hæc definitio orationis deretur solum de oratione perfecta, eo ꝙ partes non videntur esse nisi alicuius perfecti, sicut omnes partes domus referuntur ad domum, & ideo f m ipsum sola oratio perfecta habet partes significatiuas. Sed tamē hic decipiebatur, quia quamuis omnes partes referantur ad totum perfectum, quædā tamen partes referuntur ad ipsum immediate, sicut paries, & tectum ad domum, & membra organica ad animal, quædam vero mediantibus partibus principalibus, sicut lapides referūtur ad domum mediante pariete, nervi autem, & ossa ad animal mediantibus membris organicis, sicut manus & pedes, & homini. Sic ergo omnes partes orationis principaliter referuntur ad orationem perfectam, cuius pars est oratio imperfecta, quæ etiam ipsa habet partes significantes. Vnde ista definitio conuenit tam orationi perfectæ, quàm imperfectæ. Deinde cum dicit.

Vocis duplex signi.

Expō. vlti. Cur præter negatio.

Obiectio Aspasij.

Respō. Porphyrij.

Responsio Alexand. & Amonij.

Expō. Ioā. grammati.

Improb. Diuersa rele. partium ad totum.

Definitio orationis quibus conue.

ARGY. *Homo nanque significat quidem aliquid, at non esse, aut non esse, sed erit affirmatio. aut negatio, si aliquid ip si adderis.*

ANTI. *Dico autem vt homo. significat enim aliquid, sed non quoniam est, aut non est, sed erit affirmatio, vel negatio, si aliquid addatur.*

Expontt propositā definitionē. Et primo manifestat verū esse quod dicitur, Secūdo excludit falsū intellectū ibi. {Sed nō vna hominis syllaba.} Exponit ergo ꝙ dixerat aliquid partiū orationis esse significatiuū, sicut hoc nomē homo, quod est pars orationis, significat aliquid, sed nō significat vt affirmatio aut negatio, quia nō significat esse vel nō esse. Et hoc dico nō in actu, sed solum in potētia. Pōt. n. aliquid addi, p cuius additionē fit affirmatio, vel negatio. {si addatur ei verbū. Deinde cum dicit.

Vna vero syllaba hominis nihil significat. Nec enim hac in dictione musica, mu, significat aliquid, sed vox tā tum est, in compositis autem significat quidem, sed non per se, antea diximus. ARGY.

Sed non vna hominis syllaba. neque enim in eo quod est Sorex, res significat sed vox nunc est sola. in duplicibus vero significat quidem aliquid, sed non secundum se, quemadmodum dictum est. ANTI.

Excludit f lsum intellectum, & posset hoc referri ad immediate dictum, vt sit sensus, ꝙ nomen erit affirmatio & negatio, si quid ei addatur, sed non si addatur ei vna nominis syllaba. Sed, quia huic sensui non cōueniunt verba sequentia oportet ꝙ referatur ad id, quod supra dictū est in definitione orationis. s. ꝙ aliquid partiū eius si significatiuum separatim. Sed, quia pars alicuius totius dicitur proprie illud, quod immediate venit ad cōstitutionē totius, nō aūt pars partis, iō hoc nō intelligendū est de partibus nominis vel verbi, quæ sunt syllabę vel literæ. Et ideo dicitur, ꝙ pars orationis est significatiua separata, non tū talis pars, quæ est vna nominis syllaba. Et hoc manifestat in syllabis, quę quādoq; possunt esse dictiones per se significātes, sicut hoc quod dico rex, quādoque est una dictio per se significans, inquantū uero accipiiur ut una quædā syllaba huius nominis Sorex soricis, nō significat aliquid per se, sed est uox sola. Dictio enim composita est ex pluribus uocibus, tamē in significando habet simplicitatem, inquantum, scilicet significat simplicem intellectum. Et ideo inquantum est uox composita, potest habere partem, quę est rex, inquantū autē est simplex in significando, non potest habere partem significanté. Vnde syllabę quidē sunt uoces, sed nō sunt uoces per se significantes. Sciendū tamē, ꝙ in nominibus compositis, quæ imponuntur ad significandum rem simplicē ex aliquo intellectu composito, partes f m apparentiam aliquid significāt, licet nō f m ueritatē. Et ideo subdit ꝙ in duplicibus. i. in nominibus cōpositis, syllabæ quę possunt esse dictiones, in compositione nominis uenientes significant aliquid. s. in ipso composito, & f m ꝙ sunt dictiones, nō autē significāt p se prout sunt hmōi nominis partes, sed eo modo, sicut supra dictū est. Deinde cū dicit.

Aut uero omnis oratio significatiua quidē est, at nō ut instrumentū sed est instituto, quemadmodum dicimus. ARGY.

Est autē oratio omnis quidem significatiua nō sicut in strumentū, sed, quēadmodū dictum est secundū placitū. ANTI.

Excludit quendā errorē. Fuerūt. n. aliqui dicētes, ꝙ oratio, & eius partes significant naturaliter, nō ad placitū. Ad probādū autē hoc vtebantur tali ratione. Virtutis naturalis oportet esse naturalia instrumēta, quia natura nō deficit i necessarijs. Potētia aūt interpretatiua est naturalis, ergo instrumēta eius sūt naturalia, instrumētū autē eius est oro, quia p orationē uirtus interpretatiua interpretatur mētis cōceptū. hoc. n. dicimus instrumētū, quo agēs operatur. ergo oro est aliquid naturale, nō ex institutione humana

Sensus falsi. tex. Verus.

Pars propriꝰ totius.

Dictio composita simplex in sig.

Partes no. separatæ sig. ni.

Error dic. ora. & partes eius naturaliter signi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Responsio ad Platon.

Instrumentum nat. vir.interp.

Instrumẽta vir motiuæ.

Oratio. & partes.

Lec.4. Ratio supra natũ cor. Lec.2.&ca. 4.&6.

ne humana significant, sed naturaliter. Huic autem ratio ni, quæ dicitur esse Plato in lib. qui intitulatur Cratylus, Aristo. obiiciendo dicit, ꝙ oratio est significatiua non sicut instrumentum virtutis, ſ. naturalis, quia instrumenta naturalia virtutis interpretatiuæ sunt guttur. & pulmo, quibus formatur vox, & lingua, & dentes, & labia, quibus literati soni ac articulati distinguuntur, oratio autem & partes eius sunt sicut effectus virtutis interpretatiuæ per instrumenta prædicta. Sicut.n. virtus motiua vtitur naturalibus instrumentis, sicut brachijs, & manibus ad faciendum opera artificialia, ita virtus interpretatiua vtitur gutture, & alijs instrumentis naturalibus ad faciendum orationem. Vnde oratio, & partes eius non sunt res naturales, sed quidã artificiales effectus. Et ideo subdit, ꝙ oratio significat ad placitum, i. ſm institutionem humanæ rationis & voluntatis, vt supra dictum est, sicut & omnia artificialia causan.ur ex humana voluntate, & ratione. Sciendum ergo, ꝙ, si virtutem interpretatiuam non attribuamus virtuti motiuæ, sed rationi, sic non est virtus naturalis, sed supra omnem naturam corpoream, quia intellectus non est actus alicuius corporis, sicut probatur in Tertio de Anima. Ipsa autem ratio est, quę mouet virtutem corporalem motiuam ad opera artificialia, quibus etiam vt instrumentis vtitur ratio. non sunt autẽ instrumenta alicuius virtutis corporalis. Et hoc modo potest etiam vti oratione, & eius partibus, quasi instrumentis, quamuis non naturaliter significent.

LECTIO VII.

Quid sit ipsa enũciatio, quę inter species orationis perfectior ac sola logici muneris est, ostenditur, ac declaratur.

ARGY. *Non omnis autem enunciatiua, sed ea tantum, quæ vera est aut falsa.*

ANTI. *Enunciatiua vero non omnis, sed illa, in qua verum, vel falsum est.*

Postquam Philosophus determinauit de principijs enunciationis, hic incipit determinare de ipsa enunciatione. Et diuiduntur pars hæc in duas: quia in prima determinat de enunciatione absolute, in secunda de diuersitate enunciationum, quæ prouenit ſm ea quæ simplici enunciatione adduntur: & hoc in Secundo lib. ibi {Quoniam autem est enunciatio de aliquo affirmatio.} Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima definit enunciationem, in secunda diuidit eam. ibi {Est autẽ vna prima oratio.} In tertia agit de oppositione partium eius adinuicem. ibi {Quin autem est enunciare &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit definitionem enunciationis, Secundo ostendit ꝙ per hanc definitionem differt enunciatio ab alijs speciebus orationis. ibi {Non autem in omnibus &c.} Tertio ostendit, ꝙ de sola enuntiatiua est tractandum ibi. {Sit cæteræ quidem relinquantur.} Circa primum considerandum, ꝙ oratio, quamuis non sit instrumentum alicuius virtutis naturaliter operantis: est tamen instrumentum rationis, vt supra dictũ est. Omne autem instrumentum oportet definiri ex suo fine, qui est vsus instrumenti, vsus autem orationis, sicut & omnis vocis significatiuæ est significare conceptum intellectus duæ autem sunt operationes intellectus, in quarum vna non inuenitur veritas, & falsitas, in alia autem inuenitur verum, & falsum. Et ideo orationem enunciatiuam definit ex significatione veri, & falsi, dicens, ꝙ {non omnis oratio est enunciatiua, sed in qua verum vel falsum est.} Vbi considerandum est, ꝙ Arist. mirabili breuitate vsus & diuisionẽ orationis innuit in hoc ꝙ dicit, non omnis oratio est enunciatiua, & definitionẽ in hoc ꝙ dicit, sed in qua verum vel falsum est, vt intelligatur ꝙ hæc sit definitio enunciationis, enuntiatio est oratio, in qua verũ vel falsum est. Dicitur autẽ in enunciatione esse verũ vel falsum, sicut in signo intellectus veri vel falsi. Sed sicut in subiecto est verũ vel falsum in mẽte, vt dicitur in Sexto Metaphysicæ, in re autem sicut in causſa, quia vt dicitur in libro Prędicamentorum, ab eo ꝙ res est vel non est, oratio vera vel falsa est. Deinde cum dicit.

Lec. vlt. & cõm. In post. di.

Quod quidem non omnibus orationibus competit. Nam sit quidem oratio cum quispiam optat, non tamen vera est, aut falsa.

ARGY.

Non autem omnibus inest. vt deprecatio oratio quidem est, sed neque vera, neque falsa.

ANTI.

Ostendit, ꝙ per hanc definitionẽ enunciatio differt ab alijs orationibus. Et quidem de orationibus imperfectis manifestum est, ꝙ nõ significant verum vel falsum, quia eum nõ faciãt perfectũ sensum in animo auditoris, manifestũ est, ꝙ perfecte non exprimunt iudiciũ rationis, in quo cõsistit verũ vel falsum. His igit̃ prætermissis, sciendũ est, ꝙ perfectæ orationis, quę cõplet sententiã, quinque sunt spẽs, videlicet enuntiatiua, deprecatiua, imperatiua, interrogatiua, & vocatiua. Nõ tñ intelligẽdum est, ꝙ solũ nomen vocatiui casus sit uocatiua oratio quia oportet aliquid partiũ orationis significare aliquid separatim, sicut supra dictũ est, sed per uocatiuũ prouocatur, siue excitatur animus audiẽtis ad attendendũ, non aũt est uocatiua oratio nisi plura coniungãtur, ut cũ dico, o bone Petre. Harũ orationũ sola enunciatiua est, in qua inuenitur uerũ, & falsum, quia ipsa sola absolute significat cõceptum intellectus, in quo est uerũ, uel falsum. Sed, quia intellectus, uel ratio non solum concipit in seipso ueritatem, sed etiã ad eius officium pertinet ſm suum cõceptũ alia dirigere, & ordinare, ideo necesse fuit ꝙ sicut per enũciatiuã orationem significatur ipse mentis cõceptus; ita etiam essent aliquæ aliæ orationes significantes ordinem rationis ſm quã alia diriguntur. Dirigitur autẽ ex ratione vnius hominis alius homo ad tria. Primo quidẽ ad attendendũ mẽte, & ad hoc pertinet vocatiua oratio. Secundo ad respondendũ voce, & ad hoc pertinet interrogatiua. Tertio ad exequendum in opere, & ad hoc pertinet quantũ ad inferiores oratio imperatiua, quantũ autem ad superiores oratio deprecatiua, ad quã reducitur oratio optatiua, quia respectu superioris homo nõ habet vim motiuã, nisi per expresionẽ sui desiderij. Quia igitur istæ quatuor orationis species nõ significant ipsum conceptũ intellectus, in quo est verũ vel falsum, sed quẽdã ordinẽ ad hoc cõsequentẽ, inde est, ꝙ in nulla earũ inuenitur verũ vel falsum, sed solũ in enũciatiua, quæ significat id quod de rebus concipitur. Et inde est ꝙ omnes modi orationũ, in quibus inuenitur verũ vel falsum, sub ennnciatione continẽtur: quã quidam dicunt indicatiuã, vel suppositiuã. Dubitatiua autẽ ad interrogatiuã reducitur, sicut & optatiua ad deprecatiuã. Deinde cũ dicit.

Ver. vel f. In quo c.

Perfectæ orationis quinq; species.

Oratio v.

Ver. & fal. sola enun.

Necessitas aliorũ ora.

Suffic. ora.

Signa. fi cierum ora.

Cur in sola enũc. ver. & fal.

Dubitatiua & optatiua.

Orationes igitur cæteræ omittantur, ad oratoriã n. artẽ, aut Poesim illarum magis consideratio pertinet. Enunciatiua vero præsentis est proprie cõtemplationis.

ARGY.

Cæteræ igitur relinquantur, rhetoricæ enim vel poeticæ conuenientior est consideratio. Enunciatiua vero præsentis speculationis est.

ANTI.

Ostendit, ꝙ de sola enunciatiua est agendum, & dicit quòd aliæ quatuor orationis species sunt relinquẽdę, quã tum pertinet ad prȩsentem intentionem, quia earum cõsideratio conuenientior est rhetoricę vel poeticæ scientię. Sed enunciatiua oratio præsentis considerationis est.

Cur de sola enuũc.

Demonstratio quibus vtatur.

Quæ oratio ad rethori. vel poe.

Adgram.

Cuius ratio est, quia consideratio huius libri directe ordinatur ad scientiam demonstratiuã, in qua animus hominis per rationem inducitur, ad consentiendum vero ex his quæ sunt propria rei, & ideo demonstrator, non vtitur ad suum finem nisi enunciatiuis orationibus significantibus res ſm ꝙ earum veritas est in anima. Sed rhetor, & Poeta ducunt ad essentiendum ei quod intendunt non solum per ea quæ sunt propria rei, sed etiam per dispositiones audientis. Vnde Rhetores, & Poetæ plerunq; mouet auditores in vnum, prouocãdo eos ad aliquas passiones, vt Philosophos dicit in sua Rhetorica. Et ideo cõsideratio dictarum specierum orationis quæ pertinet ad ordinationem audientis in aliquid, cadit proprie sub consideratione rhetoricæ vel poeticæ ratione sui significati, ad considerationem autem Grammatici, prout considerat in eis congrua vocum constructio.

LECTIO VIII.

Diuiditur enunciatio in enunciationem vnam simpliciter, & enunciationem plures coniunctione. & quę nam sint declaratur, enunciatio item vna diuiditur in affirmationem, & negationem id est affirmatiuam & negatiuam, quæ nominis ac verbi vnitate multipliciter distinguuntur.

ARGY. *Et itaque vna prima enunciatiua oratio affirmatio, deinde negatio, cętera, vero omne, coniunctiones sunt vnæ.*

ANTI. Est autem vna prima enunciatiua oratio affirmatio, deinde negatio. alię vero omnes, coniunctione sunt vnæ.

Postquam Philosophus definiuit enunciationem, hic diuidit eam. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit diuisionem, in secunda manifestat eam. ibi {Necesse est, autem} Circa primum considerandum est, quod Aristo. sub breuiloquio duas diuisiones enũciationis ponit. Quarum vna est ꝙ enunciatio quædam est vna simplex quædam est coniunctione vna. Sicut etiam in rebus quę sunt extra animam, aliquid est vnum simplex, sicut indiuisibile vel continuum, aliquid est vnum colligatione. aut compositione, aut ordine. Quia enim ens, & vnum conuertuntur, necesse est sicut omnem rem, ita & omnem enunciationem aliqualiter esse vnam. Alia vero subdiuisio enunciationis est, ꝙ si enunciatio sit vna, aut est affirmatiua, aut negatiua. Enunciatio autẽ affirmatiua, prior est negatiua. triplici ratione ſcdum tria quæ supra posita sunt, vbi dictum est, ꝙ vox est signum intellectus, & intellectus est signum rei. Ex parte igitur vocis affirmatiua est prior negatiua, quia est simplicior, negatiua. n. enũciatio addit supra affirmatiuam particulam negatiuam. Ex parte autem intellectus etiam affirmatiua enunciatio, quæ significat compositionem intellectus, est prior negatiua quæ significat diuisionem eiusdem. diuisio. n. naturaliter posterior est compositione. nam non est diuisio nisi compositorum, sicut non est corruptio, nisi generatorum. Ex parte autem rei affirmatiua enunciatio quæ significat esse, prior est negatiua quæ significat non esse; sicut habitus naturaliter prior est priuatione. Dicit, ergo ꝙ oratio enunciatiua vna, & prima est affirmatio, id est affirmatiua enunciatio. Et contra hoc quod dixerat prima, subdit {deinde negatio,} i. negatiua oratio, quia est posterior affirmatiua, vt dictum est. Contra id autem quod dixerat vna simpliciter subdit} quædam aliæ sunt vnæ non simpliciter, sed coniunctione vnæ.} Ex hoc autem quod hic dicitur argumentatur Alex. quòd diuisio enunciationis in affirmationem, & negationem non est diuisio generis in species, sed diuisio nominis multiplicis in sua significata. Genus enim vniuocę prędicatur de suis speciebus, non ſm prius, & posterius. Vnde Aris. noluit, ꝙ ens esset genus commune omnium, quia per prius prædicatur de substantia, quàm de nouem generibus accidentium. Sed dicendum, ꝙ vnum diuidentium aliquod cõmune potest esse prius altero dupliciter. vno modum ſm proprias rationes aut naturas diuidentium alio modo ſm participationem rationis illius communis quod in ea diuiditur. Primum autem non tollit vniuocationem generis, vt manifestũ est in numeris, in quibus binarius ſm rationem propriam prior est ternario, sed tamen æqualiter participant rationem generis sui. ſ. numeri, ita enim est ternarius multitudo mensurata per vnum, sicut & binarius. Sed secundum impedit vniuocationem generis. Et propter hoc ens nõ potest esse genus substantiæ, & accidẽtis, quia in ipsa ratione entis substantia, quæ est ens per se, proprietatem habet respectu accidentis quod est ens per aliud, & in alio. sic ergo affirmatio prior est negatione ſm propriam rationem, tamen æqualiter participant rationem enunciationis quam supra posuit, videlicet quòd enunciatio est oratio, in qua verum vel falsum. Deinde cum dicit.

Responsio Diuidentis vnum prius dupliciter.

Prioritas tollẽs vniu.

Ens nõ esse genus.

Affirmatio prior neg.

ARGY. *Necesse est autem enunciatiuam omnem orationem ex verbo, aut casu verbi constare. Etenim & ipsa hominis ratio, nisi est vel erat vel erit, aut aliquid tale addideris, nõdum est enunciatiua sanè oratio.*

ANTI. *Necesse est, autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo esse, vel casu verbi. etinim hominis ratio, si non est, aut erit, aut fuit, aut aliquid huiusmodi addatur, nondum est oratio enunciatiua.*

Manifestat propositas diuisiones. Et primo manifestat primum. ſcꝙ enunciatio vel est vna simpliciter vel coniunctione vna. Secundo manifestat secundam. ſ. ꝙ enunciatio simpliciter vna vel est affirmatiua vel negatiua. ibi {Est aũt simplex enunciatio, &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit quędam quæ sunt necessaria ad propositum manifestandum. Secundo manifestat propositum, ibi {Est autem vna oratio.} Circa primum duo facit. Primo dicit, ꝙ omnem orationem enunciatiuam oportet constare ex verbo quod est præsentis temporis, vel casu verbi quod est præteriti, vel futuri. Tacet autem de verbo infinito, qui eundem vsum habet sicut & verbum negatiuum. Manifestat autem quod dixerat per hoc, ꝙ nõ solum nomen vnum sine verbo non facit orationem perfectam enunciatiuam, sed nec etiam oratio imperfecta. Diffinitio enim oratio quædam est, & tamẽ si ad orationem hominis. i. definitionem nõ addatur est, quod est verbum, vel erat, vel fuit, quæ sunt casus verbi, aut aliqd huiusmodi aliud. i. aliquod aliud verbũ. seu casus verbi, nõdum est oratio enunciatiua. Potest autẽ esse dubitatio cum enunciatio constet ex nomine, & verbo, quare non facit mentionem. de nomine, sicut de verbo? Ad hoc tripliciter respondeti potest. Vno modo, quia nulla oratio enũciatiua inuenitur sine verbo vel casu verbi, inuenitur autem enunciatio siue nomine, puta cũ nos vtimur infinitiuis verborum loco nominum, vt cũ dicit currere est moueri. Secundo, & melius, quia, sicut supra dictum est, verbum est nota eorum quæ de altero prædicantur. Prædicatum autẽ est principalior pars enunciationis, eo ꝙ est pars formalis, & complectiua ipsius. Vñ vocatur apud grȩcos propositio cathegorica, idest prædicatiua. Denominatio autem fit a forma, quæ dat speciem rei. Et ideo fecit mentionem de uerbo tanquam de principaliori, & formaliori. Cuius signum est, quia enunciatio cathegorica dicitur affirmatiua uel negatiua ratione

Enunciatio ex quibus necessario. Verbum infinitum, & negatiuum. Definitio oratio quædam.

Dubitatio.

Respũ. pri.

Secunda. Lectio. 5. prædicam. principalior pars.

Cathegorica affirmatiua, vel negatiua. Tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne verbi quod affirmetur vel negatur, ſicut conditionalis dicitur affirmatiua vel negatiua, eo q̃ affirmatur vel negatur coniunctio, à qua denominatur. Tertio poteſt dici adhuc melius, q̃ non erat intentio Ariſto. oſtendere, q̃ nomen vel verbum non ſufficiant ad enunciationem complendam. hoc enim ſupra manifeſtauit, tam de nomine quàm de verbo. Sed, quia dixerat quòd quædã enunciatio eſt vna ſimpliciter, quædam autem coniunctione vna, poſſet aliquis diceret, q̃ illa quæ eſt vna ſimpliciter, careret omni compoſitione, ſed ipſe hoc excludit per hoc, q̃ in omni enunciatione oportet eſſe verbũ, quod importat compoſitionem, quàm non eſt intelligere ſine compoſitis, ſicut ſupra dictum eſt. Nomen autẽ non importat compoſitionem, & ideo non exigit præſens intentio, vt de nominet faceret mentionem, ſed ſolum de verbo. Secundo ibi.

Verbum, & non hoc importat cõm. Lect. 5.

ARGY. *Quia vnum quid eſt, & non multa, animal greſſibile bipes non.n. quia partibus cõiunctis pronunciata eſt, erit vna. Verum id pertractare ad aliam pertinet facultatem.*

ANTI. *Quare aũt vnum quoddam eſt, & non multa, animal, greſſibile bipes. neque enim in eo quòd propinquè dicuntur, vnum erit. Eſt autem alterius hoc tractare negotij.*

Oſtendit aliud quod eſt neceſſarium ad manifeſtationem propoſiti. ſ. q̃ hoc quod dico animal greſſibile bipes, quę eſt diffinitio hominis, eſt vnum, & non multa. Et eadẽ ratio eſt de omnibus diffitionibus. Et huiſmodi rationem aſsignare dicit eſſe alterius negotij. Pertinet enim ad metaphyſicum, vt in. 7. & in. 8 Memp. ratio huius aſsignatur, quia. ſ. differentia aduenit generi non per accidens, ſed per ſe tanquam determinatiua ipſius. per modum quo materia determinatur per formã. Nam a materia ſumitur genus, à forma autem differentia. Vnde ſicut ex forma, & materia fit vere vnũ, & non multa, ita ex genere, & differentia. Excludit autem quandam dubitationẽ vnius vnitatis, quã quis poſſet ſuſpicari, vt. ſ. diſſinitio dicatur vnum quia partes eius ſunt propinque. i. ſine aliqua interpoſitione cõiunctionis vel motę. Et quidem non interruptio locutionis neceſſaria eſt ad vnitatem definitionis, quia, ſi interponeretur coniunctio partibus definitionis, iam ſecunda nõ determinaret primã, ſed ſignificarentur vt actu multę in locutione. & ideo operatur interpoſitio morę, qua vtuntur Rethores loco cõiunctionis: Vnde ad vnitatẽ definitionis requiritur, q̃ partes eius proferantur ſine cõiunctione, & interpolatione, quia etiã in re naturali, cuius eſt definitio nihil cadit medium inter materiam & formam. ſed prædicta non interruptio non ſufficit ad vnitatem definitionis, quia cõtingit etiam hanc continuitatẽ prolationis ſeruari in his quæ non ſunt ſimpliciter vnum, ſed per accidens, vt ſi dicam, homo albus muſicus. Sic igitur Ariſto. valde ſubtiliter manifeſtauit q̃ abſoluta vnitas enunciationis non interrumpitur, neq; per compoſitionem quã importat verbum, neq; per multitudinem nominum, ex quibus conſtat definitio. Et eſt eadem ratio vtrobique nam prædicatũ comparatur ad ſubiectũ, vt forma ad materia, & ſimiliter differentia ad genus. ex materiam aũt, & forma fit vnum ſimpliciter. Deinde cum dicit.

Lect. 12. & cõm. 14. Lectio. 3. & cõm. 10.

Definitio. eſſe vnum. Genus, & differentia a quo.

Requiſita. ad vnitatem dcfin.

ARGY. *Eſt autem enunciatiua vna oratio, aut ea quæ vnum ſignificat, aut ea, quæ coniunctione eſt vna. Plures vero ea quæ plura, & non vnum ſignificat, aut ea, quæ caret coniunctione.*

ANTI. *Eſt autem vna oratio enunciatiua, vel quæ vnum ſignificat, vel coniunctione vna, plures autem, quæ plura, & non vnum, vel inconiuncta.*

Accidit ad manifeſtandam prædictam diuiſionem. Et primo manifeſtat ipſum commune quod diuiditur, quod eſt enunciatio vna. Secũdo manifeſtat partes diuiſionis ſ̃m proprias rationes, ibi {harum autem hæc ſimplex &c.} Circa primum duo facit. Primo manifeſtat ipſam diuiſionem. Secundo concludit, q̃ ab vtroq; membro diuiſionis nomen & verbum excluduntur. ibi {nomen ergo & verbum.} Opponitur autem vnitati pluralitas, & enunciationis vnitatem. manifeſtat per modũ pluralitatis. Dicit ergo primo, q̃ enunciatio dicitur vel vna abſolute. ſ. quæ vnũ de vno ſignificat, vel ſecundũ quid, ſcilicet quæ eſt coniunctione vna. Per oppoſitum autem eſt intelligendum, q̃ enunciationes plures ſunt, vel ex eo q̃ plura ſignificant, & non vnum, & hic opponitur primo modo vnitatis, vel ex eo q̃ abſq; coniunctione proferuntur, & tales opponuntur ſecundo modo vnitatis.

Enunciatio vna vel plu

Circa q̃ conſiderandum eſt ſecundum Boethum, q̃ vnitas & pluralitas orationis poteſt referri ad ſignificatum, ſimplex autem, & compoſitum attenditur ſecundum ipſas voces. Et ideo enunciatio quandoque eſt ſimplex & vna, puta cum ſolum ex nomine, & verbo componitur in vnum ſignificatum, vt cum dico, homo eſt albus. Et etiam quãdoque vna oratio, ſed compoſita, quę quidem vnam rem ſignificat. ſed tamen compoſitã eſt vel ex pluribus terminis: ſicut ſi dicam, animal rationale mortale currit, vel ex pluribus enunciationibus, ſicut in conditionalibus, quæ quidem vnum ſignificant, & non multa. Similiter autem quandoque in enunciatione eſt pluralitas cum ſimplicitate, puta cum in oratione ponitur aliqd nomen multa ſignificãs. vt ſi dicam canis latrat, hæc oratio plures eſt, quia plura ſignificat, & tamen ſimplex eſt. Quandoque vero in enunciatione eſt pluralitas. & compoſitio, puta cum ponuntur plura in ſubiecto vel in prædicato, ex quibus non fit vnum, ſiue interueniat coniunctio, ſiue non. puta ſi dicam, homo albus muſicus diſputat, & ſimiliter eſt ſi coniungantur plures enunciationes ſiue cum coniunctione, ſiue ſine coniunctione vt ſi dicam Sortes currit, Plato diſputat, & ſecundum hoc ſenſus litere eſt, q̃ enunciatio vna eſt illa, quæ vnum de vno ſignificat non ſolum ſi ſit ſimplex, ſed etiam ſi ſit coniunctione vna. Et ſimiliter enunciationes plures dicuntur quæ plura, & non vnum ſignificant, non ſolum quando interponitur aliqua coniunctio, vel inter nomina vel verba, vel etiam inter ipſas enunciationes, ſed etiam ſi {vel in coniunctione}. i. abſque aliqua interpoſita coniunctio vel ne plura ſignificat, vel quia eſt vnum nomen æquiuocum vel quia ponuntur plura nomina abſque coniunctione, ex quorum ſignificatis non fit vnum, vt ſi dicam, homo albus grammaticus logicus currit. Sed hæc expoſitionem non videtur eſſe ſecundum intentionem Ariſtote. Primo quidem, quia per diſiunctionem quam interponit videtur diſtinguere inter orationem vnum ſignificantem, & orationem quæ eſt coniunctione vna. Secundo, quia ſupra dixerat q̃ {eſt vnum quoddam & non multa animal greſsibile bipes.} Quod autem eſt coniunctione vnum, non eſt vnum, & non multa, ſed eſt vnum ex multis. Et ideo melius videtur dicendum, q̃ Ariſto. quia ſupra dixerat aliquã enunciationem eſſe vnam, & aliquam coniunctionem vnã, hic manifeſtat quæ ſit vna. Et quia ſupra dixerat quod multa nomina ſimul coniuncta ſunt vnum, ſicut animal greſsibile bipes, dicit Commentator Algazel, quod enunciatio eſt iudicanda vna non ex vnitate nominis, ſed ex vnitate ſignificati etiam ſi ſint plura nomina quæ vnum ſignificent. vel ſi aliqua enunciatio

Boe. expo.

Vna, & ſ

Vna, & ſ ſimpl.

Plu. & cõ

Plu. & cõ

Expõ. te Boethum.

Impugna expõ. Bo

Expõ. Alg zel.

citatio vna plura ſignificet, non vna ſimpliciter, ſed coniunctione vna. Et ſ̃m hoc, animal greſsibile bipes eſt riſibile non eſt vna, coniunctione vna, ſicut prius dicebatur, ſed quia vnum ſignificat. Et quia oppoſitum per oppoſitum manifeſtatur, cõſequenter oſtendit quę ſunt plures enunciationes. & ponit duos modos pluralitatis. Primus eſt, q̃ plures dicuntur enunciationes quæ plura ſignificant. Contingit autem aliqua plura ſignificari in aliquo vno communi, ſicut cum dico animal greſsibile bipes, ſub hoc vno communi, quod eſt animal, multa continentur, & tamen hæc enunciatio eſt vna, & non plures. Et ideo addit { & non vnum.} Sed melius eſt vt dicatur hoc eſſe additum propter definitionem quæ multa ſignificat quę ſunt vnum, & hic modus pluralitatis opponitur primo modo vnitatis. Secundus modus pluralitatis eſt, quando non ſolũ enunciationes plura ſignificant, ſed etiã illa plura nullatenus coniunguntur, & hic modus pluralitatis opponitur ſecundo modo vnitatis. & ſecũdum hoc patet q̃ ſecundus modus vnitatis, non opponitur primo modo pluralitatis. Ea autem, quę non ſunt oppoſita poſſunt ſimul eſſe. Vnde manifeſtum eſt enunciationẽ quæ eſt vna coniunctione, eſſe etiam plures. plures autem inquantum ſignificat plura, & non vnum. Secundũ autem hoc poſſumus accipere tres modos enunciationis. Nam quædam eſt ſimpliciter vna, inquantum vnum ſignificat. quædam eſt ſimpliciter plures, inquantum plura ſignificat, ſed eſt vna ſecundum quid, inquantum eſt coniunctione vna. Quædã ſunt ſimpliciter plures, quæ neq; ſignificant vnum, neque coniunctione aliqua vniuntur. Idem autem Ariſtot. quatuor ponit, & non ſolum tria: quia quandoq; eſt enunciatio plures, quia plura ſignificat, non tamen coniunctione vna. puta ſi ponatur ibi nomen multa ſignificans. Deinde cum dicit.

Primus modus plu.

Impugna. Expõ. Alga.

Secundus.

2. modus.

Cur. Ariſt. 4.

ARGY. *Nomen igitur, aut verbum dictio tantũ vocetur, quippe cum fieri nequeat, vt is qui aliquid nomine vel verbo ſignificat, ſic dicat, vt enunciet, ſiue interrogatus fuerit, ſiue non, ſed ex ſeſe voluerit dicere.*

ANTI. *Nomen ergo, & verbum dictio ſit ſola, quoniam non eſt dicere, ſic aliquid ſignificantem voce enunciare, vel aliquo interrogante, vel non, ſed ipſo proferente.*

Excludit ab vnitate orationis nomen, & verbum. Dixerat. n. q̃ enunciatio vna eſt, quę vnũ ſignificat, poſſet. n. aliquis intelligere q̃ ſic ſignificaret ſicut nomen, & verbum vnum ſignificant. Et ideo ad hoc excludendum ſubdit. {Nomen ergo, & verbum dictio ſit ſola,} ita dictio ſit q̃ non enunciatio. Et videtur ex modo loquendi q̃ ipſe impoſuerit hoc nomen ad ſignificandum partes enunciationis. Quod autẽ nomen & verbum dictio ſit ſola, manifeſtat per hoc q̃ non poteſt dici q̃ ille enunciet, qui ſic aliquid ſignificat voce ſicut nomen vel verbum ſignificat. Et ad hoc manifeſtandũ inuit duos modos vtendi enunciatione. Quandoque enim vtimur ipſa quaſi ad interrogata reſpondentes, puta ſi quæratur quis ſit in ſcholis, reſpondemus magiſter. Quandoq; autem vtimur ea propria ſponte nullo interrogante, ſicut cũ dicimus Petrus currit. Dicit ergo, q̃ ille, qui ſignificat aliquid vnum nomine vel verbo, nõ enunciat, vel ſicut ille qui reſpondet aliquo interrogante, vel ſicut ille qui profert enunciationem nõ aliquo interrogante, ſed ipſo proferente ſponte. Introduxit aũt hoc, quia nomen vel verbum ſimplex quando reſpondetur ad interrogationem, videtur verum vel falſum ſignificare, quod eſt propriũ enunciationis. Sed non competit nomini vel verbo, niſi ſ̃m quod intelligitur coniunctum cũ alia parte propoſita in interrogatione. Vt ſi quærenti quis legit in ſcholis, reſpondeatur Magiſter, intelligitur ibi legit. Si ergo ille qui enunciat aliquid nomine vel verbo nõ enunciat, manifeſtum eſt q̃ enunciatio nõ ſic vnũ ſignificat ſicut nomen vel verbum. Hoc aũt inducit ſicut concluſionẽ eius quod ſupra præmiſit {Neceſſe eſt omnem oronem enunciationem ex verbo eſſe vel ex caſu verbi.} Deinde cũ dicit.

Duobus modis vtitur enunc.

Expõ. vlt.

Not. & verſus. verum, vel falſum.

ARGY. *Harum autem alia erit enunciatio ſimplex, aliquid inquam dicẽs de aliquo, aut aliquid ab aliquo remouens, alia aũt ex his cõpoſita, veluti cõpoſita iam eſt oratio quædam.*

ANTI. *Harum autem hæc ſimplex quidem eſt enunciatio, vt aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo, hæc autem ex his coniuncta, velut oratio quædam iam compoſita.*

Manifeſtat præmiſſam diuiſionem ſecundũ rationes partium. Dixerat enim q̃ vna enunciatio eſt quę vnum de vno ſignificat, & alia eſt quę eſt coniunctione vna. Ratio autem huius diuiſionis eſt ex eo quod natũ eſt diuidi per ſimplex, & compoſitum. Et ideo dicit. {Harum autem}. ſ. enunciationum, in quibus diuiditur vnum, hæc dicitur vna, vel quia ſignificat vnũ ſimpliciter, vel quia vna eſt coniunctione. {Hæc quidem ſimplex enunciatio eſt. quæ. ſ. vnum ſignificat. Sed ne intelligatur q̃ ſic ſignificet vnum ſicut nomen vel verbum, ad excludendum hoc ſubdit, {vt aliquid de aliquo,}. i. per modum compoſitionis, vel {aliquid ab aliquo}. i. per modum diuiſionis. {Hæc autem ex his coniuncta} quæ, ſcilicet dicitur coniunctione vna, eſt velut oratio iam compoſita, quaſi dicat hoc modo, enunciationis vnitas diuiditur in duo præmiſſa, ſicut aliquid vnum diuiditur in ſimplex & compoſitum. Deinde cum dicit.

Ratio diu. enun. in vnã ſimpl. &c. Expõ. pri.

Secundę.

Tertiæ. vnitas enunc.

ARGY. *Atque ſimplex enunciatio eſt vox ſignificatiua eſſendi quippiam, vel non eſſendi, vt tempora ſunt diſtincta. Affirmatio vero eſt de aliquo alicuius enunciatio. Negatio autem enunciatio, qua aliquid ab aliquo dimouetur.*

ANTI. *Eſt autem ſimplex enunciatio, vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid, vel non eſt, quemadmodum tempora diuiſa ſunt. Affirmatio vero, eſt enunciatio alicuius de aliquo. Negatio vero, enunciatio alicuius ab aliquo.*

Manifeſtat ſecundam diuiſionem enunciationis, ſ̃m videlicet q̃ enunciatio diuiditur in affirmationem & negationem. Hæc autem diuiſio, primo quidem conuenit enunciationi ſimplici, ex conſequenti aũt conuenit compoſitæ enunciationi. & ideo ad inſinuandum rationem prædictæ diuiſionis, dicit, q̃ ſimplex enunciatio eſt vox ſignificatiua {de eo quod eſt aliquid} quod pertinet ad affirmationem {vel non eſt aliquid} quod pertinet ad negationem. Et ne intelligatur ſolum ſecundũ preſens tempus, ſubdit {quemadmodum tempora ſunt diuiſa}, ſ̃. ſimiliter hoc habet locum in alijs temporibus ſicut & in præſenti. Alex. autem exiſtimauit q̃ Ariſt. hic definiret enunciationem. &, quia in definitione enunciationis videtur ponere affirmationem, & negationẽ, volebat hic accipere quòd enunciatio nõ eſſet genus affirmationis & negationis, quia ſpecies nunquam ponitur in definitione generis. Id autem quod non vniuoce prædicatur de multis, quia. ſ. non ſignificat aliquid vnum: quod ſit vnum commune multis, non poteſt notificari niſi per illa multa quæ ſignificantur. Et inde eſt q̃ quia vnum non dicitur æquiuoce de ſimplici, & compoſito, ſed per prius, & poſterius, Ariſt. in præcedentibus ſemper ad notificandum vnitatem enũciationis vſus eſt vtroq;. Quia ergo videtur vti affirmatione, & negatione ad notificandum enunciationẽ, volebat Alex. accipere, q̃ enunciatio non dicit de affirmatione, & negatione vniuoce ſicut genus de ſuis

Diuiſio en. in affirm. & neg. cui primo.

Alexan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impugna. Alexand. de suis speciebus. Sed contrarium apparet ex hoc, q̃ Philosophus consequenter vtitur nomine enunciationis vt genere, cũ in definitione affirmationis & negationis subdit, q̃ {affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo} per modum compositionis, {negatio vero est enunciatio alicuius ab aliquo} per modum diuisionis. Nomine autem æquiuoco non consueuimus vti ad significandum significata eius. Et ideo Boethus dicit, quod Arist. sub modo breuiloquio vtens simul vsus est & definitione & diuisione eius, ita vt quod dicit {de eo q̃ est aliquid vel non est} non referatur ad definitionem enunciationis, sed ad

Boethus.

Impugna. Boethus. Porphy. eius diuisionem. Sed, quia differentiæ diuisiuæ generis nõ cadunt in eius definitione. nec hoc solum quod dicitur vox significatiua, sufficiẽs est definitio enunciationis melius dici potest ſm porphyrium, q̃ hoc totum quod dicitur {vox significatiua de eo quod est, vel de eo quod non est} est definitio enunciationis, Nec tamen ponitur affirmatio & negatio in definitione enunciationis, sed virtus affirmationis, & negationis. s. esse vel non esse, qd' est naturaliter prius enunciatione. Affirmationẽ autem

Impugna. Porphyrij. & negationem postea definiuit cũ dixit {affirmationem esse alicuius de aliquo, & negationẽ alicuius ab aliquo.} Sed sicut in definitione generis non debet poni species, ita nec ea quæ sunt propria specierũ. Cum igitur significare esse sit proprium affirmationis, & significare non esse sit proprium negationis, melius videtur dicendum

Respõ. ver. Amonij. ſm Amonium, q̃ hic non definitur enunciatio, sed solũ diuiditur. Supra. n. posita est definitio cum dictũ est q̃ Enunciatio est oratio in qua est verum vel falsum. } In quia quidem definitione nulla mentio facta est de affir-

Notandum. matione nec de negatione. Est autem considerandum, q̃ artificiosissime procedit, diuidit enim genus non in species, sed in differentias specificas. Non enim dicit q̃ enunciatio est affirmatio vel negatio, sed {vox significatiua de eo quod est esse.} quæ est differẽtia specifica affirmationis, vel {de eo quod non est} in quo tangitur differentia specifica negationis. Et ideo ex differentijs adiun ctis generi constituit definitionem speciei, cum subdit, {quòd affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo} per quod significatur esse, & {negatio est enunciatio alicuius ab aliquo} quod significat non esse.

LECTIO IX.

Quicunque affirmationi oppositam esse negationem ostendit, deinde quid nam sit ea, quę secundum affirmationem, & negationem est, oppositio declarat.

ARGY. *Quoniam autem fieri potest, vt quod competit enuncietur vt non competens, & econtra, quòd non competit vti competeret. & quod non competit vti non cõpetens, & circa ea tempora quæ sunt extra præsens similiter, fieri sanè potest vt omne quod affirmauit quispiam negetur, & quod negauit quispiam affirmetur. Quare patet cuilibet affirmationi negationem, & cuilibet negationi affirmationem esse oppositam.*

ANTI. *Quoniam autem est enunciare, & quod est, non esse, & quod non est, esse, & quod est, esse, & quod non est, non esse, & circa ea quæ sunt extra præsens tempus, similiter omne contingit quod quis affirmauerit, negare, & quod negauerit, affirmare. quare manifestum est, quoniam omni affirmationi negatio est opposita, & omni negationi affirmatio.*

Propositæ diuisione enunciationis, hic tangit de oppositione partium enunciationis. s. affirmationis, & negationis. Et quia enunciationem esse dixerat orationem in

Lectio. qua est verum vel falsum. Primo ostẽdit qualiter enunciationes adinuicem opponantur. Secundo mouet quandam dubitationem circa prędeterminata. ibi: {In his ergo quæ sunt & quæ facta sunt.} Circa primũ duo facit. Primo ostendit qualiter vna enunciatio opponatur alteri. Secundo ostendit q̃ tm̃ vna opponitur vni vbi. {Manifestũ est.} Prima adhuc diuiditur in duas. Primo determinat de oppositione affirmationis, & negationis absolute. Secundo ostendit qũo homini positio diuersificatur ex parte subiecti, ibi {Quoniam autem sunt.} Circa primum duo facit. Primo ostẽdit q̃ omni affirmationi est negatio opposita, & è conuerso. Secundo manifestat oppositionem affirmationis, & negationis absolute, ibi {Et sit contradictio.} Circa primum considerandum est, q̃ ad ostendendum suum propositum Philosophus assumit duplicem diuersitatem enunciationis, quarum prima est ex ipsa forma, vel modo enunciandi, ſm q̃ dictũ est, q̃ enunciatio vel est affirmatiua per quã. s. enunciatur aliquid esse, vel est negatiua per quam significatur aliquid non esse. Secunda diuersitas est per comparationem ad rem, ex qua dependet veritas & falsitas intellectus & enunciationis. i. Cũ. n. enunciatur aliquid esse vel non esse ſm congruentiam rei, est oratio vera, alioquin est oratio falsa. Sic igitur quatuor modis potest variari enunciatio. ſm permixtionem harum duarum diuisionum. Vno modo, quia id quod est in re enunciatur ita esse sicut in re est, quod pertinet ad affirmationẽ veram. puta cũ Sortes currit, & dicimus Sortem currere. Alio modo cũ enunciatur aliquid non esse quod non est, quod pertinet ad negationem veram, vt cũ dicitur & Aethiops albus non est. Tertio modo cum enunciatur aliquid esse quod in re nõ est, quod pertinet ad affirmationem falsam, vt cum dicitur, coruus est albus. Quarto modo, cum enunciatur aliquid non esse quod in re est, quod pertinet ad negationem falsam, vt cum dicitur, nix non est alba. Philosophus aũt vt à minoribus ad potiora procedat, falsas veris præponit, inter quas negatiuas præmittit affirmatiuæ, cum dicit, q̃ contingit enunciare quod est in rerum natura non esse. Secundo autem ponit affirmatiuam falsam cum dicit. {Et quod non est}. s. in rerum natura esse. Tertio autem ponit affirmatiuam veram, quæ opponitur negatiuæ quam posuit in primo, cum dicit. {Et quod est,}. s. in rerum natura esse. Quarto autem ponit negatiuam veram, quæ opponitur affirmationi falso. cum dicit. {Et quod nõ est,}. s. in rerũ natura non esse. Non est autem intelligendũ, q̃ hoc quod dixit quod est & quod non est, fit referendum ad solam existentiam vel nõ existentiam subiecti, sed ad q̃ res significata per prędicatum insit vel non insit rei significatæ per subiectũ. Nam cum dicitur, coruus est albus, significatur quod non est, esse, quamuis ipse coruus sit res existens. Et sicut quatuor differentię enunciationũ inueniuntur, in quibus ponitur verbum præsentis in tẽporis, ita etiã inuenitur in enunciationibus in quibus ponũtur verba præteriti vel futuri temporis. Supra. n. dixit q̃ necesse est enunciationẽ constare ex verbo vel ex casu verbi. Et hoc est quod subdit. {Quod similiter cõtingit}. s. variari diuersimode enunciationem circa {ea quæ sunt extra præsens tẽpus} id est circa prędicta vel futura quæ sunt quodam modo extrinseca respectu præsentis, quia prędicta est mediũ prędicti & futuri. Et, quia ita est contingit omne quod quis affirmauerit negare, & omne q̃ quis negauerit affirmare quod quidẽ ostẽsum est in prẽmissis. Non enim potest affirmari nisi aliquid quod est in rerum natura secundum aliquod trium temporum, vel

Lectio. 13

Lect. 14.

Notandum.

Enũ. primæ diuer.

Secunda.

Enun quatuor varia.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Cur falsas veris prędi.

Lect. 8.

Quid per esse & non esse affirm. & negat.

vel quod non est, & hoc totũ conuenit negare. Vnde manifestum est, q̃ omne quod affirmatur potest negari, & è conuerso. Et, quia affirmatio & negatio opposita sunt secundum se, vtpote ex opposito contradictoriæ, consequens est q̃ quælibet affirmatio habeat negationem sibi oppositam & è conuerso. Cuius contrarium illo solo modo posset contingere, si aliqua affirmatio affirmaret aliquid quod negatio negare non põt. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque hoc sit contradictio, affirmatio inquam & negatio, quæ opponuntur.*

ANTI. *Et sit hoc cõtradictio, affirmatio & negatio oppositæ.*

Manifestat quę sit absoluta oppositio affirmationis & negationis. Et primo manifestat eam per nomen, Secundo per definitionem. ibi. {Dico autem.} Dicit ergo primo, q̃, cum cuilibet affirmationi opponatur negatio & è conuerso oppositioni huiusmodi imponatur nomẽ hoc, q̃ dicatur cõtradictio. Per hoc enim quod dicitur {& sit contradictio} datur intelligi, q̃ ipsum nomen contradictionis ipse imposuerit oppositioni affirmationis & negationis, vt Amonius dicit. Deinde cum dicit.

Nomen cõtradictionis.

Amonius.

ARGY. *Opponi autem eam dico, quæ quidem de eodem & nõ æquiuoce, & quæcunque alia determinauimus ad Sophistarum molestias auitandas.*

ANTI. *Dico autem opponi eiusdem de eodem, non autem æquiuoce, & quæcunque cætera talium determinauimus contra sophisticas importunitates.*

Ad contradictionem requisita. eiusdem.

Definit contradictionem. Quia vero vt dictũ est contradictio est oppositio affirmationis & negationis, illa requiruntur ad contradictionem, quæ requiruntur ad oppositionem affirmationis & negationis. Oportet autem opposita esse circa idem & quia enunciatio constituitur ex subiecto & prędicato, requiritur ad contradictionem primo quidem, q̃ affirmatio & negatio sint (eiusdẽ prædicati si enim dicatur Plato currit & non disputat, nõ est contradictio. Secundo requiritur, q̃ sint de eodem subiecto. Si enim dicatur, Sortes currit, & Plato non currit, non est contradictio. Tertio requiritur q̃ identitas subiecti & prædicati non sit solum ſm nomen, sed sit simul ſm rem & nomen. Nam si non sit idem nomen, manifestum est q̃ non sit vna & eadem enũciatio. Similiter aũt ad hoc q̃ sit enunciatio vna requiritur idẽitas rei. dictũ est enim supra q̃ enunciatio vna est, quæ vnum de vno significat. & ideo subdit {non autem æquiuoce.} id est non sufficit identitas nominis cum diuersitate rei, quæ facit æquiuocationem. Sunt autem & quædam alia incontradictione obseruanda, ad hoc q̃ omnis diuersitas, quæ est affirmationis & negationis habeatur. non enim esset cõtradictio si non omnino idem negaret negatio, quod affirmatio affirmaret, Hæc autem diuersitas põt ſm quatuor considerari. Vno quidem modo ſm diuersas partes subiecti. non. n. est contradictio si dicatur, Aethiops est albus dente, & non est albus pede. Secundo si sit diuersus modus ex parte prędicati, nõ enim est cõtradictio si dicatur. Socrates currit tarde & non mouetur velociter, vel si dicatur, Ouũ est animal in potentia, & non est animal in actu. Tertio si sit diuersitas ex parte mensuræ, puta loci vel temporis. Non. n. est contradictio si dicatur, pluit in Gallia, & non pluit in Italia, aut pluit heri hodie non pluit. Quarto si sit diuersitas ex habitudine ad aliquid extrinsecum puta si dicatur, decẽ homines esse plures quo ad domum, non autem quo ad forum. Et hęc oĩa designantur cum subditur. {Et quæcunq; cætera talium determinauimus.} id est determinare consueuimus in disputationibus contra {sophisticas importunitates,} id est

Lect. 8. Non æquiuoce.

Aliarequisita. Secũm idem. Similiter.

In eodẽ tẽpore vel loco.

Respectu eiusdem.

cõtra importunas & litigiosas oppositiones Sophistarũ, de quibus plenius facit mentionẽ in Primo Elenchorũ.

LECTIO X.

Ex rerum diuisione per vniuersale & singulare enũciationum diuisio proponitur in vniuersales, ac singulares, & de illarum oppositione contraria agit, hinc vniuersalium enunciationum, & indefinitarum comparatione proposita, & illarum diuersa formatione agitur.

ARGY. *Cum autem rerum aliæ sint vniuersales, aliæ particulares, Atque vniuersale dico, quod de pluribus aptum est prædicari, quale est homo singulare autem id quod illam legem subire nequit, quale est Callias.*

ANTI. *Quoniam autem sunt hæc quidem verum vniuersalia, illa vero singularia, Dico autem vniuersale, quod de pluribus nacum est prædicari, singulare vero quod non. vt homo quidẽ vniuersale est, Plato vero eorum quæ singularia sunt.*

Inten. Arist. Quia philosophus dixerat oppositionem affirmationis & negationis esse contradictionem quæ est eiusdem de eodẽ, consequenter intendit distinguere diuersas oppositiones affirmationis & negationis, vt cognoscat quæ sit vera contradictio. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quandam diuisionem enunciationũ necessariã ad prædictam differentiã oppositionum assignandã, Secundo manifestat propositũ, ibi {Si ergo vniuersaliter.} Præmittit, autem diuisionem enunciationũ quæ sumitur ex parte subiecti. Vnde circa primũ duo facit, Primo diuidit subiectũ enunciationũ. Secundo concludit diuisionẽ enunciationum, ibi {Necesse est enunciare.} Subiectum aũt enũciationis est nomẽ vel aliquid loco nominis sumptum. Nomen aũt est vox significatiua ad placitum sim plicis intellectus, quod est similitudo rei, & ideo subiectum enunciationis distinguit per diuisionem rerum, & dicit, q̃ rerum quædam sunt vniuersalia, quædã sunt singularia. Manifestat autẽ membra diuisionis dupliciter. Primo quidem per diffinitionẽ, quia vniuersale est quod est aptum natum de pluribus prædicari, singulari vero quod non est aptum natum prędicari de pluribus, sed de vno solo. Secundo manifestat per exemplum cum subdit, q̃ homo est vniuersale, plato autem singulare. Accidit autem dubitatio circa hãc diuisionem quia sicut probat Philosophus in 7. Meta. Vniuersale non est aliquid extra res existens. Item in prædicamentis dicitur q̃ secũdæ substantiæ non sunt nisi in primis, quæ sunt singulares. Non ergo videtur esse conueniens diuisio rerum per vniuersalia & singularia, quia nullæ res videntur esse vniuersales, sed omnes sunt singulares. Dicendum est, q̃ hic diuidũtur res secundũ q̃ significantur per nomina, quæ subijciuntur enunciationibus, dictum est enim supra, q̃ nomina nõ significãt res nisi mediante intellectu, & ideo oportet q̃ diuisio ista rerum accipiant secundum q̃ cadit in intellectus. ea vero, quæ sunt coniũcta in rebus, intellectus potest dissinguere, quando vnũ eorum non cadit in ratione alterius. in qualibet autem singulari est cõsiderare aliquid quod sit illi proprium, inquantum est, hæc res, sicut Sorti vel Platoni inquantum est hic homo, & aliquid est considerare in eo, in quo conuenit cũ alijs quibusdam rebus. sicut q̃ Sortes est animal, aut homo, aut rationale, vt risibile, aut albus. Quando igitur res denominatur ab eo quod conuenit illi soli rei, inquantũ est hæc res, hoc nomẽ dicit significare aliquid singulare

Intel. distinguere.

Proprium in re singu.

Conue.

No. sign. singula. Cõc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando,autem denominatur res ab eo quod est commune sibi & multis alijs, nomen huiusmodi dicitur significare vniuersale,quia significat nomen huiusmodi naturã siue dispositionem aliquam , quæ est communis multis. Cur diff. vniuersale & singuli per actũ animæ.

Quia igitur hac diuisionem dedit de rebus nõ absolute ſm q sunt extra animam, sed ſm q referuntur ad intellectum , non diffinit vniuersale & singulare ſm aliquid quod pertinet ad rem , puta si diceret q vniuersale extra animã , quod pertinet ad opinionẽ Platonis , sed peractũ animę intellectiuę,qui est prędicari de multis vel de vno solo.Est autem considerandum,q intellectus apprehendit rem intellectam ſm propriam essentiam seu diffinitionem vnde & in 3. de Anima dicit q obiectũ propriũ intellectus est quod quid est.Contingit autem quandoq; q propria ratio alicuius formæ intellectæ non repugnat ei quod est esse in pluribus , sed hoc impeditur ab aliquo alio,siue sit aliquid accidentaliter adueniens,puta si omnibus hominibus morientibus vnus solus remaneret siue sit propter conditionem naturæ sicut est vnus tantũ sol, non q repugnet rationi solari esse in pluribus ſm cõditionem formæ ipsius, sed quia non est alia materia susceptiua talis formę.& ideo non dixit q vſe est quod prędicatur de pluribus,sed quod aptum natum est prædicari de pluribus. Apprehen. rei per intel. Lect 12 tex. com. 26. Propria rõ fore non sic in plur. dupliciter.

Vno modo q nomen significat formam ſm q terminata est ad hanc materiam, licut hoc nomen Sortes vel Plato , quod significat naturam humanam prout est in hac materia . Alio modo ſm q nomen significat formam, quę non est nata in materiam recipi. vnde oportet q per se remaneat vna & singularis sicut albedo,si esset formã non existens in materia esset vna sola, vnde esset singularis.& propter hoc Philosophus dicit in 7. Meta. q , si essent species rerum separatæ sicut posuit Plato, essent individua.Potest autem obiici, q hoc nomen Sortes vel Plato est natum de pluribus prædicari , quia nihil prohibet multos esse,qui vocentur hoc nomine . Sed ad hoc patet responsio,si attendãtur verba. Arist.Ipse.n.nõ dixit nomina in vſe & particulari,sed res.Et ideo intelligendum est q vniuersale non solum dicitur quãdo nomen potest de pluribus prędicari,sed ẽt quando id,quod significatur per nomen est natum in pluribus inueniri. hoc autem non contingit in prædictis nominibus . nam hoc nomẽ Sortes vel Plato significat naturam humanã ſm q est in hac materia. Si vero hoc nomen imponatur alteri homini, significabit aliud,& propter hoc non esset vniuersale,sed æquiuocum. Deinde cum dicit. Signif. nõis non prædi. de pluribus dupliciter. Lect. 2 tex. cõm. 18. Obiectio. Responsio: Requisita ad vniuersale proprie.

ARGY. *Sicque necesse interdum vniuersalium,interdum singularium cuidam aliquid inesse, vel nõ inesse enunciare.*

ANTI. *Necesse est autem enunciare quoniã inest aliquid aut nõ aliquoties quidem eorum alicui,quę vniuersalia sunt, aliquoties autem alicui eorum,quæ sunt singularia.*

Concludit diuisionem enunciationis , quia enim sem per enunciatur aliquid de aliquo, rerum autem quædam sunt vniuersalia,quædam singularia, necesse est q quandoq; enuncietur aliquid inesse vel non inesse alicui vniuersalium,quandoq; vero alicui singularium . Et est suspensiua constructio vlq; huc,& est sensus .{ Quoniam autem sunt quidem rerũ &c. necesse est enunciare &c.} Est aũt considerandum q de vniuersali aliquid enunciatur quatuor modis. Nã vniuersale potest vno modo cõsiderari quasi separatum à singularibus siue per se subsistens vt Plato posuit, siue ſm sententiam Arist. ſm esse quod habet in intellectu.Et sic põt ei aliquid attribui tripliciter. Quandoq;.n.attribuitur ei aliquid sic considerato,quod pertinet ad solam operationem intellectus. vt si dicatur q homo est prædicabile de multis, siue vniuersale, siue species . Huiusmodi enim intentiones format intellectus attribuens eas naturæ intellectæ secundum q comparat ipsas ad res,quæ sunt extra animã. Quandoq; vero attribuitur vniuersali sic considerato,q. ſ. apprehẽditur ab intellectu vt vnum , tamen id quod attribuitur ei non pertinet ad actum intellectus,sed ad esse, quod habet natura apprehensa in rebus , quæ sunt extra animam puta si dicatur, q homo est dignissima creaturarũ . Hoc enim conuenit naturæ humanę etiam secundum q est in singularibus. Nam quilibet homo singularis dignior est omnibus creaturis irrationabilibus sed tamẽ omnes homines singulares nõ sunt vnus homo extra animam sed solum in acceptione intellectus, & per hunc modum attribuitur ei prædicatum.ſ. vt vni rei . Alio autem modo attribuitur aliquid vniuersali , prout est in singularibus . & hoc dupliciter . Quandoq; quidem ratione ipsius naturæ vniuersalis , puta cum attribuitur ei aliquid quod ad essentiam eius pertinet, vel quod consequitur principia essentialia, vt cum dicitur homo est animal , vel homo est risibilis. Quãdoq; autem attribuitur ei aliquid ratione singularis in quo inuenitur , puta cum attribuitur ei aliquid quod pertinet ad actionem indiuidui , vt cum dicitur homo ambulat Singulari autẽ attribuitur aliquid tripliciter vno modo ſm q cadit in apprehensione , vt cum dicitur Sortes est singulare,vel prædicabilis de vno solo.Quandoq; autem ratione naturæ communis , vt cũ dicitur Sortes est animal.Quãdoq; aũt ratione sui ipsius, vt cum dicitur Sortes ambulat. Totidem etiã modis negatiuæ variantur , quia omne quod contingit affirmare, cõtingit negare, vt supra dictum est. Est autem hæc tertia diuisio enũciationis quam ponit Philosophus . Prima nanq; fuit q enunciationum quædam est vna simpliciter quædam vero coniunctione vna. Quæ quidem est diuisio analogi in ea,de quibus prædicatur ſm prius,& posterius,sic enim vnum diuiditur secundum prius in simplex & per posterius in compositũ. Alia vero diuisio fuit in affirmationem & negationem. Quæ quidem est diuisio generis in species,quia sumitur secundum differentiã prædicati ad quod fertur negatio , prædicatũ autem est pars formalis enunciationis . & ideo huiusmodi diuisio dicitur pertinere ad qualitatem enunciationis , qualitatẽ inquam essentialem secundũ q differentia significat quale quid. Tertia autem est huiusmodi diuisio,quę sumitur secundum differentiam subiecti quod prædicatur de pluribus vel de vno solo.& ideo dicitur pertinere ad quãtitatem enunciationis,nã & quantitas cõsequitur materiam. De vniuersali aliquid enũciatur quatuor modis pnto. Singulari aliquid attribuitur tripliciter. Lect. 9. Tres diuisiones enunciationis.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Sic quispiam vniuersaliter quidem de vniuersalibus enunciat competere inquam; aut non competere quippiã erunt enunciationes iste Contrariæ. Atque de vniuersalibus vniuersaliter enunciare quempiam dico hoc modo, vt est omnis homo est albus,nullus homo est albus.*

ANTI. *Si ergo vniuersaliter enunciat de vniuersali quoniam est,aut non erunt hæ Contrariæ enunciationes. Dico autẽ de vniuersali enunciationem vniuersalem,vt omnis homo albus est,nullus homo albus est.*

Ostendit quomodo enunciationes diuersimde opponuntur secũdum diuersitatem subiecti. & circa hoc duo facit.Primo distinguit diuersos modos oppositionum in ipsis

ipsis enunciationibus.Secũdo ostendit quomodo diuersæ oppositiones diuersimode se habent ad verum & falsum,ibi {Quo circa has quidem impossibile est.} Circa primum considerandum est, q cum vniuersale ponsit cõsiderari in abstractione à singularibus, vel secundum q est in singularibus, ſm hoc diuersimode aliquid ei attribuitur,vt supra dictum est. Ad designandum autem diuersos modos attributionis,inuentę sunt quædam dictiones,quæ possunt dici determinationes vel signa , quibus designatur q aliquid de vniuersalis hoc aut illo modo prædicetur. Sed quia non est ab omnibus cõmuniter apprehensum,q vniuersalia extra singularia subsistãt, ideo communis vsus loquendi non habet dictiones ad designandum illum modum prædicandi, prout aliquid dicitur in abstractiõe a singularibus.Sed Plato q posuit vniuersalia extra singularia subsistere, adinuenit aliquas determinationes,quibus designaretur quomodo aliquid attribuitur vniuersali prout est extra singularia.& vocabat vniuersale separatum subsistens extra singularia quantũ ad speciem hominis per se hominem, & similiter in alijs vniuersalibus. Sed uniuersale secũdum q est in singularibus cadit in apprehensione hominum,& ideo adinuentę sunt quædam dictiones ad significandũ modũ attribuendi aliquid uniuersali sic accepto . Sicut aũt supra dictum est , quãdoq; aliquid attribuitur uniuersali ratione ipsius naturæ uniuersalis , & ideo hoc dicitur prædicari de eo uniuersaliter,quia.ſ. ei conuenit ſm totã multitudinẽ in qua inuenitur.& ad hoc designandũ in affirmatiuis prædicationibus ad inuenta est hæc dictio,Omnis, quæ designat q prædicatum attribuitur subiecto uniuersali quãtum ad totum id quod sub subiecto continetur,In prædicatis autẽ negatiuis adinuenta est hæc dictio , Nullus per quam significatur q prædicatum remouetur à subiecto uniuersali ſm totum id quod cõtinetur sub eo.Vnde nullus dicitur quasi nõ ullus,& in græco dicit,utis,quasi nec unus,quia nec unum solum est accipere sub subiecto uniuersali à quo prędicatum non remoueatur. Quandoque autem attribuitur uniuersali aliquid uel remouetur ab eo ratione particularis.& ad hoc designam in affirmatiuis quidem adinuenta est hęc dictio, Aliquis,uel Quidẽ, per quam designatur q aliquid attribuitur subiecto uniuersali ratione ipsius particularis.unde dicitur indiuiduũ uagum . In negatiuis autem non est aliqua dictio posita, sed possumus accipere non omnis; ut sicut nullus uniuersaliter remouet,eo q significat quasi diceretur non ullus ideſt non aliquis, ita etiam non omnis particulariter remouet, inquãtum excludit uniuersalem affirmationem. Sic igitur tria sunt genera affirmationem in quibus aliquid de uniuersali prædicatur. Vna quidem est in qua de uniuersali prædicatur aliquid uniuersaliter, ut cum dicitur,Omnis homo est animal. Alia in qua aliquid prædicatur de uniuersali particulariter,ut cum dicitur,Quidẽ homo est albus. Tertia uero est in qua aliquid de uniuersali prædicatur absq; determinatione uniuersalitatis uel particularitatis. unde huiusmodi enunciatio solet uocari indefinita. Totidem autẽ sunt negationes oppositæ . De singulari autem quamuis aliquid diuersa ratione prædicetur, ut supra dictum est tamen totum referetur ad singularitatem ipsius , quia etiam natura uniuersalis in ipso singulari diuiduatur , & ideo nihil refert quãtum ad naturam singularitatis,utrum aliquid prædicetur de eo ratione uniuersalis naturæ , ut cum dicitur , Sortes est homo,uel conueniat ei ratione singularitatis . Si igitur tribus prædictis enunciationibus addatur singularis, erunt quatuor modi enunciationum ad quantitatẽ ipsius pertinentes.ſ.uniuersalis singularis,indefinitus,& particularis.Si igitur ſm has differentias Aristo. assignat diuersas oppositiones adinuicem.Et primo ſm differentiam uniuersalium ad indefinitas.Secundo ſm differentiam uniuersalium ad particulares,ibi {opponit autem affirmationem.} Circa primum tria facit.Primo agit de oppositione uniuersalium adinuicem.Secundo de oppositione indefinitarum ibi {Quando autem in uniuersalibus.} Tertio excludit dubitationem.ibi {In eo uero q} Dicit ergo primo q si aliquis enũciet de subiecto uniuersali uniuersaliter,id est ſm cõtinentiam suę uniuersalitatis, quoniam est,ideſt affirmatiuæ,aut nõ est,ideſt negatiuæ,erũt contrariæ enunciationes,vt si dicatur , Omnis homo est albus, Nullus hõ est albus.Huius autem ratio est,quia cõtraria dicuntur,quæ maxime à se distant,non enim dicitur aliquid nigrum ex hoc solum , q non est album , sed super hoc quod est non esse album quod significat communiter remotionem albi, addit nigrum extremam distantiam ab albo.Sic igitur id quod affirmatur per hanc enunciationem,Omnis homo est albus , remouetur per hanc negationem,Non omnis homo est albus , Oportet ergo q negatio remoueat modum quo prædicatum dicitur de subiecto, quem designat hæc dictio, Omnis. Sed super hanc remotionem addit hæc enunciatio nullus homo est albus totalem remotionem,quæ est extrema distantia,quod primo pertinet ad rationem contrarietatis. Et ideo conuenienter hanc oppositionem dicit contrarietatem. Deinde cum dicit. Quatuor modi enunciationum ad quantitatẽ ipsius pertinentes. Lectio. 11. Expõ. textus vniuersalis affir. & vniuersalis neg. contrarie. Extrema distantia.

ARGY. *Quando autem de vniuersalibus non vniuersaliter, non sunt contrariæ. Quæ autem significantur,est esse ali quando contraria .*

ANTI. *Quando autem de vniuersalibus non vniuersaliter, non sunt contrariæ. Quæ autem significantur est esse ali quando contraria.*

Ostendit qualis sit oppositio affirmationis,& negationis in indefinitis.Et primo proponit quod intẽdit.Secũdo manifestat per exemplum.ibi {Dico autem non vniuersaliter.} Tertio assignat differentiam manifestiorem. ibi {cum enim vniuersale si homo.} Dicit ergo primo, q quãdo de vniuersalibus subiectis affirmatur aliquid vel negatur non tñ vniuersaliter,non sunt contrariæ enunciationes,sed illæ quæ significantur contingit esse contrariæ.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Dico autem vniuersaliter enunciare in his quæ sunt vniuersalia,hoc modo, Homo albus est , Homo albus non est. Homo quidem est vniuersale , at ille non vtitur vniuersali ipsa enunciatione Omnis enim nõ significat ipsum vniuersale,sed vniuersalis prædicationis est nota .*

ANTI. *Dico autem non vniuersaliter enunciare de his quæ sunt vniuersalia, vt Est albus homo, Non est albus homo. Cum enim vniuersale sit homo,non vniuersaliter vtitur enunciatione.Omnis namque non vniuersale,sed quoniã vniuersaliter significant.*

Manifestat per exempla . Vbi considerandum est, q non dixerat quando in vniuersalibus particulariter , sed non vniuersaliter.Non.n.intendit de particularibus enunciationibus sed de solis indefinitis.Et hoc manifestat per exempla quę ponuntur,dicens fieri nõ vſem enunciationem in vſibus subiectis,cum dr.Est albus homo.Nõ est albus.hõ.Et rõnem huius expositionis ostendit, quia hõ qui subijcitur est vniuersale,sed tamẽ prędicatũ non vniuersaliter de eo prædicatur quia non opponitur hæc dictio.Omnis,quę nõ significat ipsum vniuersale sed mo- Notandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum vtilitatis. pro scilicet predicatum dicitur vniuersali ter de subiecto. & ideo addita subiecto vniuersali semper significat ꝙ aliquid de eo dicatur vniuersaliter. Tota autem hæc expō refertur ad hoc quod dixerat. ⁊ Quando in vniuersalibus nō uniuersaliter enunciatur, nō sunt contrarię. ⁊ Sed hoc quod additur, ⁊ Quę autem significantur contingit esse contraria ⁊ non est expositum, quāus obscuritatem contineat. Et ideo à diuersis diuersimode exponitur. Quidam. n. hunc referre voluerunt ad cōtrarietatem veritatis & fallitatis, quæ competit huiusmodi enunciationibus. Contingit enim quandoque has simul esse veras, Homo est albus, & Homo non est albus, & sic non sunt contrariæ, quia contraria mutuo se tollunt. Contingit tamen quandoque vnam earum esse veram & alteram esse falsam. vt cum dicitur, Homo est animal, Homo non est animal, & sic ratione significati videntur habere quandam contrarietatem. Sed hoc non videtur ad propositam pertinere veritatem, tū quia Philosophus nondum hic loquitur de veritate & falsitate enunciationum. tum etiam quia hoc ipsum posset de particularibus enunciationibus dici. Alij vero sequētes Porphyrium, referunt ad contrarietatem prædicati. Contingit enim quandoque ꝙ predicatum negatur de subiecto propter hoc quod ineſt ei contrarium. sicut si dicatur, Homo non est albus, quia est niger, & sic id quod significat per hoc quod dicitur, non est albus, potest esse contrarium, non tamen semper. remouetur enim aliquid à subiecto etiam si contrarium non insit, sed aliquid medium inter contraria. Vt cum dicitur, Aliquis non est albus, quia pallidus, vel quia ineſt ei priuatio actus, vel habitus, seu potentiæ, vt cum dicitur, Aliquis non est videns, quia est carens potentia visiua, aut habet impedimentū ne videat. vel etiam quia non aptus natus videre, puta si dicatur, Lapis non videt. Sic igitur illa, quæ significantur cōtingit esse cōtraria, sed ipsæ enunciationes nō sunt contrariæ. quia vt in fine huius libri dicetur, non sunt cōtrariæ opiniones quæ sunt de contrarijs, sicut opinio ꝙ aliquid sit bonum, & illa quę est, quòd aliquid nō est bonum. Sed nec hoc videtur ad propositum pertinere, quia non agit hic de contrarietate rerum vel opinionum, sed de contrarietate enunciationum. & ideo magis videtur hic sequenda expositio Alexandri, secundum quam dicendum est, quod in indefinitis enunciationibus nō determinatur vtrum prædicatum attribuatur subiecto vniuersaliter, quòd facere, contrarietatem enunciationum, aut particulariter, quòd non faceret contrarietatem enū ciationum. Et ideo huiusmodi enunciationes indefinitæ dicuntur, secundum modum quo proferuntur. contingit tamen quandoque ratione significati eas habere contrarietatem puta cum attribuatur ei aliquid vniuersaliter ratione vniuersalis, quamuis non apponatur signum vniuersale, vt cum dicitur, homo est animal, Homo non est animal, quia hæ enunciationes eandem habent vim ratione significati, ac si diceretur Omnis homo est animal, Nullus homo est animal. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ei vero quod vniuersaliter prædicatur, si vniuersalis prædicationis addideris notam enunciationem non efficies veram, nulla enim erit affirmatio vera, in qua prædicationis nota vniuersalis ei adiungitur quod vniuersaliter prædicatur, vt Omnis homo est omne animal.*

ANTI. *In eo vero quòd vniuersale prædicatur, id quod est vniuersaliter prædicare, non est verum. Nulla enim affirmatio vera erit, in qua de vniuersale prædicationi vniuersaliter prædicetur vt Omnis homo est omne animal.*

Remouet quoddam quod posset esse dubium. Quia enim posuerat quandam diuersitatē in oppositione enunciationum ex hoc, quòd vniuersale sumitur à parte subiecti vniuersaliter, vel non vniuersaliter, posset aliquis credere, ꝙ similis diuersitas nasceretur ex parte prædicati ex hoc. ſ. quod vniuersaliter prædicari posset, vel non vniuersaliter. & ideo ad excludendum dubitationem dicit, quòd in eo quòd ponitur aliquod vniuersale prædicari, ꝙ prædicetur vniuersale vniuersaliter non est verum. Cuius quidem duplex esse potest ratio. Vna quidē, quia talis modus prædicandi videtur repugnare prædicato secundum propriam rationem quam habet in enunciatione. dictum est. n. supra, ꝙ prædicatum est quasi pars formalis enunciationis, subiectum autem est pars materialis ipsius. cum autem aliquod vniuersale profertur vniuersaliter, ipsum vniuersale sumitur secundum habitudinē quam habet ad singularia, quę sub se continet. sicut & qñ vniuersale profertur particulariter, sumitur secūdum habitudinem quam habet ad aliquod contentorum sub se, & sic vtraque pertinēt ad materialē determinationē vniuersalis. & ideo neq; signum vniuersale, neq; particulare conuenienter additur prædicato, sed magis subiecto cōuenientius enim dicitur, Nullus homo est asinus, quàm Omnis homo est nullus asinus. & similiter conuenientius dicitur Aliquis homo est albus, quam Homo est aliquid album. Inuenitur autem quandoq; à Philosophis signum particulare appositum prædicato ad insinuandum quòd prædicatū est in pluſquam subiectum, & hoc præcipue cum habito genere inuestigant differentias completiuas speciei, sicut quando de anima dicitur quòd Anima est actus quidam. alia vero potest accipi ex parte veritatis enunciationis, quæ ratio specialiter habet locū in affirmationibus quæ falſę sunt significatum vniuersaliter prædicaretur. Et ideo manifestās id quod posuerat, subiungit, quòd nulla affirmatio est in qua. ſ. vere de vniuersali prædicato vniuersaliter prædicetur. ideſt in qua vniuersali prædicato vtitur ad vniuersaliter prædicandum, vt si diceretur, Omnis homo est omne animal, Oportet enim secundum prædicta quòd hoc prædicatum animal secundum singula quæ sub ipso continentur prædicaretur de singulis quæ continentur sub homine, & hoc non potest esse verum, neq; si prædicatum sit plus, neq; si prędicatum sit conuertibile. Oportet enim ꝙ quilibet vnus homo esset animalia omnia, aut omnia risibilia, quæ repugnant rationi singularis quod accipitur sub vniuersali. Nec est, instantia si dicatur ꝙ hęc est vera, Omnis homo est omnis disciplinæ susceptiuus. Disciplina enim nō prædicatur de homine, sed susceptiuum disciplinæ repugnat autem veritati si diceretur, Omnis homo est omne susceptiuum disciplinæ. Signum autem vniuersale negatiuum vel particulare affirmatiuum & si conuenientius ponantur ex parte subiecti non tamen repugnat veritati etiam si ponantur ex parte prædicati. Contingit enim huiusmodi enunciationem in aliqua materia esse veram. hæc enim est vera, Omnis homo nullus lapis est. Et similiter hæc est vera, Omnis homo aliquod animal est. Sed hæc, Omnis homo omne animal est, in quacunque materia proferatur falſa est. Sunt autem quædam aliæ tales enunciationes semper falſæ, sicut ista. Aliquis homo omne animal est, & aliæ similes sunt semper falſæ, in omnibus enim eadem ratio est. Et ideo per hoc quòd Philosophus reprobauit istam, Omnis homo omne animal est, dedit intelligere omnes consimiles esse improbandas.

Lectio

Expositio quorūdam.

Impugna.

Porphy. expositio.

Lib. 2. Lec. vltima.

Impugna. Porphy.

Alex. expō melior.

In indefinitis quō contrarietas.

Signum vniuersale vel par. prædi. nō cōuenit.

Signū part. appo. prædi. Lec. 1. & cōmē. 6. & 9.

Tacitē obiectioni.

Signum vniuersale vel par. affirm. non cōuenit prædic.

LECTIO XI.

Quæ nam enunciationum in affirmatione & negatione opponantur contradictorie, vel contrarie opponantur, quomodoque contrarias non simul veras esse contingit, subcontrarias vero sic. contradictoriarum autem, si vna vera sit, reliquam falsam esse oportere, multipliciter declaratur.

ARGY. *Affirmationē igitur, & negationem opponi cōtradictorię quidem dico, cum vniuersaliter altera, altera non vniuersaliter significat de eodem. vt Omnis homo albus est, non omnis homo albus est, nullus homo albus est, quidam homo albus est.*

ANTI. *Opponi itaque dico affirmationem negationi contradictorie, quæ vniuersaliter significat, ei, quæ non vniuersaliter, vt Omnis homo albus est, non omnis homo albus est, nullus homo albus est quidam homo albus est.*

Postquam Philosophus determinauit de oppositione enunciationum comparando vniuersales enunciationes ad indefinitas, hic nūc determinat de oppositione enunciationum comparando vniuersales ad particulares. Circa quod notandum est, ꝙ potest duplex oppositio in his notari. Vna quidem vniuersalis ad particularem, & hanc primo tangit. Alia vero vniuersalis ad vniuersalē, & hāc tangit secundo ibi ⁊ Contrariæ vero. ⁊ Particularis vero affirmatiua, & particularis negatiua non habent proprię loquendo oppositionem, quia oppositio attenditur circa idem subiectum, subiectum autem particularis enunciationis est vniuersale particulariter sumptum, non pro aliquo determinato singulari, sed indeterminate pro quocunq;, & ideo, cum de vniuersali particulariter sumpto aliquid affirmatur vel negatur, ipse modus enunciādi nō habet ꝙ affirmatio & negatio sint de eodē, quod requiritur ad oppositionem affirmationis & negationis secundum præmissa. Dicit ergo primo, ꝙ enunciatio, quæ vniuersale significat, ſ. vniuersaliter, opponitur contradictoriæ ei, quæ non significat vniuersaliter, sed particulariter, si vna earum sit affirmatiua. altera vero sit negatiua, siue vniuersalis sit affirmatiua, & particularis negatiua, si ue è conuerso. vt cum dicitur. Omnis homo est albus, nō omnis homo est albus, hoc enim quod dico, non omnis, ponitur loco signi particularis negatiuę, vnde ęquipollet ei quæ est, quidam homo non est albus, sicut & nullus, quod idem significat. ac si diceretur, non vllus vel non quidam, est signum vniuersale negatiuum. Vnde hę duæ, quidam homo est albus, quæ est particularis affirmatiua, nullus homo est albus, quæ est vniuersalis negatiua, sunt contradictoriæ. Cuius ratio est quia contradictio consistit in sola remotione affirmationis per negationem. Vniuersalis autem affirmatiua remouetur per solam negationem particularis, nec aliquid aliud ex necessitate ad hoc exigitur, Particularis autem affirmatiua remoueri non potest, nisi per vniuersalem negatiuam, quia iam dictum est, ꝙ particularis affirmatiua nō proprie opponitur particulari negatiuæ, vnde relinquitur, ꝙ vniuersali affirmatiuæ contradictoriæ opponitur particularis negatiua, & particulari affirmatiuæ vniuersalis negatiua.

ARGY. Deinde cum dicit.

Cōtrariæ vero cū vniuersaliter vtraque significat de eodem, vt Omnis homo albus est, nullus homo albus est.

ANTI. *Contrariæ vero vniuersalem affirmationem est vniuersalem negationem. vt Omnis homo iustus est, nullus homo iustus est.*

Expō. 1. Tangit oppositionem vniuersalium enunciationum, & dicit, ꝙ vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua sunt contrariæ. sicut omnis homo est iustus, nullus homo est iustus, quia, ſ. vniuersalis non solum remouet vniuersalem affirmatiuam, sed etiā designat extremam distantiam, inquātum negat totum quod affirmatio ponit, & hoc pertinet ad rationem contrarietatis, & ideo particularis affirmatiua & negatiua se habent sicut medium inter contraria. Deinde cum dicit.

Cur vni. affir. & vni. ne ga cōtrariāmur.

Qua propter fieri quidem non potest, vt hæ simul sint veræ. At fit ut his oppositæ, uerę nonnunquā sint de eodē, veluti, Omnis hō albus est, & aliquis hō albus est. ARGY.

Quo circa has quidē impossibile est simul esse veras, His vero oppositas, cōtingit aliquando in eodem ut, Nō omnis homo albus est, & quidam homo albus est. ANTI.

Ostendit quomodo se habeat affirmatio & negatio oppositæ ad verum & falsum. Et primo quantum ad contrarias. Secundo quantum ad contradictorias, ibi ⁊ Quæcunque igitur contradictiones ⁊ Tertio quantū ad ea quę videntur contradictoria, & non sunt ibi quæcunque autem in vniuersalibus. ⁊ Dicit ergo primo, ꝙ, quia vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua sunt contrariæ, impossibile est ꝙ sint simul veræ. Contraria. n. mutuo se expellunt. Sed particulares, quæ contradictorie opponūtur vniuersalibus contrarijs, possunt simul verificari in eodem, sicut, Non omnis homo est albus, quæ contradictorie opponitur huic, Omnis homo est albus, & quidā homo est albus, quę contradictorie opponitur huic, Nullus homo est albus. Et huiusmodi ēt simile inuenitur in contrarietate rerum, nam album & nigrum nunquam simul esse possunt in eodē, sed remotiōes albi & nigri possunt esse. Pōt. n. aliquid esse, neque albū, neq; nigrū, sicut patet in eo ꝙ est pallidū, & similiter cōtrariæ enunciationes non possunt simul esse veræ, sed earum contradictoriæ, à quibus remouentur, simul possunt esse veræ.

Contrariæ nō simul vt sed simul fa sæ.

Deinde cum dicit.

Contradictiones igitur hæ, quę vniuersaliū vniuersaliter sunt, ita sese habent, vt altera pars earum sit necessario uera, altera falsa. Eadē conditionē & in singularibus esse cōstat, vt Socrates est albus, Socrates non est albus. ARGY.

Quęcunque igitur contradictiones vniuersaliū sunt uniuersaliter necesse est alteram esse ueram, uel falsam. Et quæcunque in singularibus sunt, vt Soc. albus est non est Soc. albus. ANTI.

Ostendit qualiter veritas & falsitas se habeant in contradictorijs. Circa quod considerandum est, sicut dictū est supra in contradictorijs negatio non plus facit, nisi ꝙ remouet affirmationem. Quod cōtingit dupliciter. Vno modo quando est altera earum vniuersalis, altera particularis, vt supra. Alio modo quando vtraque est singularis, quia tūc negatio ex necessitate refertur ad idē, quod non cōtingit in particularibus, & indefinitis. Et ideo singularis affirmatiua semper contradicit singulari negatiuæ, suppositā identitate prædicati & subiecti. Et ideo dicit, siue accipiamus cōtradictionē vniuersalium vniuersaliter. ſ. quantū ad vnā earum, siue singularium enunciationum, semper necesse est, ꝙ vna sit vera, & altera falsa. Neq;. n. contingit esse simul veras, aut simul falsas, quia verū nihil aliud est, nisi quando dicitur esse quod est, aut nō esse quod nō est, falsum aūt, quando dicitur esse quod non est, aut non esse quod est, vt patet Quarto Metha.

Nega. duobus modis remo. affir. Quare singu. affir. semper. contradicit. singu. nega.

Expō. ter.

Verū, quid falsum quid. Tex. c. 27. Lec. 5. tex. Expō. priæ.

At hæ, quę uniuersaliū non uniuersaliter sunt, non ita se habent, vt semper altera pars ipsarum sit uera, altera falsa. Hæ nanque simul sunt ueræ, homo albus est, homo albus non est, Homo probus est, homo probus non est. ARGY.

Quæcunque autem uniuersalium non uniuersaliter, non hæc quidem semper uera est, illa uero falsa. Simul. n. ANTI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Notandum.

verum est dicere, quoniam est homo albus, & non est homo albus, & quoniam est homo pulcher, & non est homo pulcher.

Neg & affir. in infed.

Ostendit qualiter se habeat veritas & falsitas in his quę videntur esse cōtradictoria, sed non sunt. Et circa hoc tria facit. Primo proponit, quod intendit. Secūdo probat propositum, ibi ❴ Si enim turpis non probus. ❵ Tertio excludit id quod facere posset dubitationem, ibi ❴ Videbitur autem subito inconueniens. ❵ Circa primum considerandum est, ꝙ affirmatio & negatio in indefinitis propositionibus videntur contradictoriæ opponi propter hoc, ꝙ est vnum subiectū non determinatum per signū particulare, & ideo videtur affirmatio & nagatio esse de eodē. Sed ad hoc removendum Philosophus dicit, ꝙ quæcunq; affirmatiuæ & negatiuæ dicūtur de vniuersalibus, nō vniuersaliter sumptis, nō semper oportet ꝙ vnum sit verū, aliud sit falsum, sed possunt simul esse vera. Simul enim est verum dicere ꝙ homo est albus, & homo non est albus, & ꝙ homo est probus, & homo nō est probus. In quo quidem, vt Amonius refert aliquid Aristo. contradixerunt ponentes ꝙ indefinita negatiua, semper sit accipienda pro vniuersali negatiua. Et hoc astruebat, Primo quidem tali ratione, quia indefinita, cum sit indeterminata, se habet in ratione materiæ, materia autem ſm se considerata magis trahitur ad id, quod indignius est, dignior aūt est vniuersalis affirmatiua, quàm particularis affirmatiua, & ideo indefinitā affirmatiū dicunt esse sumendam pro particulari affirmatiua, sed negatiuam vniuersalem, quæ totum destruit, dicūt esse indigniorem particulari negatiua quæ distruit partē, sicut vniuersalis corruptio peior est, quàm particularis, & ideo dicunt ꝙ indefinita negatiua sumenda est pro vniuersali negatiua.

Amonius.

Prima ra.

Secunda. Lect. 3. l. 1. tex. 4.

Ad quod etiam inducunt, & Philosophi, & ipse Aristot. vtitur indefinitis negatiuis pro vniuersalibus, sicut dicitur in libro Physico, ꝙ non est motus præter res, & in libro de Anima, ꝙ non est sensus præter quinq;. Sed istæ rationes non concludunt. Quod enim dicitur, ꝙ materia ſm se sumpta, sumitur pro peiori, verū est secūdum sententiam Platonis, qui nō distinguebat priuationem à materia, non aūt est verum ſm Aristo. qui dicit in lib. physic. ꝙ malum & turpe & alia hūi ad defectum pertinētia, nō dicuntur de materia nisi per accidens, Et ideo nō oportet, ꝙ indefinita semper sit pro peiori. Dato etiam, ꝙ indefinita necesse sit sumi pro peiori non oportet, ꝙ sumatur pro vniuersali negatiua, quia sicut in genere affirmatiōis, vniuersalis affirmatiua est potior particulari, vt pote particularem affirmatiuā continens, ita ēt in genere negationū vniuersalis negatiua potior est. Oportet aūt in vno quoq; genere considerare id, quod est potius in genere illo, non autem id, quod est potius simpliciter. Vlterius etiā dato ꝙ particularis negatiua esset potior omnibus modis, non tamen adhuc ratio sequeretur: non.n. ideo indefinita affirmatiua sumitur pro particulari affirmatiua. quia sit indignior, sed quia de vniuersali pōt aliquid affirmari rōne sumpsius, vel ratione cōtenti sub eo. Vnde sufficit ad veritatē eius, ꝙ prædicatū vni parti contineat, quod designatur per signum particulare, & ideo veritas particularis affirmatiuę sufficit ad veritatē indefinitæ affirmatiuę: & simili ratione veritas particularis negatiuæ sufficit ad veritatē indefinitę negatiuę, quia similiter pōt aliquid negari de vniuersali vel rōne sumpsius, vel rationi tuę partis. Vtuntur aūt qnq; Philosophi indefinitis negatiuis pro vniuersalibus in his, quę per se remouentur ab vniuersalibus sicut & vtuntur indefinitis affirmatiuis pro vniuersalibus in his, quę per se de vniuersalibus prædicantur, Deinde cum dicit.

Lec. 1. tertij lib. & c. 118. Solu. Lect. 15. Primi libri.

An vno quoque.

Indefi. affir. pro par.

Aliquando indef. nega. pro vni. neg.

Si enim turpis est, nō utiq; probus est. Et homo pulcher est, homo pulcher non est. Si enim fœdus sit homo, pulcher non est, & si quippiam sit, id profecto non est. ARGY.

Si enim fœdus est, non est pulcher, & si sit aliquid, nondum est. ANTI.

Probat propositum per id, quod est ab omnibus concessum. Omnes enim concedunt, ꝙ indefinita affirmatiua verificatur, si particularis affirmatiua sit vera. Contingit autem accipi duas affirmatiuas indefinitas, quarū vna includit negationem alterius, puta cum sunt opposita prædicata. Quæ quidem oppositio potest contingere dupliciter. Vno modo ſm perfectam contrarietatem, sicut turpis, id est inhonestus, opponitur probo, i. honesto, & fœdus, idest deformis ſm corpus opponitur pulchro. Sed per quam rationem ista affirmativa est vera, homo est probus. quodam homine existente probo, per eandem rationem ista est vera. Homo est turpis, quodam homine existente turpi. Sunt ergo istæ duæ veræ simul, homo est probus, homo est turpis, sed ad hanc, homo est turpis, sequitur, homo non est probus, ergo istæ duæ sunt simul veræ. Homo est probus, homo non est probus, & eadem ratione iste duæ, homo est pulcher, homo non est pulcher. Alia autē oppositio attenditur ſm perfectum & imperfectum, sicut moueri opponitur ad motum esse, & fieri ad factum esse, vnde ad fieri sequitur nō esse eius, quod fit in permanentibus, quorum esse est perfectum. Sic ergo hæc est vera, homo est albus, quodam homine existente albo, & pari ratione, quia quidam homo fit albus, hęc est uera, quidam homo fit albus, ad quā sequitur homo non est albus, ergo istæ duæ sunt simul verę, homo est albus, homo non est albus

Oppoſi. dupliciter indefinite.

Primo.

Secundo.

Sequella ad esse in præs. vel fuc esse.

Deinde cum dicit.

At enim absurdum illico cuipiā hoc esse videtur. propterea quòd hæ, homo albus non est, & nullus homo albus est, idem significare uidetur. At nec idem sane significant, nec sunt simul necessario uerę. ARGY.

Videbitur autem subiecto inconueniens esse. Iccirco, quoniam uidetur significare non est homo albus simul etiam, quoniam nemo homo albus. Hoc autem neque idē significat, neq; simul necessario. ANTI.

Excludit id, quod facere dubitationem circa prædicta, & dicit quod subito, id est primo aspectu videtur hoc esse inconueniens, quod dictum est, quia hoc quod dico, homo non est albus, videtur idem significare, cum hoc quod est, nullus homo est albus. Sed ipse hoc removet dicens ꝙ neq; idē significant, neque necessitate sunt vera, vt ex prædictis manifestum est.

LECTIO XII.

Vni affirmationi vnam negationam opponi dicit, hinc, proposito eorum, quæ dicta sunt epilogo, quæ nam vna sit affirmatio vel negatio enunciationum docet, non esse item enunciationum vnitatem oppositionem in equiuocis, attendendam, corollarie infert.

Patet autem, & unius affirmationis, unā esse negationē. ARGY.

Manifestum est autem, quoniam una negatio unius affirmationis est. ANTI.

Postquam Philosophus distinxit diuersos modos oppositionum in enunciationibus, nunc intendit ostendere, quòd uni affirmationi una negatio opponitur, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd uni affirmationi, una negatio opponitur. Secundo ostendit, quæ sit una affirmatio uel negatio, ibi. ❴ Vna autem affirmatio. ❵

Circa

Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi ❴ hoc enim idem. ❵ Tertio epilogat quæ dicta sunt. ibi ❴ manifestum est ergo. ❵ Dicit ergo primo manifestum esse ꝙ vnius affirmationis est vna negatio sola, & hoc quidem fuit necessariū hic dicere, quia cum polueris plura oppositionū genera videbatur, ꝙ vni affirmationi duæ negationes opponerē tur, sicut huic affirmatiuæ, Omnis homo est albus, videtur ſm prædicta hæc negatiua opponi, nullus homo est albus, & hæc, quidā homo non est albus. Sed si quis recte consideret huic affirmatiuæ, Omnis homo est albus, negatio est sola illa, quidam homo non est, albus, quæ solummodo remouet ipsam, vt patet ex sua æquipollentia, quæ est, non omnis homo est albus. Vniuersalis vero negatiua includit quidem in suo intellectu negationē vniuersalis affirmatiuæ, inquantū includit particularē negatiuā, sed supra hoc aliquid addit in quantū. s. importat non solum remotionē vniuersalitatis, sed remouet quālibet partē eius, & sic patet ꝙ sola vna est negatio vniuersalis affirmatiuæ, & idem apparet in alijs. Deinde cum dicit.

Vniuersalis neg. includit part. neg. iu peraddit.

ARGY.

ANTI.

Idem n. oportet negationem negare, quod affirmauit affirmatio ipsa, & ab ea codē, siue singulare sit, siue uniuersale, aut uniuersaliter, aut nō uniuersaliter sumptū.

Idem enim oportet negare negationem, quod affirmauit affirmatio, & de eodem, vel de aliquo singularium, vel de aliquo uniuersalium vel uniuersaliter, vel non uniuersaliter.

Manifestat propositum, & primo per rationem. secundo per exempla, ibi ❴ Dico autem vt est Sortes albus. ❵ Ratio autem sumitur ex hoc quod supra dictum est, ꝙ negatio opponitur affirmationi, quæ est eiusdem de eodē, in quo hic accipit, ꝙ oportet negationem negare idem prædicatum quod affirmatio affirmauit, & de eodē subiecto, siue illud subiectum sit aliquid singulare. hoc aliquid vniuersale, siue aliquid vniuersale vniuersaliter, vel non vniuersaliter sumptum, sed hoc non contingit fieri nisi vno modo, ita. l. vt negatio neget id quod affirmatio posuit, & nihil aliud, ergo vni affirmationi opponitur vna sola negatio. Deinde cum dicit.

Vnius affir. Vna nega.

ARGY.

Quod si quippiam aliud ab eodem negauerit, aut idē ab alio, non erit hæc illi, sed alia sane opposita. Hinc.n. Socrates est albus, illa aduersatur profecto. Socra. non est albus. & hinc, Omnis homo albus est, illa, non omnis homo albus est & item hinc, Aliquis homo albus est, illa, nullus homo albus est, & hinc rursus, Homo albus est, illa, homo albus non est.

ANTI.

Dico aūt, vt est Socrates albus non est Socra. albus. Si aūt aliud aliquid de eodē, vel de alio, idem non opposita erit ab ea, diuersa. Hinc aūt quæ est, Oīs hō albus est. contradicit illa quæ est, non oīs hō albus est, illi aūt quæ est, Aliquis hō albus est, illa quę est, nullus homo albus est. Illi aūt quę est, Hō albus est, illa quę est, homo albus nō est.

Manifestat propositum per exēpla, & primo in singularibus, huic.n. affirmationi, Sortes est albus, hæc sola opponitur, Sortes non est albus, tāquam eius propria negatio. Si vero esset aliud prædicatū vel aliud subiectum, nō esset negatio opposita, sed omnino diuersa, sicut ista Sortes non est musicus, non opponitur ei quæ est, Sortes est albus, neq; etiam illa quę est, Plato est albus, huic quę est, Sortes non est albus. Secundo manifestat idem quando subiectum affirmationis est vniuersale vniuersaliter sumptum, sicut huic affirmationi, Omnis homo est albus, opponitur eius propria negatio, nō omnis homo est albus, quæ æquipollet particulari negatiuæ. Tertio ponit exem

Requisita ad oppo.

plum quando affirmationis subiectum est vniuersale particulariter sumptū, & dicit ꝙ huic affirmationi. Aliquis homo est albus, opponitur tāquam eius propria negatio, nullus homo est albus. Nam nullus dicitur quasi non vllus. i. non aliquis. Quarto ponit exemplum quando affirmationis subiectum est vniuersale indefinite sumptum, & dicit ꝙ isti affirmationi, Homo est albus, opponitur tanquam propria eius negatio illa quæ est, non homo est albus. Sed videtur hoc esse contra id quod supra dictum est, ꝙ negatiua indefinita verificatur simul cum indefinita affirmatiua, negatio autem non potest verificari simul cum sua oppolita affirmatione, quia non contingit de eodem affirmare & negare. Sed ad hoc dicendum ꝙ oportet quod hic dicitur intelligi quando negatio ad idem refertur quod affirmatio continebat, & hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quando affirmatur aliquid inesse homini ratione sui ipsius, quod est per se de eodem prædicari, & hoc ipsum negatio negat. Alio modo, quando aliquid affirmatur de vniuersali ratione sui singularis, & pro eodem de eo negatur. Deinde cum dicit.

Obiectio. Lect. 11.

Responsio.

Primo.

Secundo.

Dictum est igitur vnam affirmationem vni contradictoriæ opponi negationi, & quæ nam sint illæ, & contrarias alias esse, & quæ sunt etiam illæ, & item omnis cō tradictionis alteram partem veram, alterā, falsam esse. Et cur ita sit, & quando rursus vera est, aut falsa. ARGY.

Quod igitur vna affimatio vna negationi opponitur cōtradictoriæ, & quę sint hę, dictū est. Et quod sunt alię contrariæ, & quæ sunt hæ dictū est, & quod nō omnis vera vel falsa cotradictio, et quare, et quādo vera, vel falsa. ANTI.

Expō. tex. De sub contra tacet. Lect. 11.

Epilogat quæ dicta sunt, & concludit manifestū esse ex prædictis ꝙ vni affirmationi opponitur vna negatio, & ꝙ oppositarum affirmationum & negationū alię sunt contrariæ, aliæ contradictoriæ, & dictum est quæ sint. Tacet autem de subcontrarijs, quia non sunt recte oppositæ, vt supra dictum est. Dictum est etiam ꝙ non omnis contradictio est vera vel falsa, & sumitur hic large cōtradictio pro qualicunq; oppositionem affirmationis & negationis, nam in his quæ sunt veræ contradictoriæ semper vna est vera, altera falsa. Quare autem in quibusdam oppositis hoc non verificetur dictū est supra, quia. l. quædam non sunt contradictoriæ, sed contrariæ, quę possunt simul esse falię. Contingit autem affirmationem & negationem non proprie opponi, & ideo contingit eas esse veras simul. Dictum est autem ꝙ altera semper est vera, altera autem falsa, quia. s. in his, quem vere sunt contradictoria. Deinde cum dicit.

Aliquādo affir. & neg. nō ꝓprie opp.

Ea autem vna est affirmatio, et item vna negatio, quę vnum de uno significat, siue sit siue non sit uniuersaliter uniuersale. vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est. Homo albus est, homo albus non est, Nullus homo albus est, quidā hō albus est, mō albū vnū significet. ARGY.

Vna aūt affirmatio & negatio est, quę vnum de uno significat, vel cū sit vniuersale vniuersaliter vel nō similiter. vt Omnis hō albus est, non oīs homo albus est, nullus hō albus est, quidam hō albus est, si album vnū significat. ANTI.

Ostendit quę sit affirmatio vel negatio vna, quod quidem iam supra dixerat, vbi habitum est, ꝙ vna est enunciatio, quæ vnum significat, sed, quia enunciatio, in qua aliquid prēiudicatur de aliquo vniuersaliter vel non vniuersaliter, multa sub se continet, intendit ostēdere quod per hoc non impeditur vnitas enūciationis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, ꝙ vnitas enunciationis non impeditur per multitudinem, quæ continetur sub vniuersali, cuius ratio vna est. Secundo ostendit ꝙ impedi-

Lect. 8.

Vnitas enū. non impeditur ex signo, vniuersali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur vnitas enunciationis per multitudinem, quæ continetur sub sola nominis vnitate, ibi{Si vero duobus} Dicit ergo, q vna est affirmatio vel negatio cum vnum significatur de vno, siue illud vnum quod subijcitur sit vniuersale vniuersaliter sumptum, siue non sit aliquid tale, sed sit vniuersale particulariter sumptum vel indefinite, aut etiam si subiectum sit singulare. Ex exemplificat de diuersis, sicut vniuersalis ista affirmatiua est vna, omnis homo est albus. Et similiter particularis negatiua quę est eius negatio. s. non est omnis homo albus. Et subdit alia exempla quæ sunt manifesta. In fine autem apponit quandam conditionem, quę requiritur ad hoc q quælibet harum sit vna{si. s. album, quod est prædicatū significat vnum.} Nam sola multitudo prædicati impediret vnitatem enunciationis. Ideo autem vniuersalis propositio vna est quamuis sub se multitudinem singulariū cōprehendat, quia prędicatum non attribuitur multis singularibus, f̄m q sunt in se subdiuisa, sed secundū q vniū tur sub vno communi. Deinde cum dicit.

Mul. signi. non tollit vnitatem vni.

ARGY. *Quòd si duobus nomen est vnum positum, ex quibus vnū non constat, non est vna affirmatio, nec vna negatio.*

ANTI. *Si uero duobus vnum nomen positum est, ex quibus nō est vnum, non est vna affirmatio.*

Ostendit q tola vnitas nominis non sufficit ad vnitatem enunciationis. Et circa hoc quatuor facit. Primo proponit quod intendit. Secundo exemplificat, ibi{Vt si quis ponat.} Tertio probat, ibi{Nihil.n. differt.} Quarto infert corollarium, ibi{Quare nec in his.} Dicit ergo primo, q, si vnum nomen imponatur duabus rebus ex quibus non fit vnum, non est affirmatio vna. Quod autem dicit ex quibus non fit vnum potest intelligi duplici ter. vno modo ad excludendum hoc q multa continentur sub vniuersali, sicut homo & equus sub animali. Hoc enim nomen animal significat vtrunque non secundum q sunt multa differentia adinuicem, sed f̄m q vniuntur in natura generis. Alio modo & melius ad excludēdum hoc q ex multis partibus fit vnum. siue sint partes rationis, sicut sunt genus & differentia, quæ sunt partes definitionis, siue sint partes integrales alicuius compositionis, sicut ex lapidibus & lignis fit domus. Si vero sit tale prędicatum, quod attribuatur rei requiritur ad vnitatē enūciationis q multa quæ significātur currant in vnum f̄m aliquem dictorum modorum. vnde nō sufficit sola vnitas vocis. Si vero sit tale prædicatum, quod referatur ad vocem, sufficiet vnitas vocis, vt si dicam, canis est nomē. Deinde cum dicit.

Sensus verus ex quibus &c.

Vnitas enū.

Vnū ex partibus.

Vnitas vo. qñ suffic. ad vni. enunc.

ARGY. *Veluti si quispiam nomen equo & homini posuerit nomen tunica, hæc oratio, tunica est alba, non erit vna affirmatio, nec etiam vna negatio.*

ANTI. *Vt si quis ponat hoc nomē tunica hoī et equo, et dicat tunica est alba, hęc nō est vna affirmatio, nec una negatio.*

Exemplificat quod dictum est, vt si aliquis hoc nomen tunica imponat ad significandum hominē, & equū & sic si dicam, tunica est alba, non est affirmatio vna neque negatio. Deinde cum dicit.

ARGY. *Hæc enim homo & equus est albus, nihil ab illa differe videtur. At hæc nihil ab hisce differt, equus est albus, & homo est albus. Quod si hæ plura significant, & sunt plures, patet & primam illam, aut plura, aut nihil significare, non est enim aliquis homo equus.*

ANTI. *Nihil enim differt hæc, quàm dicere, est homo albus, & est equus albus. Si ergo hæ multa significant, & sunt plures, manifestum est, quoniam & prima multa, vel nihil significat, neque enim aliquis est homo equus.*

Probat quod dixerat tali ratione. Si tunica significat hominem & equum nihil differt si dicatur tunica est alba, aut si dicatur homo est albus & equus est albus, sed istæ, homo est albus, & equus est albus significāt multa, & sunt plures enunciationes ergo etiam illa tunica est alba multa significat. Et hoc si significat hominē & equū vt res diuersas, si vero significat hominem & equum vtpote vnam rem, nihil significat, quia non est aliqua res quę componatur ex homine & equo. Quod autem dicit q non differt dicere tunica est alba. & homo est albus, & equus est albus, non est intelligendum quantum ad veritatem & falsitatem. Nam hæc copulatiua, homo est albus, & equus est albus, nō potest esse vera nisi vtraq; pars sit vera, sed hęc, tunica est alba prædicta ratione facta potest esse vera etiam altera existente falsa, alioquin non oporteret distinguere multiplices propositiones ad soluendum rationes sophisticas. Sed hoc est intelligendum quantum ad vnitatem & multiplicitatem. Nam sicut cū dicitur, homo est albus & equus est albus, non inuenitur aliqua vna res, cui attribuatur prædicatum, ita etiam nec cum dicitur tunica est alba. Deinde cum dicit.

Nota. circa veri. copu.

Quare nec in his affirmationibus, negationibusue, necesse est alteram veram, alteram falsam esse. ARGY.

Quare nec in his necesse est hanc quidem contradictionem veram esse, illam vero falsam. ANTI.

Concludit ex præmissis q nec in his affirmationibus & negationibus, quæ vtūtur subiecto æquiuoco, semper oportet vnam esse veram & aliam falsam, quia. s. negatio potest aliud negare quàm affirmatio affirmet.

LECTIO XIII.

Veritas & falsitas in oppositis enunciationis quomodo dissimiliter se habeant in vniuersalibus vniuersaliter, & singularibus de præsenti & de futuro, respectu tam contingentis, quam necessariæ materiæ.

In his igitur quæ sunt, et fuerūt, necesse est affirmationem aut negationem veram vel falsam esse. Atq; earū quidē, quæ vniuersales vniuersaliter sunt, semper necesse est alterā veram, alteram falsam esse, et singulariū etiā, vt diximus. Nam earum. quæ dictæ sunt, non vniuersaliter vniuersales, non necesse est alteram ueram, alteram falsam esse. atque de his etiam antea diximus In singularibus autem atq; futuris non similiter res sese habet. ARGY.

In his ergo et quæ sunt, et quæ facta sunt, necesse affirmationem, vel negationem veram, vel falsam esse. In vniuersalibus quidem vniuersaliter, semper hanc quidem ueram, illam vero falsam, & in his quæ sunt singularia, quemadmodum dictum est. In his uero, quæ in vniuersalibus non vniuersaliter dicuntur, non est necesse. dictum est autem & de his. In singularibus uero, & futuris non similiter. ANTI.

Posteà quàm Philosophus determinauit de oppositione enunciationū, & ostendit quo diuidūt verū & falsum oppositę enunciationes, hic inquirit de quodam quod poterat esse dubium, vtrum. s. id quod dictum est, similiter inueniatr in omnibus enunciationibus, vel non. Et circa hoc duo facit. primo proponit dissimilitudinem. Secundo probat eam, ibi{nam si omnis affirmatio.} Circa primum considerandum est, q Philosophus in præmissis tripliciter diuisionem enunciationum assignauit, quarū prima fuit f̄m vnitatem enunciationum assignauit, quarum prima fuit f̄m vnitatem enunciationis, prout. s. enūciatio est vna simpliciter, vel connūctione vna. Secunda fuit f̄m qualitatem prout. s. enunciatio est affirmatiua vel negatiua. Tertia fuit f̄m quantitatem, vtpote quòd enunciatio quædam est vniuersalis. quædam particularis,

Cōm. 6.

Triplex diuisio enun.

ris, quædam infinita, & quædam singularis. Tangitur autem hic quarta diuisio enunciationū secundū tempus. Nam quædam est de præsenti, quædā de præterito, quędam de futuro. & hæc etiam diuisio potest accipi ex his quæ supra dicta sunt. dictū est. n. supra q necesse est omnem enunciationem esse ex verbo, vel ex casu verbi, verbum autem est quod cōsignificat præsens tempus, casus aūt verbi sunt, qui cōsignificant tempus præteritum vel futurum. Potest aūt accipi quinta diuisio enunciationum f̄m materiam, quę quidem diuisio attenditur f̄m habitudinem prædicati ad subiectum. nam si prædicatū per se insit subiecto dicetur esse enūciatio in materia necessaria vel naturali, vt cū dicitur, homo est animal, vel homo est risibile. Si vero prędicatum per se repugnet subiecto quasi excludens rōnem ipsius, dicitur enunciatio esse in materia impossibili siue remota, vt cū dicitur, homo est asinus. Si vero medio modo se habeat prędicatū ad subiectum, vt. s. nec per se repugnet subiecto, nec per se insit, dicetur enunciatio esse in materia possibili siue contingenti. His igitur enunciationis differentijs consideratis non similiter se habet iudiciū veritate & falsitate in omnibus. Vnde Philosophus dicit ex præmissis concludens q {in his quæ sunt}. s. in propositionibus de præsenti, {& in his quę facta sunt}. s. in enunciationibus de præterito, necesse est q affirmatio vel negatio determinate sit vera vel falsa. Diuersificatur tū hoc secundū diuersam quantitatem enunciationis. q enim in enūciationibus, in quibus de vniuersalibus subiectis aliquid vniuersaliter prędicatur, necesse est q semper vna sit vera, s. affirmatiua vel negatiua, & altera falsa, quæ, s. ei opponitur. Dictum est. n. supra q negatio enunciationis vniuersalis, in qua aliquid vniuersaliter prædicatur, est negatiua nō vniuersalis, sed particularis, & ē conuerso, vniuersalis. negatiua non est directe negatio vniuersalis affirmatiuæ, sed particularis, & sic oportet f̄m prædicta, q vna earum semper sit vera & altera falsa in quacunq; materia. Et eadem ratio est in enunciationibus singularibus, quæ etiam cōtradictoria opponuntur, vt supra habitū est. Sed in enunciationibus, in quibus aliquid prædicatur de vniuersali non vniuersaliter, non est necesse q semper vna sit vera & altera sit falsa, quia possunt ambę esse simul verę, vt supra ostensum est. Et hoc quidem ita se habet quantū ad propositiones quæ sunt de præterito vel de præsenti. sed, si accipimus enunciationes quę sunt de futuro, etiā similiter se habent quantū ad opositiones quæ sunt de vniuersalibus vel vniuersaliter vel non vniuersaliter sumptis. Nā in materia necessaria omnes affirmatiuæ determinatæ sunt veræ, ita in futuris sicut in præteritis & præsentibus, negatiuæ vero falsæ. In materia aūt impossibili è contrario. In cōtingēti vero vniuersales sunt falsæ & particulares sunt verę, ita in futuris sicut in præteritis & præsentibus, in indefinitis autē vtraq; simul est vera in futuris sicut in præsentibus vel præteritis, sed in singularibus & futuris est quædam dissimilitudo. Nam in præteritis & præsentibus necesse est q altera oppositarum determinate sit vera & altera falsa in quacunq; materia. Sed in singularibus quę sunt de futuro hoc non est necesse, q vna determinate sit vera & altera falsa. Et hoc quidem dicitur quantū ad materiam contingentem. Nam quantum ad materiam necessariam, & impossibilem similis ratio est in futuris singularibus, sicut in præsentibus & præteritis. Hic tamen Arist. mentionem fecit de materia contingenti, quia illa proprie ad singularia pertinet quæ cōtingenter eueniūt, quæ autem per se insunt vel repugnant attribuuntur singularibus secundū vniuersalium rationes. Circa hoc igitur versatur tota præsens intentio, vtrum in enunciationibus singularibus de futuro in materia contingentie necesse sit quòd determinata vna oppositarum sit vera & altera falsa. Deinde cum dicit.

Lec. 8. Verbū & casus ver:

Enun. in materia neces.

In materia impossibili.

In materia contingēti.

Lec. 12.

Lec. 1.

Lec. 11. Enun. de futur. quo ad veri vel falś.

veri vel fal. in singu. de præte. præsenti & fu.

Contingen. ad singu.

Nam si omnis affirmatio, vel negatio vera est, aut falsa, et omne necesse est esse, aut non esse. AARGY.

Nam si omnis affirmatio, vel negatio vera vel falsa est & omne necesse est vel esse, vel non esse. ANTI.

Probat præmissam differentiam. Et circa hoc duo facit. Primo probat propositum ducendo ad incōueniens. Secundo ostendit illa esse impossibilia quæ sequūtur, ibi {Quæ ergo contingunt inconuenientia} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd in singularibus & futuris non semper potest determinate attribui veritas alterius oppositorum. Secundo ostendit q non potest esse quòd vtraq; veritate careat, ibi {At vero neq; qñ} Circa primum ponit duas rationes, in quarum prima ponit quandam consequentiam, s. quòd si omnis affirmatio vel negatio determinate est vera vel falsa, ita in singularibus & futuris, sicut in alijs, consequens est q omnia necesse sit vel determinate esse, vel non esse. Deinde cum dicit.

Le. sequen

Prima ratio circa vel fal. sing.

Quare, si quispiam quidem dixerit quippiam fore: alius aut illud idem non fore dixerit, necesse est vt pater, alterum ipsorum dicere verum, si omnis affirmatio, vel negatio vera est aut falsa. In talibus enim non simul ambæ fuerint verę. ARGY.

Quare si hic quidem dicat futurum aliquid, ille vero non dicat hoc idem ipsum, manifestum est, quoniam necesse est verum dicere alterum ipsorum, si omnis affirmatio vel negatio vera, vel falsa est. Vtraque enim non erunt simul in talibus. ANTI.

Vel sic vtraq; hic quidem, vt habetur in græco, probat consequentiam prædictam. Ponamus enim q sint duo homines, quorum vnus dicat aliquid esse futurum, puta q Sortes curret, alius vero dicat hoc idem ipsum nō esse futurum, suppositā præmissa positione, s. q in singularibus & futuris contingit alteram esse veram, s. affirmatiuā vel negatiuam, sequetur q necesse sit q alter eorum verum dicat, non autē vterq;, quia non potest esse, q in singularibus propositionibus futuris vtraq; sit simul vera, s. affirmatiua & negatiua, sed hoc habet locū solum in indefinitis. Ex hoc autem q necesse est alterum eorum verū dicere, sequitur, q necesse sit determinate vel esse vel nō esse. Et hoc probat cōsequenter, quia ista duo conuertibiliter cōsequuntur, s. q verum sit id quod dicitur, & q ita sit in re. Et hoc est quod manifestat cōsequēter dicēs.

Verū dictū & esse conuertibiliter.

Nam si vere quispiam dicit hoc album, aut nō album esse, necesse est album, aut non album esse. Et si est album, aut non album verum vtiq; dicit affirmando, aut negando, & si non est, falsum dicit, & si falsum dicit, non est. Quare necesse est affirmationem, aut negationem veram vel falsam esse. Nihil ergo aut est, aut fit à fortuna, neq; est quicquam, quod æque fieri, ac non fieri possit, neque erit, aut non erit quicquā, sed omnia necessario eueniunt, & nihil est quod æque fieri ac non fieri possit. Nam aut is dicit verum qui affirmauit, aut is, qui negauit. Quare nō est quicquā omnino talis natura. Etenim esset quod æque fieret, vel non fieret. Id. n quod æque fieri, atque non fieri potest, non magis sic, aut sic sese habet, aut habebit. ARGY.

Nam si verū est dicere quoniam est album, vel non album, necesse est esse album, vel non album. & si est albū, vel non album, verum est affirmare, vel negare, & si ANTI.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est, mentitur, & si mentitur, non est. Quare necesse est, aut affirmationem, aut negationem veram esse, vel falsam. Nihil igitur neque est, neque fit neq; à casu, neq; ad vtrumlibet nec erit, nec nō erit, sed ex necessitate omnia, & non vtrumlibet. aut enim qui dicit verum est, aut qui negat. similiter n. vel fieret, vel non fieret. Vtrumlibet enim nihil magis fit, uel nō sic se habet, aut habebit.

Nam si verum est dicere ꝙ album sit, ex necessitate sequitur ꝙ ita sit in re, & si verum est negare, ex necessitate sequitur ꝙ ita non sit. & è conuerso, quia, si ita est in re vel non, ex necessitate sequitur ꝙ sit verum affirmare vel negare. & eadem etiam conuertibilitas apparet in falso, quia, si aliquis mentitur falsum dicens, ex necessitate sequitur ꝙ non ita sit in re sicut ipse affirmat vel negat. Et è conuerso, si nō est ita in re sicut ipse affirmat vel negat, sequitur ꝙ affirmans vel negans mentitur. Est ergo processus huius rationis talis. Si necesse est ꝙ omnis affirmatio vel negatio in singularibus & futuris sit vera vel falsa, necesse est ꝙ omnis affirmans vel negans determinate dicat verum vel falsum. ex hoc aũt sequitur ꝙ omne necesse sit esse vel non esse, ergo, si omnis affirmatio vel negatio determinate sit vera, necesse est omnia determinate esse vel non esse. Ex hoc cõcludit vlterius ꝙ omnia sint ex necessitate. Per quod triplex genus contingentium excluditur. Quædam enim contingunt vt in pluribus, quæ accidunt à casu vel fortuna. Quædam vero se habent ad vtrumlibet, quia scilicet non magis se habent ad vnam partem quàm ad aliam, & ista procedunt ex electione. Quædã vero eueniunt vt in pluribus, sicut hominem canescere in senectute, quod causatur ex natura. Si autem omnia ex necessitate euenirent nihil horum contingentium esset. Et ideo dicit ⸤nihil est⸥ quantum ad ipsam permanentium eorum quæ permanent cõtingenter ⸤neq; fit⸥ quantum ad productionem eorũ quæ contingenter causantur ⸤nec casu⸥ quantũ ad ea quæ in minori parte siue in paucioribus ⸤nec vtrumlibet⸥ quantũ ad ea quæ se habent æqualiter ad vtrunque. s. esse vel non esse, & ad neutrum horum sunt determinata, quod significat cũ subdit ⸤nec erit, nec non erit.⸥ De eo enim quod est magis determinatum ad vnam partem, possumus determinate verũ dicere ꝙ hoc erit vel non erit; sicut medicus de conualescente vere dicit, iste sanabitur, licet forte ex aliquo accidente eius sanitas impediatur. Vnde & Philosophus dicit in Secundo de Generatione ꝙ futurus quis incedere non incedet. De eo. n. qui habet propositũ determinatum ad incedẽdum, vere potest dici, ꝙ ipse incedet, licet per aliquod accidẽs impediatur eius incessus. Sed eius, quod est ad vtrumlibet proprium est quòd quia non determinatur magis ad vnum quam ad alterum nõ possit de eo determinata dici neq; ꝙ erit, neq; quòd non erit. Quomodo autem sequatur ꝙ nihil sit ad vtrumlibet ex præmissa hypothesi manifestat subdens, quòd, si omnis affirmatio vel negatio determinate sit vera, oportet ꝙ vel ille qui affirmat vel ille qui negat dicat verum, & sic tollitur id quod est ad vtrumlibet, quia, si esset aliquid ad vtrumlibet, similiter se haberet ad hoc fieri vel non fieri, & non magis ad vnum quàm ad alterũ. Est autem considerandum ꝙ Philosophus nõ excludit hic expresse cõtingens quod est vt in pluribus duplici ratione. Primo quidem, quia tale contingens non excludit quin altera oppositarum enunciationum determinate sit vera & altera falsa, vt dictum est. Secunda, quia remoto contingenti quod est in paucioribus, quod à casu accidit, remouetur per consequens contingens quod est vt in pluribus. Nihil, enim differt id quod est in pluribus ab eo quod est in paucioribus, nisi ꝙ deficit in minori parte. Deinde cum dicit.

Rario.

Lect. 4.

Triplex genus cõting.

De fut. ma. dere. ad unũ pars.

Lectio. 10. & cõm. 64.

Ad utrumlibet proprium.

Cõtingit in pluribus.

Præterea, si est nunc aliquid album, vere quispiam prius asserruisset. si fore illud dixisset. Quare semper esset verum: si diceretur quoduis eorũ quæ facta sunt, esse uel fore. Quod si semper esset verum si diceretur, hoc esse vel fore, fieri non potest vt istud non sit, aut non oriatur. At quod fieri non potest. vt non oriatur, id impossibile est vt non fiat. Sed quod impossibile est quod non fiat, id fieri necesse est. Vniuersa ergo futura, necesse est fieri. Quare nihil est omnino quod æque fieri, atque non fieri potest. Nec à fortuna quicquam euenet, sed omnia necessario fiunt. Nam, si fortuna quippiam euenerit, id non necessario erit. ARGY.

Amplius, si est album nunc, verum erat dicere prius, quoniam erit albũ. quare semper verũ fuit dicere quodlibet eorum, quæ facta sunt, quoniam est vel erit. Quod si semper verum fuit dicere quoniam est, vel erit, non potest hoc non esse, vel non futurũ esse, quod autem non potest non fieri, impossibile est non fieri, & quod impossibile est non fieri, necesse est fieri, omnia ergo, quæ futura sunt, necesse est fieri. Nihil igitur vtrumlibet, neq; casu erit, nam si casu, non ex necessitate. ANTI.

Ponit secundam rationem ad ostendendum prædictã dissimilitudinem ducendo ad impossibile. Si. n. similiter se habet veritas & falsitas in præsentibus & futuris, sequitur vt quicquid verum est de præsenti, etiam fuerit verũ de futuro, eo modo quo est verũ de præsenti. Sed determinate nunc est verũ dicere de aliquo singulari quod est album, ergo primo. n. antequã illud fieret album, erat verum dicere, qm hoc erit album. Sed eadem ratio videtur esse in propinquo & in remoto, ergo, si ante vnum diem uerum fuit dicere, ꝙ hoc erit album, sequitur ꝙ semper fuit dicere de quolibet eorũ quæ facta sunt ꝙ erit. Si autem semper est verum dicere de præsentẽ qm est, vel de futuro ꝙ erit, non potest hoc nõ esse, uel non futurũ esse. Cuius cõsequentiæ ratio patet, quia ista duo sunt incompossibilia ꝙ aliquid uere dicatur esse, & ꝙ non sit. Nam hoc includitur in significatione ueri, ut sit id quod dicitur. Si ergo ponitur uerũ esse id quod dicitur de præsenti uel de futuro, non potest esse quin illud sit præsens uel futurum. Sed quod non potest nõ fieri, idem significat cum eo quod est impossibile non fieri. Et quod impossibile est non fieri, idem significat cũ eo quod est necesse fieri, ut in secundo plenius dicetur. Sequitur ergo ex præmissis ꝙ omnia, quæ futura sunt, necesse est fieri. Ex quo sequitur ulterius quòd nihil sit neq; ad utrumlibet, neq; à casu, quia illud quod accidit à casu, nõ est ex necessitate, sed ut in paucioribus. hoc aũt relinquit pro incõuenienti, ergo & primũ est falsum, s. quòd omne quod est verũ esse, uerum fuerit determinate dicere esse futurum. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd, cum uerũ hoc significet, ut dicatur aliquid esse quod est, hoc modo est aliquid uerũ, quo habet esse. Cum aũt aliquid est in præsenti habet esse in seipso, & ideo uere põt dici de eo quod est: sed quandiu aliquid est futurum, nondũ est in seipso, est aũt aliqualiter in sua causa. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo ut sic sit in sua causa ut ex necessitate ex ea proueniat, & tunc determinate habet esse in sua causa. unde determinate põt dici de eo quod erit. Alio modo aliquid est in sua causa, ut quæ habet inclinationem ad suũ effectum, quæ tn impediri potest. unde & hoc determinatum est in sua causa, sed mutabiliter, & sic de hoc

Inclusumia sign. ve.

Lect. 10.

Notandum

Aliquid est in sua causa tripliciter.

de hoc uerè dici potest, hoc erit, sed non per omnimodã certitudinem. Tertio aliquid est in sua causa pure in potentia, quæ etiam non magis est determinata ad vnum, quam ad aliud. unde relinquitur quod nullo modo potest de aliquo eorũ determinate dici quòd sit futurum, neq; quòd sit vel non sit. Deinde cum dicit.

ARGY. *At vero neque dicere quispiam potest neutrum esse verum, veluti, neque fore, neque non fore.*

ANTI. *At vero nec quoniam neutrum verum est contingit dicere, vt quoniam neque erit, neque non erit.*

Ostendit, quòd veritas nõ omnino deest in singularibus futuris vtriq; oppositorum, in primo proponit, quod intendit dicens, quòd non est verum dicere, ꝙ in talibus alterum oppositorum nõ sit verum. vt si dicamus quòd neq; erit, neque non erit. Secundo ibi.

ARGY. *Primo nanq; cũ affirmatio vera non est, negatio uera non erit, & cũ, hæc est falsa, fit vt affirmatio nõ sit vera.*

ANTI. *Primum enim cum sit affirmatio falsa, erit negatio nõ vera, & cum hæc sit falsa, contingit affirmationem esse non veram.*

Verit. omni no non deesse in vtroque oppo. ri. ta.

Probat propositum duabus rationibus. Quarum prima talis est. Affirmatio & negatio diuidunt verũ & falsum, quod patet ex definitione veri & falsi. Nam nihil aliud est verum ꝙ esse quod est, vel nõ esse quod non est, & nihil aliud est falsum ꝙ esse quod non est, vel non esse quod est. & sic oportet, quòd si affirmatio sit falsa, quòd negatio sit vera, & è conuerso. Sed secũdum prædictam positionem affirmatio est falsa, qua dicitur hoc erit, neq; tamen negatio est vera, & similiter negatio erit falsa, affirmatione non existente vera, ergo prædicta positio est impossibili, scilicet ꝙ veritas desit vtriq; oppositorum.

Secundam rationem ponit. ibi.

ARGY. *Et insuper si veræ quispiam dicit albũ quodpiam esse simul & magnum, necesse esse vtrunq;, & si veræ dicit cras fore, oportet illud cras fore, Quod si neq; erit cras, neq; non erit, non erit id in ratione rerum, quod æque fieri, atq; non fieri potest. veluti naturalis pugna. Oportet enim neq; fieri, neque non fieri pugnam nauale m.*

ANTI. *Ad hæc si verum est dicere, quoniam albũ est, & magnum, oportet esse vtrunque, si vero erit cras, oportet esse cras. si autem neq; erit, neque non erit cras, non erit vtrumlibet, vt nauale bellum, oportebit enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri.*

Quę talis est. Si verum est dicere aliquid, sequitur ꝙ illud sit, puta si verum est dicere ꝙ aliquid sit magnũ & album, sequitur vtraq; esse, & ita de futuro sicut, de præsenti. Sequitur. n. esse cras, si verum est dicere ꝙ erit cras. ergo, si vera est prędicta positio dicens, ꝙ neq; eras erit, neq; nõ erit, oportebit neq; fieri, neq; non fieri, quod est cõtra rõnem eius, quod est ad vtrumlibet, quia quod est ad vtrumlibet se habet ad alterutrũ, vt nauale bellũ. Et ita ex hoc sequitur idem incõueniens quod in prędmissis.

LECTIO XIIII.

Non omnia ex necessitate euenire declarat, sed quædam contingenter de cuius contingentiæ radice ab expositore multa dicuntur.

ARGY. *Ea igitur absurda, quæ eueniunt, hæc sunt, & istiusmodi cætera, si necesse est enunciationum oppositarum tam in vniuersalibus vniuersaliter, quam in singularibus alteram veram, alterã falsam esse, nihil inquam in his esse quæ fiunt, quod æque fieri atq; non fieri possit, sed esse, ac fieri necessario cuncta. Quare nec cõsulere opus est, nec aggredi res agendas, veluti si hoc quidẽ fecerimus, eueniet hoc si hoc, vero non fecerimus, eueniet hoc.*

ANTI. Quæ ergo contingunt inconuenientia hęc sunt, & huiusmodi alia, si omnis affirmationis & negationis, vel in his, quæ de vniuersalibus dicuntur uniuersaliter, uel in his quæ sunt singularia, necesse est oppositarum hanc quidem veram esse, illam uero falsam, nihil autem utrumlibet esse in his, quæ fiunt, sed omnia esse, & fieri ex necessitate. Quare non oportebit neq; consulere neque negotiari, quoniam si hoc facimus erit hoc, si uero non, hoc non erit.

Ostenderat superius Philosophus ducendo ad inconueniens quod non est similiter verũ vel falsum determinate in altero oppositorum in singularibus, & futuris, sicut supra de alijs enunciationibus dixerat, nunc aũt ostendit inconuenientia ad quæ adduxerat esse impossibilia. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit impossibilia ea quæ sequebantur, Secundo cõcludit quomodo circa hęc se veritas habet, ibi ⸤Igitur esse quòd est.⸥ Circa primũ tria facit Primo ponit inconuenientia quæ sequuntur, Secundo ostendit hęc inconuenientia ex prædicta positione sequi. ibi ⸤Nihil. n. prohibet.⸥ Tertio ostẽdit esse impossibilia inconuenientia memorata, ibi ⸤Quòd si hæc possibilia non sunt.⸥ Dicit ergo ex prædictis rationibus concludens quòd hæc incõuenientia sequuntur, si ponatur, ꝙ necesse sit oppositarum enunciationum alteram determinate esse veram, & alteram esse falsam similiter in singularibus sicut in vniuersalibus, ꝙ. s. nihil in his, quæ fiunt sit ad vtrumlibet, sed omnia sint & fiant ex necessitate. Et ex hoc vlterius inducit alia duo inconuenientia, quorum primum est, quòd non oportebit de aliquo consiliari. Probatum est enim in Tertio Ethicorum, ꝙ consilium non est de his, quæ sunt ex necessitate, sed solum de contingentibus, quæ possunt esse & non esse. Secundum inconueniens est, ꝙ omnes actiones humanæ, quæ sunt pp aliquem finẽ, puta negotio, quæ est pp aliquem finem, puta negociatio, quę est propter diuitias acquiredas erunt superfluę, quia si omnia ex necessitate eueniũt, siue operemur, siue non operemur, erit quod intendimus. Sed hoc est contra intentionem hominum, quia ea intentione videntur consiliari & negotiari vt si hæc faciant, erit talis finis, si autẽ faciunt aliquid aliud, erit alius finis. Deinde cum dicit.

Lectio. 12.

Lectio. 13.

Lectio. 15.

Lect. 7. c. 6. Consiliũ de quibus.

ARGY. *Nihil enim prohibet & annos vsque centies centum, vnum hoc fore, alterum non fore, dicere, vt necessario ipsorum eueniat alterum, quòd quidem vere tunc diceretur.*

ANTI. *Nihil enim prohibet in millesimum annum hunc quidem dicere hoc futurum esse, illum vero non dicere. Quare ex necessitate erit quodlibet eorum, quod tunc ab eo verum erat dicere.*

Probat ꝙ dicta inconuenientia cõsequantur ex dicta positione. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit prædicta inconuenientia, sequi quodam posibili posito, secundo ostendit, ꝙ eadem inconuenientia sequantur etiam si illud non ponatur, ibi ⸤At nec hoc differt.⸥ Dicit ergo primo, non esset impossibile ꝙ ante mille annos quando nihil apud homines erat prꝙcogitatum vel præordinatũ de his, quæ nunc agunt, vnus dixerit quòd hoc erit, puta ꝙ ciuitas talis subuerteretur, alius autem dixerit ꝙ hoc non erit. Sed, si omnis affirmatio vel negatio determinate est vera, necesse est, quòd ambo determinate verũ dixerint, ergo necesse fuit quodlibet eorum ex necessitate euenire: & eadẽ ratio est in omnibus alijs, ergo omnia ex necessitate eueniunt. Deinde cum dicit.

ARGY. *At vero neq; quicquã refert, si quippiam dixere contradictionem ipsam, vel non dixere. Patet. n. ita res ipsa*

ese

Universidad de Deusto
Biblioteca

sese habere, & si non alter quicquam affirmabit, alter negabit. Non enim quia affirmatio dicta, est, aut negatio, ideo res erit, aut nō erit, neq; magis si ad annos vsq; centies centum, quam quanto tempore fore, aut non fore dicat. Quare si in omni tempore contradictio sic se habebat, ut altera pars ipsius sit uera, necesse erat hoc fieri, et vnumquodq; eorum quę fuere, sic semper sese habebat, ut necessario fiat. Nam si uere quispiam dixit hoc fore, fieri nequit, ut non oriatur ipsum atque eueniat, & si euenit, atq; est ortū, semper antea verū erat ipsum dicere fore.

ANTI. *At vero neq; hoc differt, si aliquis dixerit contradictionem hoc, uel non dixerit. Manifestum est.n. quoniam sic se habent res, etiam si nō hic quidem affirmauerit, ille uero negauerit. Non enim propter negare, vel affirmare, erit uel non erit, nec in millesimum annū magis quàm in quantolibet tempore. Quare, si in omni tempore sic se habeat, vt unum diceretur uere, necesse erat hoc fieri, & unumquoque eorum quæ fiunt, sic semper se haberet, ut ex necessitate fieret. Quando enim uere dicit quis quoniam erit, non potest non fieri, & quod factum est, uerum erat dicere semper, quoniam erit.*

Ostendit q̄ idem sequitur si illud possibile nō ponatur. Nihil.n. differt quantū ad rerum existentiā vel euentum, si vno affirmāte hoc esse futurū, alius negauerit vel non negauerit. ita.n. se habebit res si hoc factum fuerit, sicut si non factum fuerit. Non.n. propter nostrum affirmare vel negare mutatur cursus rerum, vt sit aliquid vel non sit, quia veritas nostræ enunciationis non est causa existentiæ rerum, sed potius econuerso. Similiter etiam non differt quantum ad euentum eius quod nunc agitur vtrum fuerit affirmatū vel negatum ante millesimū annum vel ante quodcunq; tempus. Sic ergo, si in quocunq; tempore præterito ita se habebat veritas enūciationum, vt necesse esset q̄ alterum oppositorū vere diceretur, & ad hoc quod necesse est aliquid vere dici, sequitur q̄ necesse sit illud esse vel fieri, cōsequens est q̄ vnumquodq; eorū quæ fiunt, sic se habeat vt ex necessitate fiat. Et huiusmodi consequentiæ rōnem assignat per hoc q̄ si ponatur aliquē vere dicere q̄ hoc erit, non potest non futurū esse. Sicut supposito q̄ sit homo, nō potest non esse animal rationale mortale. Hoc.n. significatur, cū dicitur aliquid vere dici, s. quòd ita sit vt dicitur. Eadem autem habitudo est eorum, quæ nunc dicuntur, ad ea, quæ futura sunt quæ erant eorum, quæ prius dicebantur, ad ea, quæ sunt præsentia vel præterita, & ita omnia ex necessitate acciderunt, & accidunt, & accident, quia quod nunc factum est in presenti, in preterito existens semper verum erat dicere, quoniam erit futurum. Deinde cum dicit.

Nostrum affir. vel neg. non mutat res.

ARGY. *Si enim hæc esse nequeunt. Videmur enim principium futurorum, & deliberando quippiam atq; agendo.*

ANTI. *Quod si hæc non sunt possibilia. Videmur enim esse principium futurorum, & ab eo quod consultamus atq; agimus aliquid.*

Ostendit prædicta esse impossibilia: Et primo per rationē. Secundo per exempla sensibilia. ibi ‡Et multa nobis manifesta &c.‡ Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum in rebus humanis, Secūdo etiam in alijs rebus, ibi ‡Et qñ est omnino &c.‡ Quantum autem ad res humanas ostēdit esse impossibilia quę dicta sunt, per hoc, quòd homo manifeste videtur esse principium eorū futurorum, quę agit, quasi dōs existens suorū actuum, & in sua potestate habens agere vel non agere, quod quidē principum si remoueatur, tollitur totus ordo conuersationis humanę, & omnia principia philosophię moralis.

Homo dominus act. suorum.

Hoc.n. sublato non erit aliqua vtilitas persuasionis, nec comminationis: nec permutationis, aut remunerationis, quibus homines alliciuntur ad bona, & retrahūtur à malis, & sic euacuatur tota ciuilis scientia. Hoc ergo Philosophus accipit pro principio manifesto, q̄ homo sit principium futurorū non est aūt futurorum principium nisi per hoc q̄ consiliatur, & facit aliquid. ea.n. quæ agunt absq; consilio, nō habent dominium sui actus quasi habere iudicantes de his, quæ sunt agenda, sed quodam naturali instinctu mouentur ad agendum, vt patet in animalibus brutis. Vnde impossibile est quod supra cōclusum est, quòd non oporteat nō agere vel consiliari. Et sic etiā impossibile est illud ex quo sequebatur. s. q̄ omnia ex necessitate deueniant. Deinde cum dicit.

Agen. si modo consilio.

ARGY. *Et omnino id quod similiter esse, atq; non esse potest, esse inter ea quæ non semper sunt actu, in quibus vtrunque, & esse inquam & non esse contingit, quare & fieri & non fieri.*

ANTI. *Et quoniā est omnino in his, quæ nō semper actu sunt, possibile esse, & non esse similiter. in quibus vtrunq; contingit esse & non esse, quare fieri & non fieri.*

Ostendit idem etiā in alijs rebus. Manifestum est.n. etiam in rebus naturalibus esse quædā, quæ non semper actu sunt, ergo in eis conuenit esse & non esse, alioquin vel semper essent, vel semper non essent. Id aūt quod nō est, incipit esse aliquid per hoc q̄ fit illud, sicut id quod non est album, incipit esse album per hoc q̄ fit album. Si autem non fiat album permanet nō ens album. Ergo in quibus contingit esse & non esse, contingit etiam fieri & non fieri. Non ergo talia ex necessitate sunt vel fiunt, sed est in eis natura possibilitatis, per quam se habent ad fieri & non fieri, esse & non esse. Deinde cum dicit.

ARGY. *Et rerum complures ita sese habentes ipsis oculis cernimus, Nam vt hoc exemplo percipiatur, vestimentum hoc possibile est scindi, & non scindetur, sed tempore post conteretur. Similiter & non scindi possibile est. Non.n. posset tempore post contritum fore, si scindi non posset. Quare & in alijs ita est rebus, quæcunq; talem potentiā subeunt. Si igitur inquam hæc fieri nequeunt, patet non omnia necessario, vel esse, vel fieri sed quędam talia esse, vt æque fieri, atq; nō fieri possint, de quibus nō est magis affirmatio, quā negatio vera, quædam esse huiusmodi, ut ipsorum magis quidem & plerunq; alterū eueniat, possit tamen & alterum euenire, alterum vero non euentire.*

ANTI. *Ac multa nobis manifestat sunt sic se habētia, vt quo niam hanc vestem possibile est incidi, & nō incidetur, sed prius exteretur, similiter autem & non incidi possibile est, non enim esset eam prius exteri, nisi possibile esset nō indici. Quare & in alys fiendis quæcunq; secundum potentiam huiusmodi dicuntur, manifestū est quoniam non omnia ex necessitate, vel sunt, vel fiunt, sed alia quidem vtrumlibet, & non magis vel affirmatio, vel erit negatio vera alia magis quidem & in pluribus alterum, sed contingit fieri & alter, unalterum uero minime.*

Ostendit propositū per sensibilia exempla. Sit enim puta vestis noua, manifestum est q̄ eam possibile est incidi, quia nihil obuiat incisioni nec ex parte agentis, nec ex parte patientis. Probat autem q̄ simul cum hoc quòd possibile est eam incidi, possibile est etiam eam nō incidi eodem modo quo supra probauit duas indefinitas oppositas esse simul veras. s. per assumptionem cōtrarij. Sicut enim possibile est illā vestem incidi, ita possibile est eam exteri, idest vetustate corrumpi. Sed si exteritur nō inciditur, ergo vtrunq; possibile est, s. eam incidi & non incidi.

Lect. 11.

incidi. Ex hoc vniuersaliter concludit, q̄ in alijs futuris, quæ nō sunt in actu semper, sed sunt in potentia, hoc manifestum est, q̄ non omnia ex necessitate sunt vel fiunt, sed eorum quædā sunt ad vtrumlibet, quę non se habent magis in affirmatione vel negatione, alia vero sunt in quibus alterum eorū contingit vt in pluribus, sed tamen contingit etiam, vt in paucioribus, quòd altera pars sit vera, & non alia, quæ. s. non contingit vt in pluribus sit.

Est autem considerandum, q̄ sicut Boethus dicit hic in commento, circa possibile & necessariū diuersimode aliqui sunt opinati. Quidam enim dixerunt ea ſm euentū, sicut Diodorus, qui dixit illud esse impossibile quod nunquam erit, necessarium vero quod semper erit, possibile vero quod quandocunque erit, quandoq̄ non erit.

Diodorus.

Stoici vero dixerunt hoc ſm exteriora prohibentia. Dicūt.n. necessarium esse illud quod non potest prohiberi quin sit verum, impossibile vero quod semper prohibetur à veritate, possibile vero quod potest prohiberi vel non prohiberi. Vtraq; autem distinctio videtur esse incompetens. Nam prima distinctio est à posteriori. non enim aliquid est necessariū, quia semper erit, sed potius ideo semper erit, quia est necessarium, & idem patet in alijs. Secunda autem assignatio est ab exteriori, & quasi per accidens. nō enim ideo aliquid est necessarium, quia non habet impedimētum, sed quia est necessarium, ideo impedimentum habere nō potest. Et ideo alij melius ita dixerunt ſm naturam rerum, vt. s. dicatur illud necessarium, quod in sua natura determinatū est solum ad esse, impossibile autem quod est determinatum solum ad nō esse, possibile autem quod ad neutrum est omnino determinatum, siue se habeat magis ad vnum quam ad alterum, siue se habeat æqualiter ad vtrunque, quod dicitur contingens ad vtrumlibet. Et hoc est quod Boethus attribuit Philoni. Sed manifeste hæc est sententia Arist. in hoc loco. Assignat enim rationem possibilitatis & contingētiæ, in his quidem, quæ sunt à nobis ex eo, q̄ sumus consiliativi, in alijs autem ex eo q̄ materia est in potentia ad vtrunq; oppositorum. Sed videtur hæc ratio non esse sufficiens. Sicut enim in corporibus corruptibilibus materia inuenitur in potētia se habens ad esse & nō esse, ita etiam in corporibus cœlestibus inuenitur potentia ad diuersa vbi, & tamen nihil in eis euenit cōtingenter, sub solum ex necessitate. Vnde dicendum est, q̄ possibilitas materiæ ad vtrunque, si communiter loquamur, non est sufficiens ratio contingentiæ nisi etiam addatur ex parte potentiæ actiuæ q̄ nō sit omnino determinata ad vnum, alioquin si ita sit determinata ad vnū quod impediri nō potest, cōsequens est q̄ ex necessitate reducat in actum potentiam passiuam eodem modo. Hoc igitur quidā attendentes poluerunt, quod potētia, quæ est in ipsis rebus naturalibus, sortitur necessitatem ex aliqua causa determinata ad vnum quam dixerunt fatum. Quorum Stoici poluerunt fatum in quadam serie seu commixtione causarum, supponentes quòd omne quod in hoc mundo accidit habet causam, causa aūt posita necesse est effectum poni. Et, si vna causa per se non sufficit multæ causæ ad hoc concurrentes accipiunt rationem vnius causæ sufficientis, & ita concludebant q̄ omnia ex necessitate euenirent. Sed hanc rōnem soluit Aris. in. 6. Met. interimens vtranq; propositionum assumptarum. Dicit enim quod non omne per se habet causam, sed solum illud quod est per se. Sed illud quod est per accidens nō habet causam, quia prope non est ens, sed magis ordinatur cū non ente, vt etiam Plato dixit. Vnde esse musicum habet causam, & similiter esse album, sed hoc quod est, album, esse musicum, non habet causam, & idem est in omnibus alijs huiusmodi. Similiter etiam hæc est falsa, q̄ posita causa etiam sufficienti, necesse est effectū poni. non enim omnis causa est talis etiā si sufficiens sit, quòd eius effectus impediri non possiti, sicut ignis est sufficiens causa combustionis lignorum, sed tamen per effusionem aquę impeditur combustio, si autem vtraq; propositionum prędictarū esset vera, infallibiliter sequeretur omnia ex necessitate cōtingere. Quia, si quilibet effectus habet causam, esset effectum, qui est futurus post quinque dies, aut post quātumcunq; tempus, reducere in aliquam causam priorem, & sic quousque esset deuenire ad causam, quæ nunc est in præsenti, vel iam fuit in præterito. Si aūt causa postea necesse est effectum poni per ordinem causarū, deueniet necessitas vsque ad vltimum effectum. Puta si comedit falsa, sitiet, si sitiet, exhibit domum ad bibendū, si exhibit domum, occidetur à latronibus, quia ergo iam comedit falsa, necesse est eum occidi. & ideo Aristot. ad hoc excludendum ostendit vtranq; prædictarum propositionum esse falsam, vt dictum est. Obijciunt autem quidam cōtra hoc quòd omne per accidens reducitur ad aliquid per se, & ita oportet effectum qui est per accidens reduci in causam per se. Sed nō attendunt q̄ id quod est per accidēs reducitur ad per se, inquantū accidit ei quod est per se. sicut musicum accidit Sorti, & omne accidens alicui subiecto per se existenti. Et similiter omne quod in aliquo effectu est per accidens consideratur circa aliquem effectum per se, qui quantum ad id quod per se est habet causam per se, quantum autem ad id, quod inest ei per accidens non habet causam per se, sed causam per accidens. Oportet enim effectum proportionaliter referre ad causam suam, vt in. 2. Physicorum, & in. 5. Metaphysicæ dicitur. Quidam vero non attendentes differētiam effectuū per accidens & per se, tentauerunt reducere omnes effectus hic inferius prouenientes in aliquam causam per se, quam ponebant virtutem esse cęlestium corporū, in qua ponebant fatum, quam vim positionis syderū appellabant. Sed ex hac causa non potest prouenire necessitas in quibus quæ hic aguntur. Multa enim hic fiunt ex intellectu & voluntate, quę per se & directe nō subduntur virtuti cœlestium corporum. cum enim intellectus siue ratio, & voluntas quæ est in ratione, non sint actus organi corporalis, vt probatur in lib. de Anima, impossibile est quòd directe subdatur intellectus seu ratio & voluntas virtuti cœlestium corporum. nulla enim vis corporalis potest agere per se, nisi in rem corpoream. vires autem sensitiuæ inquantum sunt actus organorū corporalium per accidens subduntur actioni cęlestium corporum. Vnde Philosophus in lib. de Anima, opinionem ponentiū voluntatem hominis subijci motui cœli ascribit his, qui non ponebant intellectum differre à sensu. indirecte tamen vis cœlestium corporum redundat ad intellectum & voluntatem, inquantum. s. intellectus & voluntas vtuntur viribus sensitiuis. Manifestum autem est q̄ passiones virium sensitiuarum nō inferunt necessitatem rationi & voluntati. Nam continens habet prauas concupiscentias, sed non deducitur, vt patet per Philosophum in. 7. Ethicorum. Sic igitur ex virtute cœlestium corporum non prouenit necessitas in his quæ per rationem & voluntatē fiunt. Similiter nec in alijs corporalibus effectibus rerum corruptibilium, in quibus multa per accidens euemiunt. Id autem quod est per accidens, non potest reduci vt in causam per se in aliquā virtutem naturalem,

Impropr. vtr. princ. Secundæ.

Vera opinio.

Obiectio.

Responsio. Possibilitas materiæ ab vtrumlibet ra. contin.

Fatum: Stoici.

Lec. 3. t.c. 7. & 7. lect. 6. text. cō. 22. Plato.

Philon. Aristo.

Posita causa per effectus.

Obiectio.

Responsio. Esse per acci. reduc. ad per se.

Lec. 6. et. te. cōmen. 38. Lec. 5. t.c. 2

opinio esse fatum.

Impugn. Quæ nō subduntur cele. vir. Lectio. 7. & cō. 6. tertij libri. Intel. & volun. actus orga. cor.

Lc. 4. tertiū li. & t.c. 150 Intel. & volum, subdi. cor. cæ.

Lec. 4. ca. 6.

Per acci. reduci in c. per te.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lectio.8. Lecti.11.

rajem, quia virtus naturę se habet ad vnum, quod aũt est per accidens nõ est vnum. vnde & supra dictũ est, ꝙ hæc enunciatio nõ est vna Sortes albus musicus, quia non significat vnũ. Et ideo Philosophus dicit in libro de somno & vigilia, ꝙ multa, quorũ signa præexistunt in corpo

Cõcursus diuer. causarũ in cau. cęlestem reduci in intel.

ribus cœlestibus, puta in imbribus & tempestatibus non eueniunt, quia f. impediuntur per accidens. Et quanuis illud etiã impedimentum f̃m se considerandũ reducatur in aliquã causam cœlestem, tñ concursus horum, cum sit per accidens, nõ potest reduci in aliquã causam naturaliter agentem. Sed considerandũ est, ꝙ id, quod est per accidens, potest ab intellectu accipi vt vnum, sicut albũ esse musicum, quod quanuis f̃m se non sit vnum, tamen intellectus vt vnum accipit, inquantum. f. componendo formar enunciationem vnam. Et f̃m hoc contingit id quod f̃m se per accidẽs euenit & casualiter reduci in ali

Opinio.

quem intellectum præordinantem, sicut concursus duorum seruorum ad certum locũ est per accidens & casualis quantum ad eos, cum vnus eorum ignoret de alio, potest tamen esse per se intentus à domino, qui vtrunq; mittit ad hoc ꝙ in certo loco sibi occurrant. Et f̃m hoc alii

Omnia reducũtur in diuina proui.

qui posuerunt omnia quęcunque in hoc mundo aguntur etiam quæ videntur fortuita vel casualia reduci in ordinem prouidentiæ diuinæ, ex qua dicebant dependere fatum. Et hoc quidem aliqui stulti negauerunt, iudicantes de intellectu diuino admodum intellectus nostri qui sin

Opinio. fal.

gularia nõ cognoscit. Hoc autem est falsum, nam intelligere diuinum & velle eius est ipsum esse ipsius. Vnde sicut esse eius sua virtute comprehendit omne illud quod

Proba.

quocunq; modo est, inquãtum. f. est per participationem ipsius, ita etiam suum intelligere & suũ intelligibile com

Cõprehendit intel. & volũ. diuinæ.

prehendit omnem cognitionem, & omne cognoscibile, & suam velle & suum volitũ comprehendit omnem appetitum, & omne appetibile quod est bonũ, vt. f. ex hoc ipso ꝙ aliquid est cognoscibile cadat sub eius cognitione, & ex hoc ipso ꝙ est bonum cadat sub eius voluntate, sicut ex hoc ipso quòd est ens aliquid cadit sub eius virtute actiua, quam ipse perfecte comprehendit cũ sit per

Obiectio

intellectũ agens. Sed, si prouidentia diuina sit per se causa omnium, quæ in hoc mundo accidunt, saltem bono-

Prima ra.

rum, videtur quòd omnia ex necessitate accidãt. Primo quidem ex parte scientiæ eius. non. n. potest eius scientia falli, & ita ea quę ipse scit, videtur ꝙ necesse sit euenire.

Secũda. Respõsio. Cog. & opera dei longe aliter quã nostra.

Secundo ex parte voluntatis. Voluntas. n. Dei inefficax esse non potest, videtur ergo ꝙ omnia quę vult ex necessitate eueniant. procedunt autem hæ obiectiones ex eo quòd cognitio diuini intellectus & operatio diuinæ voluntatis pensantur ad modum eorum quæ in nobis sunt, cũ tamen multo dissimiliter se habeant. Nam primo quidem ex parte cognitionis vel scientiæ, considerandũ est, quòd ad cognoscendum ea, quæ secundũ ordinem temporis eueniunt, aliter se habet vis cognoscitiua, quæ sub ordine temporis aliqualiter cõtinentur aliter illa, quæ to

Lect. 17. & cõmen. 99.

taliter est extra ordinem temporis: Cuius exemplum conueniens accipi potest ex ordine loci. Nam secundum Philosophum in. 4. Physicorum secundum prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu, & per consequens in tẽpore. si ergo sint multi homines per viam aliquam transeuntes, quilibet eorum qui sub ordine transeuntium continetur, habet cognitionem de præcedentibus & subsequentibus, inquantum sunt præcedentes & subsequentes, quod pertinet ad ordinem loci. Et ideo quilibet eorũ videt eos, qui iuxta se sunt, & aliquos eorum qui eos præcedunt, eos autem qui post se sunt videre non potest. Si autem esset extra totũ ordinem transeuntium, vtpote in aliqua excelsa turri cõstitutus, vnde posset totam viam videre, videret quidem simul omnes in via existentes, non sub ratione præcedentis & subsequentis, in cõparatione. f. ad eius intuitum, sed simul omnes videret, & quomodo vnus eorũ alii præcedit. Quia igitur cognitio nostra cadit sub ordine temporis, vel per se, vel per accidens, vnde & anima incomponendo & diuidẽdo necesse habet adiungere tempus, vt dicitur in. 3. de Anima, consequens est quod sub eius cognitione cadant res sub ratione præsenti præteriti & futuri. Et ideo

Cog. nostra intel. sub. ordine temp.

Lect. 11. 12. commen. 2.

præsentia cognoscit tanquam actu existentia & sensu aliqualiter perceptibilia, præterita autem cognoscit vt memorata, futura autem non cognoscit in seipsis, quia nondum sunt, sed cognoscere ea potest in causis suis per certitudinem quidem, si totaliter in causis suis sint determinata, vt ex quibus de necessitate euenient, per coniecturam autem si non sint sic determinata, quin impediri nõ possint, sicut quæ sunt vt in pluribus. Nullo autẽ modo, si in suis causis sunt omnino in potentia non magis determinata ad vnũ quàm ad aliud, sicut quæ sunt ad vtrumliber. Non enim est aliquid cognoscibile secundum quòd

Cogn. actus Lectio. 10. com. 19.

est in potentia, sed solum secundum quòd est in actu vt patet per Philosophũ. ix. Metaphysicæ. Sed Deus est omnino extra ordinem temporis, quasi in arce æterminatis constitutus, quæ est tota simul, cui subiacet totus temporis decursus, secũdum vnum & simplicem eius intuitum & ideo vno intuitu videt omnia, quæ aguntur secundum temporis decursum, & vnumquodque secundum quòd est in seipso existens, nõ quasi sibi futurum quantum ad eius intuitum. prout est in solo ordine suarum causarum quamuis & ipsum ordinem causarum videat, sed omnino æternaliter si videt vnumquodq; eorum quæ sunt in quocunque tempore, sicut oculus humanus videt sortem sedere in seipso, nõ in causa sua. Ex hoc autem ꝙ homo videt Sortem sedere non tollitur eius contingentia quæ respicit ordinem causæ ad effectum, tamen verissime & infallibiliter videt oculis hominis Sortem sedere dum sedet, quia vnumquodq; prout est in seipso iam determinatum est. Sic igitur relinquitur, quòd Deus certissime

Conting. rum cũ infal. lib. scientia diuinæ. Volun. diuina extra ordinem. Necess. & cõtuer. in rebus ex diu. vol.

infallibiliter cognoscat omnia, quæ fiunt in tempore, & tamen ea quæ in tempore eueniunt non sunt vel fiunt ex necessitate, sed contingenter. Similiter ex parte voluntatis diuinæ differentia est attendenda. Nam voluntas diuina est intelligẽda vt extra ordinem entium existens, velut causa quædam profundens totum ens, & omnes eius differentias. Sunt autem differentiæ entis possibile & necessariũ, & ideo ex ipsa voluntate diuina originantur necessitas, & contingentia in rebus, & distinctio vtriusq; secundum rationem proximarum causarum. ad effectus enim quos voluit necessarios esse, disposuit causas necessarias ad effectus autem, quos voluit esse cõtingentes, ordinauit causas contingenter agentes, id est potentes deficere. Et secundum harum conditionem causarũ effectus dicuntur vel necessarij, vel contingentes quãuis omnes dependeant à voluntate diuina, sicut à prima causa, quæ transcendit ordinem necessitatis & contingentiæ. Hoc autem non potest dici de voluntate humana, nec de aliqua alia causa quia omnis alia causa cadit iam sub ordine necessitatis vel contingentiæ, & ideo oportet quòd vel ipsa causa possit deficere, vel effectus eius nõ sit contingens, sed necessarius. voluntas autem diuina indefi-

Conting. cũ indef. di. vol.

ciens est, tamen non omnis effectus eius sunt necessarij, sed quidam contingentes. Similiter autem alia radicem

contingentiæ

Obiectio,

contingentiæ quam hic Philosopus ponit ex hoc ꝙ summus cõsiliatiui, aliqui subuertere nituntur, volẽtes ostendere quòd volũtas in eligendum ex necessitate mouetur ab appetibili. Cum enim bonum sit obiectum voluntatis, nõ potest (videtur) ab hoc diuertere quin appetat illud quod sibi videtur bonum. sicut nec ratio ab hoc potest diuertere quin assentiat ei quod sibi videtur verum. Et ita videtur quòd electio consilij cõsequens semper ex necessitate proueniat. & sic omnia, quorum nos principium sumus per consilium & electionem, ex necessitate prouenient. Sed dicendum est, quòd similis differentia

Responsio. Veri & bo. duplex dif.

attendenda est circa bonum, sicut circa verum, Est autem quodam verum, quod est per se notum, sicut prima principia demonstrabilia, quibus ex necessitate intellectus assentit, sunt autem quędam vera nõ per se nota, sed per alia. Horum autem duplex est condictio quędam. n. ex necessitate consequuntur ex principijs ita. f. quòd nõ possunt esse falsa principijs existentibus veris, sicut sunt omnes conclusiones demonstrationum. Et huiusmodi

Intel. quib. assentiat necess. & quib. non.

veris ex necessitate assentit intellectus, postquam perceperit ordinem eorum ad principium, non autem prius. Quædam autem sunt, quæ non ex necessitate consequuntur ex principijs, ita. f. quòd possunt esse falsa principijs existentibus veris. sicut sunt opinabilia, quibus non ex necessitate assentit intellectus, quamuis ex aliquo motiuo magis inclinetur in vnam partem quàm in aliam. Ita etiam est quoddam bonum quod est propter se appetibile sicut felicitas, quæ habet rationem vltimi finis, & huiusmodi bono ex necessitate inhæret voluntas, naturali

Bo. propter se appeti.

enim quadã necessitate omnes appetunt esse fęlices. Quędam vero sunt bona, quæ sunt appetibilia propter finem

Bo. ordin. ad fin. Lecti. 15. & cõmen. 91.

quæ comparantur ad finem sicut conclusiones ad principium, vt patet per Philosophum in Secundo Physicorum. Si igitur essent aliqua bona, quibus non existentibus non posset aliquis esse fœlix, hæc etiam essent ex necessitate appetibilia, & maxime apud eum, qui talem ordinem percipiat, & forte talia sunt esse, viuere, & intelligere, & siqua alia similia. Sed particularia bona, in quibus humani actus consistunt, nõ sunt talia, nec sub ea ratione comprehenduntur, vt sine quibus fęlicitas esse non possit, puta comedere hunc cibum vel illum, aut abstinere ab eo, habent tamen in se vnde moueant appetitum, secundum aliquod bonũ considerandum in eis & ideo voluntas non ex necessitate inducitur ad hæc eligenda. Et

Radix cõtingentiæ.

propter hoc Philosophus signanter radicem contingentiæ in his quæ fiunt à nobis assignauit ex parte consilij, quod est eorum, quæ sunt ad finem, & tamen non sunt determinata. In his, enim in quibus media sunt determinata non est opus consilio, vt dicitur in. 3. Ethicorum. Et

Lect. 8. c. 6.

hæc quidem dicta sunt ad saluandum radices contingentiæ, quas hic Aristote. ponit, quamuis videatur Logici negotij modum excedere.

LECTIO XV.

Ex modo, quo in rebus necessitas, veritas, & falsitas reperitur, quomodo in orationibus similiter inspicienda. sit docet.

ARGY. *Necesse est igitur id quod est, quando est, esse, & id quod non est, quando non est, non esse, non tamen aut omne quod est, esse, aut omne, quod non est, non esse. necesse est. Non enim idem est omne quod est, necessario esse, cum est, & simpliciter necessario esse, & de eo quod non est simili modo.*

ARGY. *Igitur esse quod est, quando est, & non esse, quod non est, quando non est, necesse est. Sed non omne quod est necesse est esse, nec omne quod non est necesse est non esse, non enim idem est omne quod est necessario esse quando est, & simpliciter esse ex necessitate. Similiter autem & in eo quod non est.*

Postquam Philosophus ostendit esse impossibilia ea, quæ ex prædictis rationibus sequebãtur, hic remotis impossibilibus, cõcludit veritatem. Et circa hoc duo facit, quia enim argumentando ad impossibile processerat ab enunciationibus ad res, & iam remoueat inconuenientia, quæ circa res, sequebantur, ordine cõuerso. Primo ostendit qualiter se habeat veritas circa res. Secundo qualiter se habeat veritas circa enunciationes, ibi {Quare quoniã orationes veræ sunt.} Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter se habeat veritas & necessitas circa res absolute consideratas, Secundo qualiter se habeat circa ea per comparationem ad sua opposita, ibi {Et in cõtradictione eadẽ ratio est.} Dicit ergo primo, quasi ex premissis concludens, quòd si prędicta sunt inconuenientia, 4. Metaph. Le. 6. & c. 9.

vt scilicet omnia ex necessitate euenient, oportet dicere ita se habere circa res, f. ꝙ omne quod est, necesse est esse qñ est, & omne quod non est necesse est non esse quando non est. Et hæc necessitas fundatus super hoc principiũ, impossibile est simul esse, & non esse, si enim aliquid est impossibile dum est illud simul non esse, ergo necesse est tunc illud esse. Nam impossibile non esse idem significat ei quod est necesse esse, vt in Secundo dicetur. Et si-

Lectio. 6.

militer, si aliquid nõ est, impossibile est illud simul esse, ergo necesse est non esse, quia etiam idem significant. Et ideo manifeste verum est, quòd omne quod est necesse est esse quando est, & omne quod non est, necesse est non esse pro illo tempore quando non est, & hæc est necessitas non absoluta, sed ex suppositione. Vnde non potest simpliciter & absolute dici, quòd omne quod est necesse est esse, & omne quod nõ est necesse est non esse, quia nõ idem significant, ꝙ omne ens quando est sit ex necessitate, & ꝙ omne ens simpliciter sit ex necessitate, nam primum significat necessitatem ex suppositione, f̃m autem necessitatem absolutam. Et quod dictum est de esse, intelligendũ est similiter de nõ esse, quia aliud est simpliciter ex necessitate non esse, & aliud est ex necessitate non esse, quando non est. Et per hoc videtur Arist. excludere id quod supra dictum est, quòd, si in his, quæ sunt, alterum determinate est verum, ꝙ etiam antequam fieret, alteram determinate esset futurum. Deinde cum dicit.

Omne dum est, est necesse esse, &c.

ARGY. *Et in cõtradictione etiã ratio eadem est. Omne nanq; necesse est esse, aut non esse, & item fore aut non fore, non tamen necesse est distinctè alterã fore. Veluti necesse est quidem pugnam naualem cras fore, aut non fore, non tamen fore pugnam naualem cras necesse, neq; rursus non fore attamen fore, aut non fore necesse est.*

ANTI. *Et in contradictione eadem ratio est. Esse quidem, vel non esse omne necesse est, & futurum esse, vel non, non tamen diuidentem dicere alterum necessarium. Dico, autem, vt necesse est quidem esse futurum bellum nauale cras, vel non futurum esse sed non futurum esse cras bellum nauale necesse est, vel non futurũ esse. Futurum autem vel esse, vel non esse, necesse est.*

Ostendit quomodo se habeat circa res per comparationem ad sua opposita, & dicit, ꝙ eadem ratio est in contradictione, quæ est in suppositione. Sicut. n. illud quod non est absolute necessarium, sit necessarium in suppositione eiusdem, quia necesse est esse quod est ita etiã quod

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est in se necessarium absolute, sit necessariũ per disiunctionem oppositi, quia necesse est de vno quoq; ꝙ sit vel non sit, & ꝙ futurum sit aut nõ sit, & hoc sub disiunctione. & hæc necessitas fundatur super hoc principiũ, ꝙ impossibile est cõtradictoria simul esse vera falla. Vnde impossibile est neq; esse neq; non esse, ergo necesse est vel esse vel non esse. Non tamen si diuisim alterũ accipiatur necesse est illud esse absolute. Et hoc manifestat per exemplum, quia necessarium est nauale bellum esse futurum cras, vel non esse, sed non est necesse nauale bellum futurum esse cras. Similiter etiam non est necessariũ non esse futurum, quia hoc pertinet ad necessitatem absolutam, sed necesse est quòd vel sit futurum vel non sit futurum, & hoc pertinet ad necessitatem quæ est sub disiunctione. Deinde cum dicit.

Necessitas per disiũctionem. 4. Metaph. text. com. 9. Lectio. 6.

ARGY. *Quare cum orationes ita sunt veræ, quemadmodum sese habent res ipsæ, patet & contradictionem ipsam, quę circa res eas efficitur, quæ sic se habent vt æque fieri atque non fieri, & esse atq; non esse possint, necessario perinde sese habent, atq; res tales sese habent & eandem cũ illis legem subire, quod quidem in hisce sit, quæ non semper sunt, aut non semper non sunt. Contradictionis enim verum ipsam alteram quidem partem necesse est veram esse, vel falsam, non tamen hanc, vel hanc, sed vtraq; contigerit fitque vt altera magis sit vera, non tamen vera, vel falsa distincte, sicut diximus.*

ANTI. *Quare quoniam similiter orationes veræ sunt quemadmodum & res, manifestum est quoniam quæcunq; sic se habent vt vtrumlibet sint, & contraria ipsorum contingant, necesse est similiter se habere & contradictionem, Quod contingit in his quæ non semper sunt, & non semper non sunt. Horũ enim necesse est alteram partem contradictionis veram esse vel falsam, nõ tamen hoc, vel illud, sed vtrumlibet. & magis quidem alteram veram, non tamen iam veram vel falsam.*

Ex eo ꝙ se habet circa res, ostendit qualiter se habeat circa orationes. Et primo ostendit quomodo vniformiter se habet in veritate orationum sicut circa esse & non esse. Secundo finaliter concludit veritatem totius dubitationis, ibi {Quare manifestum.} Dicit ergo primo, ꝙ quia hoc modo se habent orationes enunciatiuæ ad veritatem sicut & res ad esse vel non esse, quia ex eo ꝙ res est vel non est, oratio est vera vel falsa, consequens est, quòd in omnibus rebus, quę ita se habẽt vt sint ad vtrumlibet, & quæcunq; ita se habent ꝙ contraria eorum qualitercunq; contingere possunt, siue æqualiter siue alterum vt in pluribus, ex necessitate sequitur, ꝙ etiam similiter se habeat contradictio enunciationum. Et exponit consequenter quę sint illę res, quarum contradictoria contingere queant, & dicit huiusmodi esse quæ neque semper sunt, sicut necessaria, neq; semper non sunt, sicut impossibilia, sed quandoq; sunt & quandoque non sunt. Et vlterius manifestat quomodo similiter se habeat in cõtradictorijs enunciationibus, & dicit, quòd harum enunciationum quæ sunt de cõtingentibus, necesse est, quòd sub disiunctione altera pars contradictionis sit vera vel falsa, non tamen hæc vel illa determinatæ, sed se habet ad vtrumlibet. Et si contingant quòd altera pars contradictionis magis sit vera, sicut accidit in cõtingentibus quæ sunt vt in pluribus, nõ tamen ex hoc necesse est quòd ex necessitate altera earum determinate sit vera vel falsa.

Enun. de cõtingen. quo ad veri.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Quare patet non omnium affirmationum, & negationum oppositarum alteram necessario verã esse, alteram falsam. Non enim in hisce, quæ sunt, sic res se habet, & in ys quæ non sunt quidem, esse vero aut non esse possunt, sed vt diximus.*

Quare manifestũ est quoniã non est necesse omnis affirmationis, & negationis oppositarum, hanc quidem veram, illam vero falsam esse. Neq; n. quemadmodũ in his quæ sunt, sic se res habet etiã & in his, quæ non sunt, possibilibus tamen esse vel non esse, sed quemadmodu dictum est. ANTI.

Concludit principale intentum, & dicit manifestũ esse ex prędictis ꝙ non est necesse in omni genere affirmationum & negationum oppositarum, alteram determinate esse veram & alteram esse falsam, quia non eodem modo se habet veritas, falsitas in his quæ sunt iam de præsenti, & in his quæ non sunt, sed possunt esse vel non esse. Sed hoc modo se habet in vtrisque sicut dictũ est, quia, s. in his, quæ sunt necesse determinate alterum esse verum & alterũ falsum, quod non contingit in futuris quæ possunt esse & non esse. Et sic terminatur Primus Liber.

Non in omni genere affir. vel neg. non super alterã determ. ver. vel fal.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS, PERIHERMENIAS.

LIBER SECVNDVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis Præclarissimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

Distinguntur enunciationes à parte subiecti, quod est nomẽ finitum. vel infinitum tam vniuersaliter quam non vniuersaliter tantum.

QVoniam autem affirmatio enunciatio est quippiam de quopiam significans, hoc autem nomen est, aut id quod nomine caret, vnum uero id esse, atq; de vno dici, quod est in affirmatione, oportet. ARGY.



VONIAM autem est affirmatio de aliquo significans aliquid hoc autem oportet esse vel nomẽ, vel innominatum, unum aũt oportet esse & de vno id quod est in affirmatione. ANTI.

Postquã Philosophus in Primo libro determinauit de enunciatione simpliciter considera, Hic determinat de enunciatione fm ꝙ diuersificatur per aliquid sibi additũ. Possunt aũt tria in Enunciatione considerari. Primo ipsæ dictiones, quæ prædicãtur vel subijciuntur in enunciatione quasi partes distinxit per nomina & verba. Secundo ipsa compositiua vel negatiua. Tertio ipsa oppositio vnius enunciationis ad aliam. Diuiditur ergo hęc pars in tres partes. In prima ostendit quid accidit enũciationis ex hoc ꝙ aliquid additur ad dictiones in subiecto vel prædicato positas. Secũdo quid accidat enũciationi ex hoc ꝙ aliquid additur ad determinandũ veritatem vel falsitatem cõpõnis, ibi {His vero determinatis.} Tertio soluit quandã dubitationem

Primo Libro. Lect. 4. & 5. Tria in enũ. considerant.

Lect. 5. Notandum

dubitationem circa oppositiones enunciationum proue nientem ex eo ꝙ additur aliquid simplici enunciationi, ibi {Vtrum aũt contraria est affirmatio.} Est aũt considerandum ꝙ addito facta ad prædicatum vel subiectum quandoq; tollit vnitatem enunciationis qñque vero non tollit, sicut additio negationis infinitantis dictionem. Circa primum ergo duo facit. Primo ostendit quid accidit enunciationibus ex additione negationis infinitantis dictionem. Secũdo ostendit quid accidat circa enunciationem ex additione tollente vnitatem, ibi {At vero vnum de pluribus.} Circa primũ duo facit. Primo determinat de enunciationibus simplicissimis, in quibus nomen finitum vel infinitũ ponitur tm̃ ex parte subiecti, Secundo determinat de enunciationibus in quibus nomẽ finitum vel infinitũ ponitur non solũ ex parte subiecti, sed etiam ex parte prædicati, ibi {Qñ autem est tertiũ adiacens.} Circa primũ duo facit. Primo proponit rõnes qualdã distinguendi tales enunciationes, Secundo ponit earum distinctionẽ & ordinẽ, ibi {Quare prima est affirmatio.} Circa primũ duo facit. Primo ponit rõnes distinguendi enunciationes ex parte nominũ, Secũdo ꝙ nõ potest esse eadem ratio distinguẽdi ex parte verborum ibi {Præter verbum aũt.} Circa primũ tria facit. Primo proponit rationes distinguendi enũciationes. Secũdo exponit quod dixerat, ibi {Nomen aũt dictũ est.} Tertio concludit intentũ, ibi {Erit aũt omnis affirmatio.} Resumit ergo illud quod supra dictũ est de distinctione affirmationis, ꝙ .s. affirmatio est enũciatio significas aliquid de aliquo. & quia verbũ est proprie nota eorum quę de altero prædicantur, cõsequens est vt illud, de quo aliquid dicitur, pertineat ad nomen aũt est vel finitũ vel infinitum, & ideo, quasi concludens subdit, ꝙ quia affirmatio significat aliquid de aliquo consequens est vt hoc, de quo significatur aliquid de aliquo, s. subiectũ affirmationis, sit vel nomen .s. finitũ, quod proprie dicitur nomen. vt in Primo dictũ est, vel innominatum. i. infinitũ nomen quod dicitur innominatum, quia ipsum, nõ nominat aliquid cum aliqua forma determinata, sed solũ remouet determinationem formæ. Et, ne aliquis diceret ꝙ id quod in affirmatione subijcitur est simul nomen & innominatũ, ad hoc excludendum subdit, ꝙ id quod est, s. primũ in affirmatione, s. vna, de qua nunc loquimur, oportet esse vnum & de vno subiecto, & sic oportet ꝙ subiectum talis affirmationis sit vel nomen, vel nomen infinitum. Deinde cum dicit.

Primi libri Lect. 2. Lec. 4. primi libri. Not. infini. Not. infinj. fig. voum.

ARGY. *Dictumq; est antea quid nam sit ipsum nomẽ, & quid etiam id quod nomine caret, ipsum. n. non homo non nomen, sed infinitum nomen appello infinitum enim nomen vnum quodammodo significare videtur, quemadmodum & non valet, non verbum, sed infinitum nuncupo verbũ.*

ANTI. *Nomen autem dictum est & in nominatũ prius. Non homo. n. nomen quidem non dico, sed nomen infinitũ. Vnũ. n. significat quodammodo infinitum nomen. quemadmodum & non currit, non verbũ dico, sed infinitũ verbum.*

Exponit quod dixerat, & dicit, ꝙ supra dictũ est quid sit nomen, & quid sit innominatũ. i. infinitũ nomen, quia non homo non est nomen, sed est infinitũ nomen, sicut non currit non est verbũ, sed infinitum verbũ. Interponit autẽ quoddam, quod valet ad dubitationis remotionem, videlicet ꝙ nomen infinitũ quodammodo significat vnum. Non. n. significat simpliciter vnũ, sicut nomen finitum, quod significat vnum formã generis vel speciei aut etiam individui, sed inquantum significat negationem, formæ alicuius, in qua negatione multa cõueniunt, sicut in quodã vno fm rationem. Vnum aũt eodem modo dicitur aliquid, sicut & ens vnde sicut ipsum non ens dicitur ens nõ quidem simpliciter, sed fm quid. i. fm rationem vt patet in. 4. Metaph. ita etiã negatio est vnum secũdum quid, s. secundum rationem. Intendit autem hoc, ne aliquis dicat ꝙ affirmatio, in qua subijcitur nomen infinitum, non significet vnũ de vno, quasi nomen infinitum non significet vnum. Deinde cum dicit.

Vnũ & ens. Lec. 2. & 3. commen. Neg. vnum.

Omnis affirmatio perfecto, aut ex nomine, & verbo, aut ex infinito nomine verboq; constabit. ARGY.

Erit omnis affirmatio negatio vel ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine, & verbo. ANTI.

Concludit propositũ. s. ꝙ duplex est modus affirmationis. Quædam enim est affirmatio, quæ constat ex nomine & verbo, quædam autem est quæ constat ex infinito nomine & verbo. Et hoc sequitur ex hoc quod supra dictum est, quòd hoc de quo affirmatio aliquid significat vel est nomen, vel innominatum. Et eadem differentia potest accipi ex parte negationis, quia de quocunque contingit affirmare cõtingit & negare, vt in Primo habitum est. Deinde cum dicit.

Lect. 9.

Absque nanq; verbo nulla est affirmatio sane, neque nulla negatio. Est. n. vel erat, vel fuit, vel erit, & quæcunq; alia sunt huiusmodi verba, ex numero sunt eorũ, quæ posita sunt, significant enim insuper tempus. ARGY.

Præter verbũ autem nulla affirmatio, vel negatio est. Est enim vel erit, vel fuit, vel fit, vel quæcunq; alia huiusmodi verba, ex his sunt, quæ sunt posita, consignificant enim tempus. ANTI.

Ostendit ꝙ differentia enunciationũ non potest sumi ex parte verbi. Dictum est. n. supra, ꝙ præter verbũ nulla est affirmatio vel negatio. Potest. n. præter nomen esse aliqua affirmatio vel negatio, videlicet si ponat loco nominis infinitum nomen, loco autem verbi in enunciatione non potest poni infinitũ verbum, duplici ratione. Primo quidem quia infinitum verbũ constituitur per additionem infinitæ particulæ, quæ quidẽ addita verbo per se dicto. i. extra enunciationẽ posito, remouet ipsum absolute, sicut addita nomini remouet formã nominis absolute, & ideo extra enunciationem potest accipi verbũ infinitum per modũ vnius dictionis, sicut & nomen infinitum. Sed qñ negatio additur verbo in enunciatione posito negatio illa remouet verbum ad aliquo, & sic facit enunciationem negatiuã. Quod non accidit ex parte nominis. Non. n. enũciatio efficitur negatiua nisi per hoc ꝙ negatur compositio, quæ importatur in verbo, & ideo verbum finitum in enunciatione positum sit verbũ negatiuum. Secundo, quia in nullo variatur veritas enunciationis, siue vtamur negatiua particula vt infinitante verbum, vel vt faciente negatiuã enunciationem, & ideo accipitur semper in simpliciori intellectu prout est magis in promptu. Et inde est, ꝙ non diuersificauit affirmationem per hoc quòd sit ex verbo vel infinito verbo, sicut diuersificauit per hoc ꝙ ex nomine vel infinito nomine. Est aũt considerandum, ꝙ in nominibus & in verbis præter differentiã finiti & infiniti est differentia recti, & obliqui. Casus. n. nominũ etiam verbo addito non constituunt enunciationem significantem verum vel falsum, vt in primo habitũ est, quia in obliquo nomine nõ includitur ipse rectus, sed in casibus verbi includitur ipsum verbum præsentis temporis. Præteritum enim & futurum, quæ significant casus verbi dicuntur per respectum ad præsens. Vnde si dicatur, hoc erit, idem est ac si diceretur hoc est futurum, hoc fuit, hoc est præteritum.

Lect. 8. primi libri. Præter no. vel ver. esse affir. vel nega.

Neg. addita verbo. Enunc. fieri. nega. Secunda ra.

Enun. ex verbo infin. Cur ex casu verb. & non no. fit enun. Lectio. 4. In ca. verb. includitur verb. præsentis tempo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et propter hoc ex casu verbi & nomine sit enunciatio. Et ideo subiungit ꝙ siue dicatur est siue erit, siue fuit, vel quæcunq; alia huiusmodi verba, sunt de numero præ dictorum verborũ, sinè quibus non potest fieri enunciatio, quia omnia consignificant tempus, & alia tempora dicuntur per respectum ad præsens. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Quare prima est affirmatio, atque negatio, homo est homo non est, deinde, non homo est, non homo non est. Rursus omnis homo est non omnis homo est, omnis non homo est, non omnis non homo est. Eadem est ratio & de tempore exacto atque futuro.*

ANTI. *Quare prima erit affirmatio, & negatio, est homo, non est homo. Rursus, est omnis homo, non est omnis homo. Rursus est omnis homo, non est omnis homo, est omnis non homo, non est omnis non homo. Et in extrinsecis temporibus eadem est ratio.*

Triplex differẽtia enũ. in quib. no. fin. vel infi. ex parte subiecti.

Concludit ex præmissis distinctionem enunciationũ in quibus nomen finitũ vel infinitũ ponitur solũ ex parte subiecti, in quibus triplex differẽtia intelligi põt. Vna quidem ſm affirmationẽ, & negationem, alia ſm subiectum finitũ, & infinitũ, tertia ſm subiectũ vniuersaliter, vel nõ vniuersaliter positum. Nomen aũt finitũ est ratione prius infinito, sicut affirmatio prior est negatione, vn de primã affirmationem ponit, homo est, & primã negationem homo nõ est. Deinde ponit secundã affirmationem, nõ homo est, secũdam aũt negationem, non homo non est. Vlterius aũt ponit illas enunciationes in quibus subiectũ vniuersaliter ponitur, quæ sunt quatuor, sicut & illæ, in quibus est subiectũ non vniuersaliter positũ. Prætermisit aũt ponere exemplũ de enunciationibus, in quibus subijcitur singulare, vt Socra. est Socra. non est quia singularibus nominibus nõ additur aliquod signũ. Vnde in hmõi enunciationibus nõ potest omnis differẽtia inueniri. Similiter etiã intermittit exemplificare de enunciationibus, quarũ subiecta particulariter ponuntur, quia tale subiectũ quodammodo eandem vim habet cũ subiecto vniuersali non vniuersaliter sumpto. Non ponit aũt aliquam differẽtiam ex parte verbi, quæ posset sumi ſm casus verbi, quia sicut ipse dicit in extrinsecis temporibus, i. in præterito, & in futuro, quæ circunstant præsens, est eadem ratio sicut & in præsenti, vt iam dictum est.

Prætermit. exemplũ de enun. subiecti singul. Subiecti. parti. Prætermit. differẽtia secundum ca. ver.

LECTIO II.

Quatuor enunciationũ in affirmatione & negatione sequela in figura distinguitur, ac declaratur.

ARGY. *Cum aũt ipsum est tertiũ insuper prędicatur hoc pacto homo iustus est, dupliciter iam ipsę oppositiones dicũtur.*

ANTI. *Quando autem est tertium adiacens prædicatur, dupliciter tunc dicuntur oppositiones.*

Postquã Philosophus distinxit enũciationes, in quibus nomen finitũ vel infinitum ponitur solum ex parte subiecti, hic accedit ad distinguendũ illas enunciationes, in quibus nomen finitũ vel infinitum ponitur ex parte subiecti, & ex parte prædicati. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit huiusmodi enũciationes, Secundo manifestat quædam quæ circa eas dubia esse possent, ibi

Lect. 4.

Lect. 3. {Q in vero contraria est.} Circa primũ duo facit. Primo ait de enunciationibus, in quibus nomẽ prædicatur cum hoc verbo est, Secũdo de enunciationibus in quibus alia verba ponuntur, ibi {In his vero in quibus.} Distinguit aũt huiusmodi enũciationes sicut primas ſm triplicem differentiam ex parte subiecti considerată. Primo namq; agit de enunciationibus, in quibus subijcitur nomen finitum non vniuersaliter sumptũ, Secundo de illis, in quibus subijcitur nomẽ finitũ vniuersaliter sumptũ, ibi {Similiter autem se habet.} Tertio de illis, in quibus subijcitur nomen infinitum, ibi {Aliæ aũt habent ad id quod est non homo.} Circa primum tria facit. Primo proponit diuersitatem oppositionis talium enunciationum, Secundo concludit earum numerum, & ponit earum habitudinem, ibi {Quare quatuor.} Secundo exemplificat, ibi {Intelligimus vero.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, Secũdo exponit, quoddã quod dixerat, ibi {Dico aũt.} Circa primũ duo oportet intelligere. Primo quidem quid est hoc quod dicit, est tertiũ adiacens prædicatur. Ad cuius euidentiam considerandũ est ꝙ quandoq; in enunciatione prædicatur est, ſm se. vt cum dicitur Sortes est, per quod nihil aliud intendimus significare, quam ꝙ Sortes sit in rerũ natura. Quandoq; vero nõ prædicatur per se quasi principale prædicatum, sed quasi coniunctũ principali prædicato ad connectendum ipsum subiecto. sicut cũ dicitur Sortes est albus, nõ est intentio loquentis vt asserat Sortem esse in rerum natura, sed vt attribuat ei albedinem mediante hoc verbo est. & ideo in talibus, est, prædicatur vt adiacens principali prædicato. Et nõ dicitur esse tertiũ, quia sit tertium prædicatum, sed quia est tertia dictio posita in enunciatione, quæ simul cum nomine prędicato facit vnum prędicatũ. Vt sic enunciatio diuidatur in duas partes & non in tres. Secundo considerandũ est quid est hoc quod dicit, ꝙ quãdo est, eo modo quo dictum est, tertium adiacens prędicatur, dupliciter dĩr oppositiones. Circa quod considerandũ est, ꝙ in præmissis enunciationibus, in quibus nomen ponebatur solũ ex parte subiecti, ſm quodlibet subiectũ erat vna oppositio, puta subiectũ erat nomẽ finitum nõ vniuersaliter sumptũ erat sola vna oppositio, .i. est homo non est homo, Sed, qũ est tertium adiacens prædicatur. oportet esse duas oppositiones eodem subiecto existente ſm differentiam noĩs prædicati, quod põt esse finitũ vel finitum, sicut hęc est vna oppositio, homo est iustus, homo nõ est iustus, alia vero oppositio est, homo est nõ iustus, homo nõ est nõ iustus. Non. n. negatio fit nisi per oppositionẽ negatiuæ particulæ ad hoc verbũ est, quod est nota prædicationis. Deinde cum dicit.

Lect. 3.

Notandum primum de tertiũ adiacens prædicabile.

Ver. cum nomine prædicato. Notandum Secundum.

Negationem fieri

Vbi ipsum est tertium dico componi nomen, aut verbum in affirmatione.

ARGY.

Dico autem vt est iustus homo, est, tertium adiacere nomen vel verbum in affirmatione.

ANTI.

Exponit quod dixerat, est tertium adiacens, & dicit ꝙ cũ dicitur homo est iustus, hoc verbũ est, adiacet. i. prædicato tanquã tertium nomẽ vel verbũ in affirmatione. Potest. n. ipsum est dici nomen, prout quælibet dictio nomen dicitur, & sic est tertiũ nomen. i. tertia dictio. Sed, quia ſm communem vsum loquendi dictio significans tempus magis dicitur verbum quã nomen, propter hoc addit vel verbũ, quasi dicat ad hoc ꝙ sit tertium, nõ refert vtrũ dicatur nomen vel verbũ. Deinde cum dicit.

Ly est, dicit nomen.

Quare quatuor ob idipsum erunt hæc, quorũ duo quidem sic se habebunt ad affirmationem negationem simili tudine rationis & ipsæ priuationes.

ARGY.

Quare quatuor erunt istæ, quorũ duæ quidem ad affirmationem & negationem sese habent secundum consequentiam, vt priuationes, duæ vero minime.

ANTI.

Concludit numerum enunciationũ. Et primo ponit conclusionẽ numeri. Secundo, ponit earũ habitudinem, ibi {Quarũ duæ quidem.} Tertio rationẽ numeri exemplificat, ibi {Dico autem qm est.} Dico ergo primo, ꝙ quia duæ sunt oppositiones, quãdo est tertium adiacens prædicatur, cum omnis oppositio sit inter duas enunciationes,

tiones, consequens est ꝙ sint quatuor enunciationes, illæ in quibus est, tertiũ adiacens prædicatur, subiecto finito non vniuersaliter sumpto. Deinde cum dicit, {Quarum duæ quidem.} Ostendit habitudinem prędictarũ enunciationũ adinuicem, & dicit, ꝙ quæ dictarũ enunciationum se habent ad affirmationẽ, & negationem ſm consequentiam, siue ſm correlationem, aut analogiam, vt in græco habetur, sicut priuationes, alię vero duæ minime. Quod quia breuiter & obscure dictũ est, diuersimode à diuersis expositum est. Ad cuius euidentiã considerandũ est, ꝙ tripliciter nomen potest prædicari in hmõi enunciationibus. Quandoq;. n. prædicatur nomen finitũ, ſm ꝙ assumuntur duæ enunciationes, vna affirmatiua, & altera negatiua. .i. homo est iustus, & hõ non est iustus, quæ dñr simplicices. Quandoq; vero prędicatur nomen infinitum ſm ꝙ etiam assumuntur duæ aliæ. .i. homo est nõ iustus, homo non est non iustus, quæ dñr infinitę. Quandoq; vero prædicatur nomen priuatiuum, ſm ꝙ etiã sumuntur duæ aliæ, .i. homo est iniustus, homo nõ est iniustus, quæ dñr priuatiuæ. Quidam ergo sic exposuerunt, ꝙ duæ enunciationes earum, quas præmiserat, .i. illæ, quę sunt de infinito prædicato, se hñt ad affirmationẽ & negationem, quę sunt de prędicato finito ſm consequentiã vel analogiam, sicut priuationes, .i. sicut illæ, quæ sunt de prædicato priuatiuo. Illæ. n. duæ, quæ sunt de prædicato infinito se habent ſm consequentiã ad illas, quæ sunt de finito prædicato ſm transpositionem quandam, .i. affirmatio ad negationem, & negatio ad affirmationẽ. Nam homo est non iustus, quæ est affirmatio de infinito prædicato, respondet ſm consequentiam negatiuæ de prædicato finito, huic. .i. homo nõ est iustus. Negatiua vero de infinito prędicato. .i. homo non est non iustus, affirmatiuæ de finito prædicato, huic. .i. homo est iustus. Propter quod Theophrastus vocabat eas, quæ sũt de infinito prędicato transpositas. Et similiter etiam affirmatiua de priuatiuo prædicato respondet ſm consequentiam negatiuæ de finito Prædicato, .i. hæc homo est iniustus, ei quæ est, homo non est iustus. Negatiuæ vero priuatiuæ, .i. homo non est iniustus, ei quæ est, homo est iustus. Disponatur ergo figura. Et in prima quidẽ linea ponantur illæ, quæ sunt de finito prædicato, .i. homo est iustus, homo nõ est iustus. In secunda autem linea, negatiua de infinito prædicato sub affirmatiua de finito & affirmatiua sub negatiua, vt patet in subscripta figura.

Tripliciter nomen prædicari.

Primus.

Secundus.

Tertius.

Expositio. tex.

Theophra:

Homo est iustus.	Homo non est iustus.
Homo non est non iustus.	Homo est non iustus.

Sic ergo duæ, .i. quæ sunt de infinito prædicato se hñt ad affirmationem & negationem de finito prędicato, sicut priuationes, i. sicut illæ quæ sunt de priuatiuo prædicato. Sed duæ aliæ, quæ sunt. .i. de infinito subiecto. .i. non homo est iustus, non homo non est iustus, manifestũ est, ꝙ non hñt similem consequentiam. Et hoc modo exposuit Hormelius hoc quod dicitur, duæ vero minime, referens hoc ad illas quæ sunt de infinito subiecto. Sed hoc manifesto est contra literam. Nam, cum præmisisset quatuor enũciationes, duas. .i. de finito prædicato, & duas de infinito, subiungit quasi illas subdiuidens, quarũ duę quidem, &c. {Duæ vero minime.} Vbi datur intelligi quòd vtraq; duæ intelligantur in præmissis. Illæ autẽ quæ sunt de infinito subiecto non includuntur in præmissis, sed de his postea dicetur. Vnde manifestũ est ꝙ de eis nunc nõ loquitur. Et ideo vt Amonius dicit, alij aliter exposuerunt, dicentes, ꝙ prædictarum quatuor propositionum duæ, .i. quę sunt de infinito prædicato, sic se habent ad affirmationem, & negationem id est ad ipsam speciem affirmationis & negationis, vt priuationes, .i. est priuatiuę affirmationes seu negationes. Hæc. n. affirmatio, homo est nõ iustus, nõ est simpliciter affirmatio, sed ſm quid, quasi ſm priuationem affirmatio, sicut homo mortuus non est homo simpliciter, sed ſm priuationem. & idem dicendum est de affirmatiua, & de negatiua, quæ sunt de finito prædicato ꝙ non se habent ad speciem affirmationis & negationis ſm priuationem, sed simpliciter. Hæc enim homo est iustus est simpliciter affirmatiua & hæc, homo non est iustus est simpliciter negatiua. Sed nec hic sensus conuenit verbis Arist. Dixit. n. infra {Hæc igitur quemadmodum in resolutorijs dictũ est, sic sunt disposita.} Vbi nihil inuenitur ad hunc sensum pertinens. Et ideo Amonius ex his, quę in fine primi Priorum dñr de propositionibus, quæ sunt de finito vel infinito vel priuatiuo prędicato, alium sensum accipit. Ad cuius euidentiam cõsiderandum est, ꝙ sicut ipse dicit, enunciatio aliqua virtute se habet ad illud, de quo totũ id quod in enũciatione significatẽ vere prædicari potest, sicut hęc enunciatio, homo est iustus, se habet ad omnia illa, de quorũ quolibet vere potest dici ꝙ est homo iustus, & similiter hæc enunciatio, homo nõ est iustus se hẽt ad omnia illa, de quorum quolibet vere dici potest ꝙ non est homo iustus. Secundum ergo hunc modum loquendi manifestũ est ꝙ simplex negatiua in plus est quam affirmatiua infinita, quæ ei correspondet. Nam, ꝙ sit homo non iustus vere potest dici ꝙ de quolibet homine qui nõ habet habitum iustitiæ, sed ꝙ non sit homo iustus potest dici nõ solum de homine non habente habitum iustitiæ, sed etiã de eo qui penitus non est homo hæc enim est vera, lignũ non est homo iustus. Tamen hæc est falsa, lignum est homo non iustus, & ita negatiua simplex est in plusquã affirmatiua infinita, sicut etiam animal est in plus quã homo, quia de pluribus verificatur. Simili etiã ratione negatiua simplex est in plus quàm affirmatiua priuatiua, quia de eo quod non est homo, nõ potest dici ꝙ sit homo iniustus. Sed affirmatiua infinita est in plus quã affirmatiua priuatiua, potest enim dici de puero, & de quocunq; homine nõdum habent habitum virtutis aut vitij, quòd sit homo non iustus, non tamen de aliquo eorũ vere dici potest ꝙ sit homo iniustus. Affirmatiua vero simplex in minus est quam negatiua infinita, quia ꝙ non sit homo non iustus potest dici nõ solum de homine iusto, sed etiã de eo quod penitus non est homo. Similiter etiam negatiua priuatiua in plus est quam negatiua infinita. Nam ꝙ non sit homo iniustus potest dici non solum de homine habente habitum iustitiæ, sed de eo quod penitus non est homo, de quorum quolibet potest dici ꝙ non sit homo non iustus, sed vlterius potest dici de omnibus hominibus, qui nec habent habitum iustitiæ, neque debent habitum iniustitiæ. His igitur visis facile est exponere præsentem literam hoc modo. Quarum. .i. quatuor enunciationum prædictarum duæ quidem scilicet infinitæ se habebunt ad affirmationem & negationẽ, id est ad duas simplices, quarum vna est affirmatiua, & altera negatiua secundum consequentiã, id est, in modo consequendi ad eas, vt priuationes, id est sicut duæ priuatiuæ, quia scilicet sicut ad simplicem affirmatiuam sequitur negatiua infinita, & non conuertitur, eo quòd negatiua infinita est in plus, ita etiã ad simplicem affirmatiuã sequitur negatiua priuatiua, quæ est in plus & non conuertitur. Sed

Impugna. Amon. In ista lec. Cap. 43. Expositio. Amon. Notandum Enuncia. ad quæ.

Simplex negati. in plusquam affir. infini.

In plusquã affir. priua. Affir. in plus quàm affir. priua.

Affir. sim. in minus quã neg. infi. Neg. pri. in plus quàm nega. infini.

Expo. tex. Secundum Amon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſicut, ſimplex negatiua ſequitur ad infinitã affirmatiuã, quæ eſt in minus, & nõ conuertitur, ita etiã negatiua ſimplex ſequitur ad prinatiuã affirmativam, quæ eſt in minus, & nõ conuertitur, ex quo patet q̃ eadẽ eſt habitudo in conſequendo infinitarum ad ſimplices, quæ eſt etiam priuatiuarum. Sequitur {Duæ aũt}. ſ. ſimplices, quæ reſinquuntur remotis duabus, ſ. infinitis à quatuor præmiſſis {minime}. i. nõ ita ſe habent ad infinitas in cõſequendo, ſicut priuatiuę ſe habẽt ad eas, quia videlicet ex vna parte ſimplex affirmatiua eſt in minus quã negatiua infinita ſed negatiua priuatiua eſt in plus quam negatiua infinita, ex alia vero parte negatiua ſimplex eſt in plus quã affirmatiua infinita ſed affirmatiua priu. eſt in minus quã infinita, ſed affirmatiua. Sic ergo patet q̃ ſimplices non ita ſe habent ad infinitas in cõſequendo, ſicut priuatiuæ, ſed habent ad infinitas. Quamuis aũt ſ̃m hoc litera Philoſophi ſubtiliter exponatur, tñ videtur eſſe aliquantulũ expoſitio extorta. Nam litera, Philoſophi videtur ſonare diuerſas habitudines nõ eſſe attendendas reſpectu diuerſorũ, ſicut in prædicta expoſitione primo accipitur ſimilitudo habitudinis reſpectu infinitarũ. Et ideo ſimplicior & magis cõueniens literæ Ariſt. eſt expoſitio Porphirij quam Boethus ponit, ſ̃m quã expoſitionẽ attẽditur ſimilitudo & diſſimilitudo ſ̃m conſequentiã affirmatiuarũ ad negatiuas. Vnde dicit. Quarũ. ſ. quatuor præmiſſarũ, duæ quidem, ſ. affirmatiuę, quarũ vna eſt ſimplex & alia infinita, ſe habebunt ſ̃m cõſequentiã ad affirmationẽ & negationẽ, vt, ſ. ad vnã affirmatiuã ſequatur alterius negatiua. Nam ad affirmatiuã ſimplicem ſequitur negatiua infinita, & ad affirmatiuã infinitã, ſequit negatiua ſimplex. Duę vero. ſ. negatiuæ, minime. i. nõ ita ſe hũt ad affirmatiuas, vt. ſ. ex negatiuis ſequantur affirmatiuæ, ſicut ex affirmatiuis ſequebãtur negatiuæ, & quantũ ad vtrunq; ſimiliter ſe hũt priuatiuæ ſicut infinitæ. Deinde cũ dicit.

Contra. Amon.

Porphy. Boethus.

ARGY. *Nam ipſum eſt, aut iuſto addetur, aut nõ iuſto, quare & negatio ſimiliter eiuſdẽ addetur, quatuor igitur erũt.*

ANTI. *Dico autem quoniam eſt, aut iuſto adiacebit, aut non iuſto, quare etiam negationes quatuor enim ſunt.*

Manifeſtat quoddã quod ſupra dixerat, ſ. q̃ ſint quatuor prædictæ enunciationes. Loquimur enim nunc de enunciationibus, in quibus hoc verbum eſt ſolum prædicatur ſ̃m q̃ eſt adiacens alicui nomini finito vel infinito, puta ſ̃m, quòd adiacet iuſto, vt cum dicitur homo eſt iuſtus, vel ſecundum q̃ adiacet non iuſto, vt cum dicitur, homo eſt non iuſtus. Et quia in neutra harum negatio apponitur ad verbum, conſequens eſt q̃ vtraq; ſit affirmatiua, Omni autem affirmationi opponitur negatio, vt ſupra in primo oſtenſum eſt. relinquitur ergo, q̃ prædictis duabus enunciationibus affirmatiuis reſpondent duæ aliæ negatiuæ. Et ſic conſequens eſt quòd ſint quatuor ſimplices enunciationes. Deinde cum dicit.

ARGY. *Intelligimus autẽ id quod dicitur ex biſce quæ hic ſubſcribuntur homo iuſtus eſt, huius negatio eſt, homo non iuſtus eſt, homo non iuſtus eſt, huius negatio eſt, homo non iuſtus non eſt, hic enim ipſum eſt, & item non eſt iuſto, & non iuſto adiungitur. Hæc igitur ſic ordine poſita ſunt, vt in Reſolutiuis dictum eſt.*

ANTI. *Intelligimus vero quod dicitur ex his quæ ſubſcripta ſunt, eſt iuſtus homo, huius negatio eſt, nõ eſt iuſtus homo, eſt non iuſtus homo, huius negatio eſt, non iuſtus homo. eſt enim hoc loco, & non eſt, iuſto & non iuſto adiacet. Hæc igitur quemadmodum in Reſolutorijs dictum eſt, ſic ſunt diſpoſita.*

Homo eſt iuſtus	angulare contrapoſitæ	Homo non eſt iuſtus
angulare ſubinuicem poſitæ		angulares ſubinuicem poſitæ
Hõ non eſt non iuſtus	Angulares contrapoſitæ	Homo eſt nõ iuſtus

Manifeſtat quod ſupra dictum eſt per quandã figuralem deſcriptionem. Dicit. n. quòd id quod in ſupradictis dictum eſt. intelligi poteſt ex ſequenti ſubſcriptione. Sit enim quędã quadrata figura, in cuius vno angulo deſcribatur hæc enunciatio, homo eſt iuſtus & ex oppoſitio deſcribetur ei negatio quæ eſt homo non eſt iuſtus, ſub qui bus ſcribantur duæ aliæ infinitæ. ſ. homo eſt non iuſtus, homo non eſt non iuſtus, in qua deſcriptione apparet, q̃ hoc verbum eſt, affirmatiuum vel negatiuum adiacet iuſto, & nõ iuſto. Et ſ̃m hoc diuerſificantur quatuor enunciationes. Vltimo autem concludit q̃ prædictæ enunciationes diſponuntur ſecundũ ordinem cõſequentię prout dictum eſt in reſolutorijs, l. in. 1. Priorum, alia litera habet. Dico autem, quoniam eſt, aut homini, aut non homini adiacebit, & in figura, eſt hic loco homini & nõ homini adiacebit iuſto & non iuſto. Quod quidem nõ eſt intelligendum, vt homo, & non homo accipitur ex parte ſubiecti non, enim nũc agitur de enunciationibus quæ ſunt de infinito ſubiecto. Vnde oportet q̃ homo & non homo accipiantur ex parte prædicati. Sed, quia Philoſophus explicat de enunciatione in quibus ex parte prædicati ponitur iuſtum & non iuſtum, viſum eſt Alex. quòd prædicta litera ſit corrupta. Quibuſdam alijs videtur q̃ poſſit ſuſtineri, & quòd ſignanter Ariſtotel. nomina in exemplis variauerit, vt oſtenderet q̃ non differt in quibuſdam nominibus ponantur exempla.

Cap. vlti.

Alexand.

THOMAE DE VIO CARDINALIS.

Tituli S. Sixti commentaria in reliquum Libri Secundi Peri Hermenias. Ad Lectorem.

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Addere, da veniam, ſi noua monſtra iuuant.

LECTIO IIII.

Enunciationes, in quibus nomen finitum vniuerſaliter ſumptum ſubijcitur, præcedentibus de nomine infinite ſimiles vel diſſimiles eſſe ex earum multiplicitate, concludit, hinc naturam & numerũ propoſitionũ oſtendit, quæ de tertio ſunt adiacente, demum adiectiuarum enunciationum conditiones manifeſtat.

ARGY. *Simili modo ſeſe habebit oppoſitio, & ſi nominis vniuerſaliter ſit affirmatio, veluti omnis homo iuſtus eſt, huius negatio eſt, non omnis homo iuſtus eſt, omnis homo non iuſtus eſt, huius etiam negatio eſt, non omnis homo non iuſtus eſt.*

ANTI. *Similiter autem ſe habent, & ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio, vt omnis eſt homo iuſtus, negatio, non omnis eſt homo iuſtus, omnis eſt homo non iuſtus, non omnis eſt homo non iuſtus.*

Poſtquam

Poſtquam Philoſophus diſtinxit enũciationes in quibus ſubijcitur nomen infinitum non vniuerſaliter ſumptum, hic intendit diſtinguere enunciationes in quibus ſubijcitur nomen finitum vniuerſaliter ſumptum. Et circa hoc tria facit. Primo ponit ſimilitudinem iſtarũ enunciationum ad infinitas ſupra poſitas. Secundo oſtendit diſſimilitudinem earundem, ibi {Sed non ſimiliter.} Tertio concludit numerum oppoſitionum inter dictas enunciationes, ibi {Hæ duæ igitur.} Dicit ergo primo, quòd ſimiles ſunt enunciationes, in quibus eſt nominis vniuerſaliter ſumpti affirmatio. Quo ad primum notandum eſt, in enunciationibus indefinitis ſupra poſitis erant duę oppoſitiones & quatuor enunciationes, & affirmatiuæ inferebant negatiuas, & non inferebantur ab eis, vt patet tam in expoſitione Amonij, quam Porphyrij. Ita in enunciationibus in quibus ſubijcitur nomen finitum vniuerſaliter ſumptũ inueniuntur duæ oppoſitiones, & quatuor enunciationes, & affirmatiuæ inferunt negatiuas, & non è contra. Vnde ſimiliter ſe habent enunciationes ſupradictæ, ſi nominis in ſubiecto ſumpti fiat affirmatio vniuerſaliter. Fient enim tunc quatuor enunciationes, duæ de prædicato finito, ſcilicet omnis homo eſt iuſtus, & eius negatio, quæ eſt, non omnis homo eſt iuſtus, & duæ de prædicato infinito, ſcilicet omnis homo eſt non iuſtus, & eius negatio quæ eſt non omnis homo eſt non iuſtus. Et, quia quæ libet affirmatio cum ſua negatione vnam integrat oppoſitionem, duæ efficiuntur oppoſitiones, ſicut & de indefinitis dictum eſt. Nec obſtat quòd de enunciationibus vniuerſalibus loquẽs particulares inferuit, quoniam ſicut ſupra de indefinitis, & ſuis negatio nibus ſermonem fecit, ita nunc de affirmationibus vniuerſalibus ſermonem faciens de earum negationibus eſt coactus loqui. Negatio ſiquidem vniuerſalis affirmatiue non eſt vniuerſalis negatiua, ſed particularis negatiua, vt in primo libro habitum eſt. Quod autem ſimilis ſit conſequentia in iſtis & ſupradictis indefinitis patet exemplariter & ne multa loquendo res clara prolixitate obtenebretur, formetur primo figura de indefinitis, quæ ſupra poſita eſt in expoſitione Porphyrij, ſcilicet ex vna parte ponatur affirmatiua finita, & ſub ea negatiua infinita, & ſub iſta nega. priua. Ex altera parte, primo negatiua finita & ſub ea. affirmatiua infinita, & ſub ea affirm. priua. Deinde ſub illa figura formetur alia figura ſimilis illi vniuerſaliter, ſcilicet ex vna parte vniuerſalis affirmatiua de prædicato finito, & ſub ea particularis negatiua de prædicato infinito, & ad complementum ſimilitudinis ſub iſta particularis negatiua de prędicato priuatiuo. Ex altera vero parte ponatur primo particularis negatiua de prædicato finito, & ſub ea vniuerſalis affirmatiua de prædicato finito. Et ſub iſta vniuerſalis affirmatiua de prædicato priua. hoc modo.

Notandum.

Amonius. Porphy.

Cur de uniuerſalib. loquens inſeruit de part.

Negatio vniuerſalis affir. par. neg. Lectio. 10.

Figura indefinitarum.

Homo eſt iuſtus.	Homo non eſt iuſtus
Homo non eſt non iuſtus.	Homo eſt non iuſtus
Homo non eſt iniuſtus	Homo eſt iniuſtus.

Figura vniuerſalium.

Omnis homo eſt iuſtus	Non omnis homo eſt iuſtus
Non oĩs hõ eſt non iuſtus.	Omnis homo eſt non iuſtus
Non oĩs homo eſt iniuſtus	Omnis homo eſt iniuſtus.

Quibus ita diſpoſitis, exerceatur conſequentia ſemper in iſta proxima figura, ſicut ſupra in indefinitis exercita eſt, ſiue ſequendo expoſitionem Amonij, vt infinitę ſe habeant ad finitas, ſicut priuatiuæ ſe habent ad ipſas finitas, finitæ autem non ſe habeant ad infinitas mediasſicut priuatiuæ ſe habent ad ipſas infinitas, ſiue ſectando expoſitionem Porphyrij, vt affirmatiuæ inferant negatiuas, & non econtra. Vtrisque enim expoſitioni ſupra ſubſcriptæ deſeruiunt figurę vt patet diligẽter indaganti. Similiter ergo ſe habent enunciationes iſte vniuerſales ad indefinitas in tribus, ſcilicet in numero propoſitionum, & numero oppoſitionum, & modo conſequentiæ.

Amonius.

Porphy. Vniuerſales ad infin. quomodo.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Attamen non ſit vt ſimiliter hæc quæ per diametrum collocantur, ſimul ſint veræ, ſed ſit nonnunquam.*

ANTI. *Sed non ſimiliter angulares contingit veras eſſe, contingit autem aliquando.*

Ponit diſſimilitudinẽ inter iſtas vniuerſales & ſupra dictas indefinitas, in hoc q̃ angulares non ſimiliter contingit veras eſſe. Quæ verba primo exponenda ſunt ſecundum eam, quam credimus eſſe ad mentem Ariſtot. expoſitionem, deinde ſecundum alios. Angulares enunciationes in vtraq; figura ſupraſcripta vocat eas, quę ſunt diametraliter oppoſitæ, ſcilicet affirmatiuam finitam ex vno angulo, & affirmatiuam infinitam ſiue priuatam ex alio angulo. Et ſimiliter negatiuam finitam ex vno angulo, & negatiuam infinitam vel priuatiuam ex alio angulo. Enunciationes ergo in qualitate ſimiles angulares vocatæ, eo quòd angulariter id eſt diametraliter diſtant, diſſimilis veritatis ſunt apud indefinitas & vniuerſales. Angulares, enim indefinitæ tam in diametro affirmationum quam in diametro negationũ poſſunt eſſe ſimul veræ, vt patet in ſupraſcripta figura indefinitarum. Et hoc intellige in materia contingenti. Angulares vero in figura vniuerſalium non ſic ſe habent, quoniam angulares ſecundum diametrum affirmationum impoſsibile eſt eſſe ſimul veras in quacunq; materia, angulares autem ſecundum diametrum negationum, quandoq; poſſunt, eſſe ſimul veræ, quando ſcilicet fiunt in materia contingenti, in materia enim neceſſaria & remota impoſsibile eſt eſſe ambas veras. Hæc eſt Boet. quam veram credimus expoſitio. Herme. autem Boet. referente aliter exponit. Licet enim ponat ſimilitudinem inter vniuerſales & indefinitas quo ad numerum enunciationum & oppoſitionum, oppoſitiones tamẽ aliter accipi in vniuerſalibus, & aliter in indefinitis. Oppoſitiones ſiquidem indefinitarũ numerat ſicut & nos numerauimus, alterã, ſcilicet inter finitas affirmatiuam & nega. & alterã inter infinitas affir. & nega. quemadmodum nos fecimus. Vniuerſalium vero nõ ſic numerat oppoſitiones, ſed alteram ſumit inter vniuerſalem affirmatiuam finitam, & particularem negatiuam finitam, ſcilicet omnis homo eſt iuſtus, non omnis homo eſt iuſtus, & alteram inter eandem vniuerſalem affirmatiuam finitã & vniuerſalem affirmatiuam infinitam, ſcilicet omnis homo eſt iuſtus, omnis homo eſt non iuſtus. Inter has enim eſt contrarietas, inter illas vero contradictio. Diſſimilitudinem etiam vniuerſaliũ ad infinitas aliter ponit. non enim nobiſcum fundat diſſimilitudinem inter angulares vniuerſalium & indefinitarum ſupra differentiam, quæ eſt inter angulares vniuerſalium affirmatiuas & nega. ſed ſupra differentiam, quæ eſt inter ipſas vniuerſalium angulares inter ſe ex vtraque parte. Format nanq; talem figuram, in qua ex vna parte ſub vniuerſali affirmatiua finita, vniuerſalis affirmatiua infinita eſt, & ex alia parte ſua particulari negatiua finita,

Peri. expoſitio. te. quæ appro. ab ex poſitore. Enunc. angul.


Indefi.

In figura vniuerſalium per diametrum.

Boethus. Hermen. In quo conuenit.

In quo diſ.

particularis negatiua infinita ponitur, ſicque angulares ſint diſparis qualitatis, & ſimiliter indefinitarum figuram format hoc homo.



Quibus ita diſpoſitis ait in hoc ſtare diſtimilitudinẽ, quòd angulares indefinitarum mutuo ſe inuicem compellunt ad veritatis ſequelam, ita ꝙ vnius angularis veritas ſuæ angularis veritatem infert, vndecunque incipias. Vniuerſalium vero angulares non ſe mutuo compellunt ad veritatẽ, ſed ex altera parte neceſsitas deficit illationi. Si enim incipias ab aliquo vniuerſalium & ad ſuam angularem procedas, veritas vniuerſalis non ita poteſt eſſe ſimul cũ veritate angularis, quòd compellat eam ad veritatem, quia ſi vniuerſalis eſt vera, ſua vniuerſalis contraria erit falſa, nõ enim poſſunt eſſe ſimul veræ, & ſi illa vniuerſalis contraria eſt falſa, ſua contradictoria particularis, quæ eſt angularis primæ vniuerſalis aſſumptæ, erit neceſſario vera. Impoſsibile eſt enim cõtradictorias eſſe ſimul falſas. ſi autem incipias è conuerſo ab aliqua particularium & ad ſuam angularem procedas, veritas particularis ita poteſt ſtare cum veritate ſuæ angularis, quòd tamen non neceſsario infert eius veritatem, quia licet ſequatur particularis eſt vera, ergo ſua vniuerſalis contradictoria eſt falſa, non tamen ſequitur vltra, iſta vniuerſalis contradictoria eſt falſa, ergo ſua vniuerſalis contraria, quæ eſt angularis particularis aſſumpti eſt vera, poſſunt, enim cõtrariæ eſſe ſimul falſæ. Sed videtur expoſitio iſta deficere ab Ariſtot. mente quo ad modum ſumendi oppoſitiones. Non enim intendit hic loqui de oppoſitione

Contra. Herme. Primo.

quę eſt inter finitas & infinitas, ſed de ea quę eſt inter finitas inter ſe, & infinitas inter ſe, ſi enim de vtroq; modo oppoſitionis exponere volumus, iam non duas, ſed tres oppoſitiones inueniemus. primam inter finitas, ſecundam inter infinitas, tertiam quã ipſe Hermenius dixit inter finitam & infinitam. Figura etiã quam formauit, conformis non eſt ei, quam Ariſtoteles in fine. Primi Priorum formauit, ad quam nos remiſit, cum dixit. Hæc igitur quemadmodum in Reſolutorijs dictum eſt, ſic ſunt diſpoſita. In Ariſtotelis nanque figura, angulares ſunt affirmatiuæ, affirmatiuis, & negatiuæ negatiuis. Deinde cum dicit.

Secundo. Cap. 32.

Hæigitur duæ ſunt oppoſitæ. ARGY.
Hæigitur duæ oppoſitæ ſunt. ANTI.

Concludit numerum propoſitionum. Et poteſt dupliciter exponi, Primo vt ly hæ, demonſtret vniuerſales & ſic eſt ſenſus, quòd hæ vniuerſales finita & infinita habent duas oppoſitiones, qua ſupra declarauimus. Secundo poteſt exponi vt ly hæ, demonſtret enunciationes finitas & infinitas, quo ad prædicatum ſiue vniuerſales, ſiue indefinitas, & tunc eſt ſenſus, quòd hæ enunciationes ſupradictæ habent duas propoſitiones, alteram inter affirmationem finitam, & eius negationem, alteram inter affirmationem infinitam & eius negationem. Placet autem mihi magis ſecũda expoſitio, quoniam breuitas, cui Ariſto. ſtudebat, replicationem non exigebat, ſed potius quia enunciationes finitas & infinitas, quo ad prædicatum ſecundũ diuerſas quantitates enumerauerat, ad duas oppoſitiones omnes reducere terminãdo earum tractatum voluit. Deinde cum dicit.

Aliæ vero duæ ſunt rurſus, cum non homo tanquam ſubiectum quoddam accipitur. Non homo iuſtus eſt, non homo iuſtus non eſt. Non homo non iuſtus eſt, non homo non iuſtus non eſt. ARGY.

Aliæ autem ad id quod eſt, non homo. quaſi ſubiectum aliquod additum, vt, eſt iuſtus non homo, non eſt iuſtus non homo; eſt non iuſtus non homo, non eſt non iuſtus non homo. ANTI.

Intendit declarare diuerſitatem enunciationũ de tertio adiacente, in quibus ſubijcitur nomen infinitum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit & diſtinguit eas, ſecundo oſtendit quòd non dantur plures ſupradictis, ibi {Magis autem.} Tertio oſtendit habitudinem iſtarum ad alias, ibi {Hæ autem extra.} Ad euidentiam primi aduertendum eſt trẽs eſſe ſpecies enunciationum de in eſſe, in quibus explicite ponitur hoc verbum eſt. Quędam ſunt, quæ ſubiecto ſiue finito ſiue infinito nihil habent additum vltra verbũ, vt homo eſt, non homo eſt. Quędam vero ſunt quæ ſubiecto finito habent præter verbum aliquid additum, ſiue finitum, ſiue infinitum, vt homo eſt iuſtus, homo eſt non iuſtus. Quædam autem ſunt, quæ ſubiecto infinito præter verbum, habent aliquid additum ſiue finitum ſiue infinitum, vt non homo eſt iuſtus, non homo eſt non iuſtus. Et quia de primis iam determinatum eſt, ideo de vltimis tractare volens, ait {Aliæ autem ſunt} quæ habent aliquid; ſcilicet prædicatum additum ſupra verbum eſt, ad id quod eſt non homo quaſi ad ſubiectum, id eſt ad ſubiectum, infinitum. Dixit autem quaſi, quia ſicut nomen infinitum deficit à ratione nominis, ita deficit à ratione ſubiecti. Significatũ liquidem nominis infiniti non proprie ſubſternitur compoſitioni, cum prædicato quam importat, eſt, tertium adiacens. Enumerat quoque quatuor enunciationes

Tres ſpecies enunc. de in eſſe in quib. eſt ponitur expli. Prima. Secunda. Tertia.

Nota. infiniti. à ratione ſubiecti & not.

enunciationes & duas oppoſitiones in hoc ordine, ſicut & in ſuperioribus fecit. Diſtinguit etiam iſtas ex finitate vel infinitate prædicata. Vnde primo ponit oppoſitiones inter affirmatiuam & negatiuam habentes ſubiectũ infinitum, & prædicatum finitum, dicens {vt nõ homo eſt iuſtus, non homo non eſt iuſtus.} Secundo ponit oppoſitionem alteram inter affirmatiuã & negatiuam, habentes ſubiectum infinitum & prędicatum infinitum, dicens {vt non homo eſt non iuſtus, nõ homo non eſt non iuſtus.} Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque plures his oppoſitiones non erunt.*
ANTI. *Magis autem plures his non ſunt oppoſitiones.*

Notandum Enun in quibus hoc ver. eſt, varia.

Oſtendit quòd non dantur plures oppoſitiones enunciationum ſupradictis. Vbi notandum eſt quòd enunciationes de ineſſe in quibus explicite ponitur hoc verbum, ſiue ſecundum, ſiue tertium adiacens, de quibus loquimur, non poſſunt eſſe plures quam duodecim ſuprapoſitæ, & conſequenter oppoſitiones earum ſecundum affirmationem & negationem non ſunt niſi ſex. Cum enim in tres ordines diuiſæ ſint enunciationes, ſcilicet in illas de ſecundo adiacente, in illas de tertio ſubiecti finiti, & in illas de tertio ſubiecti infiniti, & in quodlibet ordine ſint quatuor enunciationes, fiunt omnes enunciationes duodecim, & oppoſitiones ſex. Et quoniam ſubiectum earum in quolibet ordine poteſt quadrupliciter quantificari, ſcilicet vniuerſalitate, particularitate, & ſingularitate, & indefinitione, ideo iſtę duodecim multiplicantur in quadragintaocto. Quater enim duodecim quadraginta octo faciunt. Nec poſsibile eſt plures his imaginari. Et licet Ariſtot. non niſi viginti harum expreſſerit, octo in primo ordine, octo in ſecundo, & quatuor in tertio attamen per eas, reliquas voluit intelligi. Sunt autem ſic enumerandæ & ordinandæ, ſecundum ſingulas ordines, vt affirmationi negatio prima ex oppoſito ſituetur, vt oppoſitionis intentum clarius videatur. Et ſic contra vniuerſalem affirmatiuam non eſt ordinanda vniuerſalis negatiua, ſed particularis negatiua, quæ eſt illius negatio, & è conuerſo cõtra particularem affirmatiuam, non eſt ordinanda particularis negatiua, ſed vniuerſalis negatiua quæ eſt eius negatio. Ad clarius autem intuendum numerum, coordinande ſunt, omnes quæ ſunt ſimilis quantitatis ſimul in recta linea, diſtinctis tamen ordinibus tribus ſupradictis. Quod vt clarius eluceſcat in hac ſubſcripta videatur figura.

	Sortes eſt.	Sortes non eſt.
Primus ordo.	quidam homo eſt.	quidam homo non eſt.
	homo eſt.	homo non eſt.
	omnis homo eſt.	omnis homo non eſt.
	Sortes eſt iuſtus.	Sortes non eſt iuſtus.
Scẽdus ordo.	quidã hõ eſt iuſtus.	quidam hõ non eſt iuſtus.
	homo eſt iuſtus.	homo non eſt iuſtus.
	omnis hõ eſt iuſtus.	omnis homo non eſt iuſtus.
	Nõ ſortes eſt iuſtus.	Non ſortes non eſt iuſtus.
Tertius ordo.	quidã nõ hõ ẽ iuſt.	quidã nõ hõ non eſt iuſtus.
	nõ homo eſt iuſtus.	non homo non eſt iuſtus.
	oĩs nõ hõ eſt iuſtus.	omnis nõ hõ non eſt iuſtus.

Quòd autem plures his non ſint, ex eo patet, ꝙ non contingit pluribus modis variari ſubiectum, & prędicatum penes finitum & infinitum, nec pluribus modis variantur finitum & infinitũ ſubiectum. Nulla enim enunciatio de. 2. adiacẽte poteſt variari penes prædicatum finitum vel infinitum, ſed tantum penes ſubiectum quod ſufficienter factum apparet. Enunciationes autem de. 3. adiacẽte quadrupliciter variari poſſunt, quia aut ſunt ſubiecti & prædicati finiti, aut vtriuſq; infiniti, aut ſubiecti finiti & prædicati infiniti, aut ſubiecti infiniti & prædicati finiti. Quarum nulli præmiſſam eſſe ſuperior docet figura. Deinde cum dicit.

De. 3. adia. variato.

Hæ vero ſeorſum ab illis, ipſæ per ſeipſas erunt, cum hoc non homo tanquam nomina vtantur, vt patet. ARGY.

Hæ autem extra illas, ipſæ ſecundum ſe erunt, vt nomine vtentes eo, quod eſt non homo. ANTI.

Oſtendit habitudinem harum ſcilicet quas in. 3. ordine numerauimus ad illas quæ in. 2. ſitæ ſunt ordine, & dicit quòd iſtæ ſunt extra illas, quia non ſequuntur ad illas, nec è conuerſo. Et rationem aſsignans ſubdit vt nomine vtentes eo quòd eſt nõ homo. i. ideo iſtæ ſunt extra illas, quia iſte vtuntur nomine infinito loco nominis, dũ omnes habent ſubiectum infinitum. Notanter autem dixit enunciationes ſubiecti infiniti vti vt nomine, infinito nomine, quia cum ſubijci in enunciatione proprium ſit nominis, prędicari autem commune nomini & verbo, omne ſubiectum enunciationis vt nomine ſubijcitur.

Subijci vel prædic. cui proprium.

Deinde cum dicit.

Quibus autem non accommodatur eſt ipſum, vt cum hæc ponuntur, valet, ambulat, & iſtiuſmodi cætera, in ijſdem facit hoc pacto poſitum, ac ſi eſt ipſum adiungeretur, Vt valet omnis homo, non valet omnis homo. Valet omnis non homo, non valet omnis non homo. ARGY.

In his vero, in quibus eſt, non conuenit, vt in eo quod eſt currere, vel ambulare idem facit ſic poſitum, ac ſi eſt, addoretur. vt currit omnis homo, nõ currit omnis homo, currit omnis non homo, non currit omnis non homo. ANTI.

Determinat de enunciationibus in quibus ponuntur verba adiectiua. Et circa hoc tria facit. Primo diſtinguit eas. Secundo reſpondet cuidã tacitæ queſtioni, ibi {Non enim dicendum eſt.} Tertio concludit earum conditiones, ibi {Ergo & cætera eadem.} Ad euidentiam primi reſumendum eſt, ꝙ inter enunciationes, in quibus ponitur eſt ſm adiacens & eas, in quibus ponitur eſt, tertium adiacens talis eſt differentia ꝙ in illis, quæ ſunt de ſecundo adiacente, ſimpliciter fiunt oppoſitiones, ſcilicet ex parte ſubiecti tãtum variari per finitum, & infinitum, in his vero, quæ habẽt eſt tertium adiacens dupliciter fiunt oppoſitiones

Differẽtia in quibus eſt ſecundũ adiũ. & eſt tertia adiac.

Non ſortes eſt.	Non ſortes non eſt.
quidam non homo eſt.	quidam non homo non eſt.
non homo eſt.	non homo non eſt.
omnis non homo eſt.	omnis non homo non eſt.
Sortes eſt non iuſtus.	Sortes non eſt non iuſtus.
quidam hõ eſt non iuſtus.	quidã hõ non eſt non iuſtus.
homo eſt non iuſtus.	homo non eſt non iuſtus.
omnis homo eſt nõ iuſtus.	omnis hõ non eſt nõ iuſtus.
Non ſortes eſt non iuſtus.	Non ſortes nõ eſt nõ iuſtus.
quidã non hõ eſt nõ iuſtus.	quidam nõ hõ nõ eſt iuſtus.
non homo eſt non iuſtus.	non homo nõ eſt nõ iuſtus.
omnis non hõ eſt nõ iuſtus.	oĩs non hõ nõ eſt nõ iuſtus.

oppoſitiones, ſ. & ex parte prędicati, & ex parte ſubiecti, quia vtrunq; variari poteſt per finitum & infinitum. Vnde vnum ordinem tantum enunciationum de ſecundo adiacente fecimus, habentem quatuor enunciationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersimode quantificatas, & duas oppositiones Enũciationes pũt de tertio adiacente oportuit partiri in duos ordines, quia sunt in eis quatuor oppositiones, & octo enunciationes, vt supra dictum est. Cõsiderandum quoq; est, ꝙ enunciationes, in quibus ponunt verba adiectiua quo ad significatum æquiualent enunciationibus de. 3. adiacente, resoluto verbo adiectiuo in proprium participiũ & est quod semper fieri licet, quia in omni verbo adiectiuo clauditur verbũ substantiuũ. Vnde idem significat ista, omnis homo currit, quod ista, omnis homo est currens. Propter quod Boethius vocat enunciationes cũ verbo adiectio de secundo adiacente ſm vocem, de. 3. autẽ ſm potestatem, quia potest resolui in tertium adiacens cui equinalet. Quo ad numerum autem enunciationũ, & oppositionum, enunciationes verbi adiectiui formaliter sumptæ nõ æquiualent illis de. 3. adiacente, sed æquiualent enunciationibus, in quibus ponitur est ſm adiacens, non possunt. n. fieri oppositiones dupliciter in enunciationibus adiectiuis, s. ex parte subiecti, & predicati, sicut fiebant in substantiuis de tertio adiacente, quia verbum, quod prædicatur in adiectiuis infinitari nõ potest. Sed oppositiones adiectiuarũ fiunt simpliciter, s. ex parte subiecti tantum variati per infinitũ & finitum diuersimode quantificati, sicut fieri dicimus supra in enunciationibus substantiuis de secundo adiacente eadem ducti ratione, quia præter verbum nulla est affirmatio vel negatio, sicut præter nomen esse potest. Quia autem in præsenti tractatum non de Significationibus, sed de Numero enunciationum, & oppositionum sermo intenditur, ideo Arist. determinat diuersificandas esse enunciationes adiectiuis secundum modũ, quo distinctæ sunt enunciationes, in quibus ponitur est secundũ adiacens, & ait, quòd in his enunciationibus, in quibus nõ contingit poni hoc verbum est, formaliter, sed aliquod aliud, vt currit, vel ambulat. id est in enũciationibus adiectiuis, idem faciunt quo ad numerum oppositionum & enunciationum sic posita, s. nomen, verbum, ac si esset secundũ adiacens subiecto nomini adderetur. Habent. n. & istæ adiectiuæ, sicut illæ, in quibus ponitur, est duas oppositiones tantum, alteram inter finitas, vt omnis homo currit, omnis homo non currit, alteram inter infinitas quo ad subiectum, vt omnis non homo currit, omnis non homo nõ currit. Deinde cum dicit.

Enun. in quibus verbo. adiec. æqui. de. 3. adiac. quo ad sig.

Quo ad numerum.

Verb. infinitari.

ARGY. *Non enim dicendum est non omnis homo, sed negationis nota, ipsum videlicet non, addenda est huic termino homo. Omnis enim non significat ipsum vniuersale, sed vniuersalis prædicationis est nota.*

ANTI. *Non enim dicendum est, non omnis homo, sed non, negationem ad id quod est homo addendũ est. Omnis enim non vniuersale significat, sed quoniam vniuersaliter.*

Quæstio. Respondet tacitæ quæstioni. Et circa hoc facit duo. Primo ponit solutionẽ quæstionis, Deinde probat eam, ibi {Manif. stnm est autem.} Est ergo quæstio talis, cur negatio infinitans nunquã addita est supra signo vniuersalis, aut particulari, vtputa cũ vellemus infinitare istam, omnis homo currit, cur non sic infinitata est, non omnis homo currit, sed sic, omnis nõ homo currit. Huic nanq; quæstioni respondet dicens, ꝙ quia nomen infinitabile debet significare aliquid vniuersale, vel singulare, omnis autem & similia signa non significant aliquid vniuersale aut singulare, sed quoniam vniuersaliter, aut particulariter, ideo non est dicendum, non omnis homo, si infinitare volumus, licet debeat dici, si negare quantitatẽ enunciationis quærimus, sed negatio infinitans ad ly homo,

Cur. negatio infi. &c.

Responsio.

quod significat aliquid vniuersale, addenda est, & dicendum, omnis non homo. Deinde cum dicit.

Negotio. infi. cui addenda.

ARGY. *Quod quidem ex hisce patet, homo valet, homo non valet, non homo valet, non homo nõ valet. Hæc enim ab illis ex eo differunt, quia nõ dicuntur vniuersaliter. Quare omnis, vel nullus, nil aliud significare videtur, quam affirmationem, aut negationem vniuersaliter dici.*

ANTI. *Manifestum est autem ex eo quod est, currit homo, nõ currit homo, currit non homo, non currit nõ homo, hæc. n. ab illis differunt, eo quòd vniuersaliter non sunt. Quare omnis vel nullus, nihil cõsignificant aliud, nisi quòd vniuersaliter de nomine, vel affirmationẽ, vel negationem.*

Probat hoc quòd dictum est, scilicet quòd omnis & similia non significant aliquod vniuersale, sed quoniam vniuersaliter, tali ratione. Illud, in quo differunt enunciationes precise differentes per habere, & nõ habere ly omnis, est non vniuersale aliquod, sed quoniã vniuersaliter, sed illud in quo differunt enunciationes præcise differentes per habere & non habere ly omnis, est significatum per ly omnis, ergo significatum per ly omnis est non aliquid vniuersale, sed qm vniuersaliter. Minor huius rationi tacita in textu, ex se clara est. Id enim in quo cæteris paribus habentia à non habentibus aliquem terminũ differunt, significatum est illius termini. Maior vero in litera exemplariter declaratur sic, illæ enunciationes, homo currit, & omnis homo currit, præcise differunt ex hoc, ꝙ in vna est ly omnis, & in altera non, tamen non ita differunt ex hoc, quòd vna sit vniuersalis, alia non vniuersalis. Vtraque enim habet subiectum vniuersale, scilicet ly homo, sed differũt, quia in ea vbi ponitur ly omnis, nunciatur de subiecto vniuersaliter, in altero autem non vniuersaliter. Cum. n. dicõ, homo currit, cursum attribuo homini vniuersali, siue cõmuni, sed non pro tota humana vniuersitate, cũ autem dico, omnis homo currit, cursum inesse homini pro omnibus inferioribus significo. Simili modo declarari potest, de tribus alijs, quæ in textu adducuntur. s. homo non currit, respectu suæ vniuersaliter, omnis homo non currit, & sic de alijs. Relinquitur ergo, quod omnis & nullus & similia signa nullũ vniuersale significant, sed tantummodo significant, qm̃ vniuersaliter de hoc affirmant vel negant. Notato hic duo, primum est ꝙ non dixit omnis & nullus significat vniuersaliter, sed qm̃ vniuersaliter. Secundum est, quod addit de homine affirmant vel negant. Primi ratio est, quia signum distributiuum non significat modum ipsum vniuersalitatis, aut particularitatis, absolute, sed applicatum termino distributo, cum enim dico omnis homo, ly omnis, denotat vniuersitatem applicari illi termino homo, ita quòd Aristo. dicens, quòd omnis significat, qm̃ vniuersaliter, per ly qm̃, insinuauit applicationem vniuersalitatis importatam in ly omnis, in actu exercito, sicut & in 1. Posteriorũ in diffinitione scire applicationem causæ notauit per illud verbum, qm̃, dicens {Scire est rem per causam cognoscere, & qm̃ illius est causa.} Ratio autem secundi infinuat differentiam inter terminos cathegorematicos & syncathegorematicos, illi si quidem possunt significata supra terminos absolute, illi aũt ponuntur significata supra terminos in ordine ad prædicata. Cum enim dicitur, homo albus, ly albus denominat hominem in seipso abiq; respectu ad aliquod sibi addendũ, cum vero dicitur, omnis homo, ly omnis, & si hominem distribuat, nõ tamen distributio intellectum firmat, nisi in ordine ad aliquod prædicatum intelligatur. Cuius signum est, quia, cum dicimus, omnis homo currit, non

Rationem deducit.

Notandum. Dubium.

Signum distributi.

Lectio. 4. & cõmen. 59. Ratio. 2. dubij. Differentia inter cathegore. & syncatheg.

Iterata expo. vltima.

intendimus distribuere hominem pro tota vniuersitate absolute, sed in ordine ad cursum, cum autem dicimus, albus homo currit, determinauimus hominem seipso esse album & non in ordine ad cursum. Quia ergo omnis & nullus, sicut & alia syncathegoremata, nil aliud in enunciatione faciunt, nisi quia determinans subiectum in ordine prædicatum, & hoc sine affirmatione & negatione fieri nequit, ideo dixit, ꝙ nil aliud significant, nisi quoniã vniuersaliter de nomine, id est de subiecto affirmant vel negant, id est affirmationem vel negationem fieri determinant, ac per hoc à cathegorematicis ea separauit. Potest etiam referri hoc quod dixit affirmant vel negant ad ipsa signa. s. omnis & nullus, quorum alterum positiue distribuit, alterum remouendo. Deinde cum dicit.

Ly affirmãt vel nega. referri ad signa.

ARGY. ANTI. *Cætera igitur eadem sunt addenda. Ergo & cætera eadem oportet opponi.*

Concludit adiectiuarum enunciationum conditiones. Dixerat enim, ꝙ adiectiuæ enunciationes idem faciunt quo ad oppositionum numerum, quod substantię de. 2. adiacente, & hoc declarauerat, oppositionũ numero exẽplariter subiuncto. Et quia ad hanc conuenientiam sequitur conuenientia quo ad finitationem prædicatorum, & quo ad diuersam subiectorum quantitatem, & earũ multiplicationem ex ductu quaternarij in se ipsum, & si qua sunt huiusmodi enumerata, ideo concludit, ergo & cætera, quæ in illis seruanda erant, eadem, id est similis istis apponenda sunt.

LECTIO IIII.

Nonnullæ, circa ea quæ dicta sunt, dubitationes mouentur ac soluuntur.

ARGY. *Cum autem huic affirmationi, omne animal iustum est ea negatio sit contraria, quæ significant nullum animale esse iustum, patet has quidem nunquàm esse simul veras, oppositas autem his veras simul nõnunquam esse, vt non omne animal est iustum aliquod animal iustum.*

ANTI. *Quoniam vero contraria est negatio ei, quæ est omne est animal iustum, illa, quæ significant, quoniam nullum est animal iustum, hæ quidem manifestum est quoniam nunquam erunt, neque veræ in eodem ipso. His vero oppositæ erunt aliquando, vt non omne animal iustum est, aliquod animal iustum est.*

Lect. 3.

Postquam determinatum est de diuersitate enunciationum, hic intendit remouere quędam dubia circa predicta. Et circa hoc facit sex secundum numerum dubiorum, quę suis patebunt locis. Quia ergo supra dixerat, ꝙ in vniuersalibus non similiter contingit angulares esse simul veras, quia affirmatiuæ angulares non possunt esse simul veræ, negatiuæ autem sic, poterat quispiam dubitare, quæ est causa huius diuersitas? Ideo nunc illius dicti causam intendit assignare talem, quia. s. angulare affirmatiuæ sunt contrarię inter se, cõtrarias autem in nulla materia contingit esse simul veras. Angulares autem negatiuæ sunt subcontrariæ illis oppositę, subcontrarias autem contingit esse simul veras. Et circa hæc duo facit. Primo declarat condictiones contrarium & subcontrariarum. Secundo ꝙ angulares affirmatiuæ sint contrariæ, & ꝙ angulares negatiuæ sint subcontrariæ, ibi {Sequitur vero.}

Introductio primi dubij.


Lect. 11.

Dicit ergo resumendo, quoniam in ideſt dictum est. ꝙ enunciatio negatiua contraria illi affirmatiuæ vniuersali scilicet omne animal est iustum, est ista, nullum animal est iustum, manifestum est, ꝙ istæ non possunt simul, id est in eodem tempore, neque in eodem ipsa, id est de eodem subiecto est veræ. His vero oppositæ id est subcontrariæ inter se possunt esse simul veræ aliquando scilicet in materia contingenti, vt quoddam animal est iustum, non omne animal est iustum. Deinde cum dicit.

At hæc nullus est homo iustus, sequitur hãc, omnis homo non iustus est. Hæc etiam, non omnis homo non iustus est, quæ quidem est illi opposita, sequitur illam, est aliquis homo iustus, necesse est enim aliquem esse. ARGY.

Sequuntur vero hæ, eam quidem, quæ est, nullus est homo iustus, illa, quæ est, omnis est homo non iustus. Illã vero, quę est, aliquis homo iustus est, opposita, non omnis est homo non iustus, necesse est enim aliquem esse. ANTI.

Declarat, ꝙ angulares affirmatiuæ suppositа sint contrariæ, negatiuæ vero subcontrariæ. Et primum quidem ex eo, ꝙ vniuersalis affirmatiua infinita, & vniuersalis negatiua simplex æquipollent, & consequenter vtraq; earũ est contraria vniuersali affirmatiuæ simplici, quę est altera angularis. Vnde dicit, ꝙ hanc vlem negatiuã finitã nullus hõ est iustus, sequitur æquipolleter illa vlis affirmatiua infinita, oĩs hõ est non iustus. Secundum vero declarat ex eo ꝙ particularis affirmatiua finita, & particularis negatiua infinita æquipollẽt. Et cõsequẽter vtraq; earũ est subcontraria particulari negatiuę simplici, quę altera angularis, vt in figura suprapositа inspicere potes. Vnde subdit, ꝙ illam particularem affirmatiuam finitã, aliquis homo est iustus, oppositа sequitur æquipollenter (oppositа intelligere nõ iustus particularis, sed illius vniuersalis affirmatiuæ infinite) non omnis homo est non iustus. Hæc enim est contradictoria eius. Vt autẽ clare videatur quomodo supradictæ enunciationes sint æquipollentes, formetur figura quadrata, in cuius vno angulo ponatur vniuersalis negatiua finita, & sub eo contradictoria particularis affirmatiua finita, ex alia vero parte locetur vniuersalis affirmatiua infinita, & sub ea contradictoria particularis negatiua infinita, noteturq; contradictio inter angulares & collaterales inter se, hoc modo.



His siquidem sic disposĩtis, patet primo ipsarum vniuersalium mutua cõsequentia in veritate & falsitate, quia si altera earum est vera, sua angularis contradictoria est falsa, & si ista est falsa, sua collateralis contradictoria, quę est altera

Universidad de Deusto
Biblioteca

est altera vniuersalis erit vera, & similiter procedit quo ad falsitatem particularium. Deinde eodem modo manifestatur mutua sequela, si enim altera earum est vera, sua angularis contradictoria est falsa, ista autem existente falsa sua contradictoria collateralis, quæ est altera particularis, erit vera. Simili quoq; modo procedendum est quo ad falsitatem. Sed est hic vnum dubium. In primo enim Priorum in fine Arist. ex proposito determinat non esse idem iudicium de vniuersali negatiua, & vniuersali affirmatiua infinita. Et superius in hoc secundo, super illo verbo {quarum duæ se habent ſm consequentiam, duæ vero minime} Amonius, Porphyrius, Boethus, & sanctus Thomas dixerunt, ꝙ negatiua simplex sequitur affirmatiuam infinitam, sed non econuerso. Ad hoc dicendum est ſm Albertum, ꝙ negatiuam finitam, sequitur affirmatiua infinita subiecto cõstãte, negatiua vero simplex sequitur affirmatiuam absolute. Vnde vtrũq; dictum verificatur, & ꝙ inter eas est mutua consequentia cum subiecti constantia, & ꝙ inter eas non est mutua consequentia absolute. Potest dici ſm ꝙ supra locum fumus de infinita enũciatione quo ad suum totale significatum ad formam prædicati reductum, & secundum hoc quia negatiua finita est superior affirmatiua infinita, ideo non erat mutua consequentia. hæc autem loquimur de ipsa infinita formaliter sumpta. Vnde sanctus Thec. tunc adducendo Amonij expositionem dixit secundum, hunc modum loquendi, negatiua simplex, in plus est quàm affirmatiua infinita. Textus vero primi Priorum vltra prædicta loquitur de finita & infinita in ordine ad syllogismum. Manifestum est autem quòd vniuersalis affirmatiua siue finita siue infinita non concluditur nisi in primo primæ. Vniuersalis autem negatiua quæcunq; concluditur & in secundo primæ, & primo, & secundo secundæ. Deinde cum dicit.

Dubium. Cap. 13. Lect. 2.

Responsio. Alberti. Affir. infin. sequi. negafini.

Alia ratio.

Ad 1. lib. Priorum.

ARGY. *Patet etiam in singularibus quidem, si uerum est interroggatum negare, affirmare etiam uerum esse. Veluti est ne Soc. sapiens? Non. Socra. ergo non sapiens est. In uniuersalibus autem non est uera, quæ similiter dicitur, sed est negatio uera. Veluti est ne omnis homo sapiens? non. Ergo omnis homo non sapiens est, hoc enim est falsum. Sed illud est uerum ergo non omnis homo sapiens est. Atque hæc quidem est ea, quæ opponitur, illa uero est ea, quæ est contraria.*

ANTI. *Manifestum est quoniam etiam in singularibus, si est uerum interrogatum negare, quòd & affirmare uerum est. Vt, putasne Socr. sapiens est? Non. Socra. igitur non sapiens est. In uniuersalibus uero non est uera, quæ similiter dicitur. Vera est autem negatio. Vt, putasne omnis homo sapiens est? Non. Omnis igitur homo non sapiens est. Hoc enim est falsum. Sed non igitur omnis homo sapiens est, uera est. Hæc enim opposita est illa uero contraria.*

Vnde oria. dubium. 2. Mouet. 2. dubiũ de vario situ negationis, an. ſ. quo ad veritatem & falsitatem differat præponere & postponere negationem. Oritur autem hæc dubitatio, quia dictum est nunc, ꝙ non refert quo ad veritatem si dicatur, omnis homo est non iustus, aut si dicatur, omnis homo non est iustus, & tamen in altera postponitur negatio, in altera præponitur, licet multum referat quo ad affirmationem & negationem. Hanc inquam dubitationem soluere intendens cum distinctiones respondet, ꝙ in singularibus enunciationibus eiusdem veritatis sunt singularis negatio & infinita affirmatio eiusdem, in vniuersalibus autem non est sic. Si enim est vera negatio ipsius vniuersalis, non oportet ꝙ sit vera infinita affirmatio vlis. Negatio. n. vlis est particularis cõtradictoria, qua existente vera, nõ est necesse sua subalternam, quæ est cõtraria suæ contradictoriæ esse veram. Possunt. n. duæ contrarię esse simul falsæ. Vnde dicit, ꝙ in singularibus enũciationibus manifestum est, ꝙ, si est verum negare interrogatum, i. si est vera negatio enunciationis singularis, de qua facta est interrogatio, verum ẽt est affirmare, i. vera erit affirmatio infinita eiusdẽ singularis. Verbi gratia, Putasne Socr. est sapiens? Si vera est ista responsio, nõ. Socra. igitur nõ sapiens est. i. vera erit ista affirmatio infinita, Socra. est nõ sapiens. In vniuersalibus vero non est vera, quæ similiter dicit. i. ex veritate negationis vniuersalis affirmatiuæ interrogatæ. nõ sequit vera vniuersalis affirmatiua infinita, quæ similis est quo ad quantitatem & qualitatem enunciationi quæsitæ. Vera autem est eius negatio. i. sed ex veritate responsionis negatiuæ sequitur verã esse eius. ſ. vlis quæsitæ negationem. i. particularem negatiuam. Verbi gratia Putasne, omnis hõ est sapiens? Si vera est ista respõsio, nõ, affirmatiua similis interrogatæ quam quis ex hac responsione inferre intentaret est illa, igitur omnis homo est non sapiens. Hæc autem non sequitur ex illa negatione. Falsum est. n. hoc. ſ. ꝙ sequatur ex illa respõsione. Sed inferendum est, igitur non omnis hõ sapiens est. Et ratio vtriusq; est, quia hæc particularis vltimo illata est oppositi t. i. contradictoria illi vli interrogatæ quam respondens falsificauit, & ideo oportet ꝙ sit vera. Cõtradictoriatũ. n. si vna est falsa, reliqua est vera. Illa vero. ſ. vlis affirmatiua infinita primo, illata, est contraria illi eidem vli interrogatę. Non est aũt opus ꝙ, si vlium altera sit falsa, ꝙ reliqua sit vera. In promptu est autem causa huius diuersitatis inter singulares & vles. In singularibus. n. varius negationis situs non variat quantitatem enunciationis in vniuersalibus autẽ variat, vt patet, ideo fit vt non sit eadem veritas negantium vniuersalem iu quarum altera præponitur, in altera autem postponitur negatio, vt de se patet. Deinde cum dicit.

Solutio.

Cã diuersitatis. & vniuersalium.

ARGT. *Voces autem ea, quæ infinita sunt nomina verbaque, suntq; opposite vocibus hisce, quę sunt nomina, atque verba, vt non homo, non iustus, & huiusmodi voces sine nomine verboq;, videbuntur esse negationes. At non sunt, semper enim necesse est negationem esse veram, vel falsam. At hisce, qui dixit, non homo, nõ magis, quam is, qui protulit homo, sed minus potuit verum vel falsum aliquid dixit nisi quippiam ipsi addiderit.*

ANTI. *Illæ vero quæ sunt contraiacentes secundum infinita nomina, vel verba, vt in eo quod est, non homo, vel non iustus, quasi negationes sine nomine & verbo esse videbuntur, sed non sunt. Semper enim vel veram esse, vel falsam necesse est negationem. Quod vero dixit non homo, non plus dicẽte, homo, sed etiam minus verus, vel falsus fuit, si non aliquid addatur.*

Dubium. 4

Soluit tertiam dubitationẽ, an infinita nomina vel verba sint negationes. Insurgit autem hoc dubium, quia dictum est, ꝙ æquipollent negatiua & infinita. Et rursus dictum est nunc, ꝙ nõ refert in singularibus proponere & postponere negationẽ. ſi. n. infinitum nomen est negatio, tunc enunciatio habens subiectum infinitum vel prædicatum, erit negatiua & non affirmatiua. Hanc dubitationem soluit per interpretationẽ, probando, quòd nec nomina, nec verba infinita sint negationes, licet videantur. Vnde duo circa hoc facit. Primo proponit solutionem dicens. {illæ vero. i. dictiones contraiacentes.} Verbi gratia, non homo & homo non iustus & iustus. Vel sic {illæ vero vero. ſ. dictiones ſm infinita, id est ſm infinitorum naturam iacentes contra nomina & verba} vtpote quæ remouentes quidẽ nomina & verba significant, vt non homo & non iustus & non currit, quę opponũtur contra ly hõ, ly iustus & ly currit, illæ in quam dictiones infinitæ videbuntur prima facie esse quasi negationes sine nomine & verbo, ex eo ꝙ comparatæ nominibus & verbis contra quæ iacente, ea remouent, sed non sunt secundum veritatem. Dixit sine nomine & verbo, quia nomen infinitum, nominis natura caret, & verbum infinitum, verbi naturam non possidet. Dixit quasi, quia nec nomen infinitum à nominis ratione, nec verbum infinitum à verbi proprietate omnino se mota sunt. Vnde, si negationes apparent, videbuntur negationes sine nomine & verbo nõ omnino, sed quasi. Deinde probat dictiones infinitas nõ esse negationes tali ratione. Semper est necesse negationem esse veram vel falsam, quia negatio est enunciatio alicuius ab aliquo, nomen autem infinitum non dicit verum vel falsum, igitur dictio infinita non est negatio. Minorem declarat, quia qui dixit, nõ homo, nihil magis de homine dixit quàm qui dixit, homo, & quo ad significatum quidem clarissimum est. non homo. nanque nihil addit supra hominem, immo remouet hominem. Quo ad veritatis vero vel falsitatis cõceptum, nihil magis profuit qui dixit, nõ homo, quam qui dixit, homo, si aliquid aliud nõ addatur immo minus verus, vel falsus fuit. i. magis remotus à veritate, & falsitate, qui dixit, non homo quam qui dixit homo, quia tam veritas, quam falsitas in compositione consistit, compositioni autem vicinior est dictio finita quæ aliquid ponit, quam dictio infinita, quę nec ponit, nec componit, id est nec positionem, nec cõpositionem importat. Deinde cum dicit.

Not. infini. & ver. infiquõ sint nomina.

ARGY. *Hæc autem est, omnis nõ homo iustus, nihil idem quod nulla illarum significat, nec item ea, quæ est ipsi opposita, non est, in quam, omnis non homo iustus.*

ANTI. *Significat autem, est omnis non homo iustus nulli illarum idem, nec huic oppositæ ea, quæ est, non est omnis non homo iustus.*

Quarta dubitatio. Respondet. 4. dubitationi, quomodo scilicet intelligatur illud verbum supradictum de enunciationibus habẽtibus subiectum infinitum, {Hæ autem extra illas, ipsæ secundum se erunt.} & ait ꝙ intelligitur quantum ad significati consequentiam, & non solum quantum ad ipsas enunciationes formaliter. Vnde duas habentes subiectũ, infinitum vniuersalem. ſ. affirmatiuam & vniuersalẽ negatiuam adducens, ait ꝙ neutra earum significat idem alicui illarum, ſ. habentium subiectum finitum. Hæc. n. vniuersalis affirmatiua, omnis non homo est iustus, nulli habenti subiectum finitum significat idem, non enim significat idem ꝙ illa, omnis homo est iustus, nec; ꝙ illa, omnis homo est non iustus. Similiter opposita negatio. & vniuersalis negatiua habẽs subiectum infinitum, quæ est contrariæ oppositæ supradictæ, scilicet omnis non homo non est iustus, nulli illarum de subiecto finito significat idem. & hoc clarum est ex diuersitate subiecti in illis & in illis. Deinde cum dicit.

ARGY. *At hæc, omnis non homo non iustus, est idem quod significat, nullus non homo iustus est.*

ANTI. *Illa vero, quæ est, omnis non iustus non homo est, illi quæ est, nullus est iustus non homo idem significat.*

Dubium. 5. vnde. Respondet quintæ quæstioni, an scilicet inter enunciationes de subiecto infinita sit aliqua cõsequentia. Oritur autem dubitatio hæc, ex eo ꝙ superius est inter eas admissam assignata consequentia. At ergo, ꝙ etiã inter istas

est consequentia. Nam vniuersalis affirmatiua, de subiecto & prædicato infinitis, & vniuersalis negatiua de subiecto infinito, prędicato vero finito equipollent. Ista nãque, omnis non hõ est nõ iustus, idẽ significat, illi nullus nõ hõ est iustus. Idem autem est iudicium de particularibus indefinitis, & singularibus similibus supradictis. Cuiuscunque enim quantitatis sint, semper affirmatiua de vtroque extremo infinita, & negatiua subiecti quidẽ iufiniti, prædicati autem finiti, æquipollent, vt facile potest exemplis videre. Vnde Aristoteles vniuersales exprimens, cæteras ex illis intelligi voluit. Deinde cum dicit.

At enim nomina, & verba transposita idem significant, veluti albus homo est, homo albus est. ARGY.

Transposita vero nomina, vel verba idem significant, vt est albus homo, homo albus est. ANTI.

Soluit. 6. dubitationem. an propter nominum vel verborum transpositionem varietur enunciationis significatio. Oritur autem hæc quæstio ex eo ꝙ docuit transpositionem negationis variare enunciationis significationẽ. Aliud enim dixit significare, omnis homo non est iustus & aliud, non omnis homo est iustus. Ex hoc inquàm dubitatur, an similiter contingat circa nominum transpositionem, ꝙ ipsa transpositа enunciationem varient, sicut negatio transpositа. Et circa hoc duo facit. Primo ponit solutionem dicens, ꝙ transpositа nomina & verba idem significant. verbi gratia, idem significat est albus homo, & est homo albus, vbi est transpositio nominum. Similiter transpositа verba idem significant, vt est albus homo & homo albus est. Deinde cum dicit.

Dubium. 6. vnde.

Transpõ. nomina. vel verba.

Nam si ita non sit eiusdem affirmationis plures erũt negationes, at demonstratum est, vnã oppositam esse vni. Huius enim albus homo est, negatio est, albus homo non est, Huius autem, homo albus est, si non est idẽ quod ista albus homo est, aut hæc erit negatio, non homo albus non est, aut ista, homo albus non est. At altera quidem negatio huius est, nõ homo albus est, altera vero negatio huius albus homo est, quare affirmationis vnius duæ erunt negationes. Patet igitur eandem affirmationem fieri negationem, si nominis positio verbiq; mutetur. ARGY.


Nam si hoc non est, eiusdem multæ erunt negationes. Sed ostensum est, quia vna vnius est. Eius enim, quæ est, est albus homo, negatio est, non est albus homo. Eius vero, quæ est, est albus homo albus. si non eadem est ei, quæ est, est albus homo, erit negatio, vel ea, quę est, non est non homo albus, vel ea, quæ est, non est homo albus. Sed altera quidem est negatio eius, quæ est, est non homo albus, altera vero eius, quæ est, est albus homo, quare erunt duæ vnius. Quoniam igitur transposito nomine, & verbo, eadem fit affirmatio, & negatio, manifestum est. ANTI.

Probat prædictam solutionem ex numero negationũ contradictoriarum ducendo ad impossibile, tali ratione. Si hoc non est id est si nomina transpositа diuersificant enunciationem, eiusdem affirmationis erunt duæ negationes. Sed ostensum est in primo libro, ꝙ vna tantum est negatio vnius affirmationis, ergo à destructione consequentis ad destructionem antecedentis transpositа nomina non variant enunciationem. Ad probationis autẽ consequentiæ claritatem, formetur figura, vbi ex vno latere locentur ambæ suprapositæ affirmationes transpositis nominibus, & ex altero contraponantur duæ negatiuæ similes illis, quo ad terminos & eorum positiones. Deinde aliquantulo interiecto spatio sub affirmatiuis ponatur affirmatio infiniti subiecti, & sub negatiuis illius negatio, & notetur contradictio inter primam affirmationem,

Lect. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mationem,& duas negationes primas,& inter secundam affirmationem,& omnes tres negationes,ita tamen ꝙ in ter ipſam & infinitam negationem notetur contradictio non vera,ſed imaginaria. Notetur quoque contradictio inter tertiam affirmationem, & tertiam negationem inter ſe, Hoc modo,



Notandũ.1. Eſt non homo albus.(contradictorię)non eſt non homo albus.His ita diſpoſitis,probat cõſequentia Ariſt.ſic. Illius affirmationis,eſt albus homo,negatio eſt,non eſt albus homo.illius autem.2.affirmationis, quæ eſt, eſt homo albus,ſi iſta affirmatio non eſt eadem illi ſupradictæ affirmationi.ſ.eſt albus homo propter nominum trãſpoſitionem,negatio erit altera iſtarum,ſ. aut nõ eſt non homo albus,aut non eſt homo albus. Sed vtraq; habet affirmationem oppoſitam alia ab illa aſsignatam.ſ. eſt homo albus.Nam alteram quidem dictarum negationum.ſ. nõ eſt non homo albus, negatio eſt illius quæ dicit, eſt non homo albus,alia vero.ſ.non eſt homo albus, negatio eſt eius affirmationis,quæ dicit,eſt albus homo,quæ fuit prima affirmatio,ergo quæcunq; dictarum negationum aſſeratur cõtradictoria illi mediæ, ſequit ꝙ ſint duę vnius id eſt ꝙ vnius negatióis ſint duæ affirmatiões,& ꝙ vnius affirmationis ſint duæ negationes,quod eſt impoſsibile. Et hoc vt dictum eſt, ſequitur ſtante hypotheſi erronea, ꝙ ille affirmationes ſint propter nominum tranſpoſitionem diuerſæ. Aduerte hic primo,ꝙ Ariſt.per illas duas negationes,non eſt non hõ albus,& non eſt homo albus, ſub diſiunctione ſumptas ad inueniendam negationẽ illius affirmationis,eſt homo albus,cæteras intellexit quaſi diceret, Aut negatio talis affirmationis acceptabitur illa quæ eſt vere eius negatio,aut quæcunq; extranea negatio ponetur.& quodlibet dicatur,ſemper ſtante hypotheſi ſequitur vnius affirmationis eſſe plures negationes,vnã vere, quæ eſt contradictoria ſuæ comparis habentis nomina tranſpoſita, & alteram quam tu vt diſtinctam acceptas,vel falſo imaginaris, & econtra multarum affirmationum eſſe vnicam negationem, vt patet in appoſita figura.Ex quacunque enim illarum quatuor incipias,duas ſibi oppoſitas aſpicis. Vnde notanter concludit indeterminate, quare erunt duæ vnius. Nota. 2. quòd Ariſtot. contempſit probare quòd contradictoria primę affirmationis ſit contradictoria. 2. & ſimiliter quòd contradictoria. 2. affirmationis ſit contradictoriæ primę. Hoc enim accepit tanquam per ſe notum,ex eo quòd nõ poſſunt ſimul eſſe veræ neq; ſimul falſæ,vt manifeſte patet præpoſito ſibi termino ſingulari. Non ſtant. n. ſimul aliquo modo iſtæ duæ,Sortes eſt albus homo, Sortes nõ eſt homo albus. Nec turbetis ꝙ eas non ſingulares propoſuit.Nouerat enim ſupra dictum eſſe in primo quę affirmatio & negatio ſint contradictoriæ & quæ non, & ideo non fuit ſollicitus de exemplorum claritate.Liquet ergo ex eo ꝙ negationes affirmationum de nominibus tranſpoſitis non ſunt diuerſæ, ꝙ nec ipſe affirmationes ſunt diuerſæ.& ſic nomina & verba tranſpoſita idem ſignificant.Occurrit autem dubium circa hoc,quia non videtur verum, ꝙ nominibus tranſpoſitis eadem ſit affirmatio.Nõ enim valet.omnis homo eſt animal, ergo omne animal eſt homo.Similiter tranſpoſito verbo non valet.Homo eſt animal rationale, ergo homo animal rationale eſt de.2.adiacente. Licet enim negatio committatur,tamen ſequitur primam. Ad hoc eſt dicendum ꝙ ſicut in rebus naturalibus eſt duplex tranſmutatio.ſ.localis ideſt de loco ad locum,& formalis de forma ad formam, ita in enunciationibus eſt.2.tranſmutatio ſit valis.ſ.quãdo terminus præpoſitus poſtponitur,& econuerſo,& formalis quando terminus qui erat prędicatũ efficitur ſubiectum,& econuerſo, vel quomodolibet ſimpliciter, Et ſicut quandoq; fit in naturalibus tranſmutatio pure localis,puta quando res transfertur de loco ad locũ, nulla alia variatione facta, quandoque autem fit tranſmutatio ſecundum locum, non pura, ſed cum variatione formali, ſicut quando tranſit de loco frigido ad locum calidũ, ita in enunciationibus quandoq; fit tranſmutatio pure ſitualis,quando.ſ. nomẽ vel verbum ſolo ſitu vocali variatur, quandoq; autem fit tranſmutatio ſitualis & formalis ſimul,ſicut contingit cum prædicatum ſit ſubiectum, vel cum verbum.3.adiacens ſit. 2. Et quoniam hic intendit Ariſt.de trãſmutatione nominum & verborum pure ſituali, vt tranſpoſitionis vocabulum præferet, ideo dixit ꝙ tranſpoſita nomina & verba idem ſignificant, inſinuare volens,ꝙ ſi nihil aliud præter tranſpoſitionem nominis vel verbi accidat in enunciatione, eadem manet oratio.Vnde patet reſponſio ad inſtantias. Manifeſtum eſt nanque,ꝙ in vtraque non ſola tranſpoſitio ſit,ſed trãſmutatio de ſubiecto in prædicatum,vel de 3.adiacente in 3. Et per hoc patet reſponſio ad ſimilia.

Notandũ. Reſponſio. Duplex tranſmutatio in enun.

Dubium.

LECTIO V.

Proponit multiplicitatem enũciationum iuxta quoſdam modos quibus non vnã, ſed plures eſſe contingit vnã enunciationẽ.

ARGV. *Vnum autem de multis,aut multa de vno aut affirmare,aut negare,niſi ſit vnum quippiam id quod ex pluribus illis ſignificatur,nõ eſt affirmatio,neq; negatio vna, Atque vnum dico,non ſi nomen vnum ſit poſitum, non ſit autem quid vnum ex illis,velut homo eſt forſitan & animal, & bipes, & mite,atque ex his etiam ſit vnum quiddam.ex albo vero,& homine, & ambulante non ſit vnum,vt patet. Quare neque ſi vnum quippiam,de biſce quiſpiam affimauerit,vna erit affirmatio,ſed vox quidẽ vna,*

vna,plures autem affirmationes. Neque rurſus econtra de vno dixerit,hoc,ſed ſimiliter multæ.

ANTI. *AT vero vnum de pluribus, vel plura de vno affirmare,vel negare,ſi non eſt vnum ex pluribus, non eſt affirmatio vna,neque negatio, Dico autem vnum non ſi vnum nomen poſitum ſit,non ſit autẽ vnum ex illis, vt homo eſt fortaſſe & animal & bipes & manſuetum,ſed ex his vnum ſit,ex albo autem,& homine,& ambulante, non ſit vnum. Quare nec ſi vnum aliquid de his, affirmet aliquis, erit affirmatio vna, ſed vox quidem vna affirmationes vero multæ,nec ſi de vno iſta,ſed ſimiliter plures.*

Poſtquam Ariſto. determinauit diuerſitatem enunciationis vnius proueniẽtem ex additione negationis infinitantis,hic intendit determinare quid accidat enunciationi ex hoc, ꝙ additur aliquid ſubiecto vel prædicato tollens eius vnitatem. Et circa hoc duo facit, quia primo determinat diuerſitatem earum. Secundo conſequentias earum,ibi {Quoniam vero hæc quidem.} Circa primũ duo facit.Primo ponit earum diuerſitatem. Secundo probat omnes enũciationes tales eſſe plures,ibi { Si ergo dialectica.} Dicit ergo quo ad primum reſumendo quod in primo dictum fuerat, ꝙ affirmare vel negare vnum de pluribus vel plura de vno,ſi ex illis pluribus non ſit vnũ, non eſt enunciatio vna affirmatiua vel negatiua. Et declarando quomodo intelligatur vnum debere eſſe ſubiectum aut prædicatum ſubdit,quod vnum dico non ſi nomen vnum impoſitum ſit,id eſt ex vnitate nominis, ſed ex vnitate ſignificati. Cum enim plura cõueniunt in vno nomine, ita ꝙ ex eis non fiat vnum illius nominis ſignificatum, tunc ſolum vocis vnitas eſt. Cum autem vnum nomen pluribus impoſitum eſt, ſiue partibus ſubiectiuis, ſiue integralibus,vt eadem ſignificatione concludat, tũc & vocis & ſignificati vnitas eſt, & enunciationibus vnitas non impeditur.Secundum quod ſubiungit {vt homo eſt fortaſſe animal,& manſuetum,& bipes,} obſcuritate non caret, poteſt enim intelligi vt ſit exemplum ab oppoſito,quaſi diceret. Vnum dico non ex vnitate nominis impoſiti pluribus,ex quibus non fit tale vnum,quemadmodum.homo eſt vnum quoddam ex animali & manſueto & bipede partibus ſuæ diffinitionis.Et ne quis crederet ꝙ hę eſſent verę diffinitionis hominis partes interpoſit fortaſſe. Porphyrius autem Boetho referente & approbante,ſeparat has textus particulas dicens,ꝙ Ariſt. huciuſque declarauit enunciationem illam eſſe plures, in qua plura ſubijcerentur vni vel de vno prædicarẽtur plura ex quibus non ſit vnum. In iſtis autem verbis {vt homo eſt fortaſſe &c.} intendit declarare enunciationem aliquam eſſe plures, in qua plura ex quibus ſit vnũ ſubijciuntur vel prædicántur,ſicut cum dicitur, homo eſt animal & manſuetum & bipes,copula interiecta, vel moru la, vt oratores faciunt. Ideo autem addidiſſe aiunt fortaſſe,vt inſinuaret hoc contingere poſſe,neceſſarium autem non eſſe. Poſſumus in eandem Porphyrij Boethi & Alberti ſententiam, incidentes ſubtilius textum introducere,vt quatuor hic faciat. Et primo quidem reſumit quæ ſit enunciatio in communi,dicens {Enunciatio plures eſt,in qua vnum de pluribus, vel plura de vno enunciantur.Si tamen ex illis pluribus non ſit vnum} vt in primo dictum & expoſitum fuit. Deinde dilucidat illũ terminum de vno,ſiue vnum,dicens {Dico autem vnum} id eſt vnum nomen voco, non propter vnitatem vocis, ſed ſignificationis,vt ſupra dictum eſt.Deinde. 3. diuidẽdo declarat,& declarando diuidit, quot modis contingit vnum nomen imponi pluribus ex quibus non ſit vnum vt ex hoc diuerſitatem enũciationis multiplicis inſinuet. Et ponit duos modos. quorum prior eſt, quando vnum nomen imponitur pluribus ex quibus ſit vnum, non tamen inquantum ex eis ſit vnum. Tunc enim licet materialiter & per accidens loquendo nomen imponatur pluribus ex quibus ſit vnum, formaliter tamen & per ſe loquendo,nomen vnũ imponitur pluribus, ex quibus non ſit vnum, quia imponitur eis non inquantum ex eis eſt, vnum, vt fortaſſe eſt hoc nomen, Homo impoſitum ad ſignificandum animal & manſuetum & bipes id eſt partes ſuæ diffinitionis, non inquantum adunatur in vnam hominis naturam per modum actus & potentiæ, ſed vt diſtinctæ ſint interſe actualitates. Et inſinuauit ꝙ accipit partes diſſinitionis vt diſtinctas per illam coniunctionẽ, & per illud quoq; aduerſatiue additum, {ſed ex his vnũ fit} quaſi diceret,cum hoc tamen ſtat ꝙ ex eis vnum ſit. Addidit autem {fortaſſe} quia hoc nomen homo, non eſt impoſitum ad ſignificandum partes ſui diſſinitiuas, vt diſtinctæ ſunt. Sed ſi impoſitum eſſet aut imponeretur, eſſet vnum nomen pluribus impoſitum ex quibus non fit vnum. Et quia idem iudicium eſt de tali nomine,& illis pluribus, ideo ſimiliter illæ plures partes diffinitiuæ poſſunt dupliciter accipi. Vno modo per modum actualis & poſsibilis, & ſic vnum faciunt. & ſic formaliter loquendo vocantur plura,ex quibus ſit vnum, & pro nunciandæ ſunt continuata oratione,& faciunt enunciationem vnam dicẽdo, homo eſt animal rõnale mortale, currit. Eſt.n. iſta vna,ſicut & iſta,homo currit. Alio modo accipiuntur prædictæ diffinitionis partes vt diſtinctæ ſunt interſe actualitates,& ſic non faciunt vnum. Ex duobus enim actibus vt ſic,non fit vnum,vt dicitur.7.Metaphy.& ſic faciunt enunciationem plures & pronunciandæ ſunt vel cum pauſa,vel coniunctione interpoſita, dicẽdo, homo eſt animal,& manſuetum, & bipes ſiue homo eſt animal manſuetum, bipes, rethorico more. Quęlibet enim iſtarum eſt enunciatio multiplex.Et ſimiliter iſta,Sortes eſt homo ſi homo eſt impoſitum,ad illa, vt diſtinctæ actualitates ſunt ſignificandum. Secundus autem modus quo vnum nomen impoſitum eſt pluribus ex quibus non fit vnum,ſubiungitur,cum dicit,{Ex albo autem & homine & ambulante &c.} id eſt alio modo hoc fit quando vnum nomen imponitur pluribus ex quibus non poteſt fieri vnum,qualia ſunt homo,album,& ambulans.Cum enim ex his nullo modo poſsit fieri,aliqua vna natura, ſicut poterat fieri ex partibus diffinitiuis,clare liquet ꝙ nomen aliquod ſi eis imponeretur, eſſet nomen non vnum ſignificans, vt in primo dictum fuit de hoc nomine tunica impoſita homini & equo.Habemus ergo enũciationis pluris,ſeu multiplicis duos. quorum quia vterq; ſit dupliciter,efficiuntur quatuor modi.Primus eſt,quando ſubijcitur vel prædicatur vnum nomen impoſitum pluribus ex quibus ſit vnum, non inquantum ſunt vnum. Secundus eſt quando ipſa plura ex quibus ſit vnum inquantum ſunt diſtinctæ actualitates,ſubijciuntur vel prædicantur. Tertius eſt quando ibi eſt vnum nomen impoſitum pluribus,ex quibus non ſit vnum. Quartus eſt quando iſta plura ex quibus non ſit vnum ſubijciuntur vel prædicantur. Et notato ꝙ cum enunciatio ſecundum membra diuiſionis illius qua diuiſa eſt in vnam & plures quadrupliciter variari poſsit ſcilicet cum vnũ vno prædicatur, vel vnum de pluribus, vel plura de vno, vel plura de pluribus,poſtremum ſub ſilentio præteriuit, quia vel eius pluralitas de ſe clara eſt,vel quia vt inquit Albertus,non intendebatur

Lect. 6.

Lect. 8.

Qualis vnitas nominis ſufficiat ad vnitatem enunciationis.

Primus ſen.

Secundus. Porphy. Boetus.

Porphy.

Ly fortaſſe iuxta Porphyrium & Boethium. Albertus.

Lect. 9.

Dupliciter not. impoſ. plu. ex quibus non fit vnum.

Vnde elicitur hæc expoſi.

No. impoſ. ad ſign. partes ſui diſſi.

Partes diſſ. dupliciter. Primo.

Te.cõm.49. Lect. 13.

Secun. mo. quo impo.

Pluribus.

Lectio.12. Enunc. plu. modi. 4. Primus.

Secundus.

Tertius. Quarto.

Notato. Cur. 4. prætermt.

Albertus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendebatur nisi de enunciatione, quæ aliquo modo vna est tractare. Demum concludit totam sententiam, dicēs {Quare nec si aliquis affirmet vnum de his pluribus, erit affirmatio vna secundum rem: sed vocaliter quidem erit vna, significatiue autem non vna, sed multæ fient affirmationes. Nec si econuerso de vno ista plura affirmabūtur, fiet affirmatio vna.} Ista nanque homo est albus, ambulās, & musicus, importat tres affirmationes scilicet homo est albus, & est ambulans, & est musicus, vt patet ex illius contradictione. Triplex enim negatio illi opponitur correspondens triplici affirmationi positæ.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod si differendi interrogatio responsionis est postulatio, vel propositionis. vel contradictionis alterius partis, propositio vero contradictionis, vnius est pars, nō erit ad hoc vna profecto responsio. Neque enim est ipsa interrogatio vna, & si est etiam vera.*

ANTI. *Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio, vel propositionis, vel alterius partis contradictionis, propositio vero vnius cōtradictionis pars est, nō erit vna responsio ad hæc, neq; n. est vna interrogatio, nec si sit vera.*

Probat à posteriori supradictas enunciationes esse plures. Circa quod duo facit. Primo ponit rationem ipsam ad hoc probandum per modum consequentiæ. Deinde probat antecedens dictæ consequentiæ, ibi { Dictum est autem de his. } Quo ad primum talem rationem inducit. Si interrogatio dialectica est petitio responsionis, quæ sit propositio vel altera pars contradictionis, nulli enunciationum supradictarum interrogatiue formatæ erit responsio vna, ergo nec ipsa interrogatio est vna, sed plures. Huius rationis primo ponit antecedēs {Si ergo.} Ad huius intelligendos terminos nota q̄ idem sonant enunciatio, interrogatio, & responsio. Cum enim dicitur cœlum est animatum inquantum enunciat prædicatum de subiecto, enunciatio vocatur, inquantum autem quæren do proponitur, interrogatio, vt vero quæsito redditur, responsio appellatur. Idē ergo erit probare non esse responsionem vnam, & interrogationem non esse vnam, & enūciationem non esse vnam. Aduerte. 2. interrogationem esse duplicem. Quædam enim est vtram partem contradictionis eligendam proponens, & hęc uocatur dialectica, quia dialecticus habet viam ex probabilibus ad vtrāque contradictionis partem probandam. Altera vero determinatam ad vnum responsionem exoptat, & hæc est interrogatio demonstratiua, eo q̄ demonstrator in vnū determinate tendit. Considera vlterius q̄ interrogationi dialecticæ dupliciter responderi potest. Vno modo consentiendo interrogationi, siue affirmatiuę, siue negatiuę. Vt si quis petat cœlum est animatum? & respondeatur est, vel deus non mouetur? & respondeatur, non, talis responsio vocatur propositio. Alio modo potest responderi interimendo, vt si quis petat cœlum est animatum? & respondeatur, non, vel deus non mouetur? & respondeatur mouetur. Talis responsio vocatur contradictionis altera pars, eo q̄ affirmationi negatio redditur, & negationi affirmatio. Interrogatio ergo dialectica est petitio annuentis responsionis quæ est propositio, vel contradictionis, quæ est altera pars contradictionis secundum supradictam Boethi expositionem. Deinde subdit probationē consequentiæ, cum ait {Propositio vero vnius contradictionis est.} Vbi notandum est q̄ si responsio dialectica posset esse plures, non sequeretur, q̄ responsio enunciationis multiplicis non posset esse dialectica. Sed si responsio dialectica non potest esse nisi vna enunciatio, tunc recte sequitur q̄ responsio enunciationis pluris, non est responsio dialectica, quæ vna est. Notandum etiam q̄ si enunciatio aliqua, plurium contradictionum pars est, vna non esse comprobatur. Vna enim vni tantum contradicit. Si autem vnius solum contradictionis pars est, vna est eadem ratione, quia scilicet vnius affirmationis vnica est negatio, & econuerso. Probat ergo Arist. consequentiam ex eo q̄ propositio id est responsio dialectica vnius contradictionis est id est vna enunciatio est affirmatiua vel negatiua. Ex hoc enim (vt iam dictum est) sequitur q̄ nullius enunciationis multiplicis sit responsio dialectica, & consequenter nec vna responsio sit. Nec prætereas q̄ cum propositionem, vel alteram partem contradictionis, responsionemq; pręposuerit dialecticæ interrogationis, de sola propositione subiunxit, q̄ est vna quod ideo fecit quia illius vocabulum ipsum vnitatem præferebat. Cum enim alteram contradictionis partem audis, vnā affirmationem, vel negationem statim intelligis. Adiunxit autem antecedenti ergo vel insinuans hoc esse alium de sumptum, vt post modū in speciali explicabit, vel permutato situ notam consequentiæ huius interantecedens & consequens locandam, antecedenti præposuit, sicut si diceretur, si ergo Sortes currit, mouetur, pro eo quod diceret, si Sortes currit, ergo mouetur. Sequitur deinde consequens. {non erit vna responsio ad hoc,} Et infert principalem conclusionem {q̄ neque vna erit interrogatio.} Si enim responsio non potest esse vna, nec interrogatio ipsa vna erit. Quod autē addidit {nec si sit vera} eiusmodi est, posset aliquis credere, q̄ licet interrogationi pluri non possit dari responsio vna, quando id de quo quæstio fit, non potest de omnibus illis pluribus affirmari vel negari, vt cum quęritur, canis est animal? quia non potest vere de omnibus responderi, est, propter cœleste sidus, nec vere de omnibus responderi non est, propter canem latrabilem, nulla possit dari responsio vna, attamen quando id quod sub interrogatione cadit potest vedere de omnibus affirmari aut negari, tunc potest dari responsio vna, vt si quæratur canis est substantia? quia potest vere de omnibus responderi est, quia esse substantiam omnibus canibus conuenit, vnica responsio dari possit. Hanc erroneam existimationem remouet dicens {nec si sit vera} id est & dato q̄ responsio data enūciationi multiplici de omnibus verificetur, nihilominus non est vna, quia vnum non significat, nec vnius contradictionis est pars, sed plures responsio illa habet contradictorias, vt de se patet. Deinde cum dicit.

Notandū.

Cur de sola propo.

Ly ergo.

Dari resp. vna quā.

Sed de his est dictum in Topicis. Patet etiam insuper neque quid est interrogationem esse differendi. Nam vt detur ex interrogatione, oportet vt eligat vtram velit ipse contradictionis partē enunciare, sed oportet interrogantem distinguendo interrogationem proferre hoc pacto, vtrum hoc sit homo, an non hoc. ARGY.

Dictum est autem de his in Topicis. Simul autem manifestum est, quoniam nec hoc ipsum quid est, dialectica interrogatio est. Oportet enim datum esse vt ex interrogatione eligat, vtram velit contradictionis partem enūciare, sed oportet interrogantem determinare, vtrum hoc sit homo, an non sit. ANTI.

Probat antecedens dupliciter. Primo auctoritate eorum quæ dicta sunt in Topicis. Secundo à signo. Et circa hoc duo facit. Primo ponit ipsum signum, dicens {q̄ similiter} cum auctoritate Topicorum, manifestum est scilicet antecedens assumptum. q̄ dialectica interrogatio est petitio responsionis affirmatiuæ vel negatiuæ. Quoniam nec ipsum quid est id est ex eo q̄ nec ipsa quæstio quid est, est interrogatio dialectica. Verbi gratia. Si quis quæratur, quid est animal? talis non quærit dialectice. Deinde subiūgit probationem assumpti scilicet q̄ ipsum quid est, non est quæstio dialectica, & intendit q̄ quia interrogatio dialectica optionem respondenti offerre debet, vtram velit contradictionis partem & ipsa quæstio quid est talem libertatem non proponit, quia cum dicimus, quid est anima? respondentem ad diffinitionis assignationem coarctamus, quæ non solum ad vnum determinata est, sed etiam omni parti contradictionis caret, cū nec esse, nec non esse dicat. Ideo ipsa quęstio quid est, nō est dialectica interrogatio. Vnde dicit {Oportet enim ex data} id est ex proposita interrogatione dialectica, hunc respondentem eligere posse vtram velit contradictionis partem, quam contradictionis vtranque partem interrogantem oportet determinare, id est determinate proponere, hoc modo, vtrum hoc animal sit homo, an nō. Vbi euidenter apparet optionem respondenti offerri. Habes ergo pro signo cum quęstio dialectica petat responsionē propositionis vel alterius contradictionis partem, elongationem quęstionis quid est à quæstionibus dialecticis.

Quid est dialectica interroga.

LECTIO VI.

Cur ad hanc, homo est aīal & bipes hæc, homo est animal bipes sequitur, non aūt in oibus consimilibus talis liceat sequela.

ARGY. *Cum autem eorum, quæ seorsum prædicantur, alia cō posita prædicentur, vt vnum omnia prædicatum, alia nō prædicentur, quæ nam sit differentia. De homine nanque vere dicitur animal seorsum, & bipes seorsum, & hæc eadem simul & vnum, & homo rursus, & album seorsum, & hæc eadem simul & vnum. Sed non si quispiam est sutor, & bonus, sutor dicendus est bonus.*

ANTI. *Quoniam vero hæc quidem prædicantur composita, vt vnum sit omne prædicamentum eorum, quæ seperatim prædicantur, alia vero non, quæ differentia est? De homine enim verum est dicere, & animal, & bipes, & hæc vt vnum. & seperatim hominem & album, & hæc seperatim vnam, Sed non si citharedus est, & bonus, est & citharedus bonus.*

Postquam declarauit diuersitatem multiplicis enunciationis, intendit determinare de earum consequentijs. Et circa hæc duo facit, secūdum duas dubitationes, quas soluit. Secunda incipit, ibi {Verum autē est dicere.} Circa primum tria facit. Primo proponit quæstionem. Secundo ostendit rationabilitatem quæstionis, ibi {Si enim quoniam.} Tertio soluit eam. ibi {Eorum igitur.} Est ergo dubitatio prima. Quare ex aliquibus diuisim prædicatis de vno sequitur enunciatio, in qua illamet vnitę prędicantur de eodem, & ex aliquibus nō. Vndæ hæc diuersitas oritur? Verbi gratia. Ex istis Sortes est animal & est bipes, sequitur ergo Sortes est animal bipes, & similiter ex istis, Sortes est homo, & est albus, sequitur ergo Sortes est homo albus. Ex illis vero Sortes est bonus, & est citharedus, non sequitur ergo est bonus citharedus. Vnde proponens quæstionem inquit. { Quoniam vero hæc } scilicet prædicta ita prædicantur composita id est coniuncta, vt vnū sit prædicamentum quæ extra prædicantur id est vt ex eis extra prædicantis vnite fiat prædicatio, alia vero prędicata non sunt talia, quę est inter ea differentia? Vnde talis innascitur diuersitas? Et subdit exempla iam adducta, & ad propositum applicata, quorū primum continet prædicata ex quibus fit vnum per se. animal & bipes, genus & differentiam. 2. autem prædicata ex quibus fit vnum per accidens. s. homo albus. 3. verò prædicata ex quibus neque vnum per se, neque vnū per accidens inter se fieri sequitur, vt citharedus & bonus, vt declaratur. Deinde cum dicit.

Leć. 7.

Pria dubō.

Nam si quia verum est seorsum vtrunque, ideo & vtrunque simul verum esse oporteat, multa sequenter absurda. De homine nanque quopiam verum est dicere, & quòd est homo, & est etiam albus, quare & totum. Rursus si album verum est dicere, & totum vere dicetur, Quare erit homo albus albus, atq; hoc in infinitum abibit. Et rursus musicus albus ambulans, et hęc sepius coniuncta dicentur, quorū in infinitum erit abitio. Prætereà si Socrates Socrates dicitur, atq; homo, Socrates Soer. homo dicetur. Et si ipse homo seorsum, & bipes dicitur, & simul homo bipes dicetur. Patet igitur si quispiam simpliciter complexiones ipsas fieri dixerit, multa absurda inde emergere. Verum dicendum est nunc quoniam sint pacto ponendæ. ARGY.

Si enim quoniam alterutrum dicitur, & vtrumque dicetur multa inconuenientia erunt. De homine enim verū est & hominem, & album dicere, quare & omne, Rursus si album, & omne, quare erit homo albus albus, & hoc in infinitum. Et rursus musicus albus ambulans & hæc eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius Socrates Socrates est, & homo, & Socra. Socrates homo. Et si homo bipes & homo. homo bipes. Quoniam ergo si quis simpliciter dicat complexiones fieri plurima inconuenię tia contingit dicere manifestum est. Quemadmodum autem ponendum sit, nunc dicemus. ANTI.

Declarat veritatem diuersitatis positæ, ex qua rationabilis redditur quæstio. Si nanque inter prædicata non esset talis diuersitas, irrationabilis esset dubitatio. Ostendit autem hoc ratione ducente ad inconueniens, negationem. s. Et quia negatio duobus modis committitur. s. explicite & implicite, ideo primo deducit ad negationē explicitam. 2. ad implicitam. ibi { Amplius si Soc. &c. } Agit ergo q̄ si nulla est inter quæcunque prædicata differentia, sed de quolibet indifferenter censetur, q̄ quia alterutrum seperatim dicitur q̄ vtrunque coniunctim dicatur, multa inconuenientia sequentur. De aliquo enim homine, puta Socrate, verum est seperatim q̄ homo est, & albus est, quare & omne. i. & coniunctim dicetur Socrates est homo albus. Rursus & de eodem Socrate, potest dici seperatim q̄ est homo albus, & q̄ est albus, quare & omne id est igitur coniunctim dicetur, Socr. est homo albus albus, vbi manifesta est nugatio. Rursus si de eodē Socrate iterum dicas seperatim, q̄ est homo albus albus, verum & congrue q̄ est albus, & secundum hoc, si iterum hoc repetes seperatim, a veritate simili non discedes, & sic in infinitum sequetur, Socra. est homo albus albus, in infinitum. Simile quid ostenditur in alio exemplo. Siquis de Socra. dicat q̄ est musicus albus ambulans cum possit & seperatim dicere, q̄ est musicus, & q̄ est albus, & q̄ est ambulans, sequetur Socr. est musicus, albus, ambulans, musicus, albus, ambulans. Et quia pluries seperatim in eodem tamen tempore enunciari potest, procedit nugatio sine fine. Deinde deducit ad implicitam nugationem, dicens. Cum de Socrate vere dici possit seperatim q̄ est homo, & q̄ est bipes, si coniunctim inferre licet, sequetur q̄ Socra. sit homo bipes. Vbi est implicita nugatio.

Nugatio. 2. commit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nugatio. Bibes enim circum loquens differentiam hominis actu & intellectu clauditur in hominis ratione. Vnde ponendo loco hominis suam rationem, quod fieri licet, vt docet Arist. 2. Top. apparebit manifeste nugatio. Dicerut enim Socra. est homo id est animal bipes, bipes. Quoniam ergo plurima inconuenientia sequūtur siquis ponat complexiones, id est adunationes prædicatorum simpliciter id est absque diuersitate aliqua, manifestum est ex dictis. Quomodo autem faciēdum est, nunc id est in sequentibus dicemus. Et nota ꝙ iste textus non habetur vniformiter apud omnes quo ad verba, sed quia sententia non discrepat, legat quicunque vt vult.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Quæ igitur per accidens prædicantur, aut de eodem, aut alterum de altero, ea non erūt vnum. Velut homo & albus quidem et musicus est, sed non vnū est album ipsum & musicum. Accidunt enim ambo eidem. Neque si vere dicetur album musicum esse, albū musicum vnū quid erit. Album enim per accidens musicum est. Quare album musicum non erit quid vnum.*

ANTI. *Eorum igitur quæ prædicantur, & de quibus prædicātur, quæcunque secundum accidens dicuntur, vel de eodem, vel alterum de altero, hæc non erunt vnum, vt homo albus est, & musicus. Sed non est idem musicum et album. Accidentia enim vtraque eidem. Nec si album musicum verum est dicere, tamen erit album musicum vnū aliquid. Secundum accidens enim album musicum dicitur. Quare non erit album musicum vnum aliquid.*

Soluit propositam quæstionem. Et circa hoc duo facit. Primo respondet instantijs in ipsa propositione quæstionis adductis. Secūdo satisfacit instantijs in probatione positis, ibi {Amplius nec quæcunque.} Circa primum duo facit. Primo nanque declarat veritatem. Secundo applicat ad propositas instantias, ibi, {Quo circa. &c.} Determinat ergo dubitationem tali distinctione. Prædicatorum siue subiectorum plurium, duo sunt genera, quædā sunt per accidens, quædam per se. Si per accidens hoc. 2. contingit. Vel quia ambo dicuntur per accidens de vno tertio, vel quia alterum de altero mutuo per accidēs prędicatur. Quando illa plura diuisim prædicata sunt per accidens quouis modo, ex eis non sequitur coniunctim prędicatum. Quando autem sunt per se, tunc ex eis sequitur coniuncte prædicatum. Vnde continuando se ad præcedentia ait. {Eorum igitur quæ prædicantur, & de quibus prædicantur} id est subiectorum, quæcunque dicuntur secūdum accidēs. & per hoc innuit oppositum membrū scilicet per se, vel de eodem id est accidentaliter concurrunt ad vnius tertij denominationem, vel alterutrum de altero id est accidentaliter mutuo se denominant, & per hoc ponit membra. 2. diuisionis, hæc scilicet plura per accidens non erunt vnum, id est non inferent prædicationē coniunctam. Et explanat vtrunque horum exēplariter. Et primo primum, quando. s. illa plura per accidens dicūtur de 3. dicens {vt si homo albus est & musicus diuisim. Sed non est idem} id est non sequitur adunatim ergo homo est musicus albus. Vtraque enim sunt accidentia eidem. Deinde explanat. 2. quando solum illa plura per accidens de se mutuo prædicantur subdens {Nec si albū musicum, verum est dicere} id est & etiam si de se inuicē illa prædicantur per accidens ratione subiecti in quo vniuntur, vt dicatur homo est albus, & est musicus, & album est musicum, non tamen sequitur ꝙ album musicum vnite prædicetur, dicendo, ergo homo est albus musicus. Et causam assignat, quia album dicitur de musico per accidens, & econuerso. Notādum est hic ꝙ cum duo membra per accidens enumerasset, vnico tamen exemplo vtrunque membrum exemplauit, vt insinuaret ꝙ distinctio illa non erat in diuersa prædicata per accidens, sed in eadem diuersimode comparata. Album enim & musicum cōparata ad hominem, sub primo cadunt mēbro, comparata autem inter se sub secundo. Diuersitatem ergo comparitionis pluralitate membrorum, identitatē autem prædicatorum vnitate exempli astruxit. Aduertēdum est vlterius ad euidentiam diuisionis factæ in litera, ꝙ 2. accidens potest. 2. accipi. Vno modo vt distinguitur contra perfeitatem posteriorilticam & sic non sumitur hic, quoniam cum dicitur plura prædicata secundum accidens, aut ly secundum accidens determinaret coniunctionem inter se, & sic manifeste esset falsa regula, quin inter prima prædicata, animal bipes, seu animal rationale, est prædicatio secundum accidens hoc modo. Differētia. n. in nullo modo perfeitatis prædicatus de genere, & tamen Arist. in textu dicit ea non esse prædicata per accidens, & asserit ꝙ est optima illatio, est animal & bipes, ergo est ai al bipes. Aut determinaret coniunctionem illarum ad subiectum, & sic etiam inueniretur falsitas in regula. Bene nanq; dicitur, paries est coloratus, & est visibilis, & tñ coloratum visibile non per se in est parieti. Alio modo accipitur ly secundum accidens, vt distinguitur contra hoc quod dico ratione sui, seu non propter aliud, & sic idem sonat ꝙ per aliud, & hoc modo accipitur hic. Quæcunq; enim sunt talis naturæ ꝙ non ratione sui iunguntur, sed propter aliud, ab illatione coniuncta deficeret necesse est, ex eo ꝙ cōiuncta illatio vnum alteri substernit, & ratione sui ea adunata denotat vt potentiam & actum. Est ergo sensus diuisionis, ꝙ prædicatorum plurium, quædam sunt per accidens, quædam per se id est quædam adunantur inter se ratione sui, quędam propter aliud. Ea quæ per se vniuntur inferunt coniunctum, ea autem que propter aliud, nequaquam. Deinde cum dicit.

Quocirca neque Simon sutor bonus dicetur simpliciter, sed animal bipes, quippe quum non per accidens hæc de illo dicantur. ARGY.

Quocirca nec citharedus bonus simpliciter, sed animal bipes. Non enim sunt secundum accidens. ANTI.

Applicat declaratam veritatem ad partes quæstionis. Et primo ad secundam partem, quia. s. non sequitur, est bonus, & est citharedus, ergo est bonus citharedus, dicēs {Quo circa nec citharedus bonus &c.} Secundo ad aliā partem quæstionis, quare sequebatur est animal, & est bipes ergo est animal bipes, & ait {sed animal bipes.} Et subiungit huius vltimi dicti causam, quia animal bipes non sunt prædicata fm accidens coniuncta inter se aut in 3. sed per se. Et per hoc explanauit, alterum membrū primæ diuisionis, quod adhuc positum non fuerat explicite. Aduerte ꝙ Arist. eādem tenens sniam de citharedo & bono, & mutico, & albo concluſit, ꝙ album & musicū non inferunt coniunctum prædicatum ideo nec citharedus & bonus inferunt citharedus bonus simpliciter. i. cōiunctæ. Est autē rō dicti, quia licet musica & albedo dissimiles sint bonitati & arti citharisticę, in hoc ꝙ bonitas nata est denominare & subiectum tertium puta hominē, & ipsam artem citharisticam, propter quod falsitas manifeste cernitur, quando dicitur est bonus & citharedus, ergo bonus citharedus musica vero & albedo subiectum. 3. natæ sunt denominare tm̄, & non se inuicem propter quod latēter est casus cū proceditur, est albus & est musicus, ergo est musicus albus, licet inquā in hoc sint dissimiles.

Prædic. vel subiectorū plu. genera.

Notandū. Secundum acci. dicit.

Notandū.

Differentia prædica. de genere.

2 modus.

similes, & propter istam dissimilitudinem processus Aristo. minus sufficiens videatur attamē similes sunt in hoc ꝙ si seruetur identitas omnimoda prædicatorum quam seruari oportet, si illamet diuisa debent inferri coniunctim, sicut musica non denominat albedinem, neq; contra, ita nec bonitas de qua sit sermo, cum dicitur homo est bonus denominat artem citharisticam, neq; econuerso. Cum enim bonum sit æquiuocum licet à cōsilio, alia ratione dicitur de perfectione citharedi, & alia de perfectione hominis. Quando nanq; dicimus Sortes est bonus, intelligimus bonitatem moralem, quæ est hominis bonitas simpliciter. Analogum siquidem simpliciter positum sumitur pro potiori. Cum autem infertur citharedus bonus non bonitatem moris, sed artis prædicas, vnde terminorum identitas non saluatur. Sufficienter igitur & subtiliter Arist. eandem de vtrisq; protulit sententiam, quia eadem est hæc, & ibi ratio &c. Nec prætereundum est, ꝙ cum tres consequentias adduxit quæstionem proponendo. s. est animal & bipes, ergo est animal bipes, & est homo & albus, ergo est homo albus, & est citharedus & bonus, ergo est bonus citharedus, & duas primas posuerat esse bonas, tertiam vero non huius diuersitatis causam inquirere volens, cur soluendo quæstionem nullo modo meminerit secundæ consequentiæ, sed tantū primę & tertię. Indiscussum nanq; reliquit an illa consequētia sit bona an mala. Et ad hoc videtur mihi dicendum ꝙ ex his paucis verbis etiam illius consequentiæ naturā insinuauit. Profundioris enim sensus textus capax apparet cum dixit, ꝙ non sunt vnum album & musicum &c. vt. s. non tantum indicet quod expositum est, sed etiam eius causam, ex qua natura secundæ consequentiæ elucescit. Causa nanq; quare album & musicum non inferunt coniunctam prædicationem est, quia in præpicatione cōiuncta oportet alteram partem alteri supponi, vt potentiam actui, ad hoc vt ex eis fiat aliquo modo vnum, & altera à reliqua denominetur. Hoc enim vis coniunctę prędicationis requirit, vt supra diximus de partibus diffinitionis. Album autem & musicum fm se non faciunt vnū per se, vt patet, neq; vnum per accidens. Licet. n. ipsa vt adunantur in subiecto vno sint vnum subiecto per accidens, tamen ipsamet quæ adunantur in vno. 3. subiecto, non faciunt inter se vnum per accidens. Tum quia neutrum informat alterum, quod requiritur ad vnitatē per accidens aliquorum inter se, licet non in 3. tum quia non considerata subiecti vnitate, quæ est extra eorum rationes, nulla remanet inter ea vnitatis cā. Dicens ergo quod album & musicum non sunt vnum. s. inter se aliquo modo, causam expresit quare coniunctim non infertur ex eis prædicatum. Et quia oppositorum eadem est disciplina, insinuauit per illamet verba bonitatē illius consequētiæ. Ex eo. n. ꝙ homo & albus se habent sicut potentia & actus, & ita albedo informet denominet atque vnum faciat cum homine ratione sui sequitur quod ex diuisis potest inferri coniuncta prædicatio, vt dicatur, est homo & albus, ergo est homo albus, sicut per oppositum dicebatur ꝙ ideo musicum & album non inferunt cōiunctum prædicatum, quia neutrum alterum informabat. Nec obstat ꝙ album faciat vnum per accidens cū homine. Non enim dictum est ꝙ vnitas per accidens aliquorum impedit ex diuisis inferre coniunctum, sed ꝙ vnitas per accidens aliquorum ratione tertij tm̄ est illa quæ impedit. Talia. n. quæ non sunt vnum per accidens nisi ratione tertij, inter se nullam habent vnitatem. & propterea non potest inferri coniunctum, vt dictum est quod vnitatem importat. Illa vero quæ sunt vnum per accidens ratione sui seu inter se, vt homo albus, cum coniuncta accipiuntur, vnitate necessaria non carent, quia inter se vnitatem habent. Notanter autem apposui, ly tantum, quoniam si aliqua duo sunt vnum per accidens ratione tertij subiecti. s. sed non tantum ex hoc habent vnitatem sed etiam ratione sui ex hoc ꝙ alterum reliquum informat, ex istis diuisis non prohibetur inferri coniunctū. Verbi gratia optime dicitur, est quantum & est coloratum. ergo est quantum coloratum, quia color informat quantitatem. Potes autem credere ꝙ. 2. illa consequentia quam non explicite confirmauit Aristo. respondendo, sit bona & ex eo ꝙ ipse proponēdo quæstionem asseruit bonam, & ex eo ꝙ nulla instantia reperitur. Insinuauit autem & Arist. ꝙ sola talis vnitas impedit illationem coniunctam quādo dixit, quæcunq; fm accidens dicuntur de eodem vel alterutrum de altero. Quum. n. dixit fm accidens de eodē, vnitatem eorum ex sola adunatione in tertio posuit, sola enim hæc per accidens prædicantur de eodem vt dictū est. Cum autem addidit vel alterutrum de altero, mutuā accidentalitatem ponens, ex nulla parte inter se, vnitatē reliquit. Vtraq; ergo per accidens adducta prædicata, in tertio. s. vel alterutrum quæ impediant illationē coniuncta, non nisi in tertio vnitatē habent. Deinde cum dicit.

Ly tantum.

De. 2. conse.

Vñ quod sola vni. impe. illationem coniunc.

Præterea nec simul ea dicentur, quorum alteram alteri inest. Quapropter nec album sepius dicetur, neq; homo, homo animal est, vt bipes. Insunt enim hæc homini animal, atque bipes. ARGY.

Amplius nec quæcunque insunt in altero. Quare neque album frequenter, neque homo animal homo est vel bipes. sunt enim in homine animal bipes. ANTI.

Satisfacit instantijs in probatione adductis, & in illis in quibus explicita committebatur nugatio, & illis in quibus implicita, & ait ꝙ non solum inferre ex diuisis cōiunctum non licet quando prædicata illa sunt per accidens, {sed nec etiam quæcunque insunt in alio} id est, sed nec hoc licet quando prædicata includunt se, ita ꝙ vnum includat in significato formali alterius intrinsece. siue explicite, vt album in albo, siue implicite vt animal & bipes in homine. Quare neq; album frequenter dictū diuisim infert coniunctum, neq; homo diuisim ab animali vel bipede enunciatum, animal bipes, coniunctum cum homine infert, vt dicatur, ergo Socr. est homo bipes, vel animal homo. Insunt. n. in hominis ratione, animal & bipes actu & intellectu, licet implicite. Stat ergo solutio quæstionis in hoc, ꝙ vnitas plurium per accidens in tertio tantum, & nugatio, impediunt ex diuisis inferri coniunctum, & consequenter, vbi neutrum horum inuenitur, ex diuisis licebit inferre coniunctum. Et hoc intellige quando diuisæ sunt simul veræ de eodem &c.

Bonū æqui. a consilio.

Analogum simpliciter.

Quæstio.

Responsio.

Ad inferent prædicationem coniunctam.

Vnitas {per accidens.

Responsio. tacite obie. De vni. impe. ex diuer. inferre coniunctum.

LECTIO IIII.

An ex enunciatione habente plura prædicata coniuncta inferre liceat eam quæ diuisim prædicata continet.

At fit vt eadē vere coniunctim dicantur, atq; scilicet Nam aliquem hominem, hominem, aut aliquem album hominem, hominem, atque album dicere licet, non tamen semper. ARGY.

Verum est autem dicere de aliquo & simpliciter, vt quendam hominem hominem, aut quendam album hominem hominem album, non autē semper. ANTI.

Postquam expedita est prima dubitatio, tractat secūdam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo mouet ipsam quæstionem. Secundo soluit eam, ibi {sed quando in adiecto.} Tertio ex hoc excludit quendam errorē, ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio. 2. ¶Quod autem non est ¶ Est ergo quæstio an ex enunciatione habente prædicatum coniunctũ, liceat inferre enũciationes diuidentes illud coniunctum? Et est quæstio cõtraria superiori. Ibi, n. quæritur an ex diuisis inferatur coniunctum, hic autem quæritur an ex coniuncto sequantur diuisa. Vnde mouendo quæstionem dicit. Verũ autem aliquando est dicere de aliquo & simpliciter, i. di uisim, ꝙ. s. prius dicebatur coniunctim, vt quendam hominem album, esse hominem, aut quoddam album hominem album esse, ideſt vt ex ista Sortes est homo albus sequitur diuisim, ergo Sortes est homo, ergo Sortes est albus, &c. Non autem semper, ideſt aliquando autẽ ex coniuncto nõ inferri potest diuisim. Non enim sequitur, Sortes est bonus citharedus, ergo est bonus. Vñ hæc est differentia, ꝙ quandoq; licet & quandoq; non. Et aduerte ꝙ notanter adduxit exemplum de homine albo inferendo vtranq; partem diuisim, vt insinuaret ꝙ intẽtio quæstionis est inuestigare quando ex coniuncto potest vtraque pars diuisim inferri, & non quando altera tantum.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Sed quum in eo quod est adiunctum, oppositorum quippiam ineſt, ad quod ſequitur contradictio, tunc non vere ſed falſo dicetur, vt ſi mortuum hominem, hominem dixeris eſſe. Quum vero non ineſt, vere.*

ANTI. *Sed quando in adiecto aliquid quidem oppoſitorũ ineſt, quæ conſequitur, contradictio, non verum ſed falſum eſt, vt hominem mortuum, hominem dicere. Quando autem non ineſt, verum eſt.*

Prædi. coniunctum. 2. Solut quæstionem. Et duo facit. Primo respondet parti negatiuæ quæstionis, quando. s. non licet, Secundo, ibi ¶Quare in quantiscunq; &c.¶ Respondet parti affirmatiuæ, quando. s. licet. Circa primum considerandũ ꝙ quia dupliciter cõtingit fieri prædicatũ coniunctum, vno modo ex oppositis, alio modo ex non oppositis. Ideo duo facit. Primo ostendit ꝙ nunquam ex prædicato coniuncto ex oppositis, possunt inferri eius partes diuisim. Secundo ꝙ nec hoc licet vniuersaliter in prædicato coniuncto ex non oppositis, ibi ¶Vel etiam quando.¶ Ait ergo ꝙ quando in termino adiecto ineſt aliquid de numero oppositorum, ad quæ sequitur contradictio inter ipsos terminos, non verum est, s. inferre diuisim, sed falsum. Verbi gratia cum dicitur, Cæsar est homo mortuus, non sequitur ergo est homo, quia ly mortuus adiacens homini, oppositionẽ habet ad hominem, quam sequitur cõtradictio inter hominem & mortuum. Si enim est homo, non est mortuus quia non est corpus inanimatũ, & si est mortuus, non est homo, quia mortuum est corpus inanimatum. Quando autem non ineſt. s. talis oppositio, verũ est. s. inferre diuisim. Ratio aũt quare, quãdo est oppositio in adiecto, nõ sequitur illatio diuisa, est, quia alter terminus ex adiecti oppositione, corrumpitur in ipsa enunciatione coniũcta. Corruptum autem seipsum absq; corruptione nõ infert, quod illatio diuisa sonaret. Dubitatur hic primo circa id quod supponitur, quomodo possit vere dici. Cæsar est homo mortuus, cum enunciatio non possit esse vera, in qua duo contradictoria simul de aliquo prædicantur. Hoc. n. est primum principium. Homo autem & mortuus, vt in litera dicitur, contradictoriam oppositionem includunt, quia in homine includitur vita, in mortuo non vita. Dubitatur, 2. circa ipsam consequentiã, quã reprobat Arist. Videtur. n. optima. Cum. n. ex enunciatione prædicante duo contradictoria possit vtrumq; inferri, quia æquiualet copulatiuæ, aut neutrum, quia destruit seipsam, & enũciatio supradicta terminos oppositos contradictoriæ prædicet, videtur sequi vtraq; pars, quia falsum est neutrã sequi. Ad hoc simul dicit ꝙ aliud est loqui de duobus terminis ſm se, & aliud de eis, vt vnum stat sub determinatione alterius. Primo nanq; modo, homo & mortuus, cõtradictionem inter se habent, & impossibile est ꝙ simul in eodem inueniantur, Secundo autem modo, homo & mortuus non opponuntur, quia homo trãsmutatus iam per determinationem corruptiuam importatã in ly mortuus, non stat pro suo significato ſm se, sed ſm exigentiam termini additi, à quo suum significatum distractũ est. Ad vtrunq; autem insinuandum Arist. duo dixit, & ꝙ habent oppositionem quam sequitur contradictio, attendens significata eorum ſm se, & ꝙ etiam ex eis formatur vna vera enunciatio, cum dicitur Socra. est homo mortuus, attendens coniunctionem eorum alterius corruptiuam. Vnde patet quid dicẽdum sit ad dubitationes. Ad vtranq; siquidem dicitur, ꝙ non enunciantur duo cõtradictoria simul de eodem, sed terminus vt stat sub distractione sed transmutatione alterius cui ſm se esset cõtradictorius. Dubitatur quoq; circa id quod ait ¶ineſt aliquid oppositorum quæ consequitur contradictio. ¶ Superflue. n. videtur addi illa particula ¶quæ consequitur cõtradictio.¶ Omnia. n. opposita consequitur contradictio vt patet discurrendo in singulis. Pater. n. est non filius, & album non nigrum, & videns non cæcum &c. Et ad hoc dicendum est ꝙ opposita possunt dupliciter accipi, vno modo formaliter. i. ſm sua significata, alio modo denominatiue seu subiectiue. Verbi gratia. Pater & filius possunt accipi pro paternitate & filiatione, & possunt accipi pro eo qui denominatur pater vel filius. Rursus cum omnis distinctio fiat oppositione aliqua, vt dicitur in 10. Metaphyſi. c. supponatur omnino distincta esse opposita. Dicendum ergo est ꝙ licet ad omnia opposita seu distincta contradictio sequatur inter se formaliter sumpta, non tamen ad omnia opposita sequitur contradictio inter ipsa denominatiue sumpta. Quãuis enim pater & filius mutuam sui negationem inferant inter se formaliter, quia paternitas est non filiatio, & filiatio est non paternitas, in relatione tamen ad denominatum, contradictionem nõ necessario inferunt. Non enim sequitur Sortes est pater, ergo non est filius, nec econuerso. Vt persuaderet igitur Arist. ꝙ non quæcunq; opposita colligata impediunt diuisam illationem, quia non illa quæ habent contradictionem annexam formaliter tantum, sed illa quæ habent cõtradictionem & formaliter & ſm rem denominatam.

Addidit ¶quæ consequit contradictio¶ in 3. s. denominato. Et vsus est satis congrue vocabulo scilicet ¶consequitur.¶ Contradictio enim ista in 3. est quodammodo extra ipsa opposita. Deinde cum dicit.

Aut quum ineſt quidem, ſemper non vere, Cum vero non ineſt, non ſemper vere dicetur. Vt Homerus eſt aliquid, veluti poeta, eſt ne igitur Homerus? Aut dicendum, non eſt.

Vel etiam quando ineſt, falſum ſemper eſt. Quãdo vero non ineſt, non ſemper verum eſt, vt Homerus eſt aliquid, vt poeta, ergo etiam eſt? Non.

Declarat ꝙ ex non oppositis in 2. coniunctis ſm vnũ prædicatum, non vniuersaliter possunt inferri partes diuisim. Et primo hoc proponit quasi emendans quod immediate dixerat subiungens. ¶Vel etiam quando est¶ scilicet oppositio inter terminos coniunctos, falsum est semper scilicet inferre diuisim, quasi diceret, dixi ꝙ quando in est oppositio nõ verum sed falsum est inferre diuisim. Quando autem non ineſt talis oppositio, verum est inferre

ferre diuisim. Vel etiam vt melius dicatur, ꝙ quando est oppositio, falsum est semper, quando autem non ineſt talis oppositio, non semper verum est. Et sic modificauit supradicta addendo ly semper, & non semper. Et subdẽs exemplũ quod nõ semper ex nõ oppositis sequatur diuisio, ait, vt Homerus est aliquid vt potea, ergo etiam est? Non. Ex hoc coniuncto, est poeta de Homero enũciatio, altera pars, ergo. Homerus est, non sequitur, & tamen clarum est ꝙ istæ duæ partes colligate, est & poeta non habente oppositionem ad quam sequitur contradictio. Igitur non semper ex non oppositis coniunctis illatio diuisa tenet &c. Deinde cum dicit.

ARGY. *Per accidens enim ipſum prædicatur, eſt, de Homero. Nam quia eſt poeta, ſed non per ſe de Homero ipſum, eſt, prædicatur.*

ANTI. *Secundum accidens enim prædicatur eſſe de Homero, quoniam eſt potea, ſed non ſecundum ſe prædicatur de Homero quoniam eſt.*

Probat hoc quod modo dictũ est, ex eo ꝙ altera pars istius compositi. s. est, in antecedente coniuncto prædicatur de Homero ſm accidẽs, i. ratione alterius, qm. s. poeta prædicatur de Homero, & non prædicatur secum sc ly est de Homero, quod tñ infertur, cum concluditur ergo Homerus est. Considerandum est hic ꝙ ad saluandam illam conclusionem negatiuam. s. non semper ex non oppositis coniunctis infertur diuisim, sufficit vnam instantiam suæ oppositæ vniuersali affirmatiuæ afferre. Et hoc fecit. Aristo. adducendo illud genus enunciationũ in quo altera pars coniuncti est aliquid pertinens ad actum animæ. Loquitur. n. modo de Homero vmente in poematibus suis in mentibus hominũ. In his siquidẽ enunciationibus partes coniunctæ non sunt oppositæ in tertio, & tñ non licet inferre vtranq; partem diuisim. Cõmittitur. n. fallacia ſm quid ad simpliciter. Non. n. valet, Cæsar est laudatus, ergo est, & simile est de esse in effectu dependente in conseruari. Quomodo autem intelligenda sit ratio ad hoc adducta ab Aristotele in sequenti particula dicetur. Deinde cum dicit.

Notandum. Fallacia in dicto exẽp.

ARGY. *Quare in quibus prædicationibus neq; contrarietas ineſt, quod quidem facile diſcernetur, ſi pro nominibus rationes dicantur, in biſce coniunctim, & ſeorſum vera prædicatio fiet.*

ANTI. *Quare in quibuſcunq; prædicatis contrarietas nõ ineſt, ſi diffinitiones pro nominibus dicantur & ſecundum ſe prædicantur, & non ſecundum accidens, in his aliquid & ſimpliciter verum erit dicere.*

Respondet parti affirmatiuæ quæstionis, quando. s. ex coniunctis licet inferre diuisim. Et ponit duas conditiones oppositas supradictis debere conuenire in vnum ad hoc vt possit fieri talis consequentia. s. ꝙ nulla inter partes coniuncti oppositio sit, & ꝙ ſm se prædicentur. Vnde dicit inferendo ex dictis ¶Quare in quantiscunq; prædicamentis¶. i. prædicatis ordine quodam adunatis, neq; contrarietas aliqua in cuius ratione ponitur cõtradictio in tertio. Contraria. n. sunt quæ mutuo se ab eodẽ expellũt, aut vniuersaliter nulla oppositio ineſt ex qua. s. sequatur contradictio in tertio. Si diffinitiones pro nominibus sumãtur. Dixit hoc, quia licet in quibusdam non appareat oppositio solis nominibus positis, sicut homo mortuus, & in quibusdam appareat, vt viuum mortuum, hoc tamen non obstante si positis nominum, diffinitionibus loco nominum oppositio appareat, inter opposita collocamus. Sicut verbi gratia, homo mortuus, licet oppositio nem non præseferat, tamẽ si loco hominis & mortui eorum diffinitionibus vtamur, videbitur contradictio. Dicemus. n. corpus animatum rationale corpus inanimatum irrationale. In quantiscunq; inquam cõiunctis nulla est oppositio, & ſm se, & non ſm accidens prædicantur, in his verum erit dicere & simpliciter. i. diuisim ꝙ fuerat coniunctim enunciatum. Ad euidentiam secundæ conditionis hic positæ, nota ꝙ ly ſm se potest dupliciter accipi, vno modo positiuæ, & sic dici perfeitatem primi, sedi vniuersaliter quarti modi alio modo negatiue, & sic idem sonat ꝙ non per aliud. Rursus cõsiderandum est ꝙ cum Aristo. dixit de prædicato coniuncto ꝙ ſm se prædicetur, ly ſm se potest ad tria referri, s. ad partes coniuncti inter se, ad totum cõiunctum respectu subiecti, & ad partes coniuncti respectu subiecti. Si ergo accipiatur ly secundum se positiue, licet non falsus, extraneus tamen à mente Arist. reperitur sensus ad quodcunq; illorum triũ referatur. Licet enim valeat, est homo sensibilis, ergo est homo & est sensibilis, & est asal rationale ergo est animal & est rationale, tamen his oppositæ inferunt similes consequentias. Dicimus enim est albus musicus, ergo est musicus & est albus vbi nulla est perfeitas, sed est coniũctio per accidens, tam inter partes inter se quam inter totum & subiectum, quam etiam inter partes & subiectũ. Liquet igitur ꝙ non accipit. Arist. ly secundum, se positiue ex eo ꝙ vana fuisset talis additio quæ ab oppositis nõ tacit in hoc differentiam. Ad quid enim addidit ſm se, & non ſm accidens si tam illæ quæ sunt secũdum se modo expositio, quam illæ quæ sunt secundum accidens ex coniuncto inferunt diuisum? Si vero accipiatur secundum se negatiue ideſt non per aliud, & referatur ad partes coniuncti inter se, falla inuenitur regula. Nam non licet dicere est bonus citharedus, ergo est bonus & citharedus & tamen ars citharizandi & bonitas eius sine medio coniunguntur. Et Similiter contingit, si referatur ad totum coniunctum respectu subiecti, vt in eodem exemplo apparet. Totum enim hoc, citharedus bonus non propter aliud conuenit homini, & tamẽ non infert (vt dictũ est) diuisionem. Superest ergo vt ad partem coniuncti respectu subiecti referatur, & sit sensus. Quãdo aliqua cõiunctim prædicata, ſm se, ideſt non per aliud prædicantur, ideſt ꝙ vtraq; pars prædicatur de subiecto non propter alteram, sed propter seipsam & subiectum, tunc ex coniuncto infertur diuisa prædicatio. Et hoc modo exponũt Auerroes, & Boethus & vera inuenitur regula, vt inductiue facile manifestari possit, & ratio ipsa suader. Si enim partes alicuius cõiuncti prædicati ita inhærent subiecto ꝙ neutra propter alteram in sit earum separatio nihil habet quod veritatem impediat diuisarum. Est & verbis Arist. consonus iste. Quoniã & per hoc distinguit inter enunciationes ex quibus coniunctum infert diuisam prædicationem, & eas quibus hæc non ineſt consequentia. Ista siquidem vltra habentes oppositionem in adiecto, sunt habentes prædicatum coniunctũ, cuius vna partium, alterius est ita determinatio ꝙ non nisi per illã subiectum respicit, sicut apparet in exemplo ab Arist. adducto, Homerus est poeta, Est, siquidem ibi nõ respicit Homerum, ratione ipsius Homeri, sed præcise ratiõe poesis relicte, & ideo non licet inferre, ergo Homerus est. Et, simile est in negatiuis. Siquis enim dicat Sortes non est pariens non licet inferre ergo Sortes non est, eadem ratione, quia esse non est negatum de Sorte, sed de pariete in Sorte. Et per hoc patet, qualiter sit intelligẽda ratio in textu superiore adducta. Accipitur. n. ibi ſm se, negatiue, modo hic

Notandũ. 1. Lectio. 2. ſc ad. 3. tex.

Positi.

Negatiue.

Auerro. Boethus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ly 2. acc. vtraq; fol.

tio hæc expositio, & ſ m accidens, i. propter aliud. In eadē ergo ſignificatione eſt vſus ly ſ m accidens, ſoluēdo hāc & præcedentem quæſtionem. Vtrobiq; n. intellexit ſ m accidens, i. propter aliud cōiuncta, ſed ad diuerſa retulit. Ibi nanq; ly ſ m accidēs determinabat cōiunctionē duorum prædicatorum inter ſe. Hic vero determinat partē coniuncti prædicati in ordine ad ſubiectum. Vnde ibi album & mulicum inter ea quæ ſ m accidens ſunt, numerabantur, hic aūt non. Sed occurrit circa hanc expoſitionē

Dubium. 1. princip.

dubitatio non parua. Si. n. idco nō licet ex coniuncto inferre diuiſim, quia altera pars cōiuncti non reſpicit ſubiectum propter ſe, ſed propter alterā partē vt dixit Ariſtio. de iſta enunciatione. Homerus eſt poeta. ſequetur q; nū quam à tertio adiacente ad ſ m erit bona conſequentia, quia in omni enunciatione de tertio adiacente, eſt reſpicit ſubiectum propter prædicatum & non propter ſe &c.

Reſponſio. Notandum.

Ad huius difficultatis euidentiam, Nota primo hanc diſtinctionem. Aliud eſt tractare regulam, quando ex tertio adiacente infertur ſ m & quando non, & aliud quando ex coniuncto fit illatio diuiſe, & qū non. Illa liquidem eſt extra propoſitum, iſtam autem venamur. Illa compatitur varietatem terminorum, iſta non. Si nāq; vnus terminorum qui eſt altera pars coniuncti ſ m ſignificationem ſeu ſuppoſitionem varietur in ſeparatione, non infertur ex coniuncto prædicato illudmet diuiſim, ſed aliud.

2. adiac. ex. 3. & ex coniunc. diui.

Nota ſecundo hanc propoſitionem. Cum ex tertio adiacente infertur ſ m, non ieruatur identitas terminorū. Li-

Lect. 2. li 1. eſt. 2. & 3. adiac.

quet iſta quo ad illum terminum, eſt. Dictum liquidem fuit ſupra à ſancto Thoma, q; aliud importat, eſt, ſ m adiacens, & aliud eſt, tertium adiacens. Illud nanq; importat actum eſſendi ſimpliciter, hoc aūt habitudinem inhærentiæ vel identitatis prædicati ad ſubiectū. Fit ergo varietas vnius termini cū ex tertio adiacente infertur ſ m, & conſequenter non ſit illatio diuiſi ex coniuncto. Vnde

Ad obiecta.

relucet reſponſio ad obiectionem, q; licet ex tertio adiacente quandoque poſsit inferri ſ m, non quam ex tertio adiacente licet inferri ſ m tanquam ex coniuncto diuiſim, quia inferri non pōt diuiſim cuius altera pars ipſa diuiſione perit. Negetur ergo conſequentia obiectionis.

Reſponſio: formaliter.

Et ad probationem dicatur q; optime concludit, q; talis illatio eſt illicita infra limites illationū q; ex coniuncto diuiſionem inducunt, quibus hic Ariſt. loquitur. Sed cōtra hoc inſtatur. Quia et tanquam eſt coniuncto diuiſ. ſit illatio, Sortes eſt albus, ergo eſt, per locum à parte in modo ad ſuum totum vbi non ſit varietas terminorum. Et

Obiectio.

ad hoc dicitur q; licet homo albus ſit pars in modo hominis, quia nihil minuit de hominis ratione albedo ſed ponit hominem ſimpliciter, tñ eſt album, non eſt pars in modo ipſius eſt, eo q; pars in modo eſt vniuerſale cū cōditione non minuente, ponente illud ſimpliciter. Clarum

Reſponſio.

eſt autem q; album minuit rationem ipſius, eſt, & nō ponit ipſum ſimpliciter, contrahi. n. ad eſſe ſ m quid, vnde apud philoſophus cum ſit aliquid album, non dicitur generari ſ m quid. Sed inſtatur adhuc quia ſ m in hoc dicendo eſt animal, ergo eſt, ſit illatio diuiſa per eundem locū.

Obiectio.

Reſponſio.

Animal. n. non minuit rationem ipſius eſt. Ad hoc eſt dicendum q; ly eſt ſi dicat veritatem propoſitionis, manifeſte peccatur à ſ m quid ad ſimpliciter. Si aūt dicat actum eſſendi, illatio eſt bona, ſed non eſt de 3. ſed. 2. adiacente.

Dubium. 2. princip.

Poteſt vlterius dubitari circa principale, quia ſequitur eſt quantum coloratum, ergo eſt quantum, & eſt coloratū. & tamen coloratum reſpicit ſubiectum mediante quantitate, ergo non videtur recta expoſitio ſupra adducta.

Reſponſio. ſubtilis.

Ad hoc & ſimilia dicendum eſt q; coloratum non ita. i. ſubiecto per quantitatem q; ſit eius determinatio, & ratione talis determinationis ſubiectum denominet, ſicut bonitas artem cithariſticam determinat, cum dicitur eſt citharedus bonus, ſed potius ſubiectum ipſum, primo coloratum denominatur, quantum vero ſecundario coloratum dicitur, licet color media quantitate ſuſcipiatur. Vnde notanter ſupra diximus, q; tunc altera pars coniuncti prædicatur per accidens, quādo præciſe denominat ſubiectum, quia denominat alteram partem. Quod nec in hac nec in ſimilibus inſtantijs inuenitur. Deinde cum dicit.

Id autem, quod non eſt, no ex eo vere dicetur ens quippiam eſſe, quia eſt opinabile: Non eſt enim ipſius opinio ipſum eſſe, ſed ipſum non eſſe. ARGV.

Quod aut non eſt quoniam opinabile eſt, nō verum dicere eſſe aliquid. Opinatio enim eius eſt non quoniā eſt, ſed quoniam non eſt. ANTI.

Excludit quorundam errorē qui quod non eſt eſſe tali ſyllogiſmo concludere ſatagebant. Quod eſt opinabile, eſt, Quod non eſt, eſt opinabile. Ergo quod non eſt. Hunc liquidem proceſſum elidit Ariſt. deſtruendo primam propoſitionem, quæ partem coniuncti in ſubiecto diuiſim prædicat, ac ſi diceret, eſt opinabile ergo eſt, Vn

Expō. tex

de aſſumendo ſubiectum cōcluſionis illorum ait. Quod autem non eſt, & addit mediū eorum, qm opinabile eſt, & ſubdit maiorem extremitatem, non eſt verum dicere eſſe aliquid. Et cauſam aſsignat, quia talis opinatio non propterea eſt, quia illud ſit, ſed potius quia non eſt.

LECTIO VIII.

De modalibus dicendum proponitur, an irem ipſarum oppoſitio ex negatione addita verbo, vel potius modo inſpicienda tradatur, & quod non verbo. Et negatio apponenda pro illarum cōtradictione, oſtenditur.

Is autem determinatis, conſiderandum eſt deinceps, quomodo ſeſe habent affirmationes, et negationes huiuſce generis, poſſibile eſt eſſe, non poſſibile eſt eſſe, contingens eſt eſſe, & non contingen. eſt eſſe, & de impoſſibili ſimili mō, ac neceſſario. Sunt. n. de ipſis dubitationes nonnullæ. ARGV

HIs vero determinatis, perſpiciendum eſt quēadmodum ſeſe habent affirmationes, & negationes ad ſe inuicem, hæ ſ. quæ ſunt de poſſibili eſſe, & non poſſibili de contingere, & non contingere, de impoſſibili, & neceſſario, Habent enim aliquas dubitationes. ANTI

Poſtquam determinatum eſt denunciationibus quarū partibus aliud additur tam remanente quam variata vnitate, hic intendit declarare quid accidat enunciationi, ex eo q; aliquid additur non ſuis partibus ſed compoſitioni eius. Et circa hoc duo facit. Primo determinat de oppoſitione earum. Secundo de conſequentijs, ibi {Conſequentię vero.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo exequitur ibi. {Nam ſi eorum &c.} Proponit ergo quod iam perſpiciendum eſt quomodo ſe habeant affirmationes & negationes enunciationū de poſsibili & non poſsibili &c. Et cauſam ſubdit. Habent enim multas dubitationes ſpeciales. Sed antequam vlterius procedatur qm de enūciationibus quæ modales vocantur ſermo inchoatur, præhabendum eſſe quaſdam modales enunciationes, & qui & quot ſunt modi reddentes propoſitiones modales, & quid earū ſit ſubiectū, & quid prædicatū, & quid ſit ipſa enunciatio modales & quis ſit ordo earum ad precedentes, & q; neceſsitas ſit ſpecialē faciendi tractatum de his. Quia ergo poſsumus dupliciter de rebus loqui, vno modo componendo rem vnam cum alia, alio modo compoſitionem factam declarando qualis

Lect. 1.

Sex. Pō benda.

Subiectum modalis. Prædicatū.

De inte modalis

qualis ſit, inſurgunt duo enunciationum genera, quædā ſcilicet enunciantes aliquid ineſſe vel non ineſſe alteri, & hæ vocantur de ineſſe, de quibus ſuperius habitus eſt ſermo. Quædam vero enunciantes modum compoſitionis prædicati cum ſubiecto, & hæc vocantur modales à principaliori parte ſua, modo. ſ. Cum enim dicitur, Sortē currere eſt poſsibile, non enunciatur curſus de Sorte, ſed qualis ſit compoſitio curſus cum Sorte. ſ. poſsibilis. Signanter autem dixi modum compoſitionis, quoniam modus in enunciatione poſitus dupliciter eſt. Quidam. n. determinat verbum, vt ratione ſignificati ipſius verbi, vt Sortes currit velociter, vel ratione temporis conſignificati, vt Sortes currit hodie. Quidam autem determinat compoſitionem ipſam prędicati cum ſubiecto, ſicut cum dicitur Sortem currere eſt poſsibile. In illis nanq; determinatur qualis curſus in ſit Sorti, vel quando. In hac autem, qualis ſit coniunctio curſus cum Sorte. Modi ergo nō illi qui rem verbi, ſed qui compoſitionem determināt, modales enunciationes reddunt, eo q; compoſitio veluti forma totius, totam enunciationem cōtinet. Sunt aūt huiuſmodi modi quatuor proprie loquendo. ſ. poſsibile, & impoſsibile, neceſſarium, & contingens. Verum nanq; & falſum, licet ſupra compoſitionem cadant, cum dicitur Sortem currere eſt verum, vel hominem eſſe quadrupedem eſt falſum, attamen modificare proprie non videntur cōpoſitionem ipſam. Quia modificari proprie dicitur aliquid, quando redditur aliquale, non quando fit ſecundū ſuam ſubſtantiam. Compoſitio autem quando dicitur vera nō aliqualis proponitur, ſed quod eſt. Nihil. n. aliud eſt dicere Sortem currere eſt verum, quam q; compoſitio curſus cum Sorte eſt. Et ſimiliter quando eſt falſa, nihil aliud dicitur, quam quod non eſt. Nam nihil aliud eſt dicere Sortem currere eſt falſum, quam quod compoſitio curſus cum Sorte nō eſt. Quando vero compoſitio dicitur poſsibilis aut contingens, tam non ipſam eſſe, ſed ipſam aliqualem eſſe dicimus. Cum ſiquidem dicitur Sortem currere eſt poſsibile, non ſubſtantificamus compoſitionem curſus cum Sorte, ſed qualificamus aſſerentes illam eſſe poſsibilem. Vnde Ariſto. hic modos proponēs, veri & falſi nullo modo meminit, licet infra verum & non verum inſerat, propter cauſam ibi aſsignandam. Et quia enunciatio modalis duas in ſe continet compoſitiones, alteram, inter partes dicti, alteram inter dictū & modum, intelligendum eſt eam compoſitionem modificari ideſt quæ eſt inter partes dicti non eam quæ eſt inter modum & dictum. Quod hic perpendi poteſt. Huius enunciationis modalis, Sortem eſſe album eſt poſsibile, duæ ſunt partes altera eſt, Sortem eſſe album, altera, eſt poſsibile. Prima, dictum vocatur, eo q; eſt, id quod dicitur per eius indicatiuā. ſ. Sortes eſt albus. Qui enim profert hāc, Sortes eſt albus, nihil aliud dicit, niſi Sortem eſſe album. Secunda vocatur modus, eo q; modi adiectio eſt. Prima compoſitionem quandā in ſe continet ex Sorte & albo. Secunda pars primæ oppoſita, compoſitionem aliquam ſonat ex dicti compoſitione & modo. Prima rurſus pars, licet omnia habeat propria ſubiectum. ſ. prædicatum, copulam, & compoſitionem, tota tamen ſubiectum eſt modalis enunciationis. Secunda autem eſt prædicatum. Dicti ergo compoſitio ſubijcitur, & modificatur in enunciatione modali.

Enunciationem modalem eſſe.

Modus in enuncia. 2. Primus. Secundus.

Qui modi reddant enūciationem modalem, ar quot.

Modificari proprie.

De vero & fal.

Compoſitio modificans.

Dictum.

Qui enim dicit Sortem eſſe album eſt poſsibile, non ſignificat qualis eſt coniunctio poſsibilitatis, cum hoc dicto Sortem eſſe album, ſed inſinuat qualis ſit cōpoſitio partium dicti inter ſe. ſ. curſus cum Sortes. ſ. q; eſt compoſitio poſsibilis. Non dicit igitur enunciatio modalis aliquid ineſſe, vel non ineſſe, ſed dicti potius modum enunciat. Nec proprie componit ſecundum ſignificatum, quia compoſitionis non eſt compoſitio, ſed rerum cōpoſitioni modum apponit. Vnde nihil aliud eſt enūciatio modalis, quam enunciatio dicti modificatiua. Nec proptera cē ſenda eſt enunciatio plures modalis, quia omnia duplicata habeat, quoniam vnum modum de vnica compoſitione enunciat, licet illius compoſitionis plures ſint partes. Plura enim illa ad dicti compoſitionem concurrentia, veluti plura, ex quibus fit vnum ſubiectum, concurrunt, de quibus dictum eſt ſupra, q; enunciationis vnitatem non impediunt. Sicut nec cum dicitur domus eſt alba, eſt enunciatio multiplex, licet domus ex multis conſurgat partibus. Merito autem eſt poſt enunciationes de ineſſe de modalibus tractandum, quia partes naturaliter ſunt toto priores, & cognitio totius ex partium cognitione dependet. Et ſpecialis ſermo de his habēdus, quia propriās habet difficultates. Notauit quoque Ariſt. in textu multa. Horum ordinem. ſ. cum dixit {his vero determinatis.} Modos qui & quot ſunt, cum eis expreſsit & inſeruit. Variationem eiuſdem modi per affirmationē, & negationem, cū dixit poſsibile, & non poſsibile, contingens & non contingens. Neceſsitatem cum addidit. {Habent enim multas dubitationes proprias.} Deinde cum dicit.

Modalis. enunciat.

Enunciatio moda. quid

Ly Primo. lec. 8.

Ratio or.

Partes primo. to.

Neceſsitas tract.

Not. ab Ariſto. in tex.

Nam ſi complexionum, hæ inter ſeſe contradictoriæ opponuntur, quę per eſſe diſponuntur, atque non eſſe huius enim hominem eſſe, negatio eſt hoc, hominem non eſſe, ſed non illud non hominem eſſe, et item huius hominem eſſe album, hoc eſt negatio, hominem album non eſſe, ſed non illud hominem non album eſſe, alioquin vere quiſpiam dixerit lignum hominem non albus eſſe, cum de quolibet affirmatio ſit, aut negatio vera, & non ſolum in his ita ſit ſed in illis etiā in quibus eſſe non additur, idem facit id quod pro ipſo ſumitur eſſe. Nam huius homo ambulat, non eſt hæc negatio, non homo ambulat, ſed hæc homo non ambulat, nihil enim refert hominem ambulare dicere, vel hominem ambulantem eſſe, ſi hæc inquam ita ſunt atque vbiq; dictus modus ſeruatur, huius etiam nimirum affirmationis poſſibile eſt eſſe, hęc erit negatio poſsibile non eſſe, ſed non illa, non poſsibile eſt eſſe. ARGV.

Nam ſi eorum, quę complectuntur, illę ſibi inuicem oppoſitę ſunt contradictiones, quęcunq; ſecundum eſſe, & non eſſe diſponuntur, vt eius quæ eſt, eſſe hominem, negatio eſt, non eſſe hominem, non eſſe non hominem, & eius, quę eſt, eſſe album hominem, negatio eſt ea, quæ eſt, non eſſe album hominem, ſed non, eſſe non album hominem. Si enim de omnibus aut dictio eſt, aut negatio. lignum erit verum dicere eſſe non album hominē quòd ſi hæc hoc modo, & quibuscunque eſſe nō additur, idem faciet id, quod pro eſſe dicitur, vt eius, quę eſt, ambulat homo, negatio eſt non ea, quæ eſt, ambulat non homo, ſed ea, quę eſt, non ambulat homo, nihil enim differt dicere hominem ambulare, vel hominem ambulantem eſſe. Quare ſi hoc modo in omnibus, & eius, quę eſt, poſſibile eſt eſſe, negatio eſt, poſſibile eſt non eſſe, ſed non ea, quę eſt, non poſſibile eſt eſſe. ANTI.

Exequitur tractatum de oppoſitione modalium. Et circa hoc duo facit. Primo mouendo quæſtionem, arguit ad partes. Secundo determinat veritatem, ibi {Contingit autem &c.} Eſt autem dubitatio, an in enunciationibus modalibus fiat contradicto negatione appoſita ad verbum dicit, quod dicit rem, an non, ſed potius negatione appoſita ad modum qui qualificat. Et primo arguit ad partem affirmatiuam, q; ſcilicet addēda ſit negatio ad

Dubitatio ī quo conſi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbum. Secundo ad partem negatiuam, ꝙ non apponẽ
Ratio prīa pro. affir. da sic negatio ipsi verbo, ibi ⁊ Videtur autem. ⁊ Intendit ergo primo tale argumentum. Si complexorum contradictiones attenduntur penes esse & non esse, vt patet inductione in enunciationis substantiuis de secundo adiacente, & de tertio, & in adiectiuis, contradictiones q; omnium hoc modo sumendæ sunt, contradictoria huius possibile esse, erit possibile non esse, & non illa, non possibile esse. Et consequenter apponenda est negatio verbo, ad sumendam oppositionem in modalibus. Patet consequentia, quia cum dicitur possibile esse & possibile nõ esse, negatio cadit supra esse. Vnde dicit, ⁊ Nam si eorum, quę cõplectuntur. ⁊ idest complexorum illæ sibi inuicem sunt oppositæ contradictiones, quæ secundũ esse vel non esse dispoñuntur, idest in quarum vna affirmatur esse, & in altera negatur. Et subdit inductionem inchoans à secundo adiacente, vt eius enunciationis quæ est esse hominem. i. homo est negatio est, non esse hominem, vbi verbum negatur, idest homo non est, & non est eius negatio ea quæ est, esse non hominem, idest non homo est. Hæc enim nõ est negatiua, sed affirmatiua de subiecto infinito, quæ simul est vera eũ illa prima scilicet homo est. Deinde prosequitur inductionem in substantiuis de tertio adiacente & eius quæ est, esse album hominem idest & illius enũciationis, homo est albus, negatio est, non esse album hominem, vbi verbum negatur idest homo non est albus, & non est nagatio illius ea, quæ est, esse non album hominem, idest homo est non albus. Hæc enim non est negatiua sed affirmatiua de prædicato infinito. Et quia istæ duæ affirmatiuæ de prædicato finito & infinito non possunt de eodem verificari, propterea quia sunt de prædicatis oppositis posset aliquis credere ꝙ sint contradictorię, & ideo ad hunc errorem tollẽdum interponit rationem
Contradict. patura. probantem ꝙ hæ duæ non sunt contradictoriæ. Est autẽ ratio talis. Contradictoriorum talis est natura ꝙ de omnibus aut dictio idest affirmatio, aut negatio verificatur. Inter contradictoria siquidem, nullũ potest inueniri medium, sed hæ duæ enunciationes, s. est homo albus, & est homo non albus, sunt contradictoriæ per se, ergo sunt talis naturę ꝙ de omnibus altera verificatur. Et sic cum de ligno sit falsum dicere, est homo albus, erit verum dicere de eo scilicet ligno, esse non album hominem, idest lignum est homo non albus, quod est manifeste falsum. Lignum enim neq; est homo albus, neq; est homo non albus. Restat ergo ex quo vtraque est simul falsa de eodẽ, ꝙ non sit inter eas contradictio. Sed contradictio sit quãdo negatio apponitur verbo. Deinde prosequitur inductionem enunciationibus adiectiui verbi dicẽs, ꝙ si hoc modo scilicet supradicto accipitur cõtradictio, & in quãtiscunq; enunciationibus esse non ponitur explicite, idẽ
Ver. adiec. loco esse. faciet quo ad oppositionem fundam id quod pro esse dicitur idest verbum adiectiuum quod locum ipsius esse tenet pro quanto propter eius veritatem in se inclusam, copulæ officium facit, vt eius enunciationis quæ est, homo ambulat, negatio est, non ea quę dicit, nõ homo ambulat, hæc enim est affirmatiua de subiecto infinito, sed negatio illius est, homo non ambulat, sicut & in illis de verbo substantiuo negatio verbo addenda erat. Nihil. n. differt dicere verbo adiectiuo, homo ambulat, vel subVlti. stantiuo, homo est ambulans. Deinde ponit. 2. partẽ inductionis dicens. Et si hoc modo in omnibus sumenda est contradictio, scilicet apponendo negationem ad esse, concluditur ꝙ & eius enunciationis, quæ dicit, possibile esse, negatio est possibile non esse & non illa quæ dicit, non possibile esse. Patet conclusionis sequela, quia in illa possibile non esse negatio apponitur verbo, in ista autẽ non. Dixit autem in principio huius rationis, ⁊ eorũ quæ Differentia inter cõple. & incomple addendo negatione. complectuntur ⁊ idest complexorũ contradictiones fiũt secundum esse & non esse, ad differentiam incomplexorum quorũ oppositio non fit negatione dicente non esse, sed ipsi incomplexo apposita, vt homo, & non homo, legit, & non legit. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ad idem videtur & esse, & non esse posse. Omne nanque quod possibile est secari, vel ambulare, possibile est & non ambulare, & non secari. Atque causa huius hæc est. Omne enim quod hoc pacto possibile est, non semper est actu. Qua propter ipsi competet, & ipsa negatio. Potest enim & non ambulare, quod ambulare potest, & nõ videri, quod potest videri. At fieri nequit, vt enunciationes oppositæ de eodem sint veræ. Non ergo affirmationis huius, possibile est esse, hęc est negatio, possibile est non esse.*

ANTI. *Videtur autem idem posse esse, & non esse. Omne enim quod est possibile diuidi, vel ambulare, & non ambulare, & non diuidi possibile est. Ratio est, quoniam omne quod sic possibile est, non semper in actu est. Quare inerit ipsi etiam negatio. Potest igitur & non ambulare quod est ambulabile, & non videri quod est visibile. At vero impossibile est de eodem oppositas esse veras dictiones. Non igitur eius quæ est possibile est esse, negatio est, possibile est non esse.*

Arguit ad quæstionis partem negatiuam scilicet ꝙ ad Rõ pro parte negatiua. sumendam contradictionem in modalibus non addenda sit negatio verbo, tali ratione. Impossibile est duas cõtradictorias esse simul veras de eodem, sed supradictæ. s. possibile esse & possibile non esse, simul verificantur de eodem, ergo istæ non sunt contradictorię, igitur contradictio modalium non attenditur penes verbi negationem. Huius rationis primo ponitur in litera minor, cum sua probatione. Secundo maior. Tertio conclusio. Minor quidem cum dicit ⁊ Videtur autẽ idem possibile esse, & non possibile esse. ⁊ Sicut, verbi gratia omne quod est possibile diuidi, est etiam possibile non diuidi, & quod est possibile ambulare, est etiam possibile non ambulare. Ratio autem huius minoris est, quoniam omne quod sic possibile est, sicut scilicet est possibile ambulare, & diuidi non semper actu est. Non enim semper actualiter ambulat, qui ambulare potest, nec semper actu diuiditur, quod diuidi potest. Quare in erit etiam negatio possibilis idest ergo non solum possibilis est affirmatio, sed etiã negatio eiusdem. Aduerte ꝙ quia possibile est multiplex Notandũ. Lectio. Possibile semper actu esse. vt infra dicetur, ideo notanter Arist. diuidit ly sic, assumens, quod sic possibile est, non semper actu est. Non. n. de omni possibili verum est dicere ꝙ non semper actu est, sed de aliquo, eo scilicet quod est sic possibile, quemNotandũ. admodum ambulare, & diuidi. Nota vlterius ꝙ quia tale possibile habet duas cõditiones, scilicet ꝙ potest actu esse & ꝙ nõ semper actu est, sequitur necessario, ꝙ de eo simul est verum dicere, possibile esse, & nõ esse. Ex eo. n. quod põt actu esse sequitur ꝙ sit possibile esse. Ex eo vero quod non semper actu est, sequitur ꝙ sit possibile nõ Possibile vel non esse. esse. Quod. n. non semper est, põt non esse. Bene ergo intulit Arist. ex his duobus. Quare inerit ẽt negatio possibilis, & non solum affirmatio. Potest igitur & non ambulare, quod est ambulabile & nõ videri, quod est visibile. Maior vero sub iungitur, cũ ait. ⁊ At vero impossibile est de eodẽ veras esse contradictiones. ⁊ Inferꝛ quoq; vltima conclusio. Non est igitur ista. s. possibile non esse, negatio

Notandum. vltima. Possibile vt est modus. tio illius, quæ dicit possibile esse. quia sunt simul veræ de eodem. Caueto autem ne ex illo textu putes possibile vt est modus debere semper accipi pro possibili ad vtrumlibet, quoniam hoc infra declarabitur esse falsum, sed confidera ꝙ satis fuit intendenti declarare, ꝙ in modalibus non sumitur contradictio ex verbi negatione, afferre instantiam in vna modali, quæ continetur sub modalibus de possibili. Deinde cum dicit.

ARGY. *Fit enim ex his, vt aut idem de eodem affirmetur simul atque negetur, aut non per esse atque non esse ea quę adduntur, affirmationes fieri negationesue. Quod si illud fieri nequit hoc erit vtique expetendum.*

ANTI. *Contingit enim ex his, aut idem ipsum affirmare negare simul de eodem, aut non secundum esse vel non esse quæ opponuntur, fieri affimationes vel negationes. Si ergo illud impossibilius est, hoc erit magis eligendum.*

Determinat veritatẽ huius dubitationis. Et quia duo petebat scilicet an contradictio modalium ex negatione verbi fiat, an nõ, & an potius ex negatione modi, ideo primo determinat veritatem primæ petitionis, ꝙ scilicet contradictio harũ non fit negatione verbi. Secundo determinat veritatem secundæ petitionis, ꝙ scilicet fiat modalium cõtradictio ex negatione modi, ibi ⁊ Est ergo negatio. ⁊ Dicit ergo ꝙ propter supra dictas rationes euenit vnum ex his duobus, quæ concluximus determinare, aut idem ipsum idest vnum & idem dicere idest affirmare & negare simul de eodem id est aut ꝙ duo contradictoria simul verificantur de eodẽ, vt prima ratio concluxit, aut affirmationes vel negationes modalium quæ opponuntur contradictoriæ fieri non secundum esse vel non esse idest aut contradictio modalium nõ fiat ex negatione verbi, vt secunda ratio conclusit. Si ergo illud est impossibile. scilicet ꝙ duo contradictoria possunt simul esse vera de eodem, hoc. s. ꝙ contradictio modalium non fiat secundum verbi negationem erit magis eligendum. Impossibilia enim semper vitanda sunt. Ex ipso autẽ modo loquendi innuit ꝙ vtrique earum aliquid obstat. Sed quia primo obstat impossibilitas quę acceptari non põt, secundo autẽ nihil aliud obstat nisi ꝙ negatio supra enũciationis copulã cadere debet, si negatiua fieri debet enũciatio, & hoc aliter fieri potest quam negando dicti verbum, vt infra declarabitur, ideo hoc. 2. s. ꝙ contradictio modalium non fiat secundum negationem verbi eligendum est. Primum vero est omnino abijciendum.

LECTIO IX.

Modalium omnium contradictionem negationem non verbo sed modis additam exigere docetur.

ARGY. *Huius igitur possibile est esse, hæc est negatio, non possibile est esse, sed non illud possibile non est esse, huius & contingens est esse hæc est negatio, non contingens est esse. Eadẽ & de cęteris rõ, de impossibili inquã & necessario.*

ANTI. *Est igitur negatio eius, quæ est possibile esse, ea quę est, possibile non esse, & non ea quæ est possibile nõ esse. Eadem quoque ratio est in eo quod est contingens esse. Est enim negatio eius est, non contingens esse. Et in alijs quoque simili mõ, vt in necessario & impossibili.*

Determinat vbi ponenda sit negatio ad assumendam modalium contradictionem. Et circa hoc quatuor facit. Primo determinat veritatem summarie, Secundo assignat determinatæ veritatis rationem, quæ dicitur rationi ad oppositũ inductæ, ibi ⁊ Fiunt enim. ⁊ Tertio explanat eandem veritatem in omnibus modalibus, ibi ⁊ Eius vero. ⁊ Quarto vniuersalem regulam concludit, ibi ⁊ Vniuersaliter vero. ⁊ Quia igitur negatio aut verbo aut modo apponenda est, & ꝙ verbo non addenda est declaratum est per locum à diuisione cõcludendo determinat, est ergo negatio eius quæ est possibile esse, ea quæ est nõ possibile esse, in qua negatur modus. Et eadem est ratio in enunciationibus de contingenti. Huius enim, quæ est contingens esse, negatio est non cõtingens esse. Et in alijs scilicet de necesse & impossibile idem est iudicium. Deinde cum dicit. Negõ qui addenda.

ARGY. *Nanque vt in illis esse, atque nõ esse sunt additiones, cęteræ vero res sunt subiectæ, alia album, alia homo, sic & in istis. Esse quidem, atque non esse fiunt vt subiecta, posse vero & cętera additiones, distinguentes verum & falsum in his ipsis perinde atque in ipsis ipsum esse atque non esse, facere solent.*

ANTI. *Fiunt enim quemadmodum in illis esse, & non esse appositiones subiectę vero res, hoc quidem album, illud vero homo, sic hoc loco esse quidem & non esse subiecta fiũt posse vero et contingere, appositiones determinãtes. quẽadmodum in illis esse, & non esse veritatem & falsitatẽ, sic hic in eo quod est esse possibile, & esse non possibile.*

Fiunt enim appositiones, subdit huius veritat s rationem talem. Ad sumendam contradictionẽ inter aliquas Ratio veri. determi. enunciationes oportet ponere negationem super appositione, idest coniunctione prædicati cum subiecto. Sed in modalibus appositiões sunt modi, ergo in modalibus negatio apponenda est modo, vt fiat contradictio. Huius rationis maiore subintellecta minor ponitur, in litera per secundam similitudinem ad illas de in esse & dicitur ꝙ quemadmodum in illis enunciationibus de inesse appositiones. i. prædicationes sunt esse & non esse. i. verba significatiua esse vel non esse, verbum enim semper est nota eorum quæ de altero prædicantur, subiectæ vero appositionibus res sunt, quibus esse vel non esse apponitur, vt album cum dicitur album est, vel homo, cum dicitur homo est. Eodem modo hoc in loco in modalibus acci In enun. de inesse quid prædica. & quid sub. & in moda. veritas in de inesse & in moda. dit, esse quidem subiectum fit id est dictum significans esse vel non esse, subiecti locum tenet, contingere vero & posse appositiones idest modi, prędicatiões sunt. Et quẽadmodum in illis de inesse penes esse & non esse veritatem vel falsitatem determinauimus, ita in istis modalibus penes modos. Hoc est enim quod subdit, determinãtes. s. fiunt ipsi modi veritatem, quemadmodum in illis esse, & non esse, eam determinat. Et sic patet respõsio ad argumentũ in oppositum primo adductum concludens, ꝙ negatio verbo apponenda sit, sicut illis de in esse. Dicitur enim ꝙ cum modalis enunciet modũ de dicto sicut enunciatio de in esse, esse vel esse tale, puta esse album de subiecto, eundem locum tenet modus hic, quem ibi verbum, & consequenter super idem proportionaliter cadit negatio hic, & ibi. Eadem enim vt dictum est proportio est modi ad dictum, quæ est verbi ad subiectum. Rursus cum veritas & falsitas affirmationem & negationem sequatur, penes idem attendenda est affirmatio vel negatio enũciationis, & veritas vel falsitas eiusdẽ. Sicut autem in enunciationibus de inesse veritas vel falsitas esse vel non esse consequitur, ita in modalibus modũ. Illa nanq; modalis est vera quæ sic modificat dictũ, sicut dicti cõpositio patitur, sicut est. Est ergo negatio modo hic opponẽda, sicut ibi verbũ, cũ sit eadẽ vtriusq; vis quo ad veritatem & falsitatẽ enũciationis. Aduerte ꝙ modos, appositiones. i. Quid per modos. prędicatiões vocauit, sicut esse in illis de in esse, intelligẽs per modũ totũ prædicatum enunciationis modalis, puta

Universidad de Deusto
Biblioteca

est posibile. In cuius signũ modos ipsos verbaliter protulit dicens, contingere vere & posse appositiones sunt. Contingit enim, & potest, totum prædicatum modalis continent. Deinde cum dicit.

ARGY. *Huius aũt possibile est non esse, negatio est, non illud non possibile est esse. sed hoc non possibile est non esse, Et huius possibile est esse, non hoc possibile est non esse sed illud, non possibile est esse. Quapropter hæ possibile est esse, & possibile est non esse. sese mutuo sequi videntur. Idem enim possibile est esse, atque non esse. Non enim hæ possibile est esse, & possibile est non esse, contradictoriæ opponuntur, sed istę possibile est esse, & nõ possibile est esse, nunquã de eodem sunt simul veræ oppositæ nanque sunt. Hæ quoque possibile est non esse, & non possibile est non esse, nunquam de eodem sunt veræ. Similiter & huius affirmationis necesse est esse, non hęc, necesse est non esse negatio est, sed hæc non necesse est esse. Huius autem, necesse est non esse, negatio est, non necesse est non esse. Huius etiam impossibile est esse, non hæc, impossibile est non esse, sed illa nõ impossibile est esse, negatio est. At illius impossibile est non esse, hæc sane, non impossibile est non esse, negatio est.*

ANTI. *Eius vero, quæ est, possibile est non esse, negatio est, nõ ea, quæ est, non possibile est esse sed ea, quæ est, possibile est non esse. Et eius quæ est, possibile est esse, non ea quæ est, possibile est non esse, sed ea quæ est, non possibile est esse. Quare sequi sese inuicem videbuntur hæ, possibile est esse, possibile est non esse. Idem enim possibile est esse & nõ esse. Non enim contradictiones sunt sibi inuicem huiusmodi, possibile esse, & possibile non esse. Sed possibile est esse & non possibile est esse, nunquam simul in eodem verę sunt, opponuntur enim. At vero nec possibile est non esse, & non possibile est non esse, nunquã simul veræ sunt. Similiter autem & eius quæ est necessarium esse, non ea, quæ est necessarium non esse negatio est, sed ea, quæ est, nõ necessarium esse. Eius vero quæ est, necessarium est non esse, ea quæ est, non necessarium non esse, & eius quæ est impossibile esse, non ea quæ est, possibile non esse. sed nõ impossibile esse. Eius vero, quę est impossibile non esse, ea, quæ est, non impossibile est non esse.*

Conti. cum possibili cõuer. Prætermi. de modali dicti affirm. & oppo.

Explanat determinatam veritatem in omnibus modalibus scilicet de posibili, & necessario, & imposibili. Contingens conuertitur cum posibili. Et quia quilibet modus facit duas modales affirmativas, alteram habẽtẽ dictum affirmatum, & alteram habentem dictum negatum, ideo explanat in singulis modis, quæ cuiusque affirmatiõis negatio sit. Et primo in illis de posibili. Et quia primæ affirmativæ de posibili, quæ. s. habet dictum affirmatum scilicet posibile esse, negatio assignata fuit non posibile esse, ideo ad reliquam affirmativam de posibili transiens ait, eius vero, quæ est posibile non esse, vbi dictum negatur, negatio est non posibile non esse. Et hoc consequenter probat per hoc ꝙ cõtradictoria huius posibile non esse aut est posibile esse, aut illa, quam diximus. s. non posibile non esse. Sed illa. s. posibile esse non est eius contradictoria. Non. n. sunt sibi inuicem contradicentes, posibile esse, & posibile non esse, quia possunt simul esse veræ. Vnde & sequi sese inuicem putabuntur, quoniam vt supra dictum fuit, idem est posibile esse, & non esse, & consequenter sicut ad posse esse sequitur posse non esse, ita econtra ad posse non esse, sequitur posse esse. Sed contradictoria illius posibile esse quæ non potest simul esse vera, est non posibile esse, hęc enim vt dictum est opponuntur. Remanet ergo ꝙ huius negatio posibile non esse, sit illa, non posibile non esse, hæ nanque simul nunquam sunt veræ vel falsæ. Dixit ꝙ posibile esse. & non esse sequi se inuicem putabuntur, & non dixit ꝙ se inuicem consequuntur, quia secundum veritatem vniuersaliter non sequuntur se, sed particulariter tantum, vt infra dicetur, propter quod putabit ꝙ simpliciter se inuicem sequantur. Deinde declarat hoc idem illis de necessario. Et primo in affirmativa habente dictum affirmatum, dicens, Similiter eius quæ est necessarium esse, negatio non est ea, quæ dicit necessarium non esse, vbi modus non negatur, sed ea, quæ est non necessarium esse. Deinde subdit de affirmativa de necessario habente dictum negatum, & ait, Eius vero, quæ est, necessarium nõ esse, negatio est ea, quæ dicit, non necessarium non esse. Deinde transit ad illas de imposibili, eundem ordinem seruans, & inquit, Et eius, quæ dicit imposibile esse, negatio non est ea, quæ dicit imposibile non esse, sed non imposibile esse, vbi iam modus negatur. Alterius vero affirmativæ, quæ est imposibile non esse, negatio est ea quæ dicit non imposibile non esse. Et sic semper modo negatio addenda est. Deinde cum dicit.

Lec. præsen. Possibile est esse & posi. nõ esse, quo nõ se cõsequen. Lec. sequẽt. immed.

ARGY. *Omnino autem, quemadmodum dictum est, esse quidẽ, ac non esse, ponere oportet vti subiecta, hæc autem ad ipsum adiungere atque non esse, affirmationem faciendo, negationemue. Atque has oportet existimare oppositas esse, possibile, non possibile, contingens, non contingens, impossibile, non impossibile, necessarium, non necessariũ, verum, non verum.*

ANTI. *Vniuersaliter vero (quemadmodum dictum est) esse quidem, & non esse oportet ponere quemadmodum subiecta, affirmationem vero & negationem hæc facientem, ad esse & non esse apponere, & has putare oportet esse oppositas dictiones, possibile, contingens, & non contingens, impossibile, non impossibile, necessarium, non necessarium, verum, non verum.*

Concludit regulam vniuersalem dicens, ꝙ quemadmodum dictum est dicta importantia esse, & non esse, oportet ponere in modalibus vt subiecta, negationem vero, & affirmationem, hoc id est contradictionis oppositionem facientem, oportet apponere tantummodo ad suum eundem modum, non ad diuersos modos. Debet nanq; illemet modus negari, qui prius affirmabitur si cõtradictio esse debet. Et exẽpliariter explanãs qũo hoc fiat subdit, & oportet putare has esse oppositas dictiones. i. affirmationes & negationes in modalibus, posibile & nõ posibile, contingens & non cõtingens. Ité cum dixit negationem tantummodo ad modum opponi deberet, nõ exclusit modi copulam, sed dictum. Hoc. n. est singulare in modalibus ꝙ eandẽ oppositionẽ facit, negatio modo addita, & eius verbo. Contradictoriæ. n. opponitur huic, posibile est esse non solum illa, non posibile est esse, sed ista posibile, non est esse. Meminit autem modi potius, & propter hoc quod nunc diximus, vt. s. insinuaret ꝙ negatio verbo modi postposita, modo autẽ præposita, idẽ facit, ac si modali verbo prẽponeretur, & quia cum modo nunquàm caret modalis enunciatio, semper negatio supra modum poni potest. Non autem sit de eius verba, verbo enim modi carere, contingit modalem, vt cum dicitur, Sortes currit necessario, & ideo non semper verbo negatio aptari potest. Quod autẽ in fine addidit verum, & non verum, insinuat præter quatuor prædictos modos alios inueniri, qui etiam compositionem enunciationis determinant puta verum & non verum, falsum & non falsum, quos tamen inter modos supra non posuit, quia vt declaratum fuit, non proprie modificant.

Negõ addita moda & eius ver.

Cur. meminit mod. & non ver.

Cur. id ver. & fal.

Lectio

LECTIO X.

De Mediolanum Consequentis tum ex aliorum, tum ex propria opinione.

ARGY. *Consequentiæ quoq; cum ratione fiunt, si hoc pacto ponantur. Nam illã quidem possibile est esse, sequitur hæc, contingens est esse, atq; cum illa conuertitur. Et idem hę, non impossibile est esse, & nõ necesse est esse. At has possibile est non esse, contingens est non esse, hæ sane sequuntur, non impossibile est nõ esse, & non necesse est non esse. Illas etiã non possibile est esse, & non contingens est esse, hæ porro sequuntur, impossibile est esse, & necesse est non esse. Et illas insuper non possibile est non esse, & non contingens est non esse. hæ nimirum sequuntur impossibile est non esse, & necesse est esse. Atq; id, quod dicitur ex hisce, quæ hoc ordine ponuntur, perspiciatur.*

ANTI. *Consequentiæ vero secundum ordinem fiunt ita ponentibus. Illi enim quæ est, possibile est esse sequitur illa quæ est, contingens esse, & hæc illi conuertitur, & non impossibile esse, & non necessarium esse. Illi vero, quæ est possibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est, non necessarium non esse, & non impossibile non esse. Illi vero, quæ est, non possibile esse & non contingens esse, ea quæ est necessarium nõ esse, & impossibile esse. Illi vero, quæ est, non possibile non esse, & non contingens nõ esse, illa quæ est necesse est esse, & impossibile non esse. Consideretur autem ex subscriptione quod dicimus.*

Lect. 11. Postquam determinauit de oppositione modalium, hic determinare intendit de consequentijs earum. Et circa hoc duo facit. Primo tradit veritatem. Secundo mouet quãdam dubitationem circa determinata, ibi {Dubitabit autem.} Circa primũ duo facit. Primo ponit consequentias earum sm opinionem aliorũ. Secundo examinando & corrigendo dictam opinionem determinat veritatem, ibi {Ergo imposibile.} Quo ad primũ consi-

Lect. imme. præced. derandum est, ꝙ, cum quilibet modus faciat duas affir-

Lectio. 12. mationes vt dictum fuit, & duabus affirmationibus opponantur duæ negationes, vt etiam dictũ fuit in primo, sm quemlibet modũ fient quatuor enunciationes, duę. s. affirmativæ, & duæ negativæ. Cum autẽ modi sint quatuor, efficiẽtur. 16. modales. Quaternarius. n. in seipsum ductus. 16. constituit. Et qm apud omnes quælibet cuiusq; modi vndecunq; incipias habet vnam tamũ cuiusq; modi se consequentem, ideo ad assignandas consequentias modalium singulas ex singulis, modis accipere oportet, & ad consequentiæ ordinem inter se adunare. Et hoc modo fecerunt antiqui, de quibus inquit Aristo. Consequentiæ vero fiunt sm infrascriptum ordinem antiquis ita ponentibus. Formauerunt. n. quatuor ordines modalium, in quorum quolibet omnes, quæ se consequuntur, collocauerunt. Vt autem confusio vitetur, vocetur cum Auerroi de cætero. in quolibet modo, affirmativa de dicto & modo affirmativa simplex, affirmativa autem de modo, & negativa de dicto, affirmativa declinata, negativa vero de modo, & nõ de dicto, negativa simplex negativa autem de vtroque negativa declinata, ita ꝙ modi affirmationẽ vel negationem simplicitas, dicti vero declinatio denominet. Dixerũt ergo antiqui ꝙ affirmationem simplicem de posibili. s. posibile est esse, sequitur affirmativa simplex de contingenti. s. contingens est esse, contingens enim conuertitur cum posibili, & negativa simplex de imposibili, s. non imposibile esse, & similiter negativa simplex de necessario, s. non necesse est esse. Et hic est primus ordo modalium consequentiũ se. In. 2. autẽ ordine dixerunt ꝙ affirmativas declinatas de posibili & contingenti. s. posibile non esse, & contingens nõ esse, sequuntur negativæ declinatæ de necessario & imposibili, s. non necessarium non esse, & non imposibile non esse. In. 3. vero ordine dixerunt ꝙ negativas simplices de posibili & cõtingenti. s. nõ posibile esse, non contingens esse sequuntur affirmativa declinata de necessario. s. necesse non esse, & affirmativa simplex de imposibili, s. imposibile esse. In. 4. demum ordine dixerunt ꝙ negativas declinatas de posibili & cõtingenti. s. non posibile non, esse & non contingens non esse, sequuntur affirmativa simplex de necessario, s. necesse esse & affirmativa declinata de imposibili. s. imposibile est non esse. Consideretur autem ex subscriptione oppositæ figuræ, quemadmodum dicimus, vt clarius elucescat depictum.

Consequentiæ enunciationum modalium secundum quatuor ordines ab antiquis positæ, & ordinatæ.



ARGY. *Hę igitur impossibile est esse, & nõ impossibile est esse, has contingens est esse, & possibile est esse, & non contingens est esse, & non possibile est esse, contradictoriæ quidem, sed verso modo sequuntur. Affirmationem. n. possibilis, possibile in quam est esse, negatio sequitur impossibilis, negationem autem affirmatio. Hanc. n. non possibile est esse, sequitur hæc, impossibile est esse. Non impossibile est esse affirmatio est, non impossibile autem esse, negatio.*

ANTI. *Ergo impossibile, & non impossibile illud quod est contingens, & possibile & non contingens, & non possibile sequitur quidem contradictoriæ, sed conuersim. Illud. n. quod est possibile esse negatio sequitur impossibilis, negationem vero affirmatio. Ad illud enim quod est non possibile esse sequitur illud, quod est impossibile esse. Affirmatio enim est possibile esse, non impossibile vero negatio.*

Examinando dictam opinionem determinat veritatem. Et circa hoc duo facit, quia primo examinat consequentias earum de imposibili. Secundo illarum de necessario, ibi {Necessariũ autem.} Vnde ex præmissa opinione concludens & approbans dicit. Ergo illæ, scilicet imposibile, & non imposibile sequuntur illas. s. contingens & posibile, nõ contingens & non posibile, sequuntur inquam cõtradictoriæ id est ita vt contradictorię de imposibili cõtradictorias de posibili, & contigenti consequantur, sed conuersim, id est sed non ita ꝙ affirmatio affirmationẽ, & negatio negationem sequatur, sed conuersim

Universidad de Deusto
Biblioteca


uersim,ſ.q affirmationem negatio & negationem affirmatio. Et explanans hoc ait. Illud enim quod eſt poſsibile eſſe,i.affirmationem poſsibilis,negatio ſequitur impoſsibilis.i.non impoſsibile eſſe,negationem vero poſsibilis, affirmatio ſequitur impoſsibilis. Illud enim quod eſt nõ poſsibile eſſe,ſequitur iſta,impoſsibile eſt eſſe.Hęc autem.ſ.impoſsibile eſſe, affirmatio eſt, illa vero.ſ. non poſsibile eſſe,negatio eſt. Hic ſiquidem modus negatur ibi. Bene igitur dixerũt antiqui in quolibet ordine, quo ad cõſequentias illarum de impoſsibili, quia vt in ſuprascripta figura apparet ſemper ex affirmatione poſsibilis negationem impoſsibilis, & ex negatione poſsibilis affirmationem impoſsibilis inferunt. Deinde cum dicit.

Antiqui in quibus bene.

ARGY. *At uidendum eſt quo modo ſeſe habent neceſſarij enunciationes. Atque patet non eodem modo ſeſe habere, ſed contrarię quidem ſequuntur,contradictiones autem ſeorſum ſunt collocatæ.*

ANTI. *Neceſſarium,vero quemadmodum ſit conſiderandum eſt. Manifeſtum eſt autem quoniam non eodem modo, ſed contrariæ ſequuntur, contradictoriæ autem ſunt extra.*

Intendit examinando determinare conſequentias de neceſſario.Et circa hoc duo facit.Primo examinat dicta antiquorum. Secundo determinat veritatem intentam, ibi {At vero neq; neceſſarium.} Circa primum quatuor facit, primo declarat quid bene & quid male dictum ſit ab antiquis in hac re. Vbi attendendum eſt quòd cũ quatuor ſint enunciationes de neceſſario, vt dictũ eſt,& differentes inter ſe ſecundum quãtitatem & qualitatem,adeo vt vnam integrent figurã oppoſitionis iuxta morem illarum de ineſſe,duę earum ſunt contrarię inter ſe,duæ autem illis contrarijs contradictorię,vt patet in hac figura.



Quia ergo antiqui vniuerſales contrarias bene intulerunt ex alijs cõtradictorias autem earum.ſ. particulares de his,quæ ſunt de neceſſario qualiter ſe habeant in conſequendo illas de poſsibili & non poſsibili. Manifeſtum eſt autem ex dicendis quòd non eodẽ modo iſtæ de neceſſario illas de poſsibili conſequuntur, quo eaſdem ſequuntur illæ de impoſsibili. Nam omnes enunciationes de impoſsibili rectæ illatæ ſunt ab antiquis. Enunciationes autem de neceſſario nõ omnes recte inferuntur, ſed duæ earũ,quæ ſunt contrariæ.ſ.neceſſe eſt eſſe,& neceſſe eſt non eſſe ſequuntur.i. recta conſequentia deducuntur ab antiquis in.3.ſ.&.4. ordine. Reliquæ autem duæ de neceſſario.ſ.non neceſſe non eſſe, & non neceſſe eſſe,quæ ſunt contradictoriæ ſupradictis ſunt extra cõſequentias illarum in.2.ſ.& 1.ordine. Vnde antiqui in.3.&.4.ordine omnia recte fecerunt in primo autem & ſecundo peccauerunt,nõ quo ad omnia,ſed quo ad enunciationes de neceſſario tantum. Secundo cum dicit.

Modales bene illatæ & quæ non.

Antiquis in quibus recta.

ARGY. *Huius enim neceſſe eſt non eſſe, non eſt hæc negatio non neceſſe eſt eſſe. Fieri enim poteſt vt de eodem ambæ ſint verę. Quod enim neceſſe eſt non eſſe, id non neceſſe eſt eſſe.*

ANTI. *Non enim eſt negatio eius, quod eſt neceſſe non eſſe, non neceſſe eſt eſſe,contingit enim eſſe veras vtraſque in eodem. Quod enim eſt neceſſarium non eſſe, non eſt neceſſarium eſſe.*

Reſpondet cuidã tacitæ obiectioni,qua defendi poſſet conſequentia enunciationis de neceſſario in primo ordine ab antiquis facta. Eſt aũt obiectio tacita talis. Non poſsibile eſſe, & neceſſe non eſſe cõuertibiliter ſe ſequitur in.3.ordine iam approbato, ergo poſsibile eſſe & nõ neceſſe eſſe,inuicem ſe ſequi debẽt in primo ordine. Tenet conſequentia,quia duorum cõuertibiliter ſe ſequentium contradictoria mutuo ſe ſequuntur, ſed illæ duæ tertij ordinis cõuertibiliter ſe ſequuntur,& iſtæ duæ primi ordinis ſunt earũ contradictoriæ, ergo iſtæ primi ordinis.ſ.poſsibile eſſe & non neceſſe eſſe mutuo ſe ſequuntur. Huic inquam obiectioni reſpondet Ariſt.hic interimendo minorem quo ad hoc quod aſſumit,q.ſ.neceſſaria primi ordinis,& neceſſaria tertij ordinis,ſunt contradictoriæ. Vnde dicit. Non.n.eſt negatio eius quod eſt, neceſſe non eſſe,quæ erat in.3.ordine, illa quæ dicit non neceſſe eſt eſſe,quæſita erat in primo ordine. Et cauſam ſubdit, quia contingit vtraſq; ſimul eſſe veras in eodem, quod cõtradictorijs repugnat illud enim idem, quod eſt neceſſarium non eſſe,non eſt neceſſarium eſſe. Neceſſarium ſiquidem eſt hominem non eſſe lignũ,& non neceſſarium eſt hominem eſſe lignum. Aduerte q vt infra patebit iſtæ duæ de neceſſario quas poſuerunt antiqui in primo &.3.ordine ſunt ſubalternę,& ideo ſunt ſimul veræ, & deberent eſſe contradictoriæ, & ideo errauerunt antiqui.Boethus autem, & Auerrois,non reprehenſione legunt tam hanc,quam præcedẽtem tex.particulam, ſed narratiue vtranque ſimul iungentes.Narrare enim aiunt Ariſt. qualitatem ſupraſcriptæ, figuræ quo ad conſequentiam illarum de neceſſario, poſtquam narrauit quo modo ſe habuerint illæ de impoſsibili,& dicere q ſecũdum præſcriptam figuram non eodem modo ſequuntur illas de poſsibili illæ de neceſſario, quo ſequuntur illæ de impoſsibili.Nam contradictorias de poſsibili contradictoriæ de impoſsibili ſequuntur,licet,conuerſim. Contradictoriæ autẽ de neceſſario non dicuntur ſequi illas contradictorias de poſsibili,ſed potius eas ſequi dicũtur contrariæ de neceſſario,non inter ſe contrariæ, ſed hoc modo, q affirmationem poſsibilis negatio de neceſſario ſequi dicitur, negationem vero poſsibilis nõ affirmatio de neceſſario ſequi ponitur quæ ſit contradictoria illi negatiue quæ ponebatur ſequi ad poſsibile m, ſed talis affirmationis de neceſſario contrario. Et q hoc ita fiat in illa figura vt dicimus, patet ex primo, & tertio ordine quorum capita ſunt negatio,& affirmatio poſsibilis,& extrema ſunt nõ neceſſe eſſe,& neceſſe non eſſe. Hæ ſiquidem non ſunt cõtradictoriæ. Non enim eſt negatio eius quod eſt neceſſe non eſſe,non neceſſe eſſe,qm̃ contingit eas ſimul verificari de eodẽ,ſed illa.ſ.neceſſe non eſſe eſt contraria

Cauſa erroris antiquorũ.

Boethus. Auerro.

Contradictoria de impoſsibili ſeq. contra.de poſsibili.

traria contradictoriæ huius.ſ.nõ neceſſe eſſe,quæ eſt neceſſe eſt eſſe. Sed quia ſequenti literæ magis conſona eſt introductio noſtra, quæ etiam Alberto conſentit, & extorte videtur ab alijs exponi ly cõtrariæ,ideo primo iudicio meo acceptanda eſt expoſitio, & ad antiquorũ reprehenſionem referendus eſt textus. Tertio cum dicit.

Albertus.

ARGY. *Cauſa autem diſſimilitudinis huius hæc eſſe videtur. Impoſsibile enim idem poteſt, quod neceſſarium, cũ contrario aſſignatur modo, Quod enim impoſsibile eſt eſſe, id non ſane neceſſe eſt, eſſe ſed neceſſe eſt non eſſe, & quod impoſsibile eſt non eſſe,id neceſſe eſt eſſe. Quamobrem ſi ille perinde ſeſe habent atque poſsibilis, & non poſsibilis, enunciationes hę non eodem modo, ſed cõtrario modo ſeſe habebunt, quippe cum neceſſarium, ac impoſsibile, non idem ſignificent,niſi uerſo modo fuerint aſſignata,quemadmodum diximus.*

ANTI. *Cauſa autem cur nõ ſequatur ſimiliter cæteris eſt, quoniam contrariæ impoſsibile neceſſario redditur idem valens. Nam quod impoſsibile eſt eſſe, neceſſe eſt hoc nõ quidem eſſe,ſed potius nõ eſſe. Quod vero impoſsibile eſt non eſſe, hoc neceſſarium eſt eſſe. Quare ſi illa ſimiliter ſequuntur poſſibile & non poſſibile, hæc econuerſo. Quoniam non ſignificeat idem neceſſarium & impoſsibile. ſed (quemadmodum dictum eſt) conuerſim.*

Manifeſtat id quod præmiſerat.ſ.quòd nõ ſimili modo ad illas de poſsibili, ſequuntur illæ de impoſsibili, & illæ de neceſſario. Antiquorum enim hoc peccatum fuit tam in primo quam in.2. ordine, & ſimili modo intulerũt illas de impoſsibili & neceſſario. In primo ſiquidem ordine ſicut poſuerunt negatiuam ſimplicem de impoſsibili,ita poſuerunt negatiuam ſimplicem de neceſſario, & ſimiliter in ſecundo ordine vtranq; negatiuam declinatam locauerunt. Hoc ergo quare peccatum ſit, in eam eſt quia neceſſarium non ſequitur poſsibile ſimiliter.i.eodem modo cũ cæteris.ſ.de impoſsibili eſt, quoniam impoſsibile redditur idem valens neceſſario.i. æquiualet neceſſario contrariæ.i.contrario modo ſumptũ,& non eodem modo. Nam ſi hoc eſſe eſt impoſsibile non inferemus,ergo hoc eſſe eſt neceſſe,ſed hoc,nõ eſſe eſt neceſſe. Quia ergo impoſsibile & neceſſe mutuo ſe ſequũtur, qm̃ dicta eorum contrario modo ſumuntur, & non quando dicta eorum ſimili modo ſumuntur, ſequitur quòd non eodem modo ad poſsibile ſe habeant impoſsibile & neceſſariũ,ſed contrario modo. Nam ad id poſsibile quod ſequitur dictum affirmatum de impoſsibili,ſequitur dictum negatum de neceſſario,& econtrario. Quare autẽ hoc accidit infra dicetur. Errauerũt igitur antiqui quòd ſimiles enunciationes de impoſsibili & neceſſario in primo,& in ſecundo ordine locauerunt.Hinc apparet quòd ſupra poſita noſtra expoſitio conformior eſt Ariſt.Cum enim hunc tex. induxerit ad manifeſtandum illa verba. {Manifeſtum eſt autem qm̃ non eodem modo,&c.} eo accipiendo ſunt ſenſu illa verba,quo hic per cauſam manifeſtantur. Liquet autem q hic redditur cauſa diſſimilitudinis veræ inter neceſſarias,& impoſsibiles in conſequendo poſsibiles,& nõ diſſimilitudinis falſo opinatę ab antiquis, qm̃ ex vera cauſa non niſi verum concluditur. Ergo reprehendendo antiquos veram diſſimilitudinem inter neceſſarias, & impoſsibiles in conſequendo poſsibiles quam non ſeruauerunt illi,propoſuiſſe tunc intelligendum eſt, & nunc eam manifeſtaſſe. Quòd autem diſſimilitudo illa, quam antiqui poſuerũt inter neceſſarias & impoſsibiles, ſit falſo potita, ex infra dicendis patebit. Oſtendetur enim cõtradictorias de poſsibilis contradictoriæ de neceſſario ſequuntur conuerſim. Et q in hoc non differunt ab his, quæ ſunt de impoſsibili, ſed differunt in hoc quod modo diximus,q poſsibilis & impoſsibilium ſequentiũ dictũ eſt ſimiliter, poſsibilis aũt & neceſſariorum ſe inuicem conſequentiũ dictum eſt contrarium,vt infra clara luce videbitur. Quarto cum dicit.

Le.preſen.

Le.præſen.

ARGY. *At fieri non poteſt vt hoc pacto colloccentur neceſſarij contradictiones. Quod enim neceſſe eſt eſſe ad poſsibile eſt eſſe. Nam ſi ita non ſit ſequetur ſane negatio, quippe cum neceſſe ſit affirmare, aut negare. Quare ſi non poſſibile eſt eſſe, impoſſibile eſt eſſe, impoſſibile eſt igitur id eſſe, quod neceſſe eſt,quod quidem abſurdiſſimum eſſe conſtat. Atque hanc poſsibile eſt eſſe, ſequitur hæc, non impoſſibile eſt eſſe, at hanc ſequitur illa, non neceſſe eſt eſſe,quo fit vt quod neceſſe eſt eſſe, id non neceſſe ſit eſſe, quod abſurdiſſimum eſt.*

ANTI. *At certe impoſſibile eſt ſic poni neceſſarij contradictiones. Nam quod eſt neceſſariũ eſſe,poſſibile eſt eſſe. Nam ſi non,negatio ſequitur. Neceſſe, enim eſt aut affirmare, aut negare. Quare ſi non poſſibile eſt eſſe, impoſſibile eſt eſſe. Igitur impoſſibile eſt eſſe, quod neceſſe eſt eſſe, quod ſane eſt inconueniens. At uero illud quod eſt poſſibile eſſe, non impoſſibile eſſe ſequitur, hoc vero illud quod eſt, non neceſſariũ eſt eſſe. Quare contingit quod eſt neceſſarium eſſe,non neceſſarium eſſe quod ſane eſt inconueniens.*

Manifeſtat aliud quod propoſuerat.ſ.quòd contradictoriæ de neceſſario male ſituatæ ſint ſecundum conſequentiam ab antiquis, qui contradictiones neceſſari ita ordinauerunt. In primo ordine poſuerunt contradictoriam negationem,neceſſe eſſe.i.non neceſſe eſſe,& in ſecundo contradictoriam negationem neceſſe non eſſe.i. non neceſſe non eſſe. Et probat hunc conſequentiæ modum eſſe malum in.1.ordine.Cognita enim malitia primi, facile eſt ſecundi ordinis agnoſcere defectum. Probat aũt hoc tali ratione ducente ad impoſsibile. Ad neceſſarium eſſe ſequuntur poſsibile eſſe, aliter ſequeretor non poſsibile eſſe,quod manifeſte implicat. Ad poſsibile eſſe,ſequitur non impoſsibile,vt patet. Ad non impoſsibile eſſe ſecundũ antiquos ſequitur in primo ordine non neceſſarium eſſe. Ergo de primo ad vltimum,ad neceſſarium eſſe ſequitur non neceſſarium eſſe, quod eſt inconueniens, quia eſt manifeſta implicatio contradictionis. Relinquitur ergo quòd male dictum ſit q non neceſſarium eſſe conſequatur in primo ordine. Ait ergo & certe impoſsibile eſt poni ſic ſecundum conſequentiam, vt antiqui poſuerunt neceſſarij contradictiones.i.illas duas enunciationes de neceſſario quæ ſunt negationes cõtradictoriæ aliarum duarũ de neceſſario. Nam ad id quod eſt neceſſariũ eſſe,ſequitur poſsibile eſt eſſe. Nam ſi non id eſt quoniam ſi hanc negaueris cõſequentiam, negatio poſsibili ſequitur illam.ſ.neceſſe eſſe. Neceſſe eſt enim de neceſſario aut dicere,id eſt affirmare poſsibile,aut negare poſsibile. De quolibet.n.eſt affirmatio vel negatio vera. Quare ſi dicas quòd ad neceſſe eſſe non ſequitur poſſibile eſſe,ſed non poſsibile eſt eſſe, cum hæc æquiualeat illi, quæ dicit, impoſsibile eſt eſſe, relinquitur q ad neceſſe eſſe ſequitur impoſsibile eſſe,& idẽ erit neceſſe eſſe, & impoſsibile eſſe,quod eſt incõueniens. Bona ergo erat prima illatio,ſ.neceſſe eſſe. ergo poſsibile eſt eſſe, Tunc vltra. Illud quod eſt poſsibile eſſe, ſequitur non impoſsibile eſſe,vt patet in.1.ordine. Ad hoc vero.ſ.non impoſſibile eſſe ſm antiquos eodẽ primo ordine, ſequitur non neceſſe eſt eſſe, quare cõtigit de primo ad vltimum,ad id,quod eſt neceſſarium eſſe, ſequitur non neceſſarium

Ra. contra antiq.

eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dubium. Cap. 14. Responsio. Possibile. Dupliciter.

esse, quod esse inconueniens, immo impossibile. Dubitatur hic quia in. 1. Priorum dicitur ꝙ ad possibile sequitur non necessarium, hic autem dicitur oppositum. Ad hoc est dicendum ꝙ possibile sumitur dupliciter. Vno modo in communi, & sic est quoddã superius ad necessarium & contingens ad vtrunque, sicut animal ad hominem & bouem, & sic ad possibile non sequitur non necessarium, sicut ad animal non sequitur non homo. Alio modo, sumitur possibile pro vna parte possibilis in communi. i. pro possibili, seu cõtingenti, s. ad vtrunq; s. quod potest esse & non esse. & sic ad possibile sequitur non necessarium. Quod enim potest esse & nõ esse, non necessarium est esse, & similiter non necessarium est non esse. Loquimur ergo hic de possibili in communi, ibi vero in speciali. Deinde cum dicit.

ARGY. *At vero neq; hæc necesse est esse, neq; ista, necesse est non esse, sequitur illam possibile est esse. Et nanque quod possibile est ambo accidere possunt. Vtrauis autem istarum sit vera, illa non erunt profecto vera. Simul enim possibile est, & esse & non esse. Si vero necesse est esse, aut non esse, non erit possibile esse, atque non esse. Relinquitur igitur vt hæc non necesse est necesse est nõ esse, hanc possibile est esse sequatur.*

ANTI. *At vero neque necessarium esse sequitur possibile esse, neque necessarium non esse. Illi enim vtraque contingit accidere. Horum autem vtrumlibet verum fuerit, nondum erunt illa vera. Simul enim possibile est esse, & non esse. Si vero necesse est esse, vel non esse, non erit possibile vtrunque. Relinquitur ergo non necessarium non esse sequi ad possibile esse.*

Determinat veritatem intentam. Et circa hoc tria facit, Primo determinat quæ enunciatio de necessario sequatur ad possibile. Secundo ordinat consequentias, omnium modalium, ibi {Sequuntur enim,} Quo ad primũ sicut duabus vijs repræhendit antiquos, ita ex illis duobus motiuis intentum probat. Et intendit ꝙ ad possibile esse sequitur non necesse non esse. Primum motiuum est per locum à diuisione. Ad possibile esse non sequitur (vt probatum est) non necesse esse, at vero neque necesse esse, neq; necesse non esse. Reliquum est ergo vt sequatur ad eam, non necesse non esse. Non. n. dantur plures enunciationes de necessario. Huius communis diuisionis, primo proponit reliqua duo membra excludenda dicens. {At vero neq; necessariũ esse, neq; necessarium non esse, sequitur ad possibile esse.} Secundo probat hoc sic, Nullum formale consequens minuit suum antecedens, tunc oppositũ consequentis staret cũ antecedente. Sed vtrumque horum. s. necesse esse, & necesse non esse, minuit possibile esse, ergo, &c. Vnde tacita maiore ponit minoris, probationem dicens. Illi enim. s. possibile esse vtraque. s. esse, & non esse contingit accidere, horũ autem. s. necesse esse, & necesse non esse vtrumlibet verũ fuerit non erunt illa duo. s. esse & non esse veræ simul in potentia. Et primum horum explanans ait, cũ dico possibile esse, simul est possibile esse & non esse. Quo ad secundũ vero subdit. Si vero dicas necesse esse vel necesse non esse non remanet vtrunque. s. esse & non esse possibile. Si enim necesse est esse, possibilitas ad non esse excluditur. Et si necesse est non esse, possibilitas ad esse remouetur. Vtrunq; ergo illorum minuit illud antecedens possibile esse, quoniã ad esse & non esse se extendit, &c. Tertio subdit conclusionem relinquitur ergo quod non necessarium non esse comes est ei quæ dicit possibile esse, & consequenter hæc ponenda erit. 1. ordine. Occurrit in hac parte dubiũ circa hoc quod dicit quòd ad possibile non sequitur necessarium, cũ superius dixerit quòd ad ipsum non sequitur non necessarium. Cum enim necessarium, & non necessarium sint contradictoria oppolita, & de quolibet sit affirmatio vel negatio vera, nõ videtur posse euadi quin ad possibile sequatur necessarium vel non necessarium, Et cum non sequatur necessarium sequetur non necessarium, vt dicebant antiqui. Augetur & dubitatio ex eo ꝙ Arist. nunc vsus est talis argumentationis modo volens probare ꝙ ad necessariũ sequatur possibile. Dixit enim. Nam si non negatio possibilis consequatur. Necesse est, enim aut dicere aut negare. Pro solutione huius, oportet reminisci habitudinis quæ est inter possibile & necessarium quòd. s. possibile est superius ad necessarium, & attendere ꝙ superius potestate continet suum inferius, & eius oppositum, ita, ꝙ neutrum eorũ actualiter sibi vendicat, sed vtrunq; potest sibi contingere, sicut animali potest accidere homo, & non homo, & consequenter inspicere debes, ꝙ eadem est proportio superioris ad habendum affirmationem, negationẽ vnius inferioris, quæ est alicuius subiecti ad affirmatiuam & negatiuã futuri contingentis. Vtrobique enim neutrum habetur & saluatur potentia ad vtrumlibet. Vnde sicut in futuris contingentibus nec affirmatio, nec negatio est determinate vera, sed sub disiunctione, altera est necessario vera, vt in fine primi cõclusum est, ita nec affirmatione nec negatio inferioris sequitur determinate affirmationem vel negationem superioris, sed sub disiunctione altera sequitur necessario. Vnde non valet est animal, ergo est homo, neq; ergo non necessariũ, ideo optime determinauit. Aristot. neutram conditionis partem de necessario determinate sequi ad possibile. Non tamen dixit ꝙ sub disiunctione neutra sequatur, hoc enim est contra illud primum principiũ, de quolibet est affirmatio vera vel falsa. Ad id autem quod additur, ex eadem trahitur radice responsio. Quia enim necessarium inferius est ad possibile, & inferius non in potentia, sed in actu includit suũ superius necesse est ad inferius determinate sequi suum superius, aliter determinate sequatur eius contradictoriũ. Vnde per dissimilem habitudinem, quę est inter necessariũ & possibile, & non possibile, ex vna parte, & inter possibile, & necessarium, & non necessarium, ex altera parte, ibi optimus fuit processus ad alterã contradictionis partem determinate, & hic optimus ad neutram determinate. Oritur quoque alia dubitatiuncula. Videtur enim ꝙ Arist. difformiter accipiat ly possibile in præcedenti tex. & in illo. Ibi enim accipit ipsum in communi, vt sequitur ad necessarium, hic videtur accipere ipsum specialiter pro possibili ad vtrumlibet, quia dicit quòd possibile est simul potens esse, & non esse. Et ad hoc dicendum est ꝙ vniformiter vius est possibili. Nec eius verba obstãt, quoniam & de possibili in communi verum est dicere ꝙ potest sibi vtrunq; accidere, s. esse & nõ esse, tum quia quicquid verificatur de suo inferiori, verificatur etiã de suo superiori, licet non eodem modo, tum quia possibile in communi neutram conditionis partem sibi determinat, & consequenter vtranq; sibi aduenire compatitur, licet non alterat potentiam ad vtranque partem, quemadmodum possibile ad vtrunq;. Secundum motiuum ad idem correspondens tacitæ obiectioni antiquorum quam supra exclusit addit, cum subdit.

Hæc. n. est vera profecto, si de hac quoq; dicatur, necesse est esse. Hæc & contradictoriæ ei opponitur, quæ sequitur illam non possibile est esse. Illam nanq; sequuntur hæ impossibile

Dubium. Le. præsen.

Ad confir.

Inferius in clu. supe.

Dubium.

Responsio. Possibile est supe. neces.

Quicq; de inferio. de supe.

Possibile in communi.

ARGY.

hæ impossibile est esse, & necesse est non esse, cuius negatio est hæc, non necesse est non esse.

ANTI. *Hoc enim verũ est & de necesse esse. Hęc enim sit contradictio eius, quæ sequitur ad non possibile esse. Illud. n. sequitur hoc quòd est impossibile esse. & necesse non esse, cuius negatio est non necesse non esse.*

Sensus Aristot. Vbi notandum ꝙ Arist. sub illa maiore adducta pro antiquis, s. cõuertibiliter se consequentiũ contradictoria se mutuo cõlequuntur, subsumit minorẽ. Sed horũ conuertibiliter se sequẽtiũ in. 3. ordine. s. nõ possibile esse, & necesse nõ esse cõtradictoria sunt, possibile esse, & nõ necesse nõ esse, qm̃ modi negatione eis opponunt, ergo istę duę. s. possibile esse, & nõ necesse nõ else, se cõsequunt̃, & in primo locãdę sunt ordine. Vñ motiuũ tãgens ait. Hoc. n. qđ dictũ est verũ est, i. verũ ese oñditur & neceise nõ else, i. & ex illius. s. nõ neceise nõ else oppolita, quę est neceise nõ else. Vel hoc. n. s. nõ neceise nõ else verum est. s. contradictoriũ illius de neceise non else. Et minorẽ subdens ait. Hæc. n. s. nõ neceise non else fit cõtradictio eius quæ cõuertibiliter sequitur, nõ possibile else, & explanãs hoc in terminis subdit. Illud. n. nõ posibile else, quod est caput tertij ordinis, sequit hoc de impoſibili. s. impoſsibile else, & hęc de neceſsario. s. neceise nõ else. cuius negatio seu cõtradictoria est, nõ neceise nõ else. Et qa cęteris paribus modus negat̃, & illa pose else est (subauditu) cõtradictoria illius. s. nõ pose, igit illa duo mutuo se consequũtur. s. pose else & nõ neceise nõ else tanquã cõtradictoria duorũ se mutuo consequentiũ. Deinde cum dicit.

Possibile esse & nõ nec. alle

ARGY. *Sequitur igitur & hæ contradictiones perinde atque cæteræ, Atqui nullum prorsus absurdum videtur emergere si hoc pacto ponatur.*

ANTI. *Sequuntur igitur & hæ contradictiones secundũ prędictum modum, & nihil impossibile contingit sic positæ.*

Expositio. Ordinat deis cõsequentias modaliu s̃m opinionẽ propriã, & ait ꝙ hę cõtradictiones. s. de necesario sequunt̃ illas de poſ, s̃m modu p̃dictũ approbatũ illarũ de impoſ. Sicut. n. cõtradictorias de poſ contradictoriæ de impoſ sequuntur, licet cõuertim, ita cõtradictorias de impoſ contradictoriæ de neceſsario sequunt̃ cõuertim, licet in hoc (vt dictũ est) dissimilitudo sit ꝙ cotradictoriarũ de poſ & impoſ simile est dictũ cõtradictorarũ aũt de poſ & neceſsario contrariũ est dictum, vt in sequenti vł figura.

Consequentiæ enunciationum modalium secundum quatuor ordines ab antiquis positæ, & ordinatæ.



Vbi vides ꝙ nulla est inter Arist. & antiquos differentia, nisi in duobus primis ordinibus quo ad illas de neceſsario. Præpoſtero nanq; situ vſi sunt antiqui eam de neceſsario, quæ locanda erat in primo ordine, in secũdo ponentes, & eam quę in secundo ponenda erat in primo locantes. Et aſpice quoq; ꝙ conuertibiliter se consequentiũ semper contradictoria se consequi ordinauit. Singulis. n. tertij ordinis singulæ primi ordinis contradictoriæ sunt & similiter singulę quarti ordinis singulis, quę in. 2. sunt, contradictoriæ. Quodantiqui non obseruarunt.

In quibus diffe. ab antiqui.

LECTIO XI.

An ad illud quod est, Neceſsarium esse, sequatur id quod est possibile esse.

ARGY. *Ambiget autem quispiam, si hanc neceſse est esse, illa possibile est esse sequatur. Nam si non sequatur ea sane sequetur, quę contradictorię illi opponitur, quę quidem est, non possibile est esse. Quod si quispiam nunc hanc dixerit contradictoriæ oppositam illi esse, neceſse est illum hanc esse dicere, possibile est non esse, quarum vtrunque falsa est, si de hac dicatur, vt patet neceſse est esse. Quare illa possibile est esse, sequitur hanc, neceſse est esse.*

ANTI. *Dvbitabit autem aliquis, si illud quod est neceſsarium esse possibile esse sequatur. Nam si non sequitur, contradictio sequitur, non possibile esse. Et si quis dicat nõ hanc esse contradictionẽ neceſse est ipsum dicere, possibile nõ esse. Sed vtrq; falsę sunt de neceſse esse.*

Postquam Arist. declarauit modalium consequentias, hic mouet quãdam dubitationẽ circa vnum eorum quæ determinata sunt s. quòd possibile, sequitur ad neceſse. Et duo facit, quia primo dubitationem absoluit. Secũdo ex determinata quæstione aliũ ordinem earundem consequentiarũ modalibus statuit, ibi {Et est fortasse.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo determinat eam, ibi {Manifestum est.} Mouet ergo quæstionem primo dicens. Dubitabit autem aliquis si ad id quod est neceſse esse sequatur possibile esse. Et secundo arguit ad partem affirmatiuam subdens. Nam si non sequatur contradictoria eius sequetur. s. nõ possibile esse vt supra deductũ est quia de quolibet est affirmatio vel negatio vera. Et si quis dicat hanc. s. nõ possibile esse, nõ esse contradictoriam illius. s. possibile esse, & propterea subterfugiendum velit argumentum, & dicere, ꝙ neutra harum sequitur ad neceſse est, talis licet falsum dicat, tamen concedatur sibi, quoniam neceſse erit ipsum dicere illus contradictoriam fore, possibile non else. Oportet nanque aut non possibile esse, aut possibile non esse, else contradictoriam possibile else, & tunc in eundem redibit errorem, quoniam vtraq;. s. non possibile esse, & possibile non else falsæ sunt de eo quod est neceſse else. Et consequẽter ad ipsum neutra sequi potest. Nulla. n. enunciatio sequitur ad illam, cuius veritatem destruit. Relinquitur ergo ꝙ ad neceſse else, sequitur possibile esse. Tertio arguit ad partem negatiuam, cum subdit.

Lect. 12.

Nul. enunc. sequi quam destru.

ARGY. *At vero idem rursus videtur esse possibile secari, ac non secari & esse, atq; non esse. Ex quo fit, vt id, quod neceſse est esse, sit contingens non esse, quod quidem est falsum.*

ANTI. *At vero rursus idem videtur esse possibile incidi, & nõ incidi, & esse, & non esse. Quare erit neceſse esse, contingens non esse, Hoc autem falsum est.*

Et intendit talem rationem. Si ad neceſse else sequitur possibile, else, cum ad possibile sequatur possibile nõ else, per conuersionem in oppositam qualitatem, vt dicitur in Primo Priorum, quia idem est possibile esse & nõ esse, &

Rat. ꝙ par. neg. Cap. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, sequetur de primo ad vltimum quòd necesse esse, est possibile nó esse, quod est falsum manifesta. Vnde oppositionis hypothesim subdit. At vero rursus videtur idē, possibile esse, & nón esse, vt domus, & possibile incidi, & non incidi, vt vestis. Quare de primo ad vltimum necesse esse erit contingens non esse. Hoc autem est falsum, ergo hypothesis illa. s. quòd possibile sequatur ad necesse, est falsa. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet igitur non omne quod possibile est, vel esse, vel ambulare, illa etiam opposita posse. Sed esse nonnulla, in quibus illud non esse verum videtur, vt in hisce, quæ sine ratione possunt, quo pacto ignis calefacere potest, & potentiā habet rationis expertem. Potentiæ igitur hæ, quæ sunt participes rationis, eadem plurium sunt contrariorum, at hæ, quæ sunt rationis expertes, non omnes, sed ignis (vt dictum est) non potest non calefacere, neq; cætera omnia, quæ semper sunt actu. Aliqua tamen eorum, quæ potentias habent rationis expertes, simul opposita suscipere possunt. Verum hoc quidem huiusce gratia dictum est, vt ostenderemus non omnem potentiam oppositorum esse, nec omnes eas quæ sub eadem specie collocātur.*

ANTI. *Manifestum est autem quoniam nō omne possibile, vel esse, vel ambulare, opposita valet sed est in quibus non sit verum. Ac primum quidem in his, quæ non secundum rationem possunt, vt ignis calefactibilis est, & habet vim irrationalem. Ergo secundum rationem potestates eædem plurimorum etiam contrariorum sunt. Irrationales vero non omnes sed quemadmodum dictum est, ignem nō esse possibile calefacere & non calefacere, neq; quæcunq; ad a semper agunt. Alia vero possunt & secundum irrationabiles potestate simul posita suscipere. Sed hoc iccirco dictum est, quoniam non omnis potestas oppositorum est, neq; quæcunq; secundum eandem speciem dicuntur.*

Respondet dubitationi. Et primo declarat veritatem simpliciter. Secundo applicat ad propositum, ibi {Hoc igitur possibile} Proponit ergo primo ipsam veritatem declarandam dicens. Manifestum est autem ex dicēdis, quòd, non omne possibile esse vel ambulare. i. operari. i. non omne possibile secundum actum primum vel 2m, ad oppositā valet. i. ad oppositā viam habet, sed est inuenire aliqua possibilia, in quibus non sit verum dicere q̄ possunt in opposita. Deinde quia possibile à potentia nascitur, manifestat qualiter se habeat potētia ipsa ad oppositā. Ex hoc enim clarum erit quomodo possibile se habeat ad opposita. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat hoc in potentijs eiusdem rationis. Secūdo in his quę æquiuocæ dicuntur potentiæ, ibi {Quædā vero.} Circa primum tria facit, quia primo manifestat qualiter potentia irrationalis se habeat ad opposita, & ait q̄ potentia irrationalis nō potest in oppositā. Vbi notandum est q̄ sicut dicitur. 9. Metaphy. potentia actiua cum nihil aliud sit quam principiū quo in aliud agimus, diuiditur in potentiam rōnalem & irrōnalem. Potētia rationalis est, quę cū ratione & electione operatur, sicut ars Medicinæ qua Medicus cognoscēs quid sanādo expediat infirmo, & volens applicat remedia. Potentia autem irrationalis vocatur illa, quæ nō ex ratione & libertate operatur, sed ex naturali sua dispositione, sicut calor ignis, potētiæ irrationalis est, quia calefacit non vt cognoscit & vult, sed vt natura sua exigit. Assignatur autem ibidem duplex differentia propositō deseruiens inter istas potētias. Prima est q̄ actiua potentia irrationalis non potest duo opposita, sed est determinata ad vnū oppositorū, siue sumatur oppositum contradictoriæ siue contrariæ. Verbi gratia. Calor potest calefacere & non calefacere, quæ sunt contradictoriæ opposita, neque potest calefacere q̄ frigefacere, quæ sunt cōtraria, sed ad calefactionem determinatus est. Et hoc intelligere per se, quia per accidens calor frigefacere potest, vel resoluendo materiam caloris humidum. s. vel per antiperistasim contrarij. Et similiter potest non calefacere per accidens. s. si calefactibile deest. Potentia aūt rationalis potest in opposita & contradictoriæ & cōtrariæ. Arte siquidem Medicinæ potest Medicus adhibere remedia & nō adhibere, quæ sunt cōtradictoria, & adhibere remedia sana & nociua, quæ sunt contraria. Secunda differentia est q̄ potentia actiua irrationalis p̄sente passo necessario operatur deductis impedimentis. Calor enim calefactibile sibi præsens calefacit necessario si nihil impediat, potentia aūt rationalis, passo p̄sente non necessario operatur. P̄sente siquidem infirmo non cogitur Medicus remedia adhibere. Dimittantur aūt Metaphy. harum differentiarum rationes, & ad textum redeamus, vbi narrans quomodo se habeat potentia irrationalis ad oppositum ait. Et primum quidem, s. non est verum dicere q̄ sit potentia ad opposita in his, quę possunt non secundum rationem id est in his quorū posse est per potētias irrationales, vt ignis calefactiuus est. i. est potens calefacere, & habet vim. i. potētiam istam irrationalem, Ignis siquidem non potest frigefacere, neq; in eius potestate est calefacere & non calefacere. Quod autem dixit primum ordinem notat ad secundū genus possibilis infra dicendum, in quo etiā non inuenitur potentia ad oppositā. Secundo manifestat quomodo potentia rationalis se habeat ad opposita intendens q̄ potentia rationalis potest in oppositā vnde subdit. Ergo potestate secundū rationem, i. rationales ipsæ eadem sunt contrariorū, non solum duorum, sed etiam plurimorum, vt arte Medicinę Medicus plurima iuga cōtrariorum adhibere potest, & à multarum operationū contradictionibus abstinere potest. Præposuit autem ly ergo, vt hoc consequi ex dictis insinuaret, cum enim oppositorū oppositæ sint proprietates, & potentia irrationalis ex eo q̄ irrationalis ad oppositā non se extendat, oportet potentiam rationalem ad opposita viam habere, eo q̄ rationalis sit. Quarto explanat id quod dixit de potentijs irrationalibus propter causam infra assignandam ab ipso, & intendit quòd illud quod dixit de potentia irrationali, s. q̄ non potest in oppositā, non est verū vniuersaliter, sed particulariter. Vbi nota q̄ potētia irrationalis diuiditur in potentiam actiuam, quæ est principium faciendi, & potētiam passiuam quæ est principium patiendi. Verbi gratia. Potentia ad calorem diuiditur in posse calefacere, & in posse calefieri. In potentijs actiuis irrationalibus verū est quòd non possunt in oppositā, vt declaratum est, in potētijs autem passiuis non est verum. Illud enim q̄ potest calefieri, potest etiam frigefieri, quia eadem est materia, seu potentia passiua contrariorū, vt dicitur in. 2. de Cœlo, & Mundo, & potest nō calefieri, quia idem est subiectum priuationis & formę, vt dicitur in. 1. Physi. Et propter hoc ergo cum explanando ait. Irrationalis vero potentiæ non omnes à posse in opposita excludi intelligendæ sunt, sed illæ quæ sunt quemadmodum potentia ignis calefactiua. Ignem enim nō posse non calefacere manifestum est. Et vniuersaliter quæcunq; illa sunt talis potentiæ, q̄ semper agunt, i. q̄ quantum est ex se non possunt non agere, sed ad semper agendum ex sua forma necessitantur. Huiusmodi autem sunt vt declarauimus omnes potētiæ actiuę irrationales.

Lect. 12.

Lectio 12. Notandū. 1. Le. 1. & c. 3. Potētia act. Rationalis Irrationalis

Duplex differētia inter po. 12. & irratio. Prima.

Calor frigefac.

Po. in oppos.

Secunda.

Oppo. propriet.

Notandū. 2.

Po. irratio. duplex. Quæ in op. & quæ non.

Lectio. 4. & cōmen. 15. Lect. 15. & cōmen. 82.

irrationales. Alia vero sunt talis conditionis q̄ etiam secūdum irrationabiles potentias. s. passiuas simul possunt in quædam opposita, vt aer potest calefieri & frigefieri. Quod vero ait {simul} cadit supra ly possunt, & non supra ly opposita, & est sensus q̄ simul aliquid habet potentiam passiuam ad vtrunq; oppositorū, & non q̄ habeat potentiam passiuam ad vtrunq; oppositorum simul habendum. Opposita nanq; impossibile est haberi simul. Vnde & dici solet & bene, q̄ in huiusmodi est simultas potentiæ, non potentia simultatis. Irrationalis igitur potentia non secundum totū suum ambitum à posse in opposita excluditur, sed secundum partem eius, f m potentias. s. actiuas. Quia autem videbatur superflue addidisse differentias inter passiuas & actiuas irrationales, quia sat erat proposito ostendisse q̄ non omnis potentia oppositorum est, ideo subdit q̄ hoc iccirco dictum est, vt notum fiat quoniā nedum non omnis potestas oppositorum est loquendo de potentia communissime, sed neq; quæcunq; potentiæ dicuntur, secūdum eandem speciem ad opposita possunt. Potentiæ siquidem irrationales omnes sub vna specie irrationalis potentiæ concluduntur & tamen non omnes in opposita possunt, sed passiuæ tantum. Non superuacanea ergo fuit differentia inter passiuas & actiuas irrationales, sed necessaria, ad declarādum q̄ non omnes potentiæ eiusdem speciei possunt in oppositā. Potest & ly hoc demonstrare vtranq; differentiam, scilicet inter rationales & irrationales, & inter irrationales actiuas & passiuas inter se, & tūc est sensus, quòd hoc ideo fecimus. vt ostenderemus quòd nō omnis potestas quæ scilicet secundum eandem rationem potentiæ physicæ dicitur, quia. s. potest in aliquid, vt rationalis & irrationalis, neq; etiam omnis potestas, quæ sub eadem specie continetur, vt irrationalis actiua & passiua sub specie irrationalis, ad oppositā potest.

Ly simul.

Alius sensus.

Lect. seq. imme.

LECTIO XII.

Declaratis potentijs, quæ æquiuocæ dīr, sumit impossibilis ratione, vt declaret quod nam ex possibilibus necessariū sequatur.

ARGY. *Nonnullæ autem potentiæ æquiuocæ sunt. Possibile. n. non simpliciter dicitur, sed aliud quidem ob hoc dicitur quia verum est propterea quòd actu est, veluti possibile est, quempiam ambulare, quia ambulat, & omnino possibile est esse, quia iam id est actu quod dicitur posse. Aliud autem ex eo, quia fuerit actu, vt possibile est quempiam ambulare, propterea quòd ambulauerit.*

ANTI. *Quædam vero potestates æquiuocæ sunt. Possibile enim esse nō similiter dicitur, sed hoc quidem quoniam verum est, vt in actu, vt possibile est ambulare, quoniam ambulat, & omnino possibile est esse, quoniā est iam actu quod dicitur possibile, illud vero quoniam forsitan aget, vt possibile est ambulare, quoniam forsitan ambulabit.*

Intendit declarare quomodo illæ, quæ æquiuocæ dicuntur potentiæ, se habeāt ad opposita. Et circa hoc duo facit. Primo declarat naturā talis potentiæ. Secundo ponit differentiam & conuenientia inter ipsam & supradictas, ibi {Et hæc quidem.} Ad euidentiam primi aduertendum est, quòd. 5. & 9. Metaphy. Arist. diuidit potentiam in potentias, quæ eadem ratione potentię dicuntur, & in potentias, quæ non ea ratione qua prædictæ potentiæ nomen habent, sed alia. Et has appellat æquiuocæ potentias. Sub primo membro comprehenduntur omnes potentiæ actiuæ & passiuæ, & rationales & irrationales. Quæcunq; enim posse dicuntur per potentiam actiuam vel passiuam quam habeant, eadem ratione potētia sunt quia. s. est in eis vis principiata alicuius actiuæ vel passiuæ. Sub secundo autem membro comprehenduntur potentiæ mathematecales & logicales, Mathemat. potentia est, qua lineam posse dicimus in quadratum, & eo q̄ in semetipsum ducta quadratum constituit. Logica potentia est, qua duo termini coniungi absq; cōtradictione in enunciatione possunt. Sub logica quoq; potentia continetur, quæ ea ratione potentia dicitur, quia est. Hæ vero merito æquiuocæ à primis potentiæ dicuntur, eo q̄ istæ nullam virtutem actiuam vel passiuā prædicant, & quod possibile istis modis dicitur, non ea ratione possibile appellatur, quia aliquis habeat virtutem ad hoc agendū vel patiendum sicut in primis. Vnde cum potentiæ habentes se ad opposita sint actiuæ vel passiuæ, istæ quæ æquiuocæ potestates dicuntur ad oppositā non se habent. De his ergo loquens ait. Quædam vero potestates æquiuocæ sunt, & ideo, ad oppositā nō se habent. Deinde declaras qualis sit ista potestates æquiuoce dicta, subdit diuisionem vsitatam possibilis per quā hoc scitur dicens. Possibile enim non vno modo dicitur, sed duobus. Et vno quidem modo dicitur possibile eo quòd verum est vt in actu, i. vt actualiter est, vt possibile est ambulare, quādo ambulat iā, & omnino. i. vniuersaliter possibile est esse, qm̄ est actu iam, quod possibile dicitur. Secundo modo aūt possibile dicitur aliquid nō ea ratione quia est actualiter, sed quia forsitan, aget, i. quia potest agere, vt possibile est ambulare quoniam ambulabit. Vbi aduertendum est, q̄ ex diuisione bimembri possibilis, diuisionem suppositam potentię declarauit à posteriori. Possibile. n. à potentia dicitur. Sub primo siquidem membro possibilis innuit potentias æquiuoce. Sub secundo autem potentias vniuoce, actiuas. s. & passiuas. Intendebat ergo q̄ quia possibile dupliciter dicitur, q̄ etiā potestas duplex est. Declarauit autem potestates æquiuocas ex vno earū membro tantū, s. ex his quæ dicūtur possibilia, quia sunt, quia hoc sat. erat suo proposito. Deinde cum dicit.

ARGY. *Et hæc quidem potentia in his est solum, quæ mobilia sunt. Illa vero & in his est, quæ immobilia sunt. Atque horum vtrunq;, & id inquam quod iam ambulat, ac agit vel est, & id quod ambulandi, vel essendi quidem potentiam habet, sed nondum ambulat, aut est, veræ dicere licet, possibile esse ambulare, aut etiam esse.*

ANTI. *Et hæc quidem in solis mobilibus est potestas. Illa vero & in immobilibus. In vtriusq; vero verum est dicere non impossibile est ambulare, vel esse, & quod ambulat iam, & agit, & ambulabile est.*

Assignat differentiam inter vtranq; potentiam. & ait, q̄ potentia hæc vltimo dicta Physica, est in solis illis rebus, quæ sunt mobiles, illa autem est & in rebus mobilibus, & immobilibus. Possibile siquidem à potentia dictum eo q̄ possit agere non tamen agit, inueniri non potest absq; mutabilitate eius, quod sic posse dicitur. Si. n. nunc potest agere & nō agit, si agere debet, oportet quòd mutetur de ocio ad operationem. Id autem quod possibile dicitur eo q̄ est, nullam mutabilitatem exigit in eo quod sic possibile dicitur. Esse nanq; in actu quod talem possibilitatem fundat, inuenitur & in rebus necessarijs & in immutabilibus, & in rebus mobilibus. Possibile ergo hoc quod logicum vocatur cōmunis est illo quod physicum appellari solet. Deinde subdit conuenientiam inter vtrunq; possibile dicens, quòd in vtriusq; potestatibus & possibilibus verum est non possibile esse. i. ipsum ambulat quod iam actu ambulat seu agit, & quod iam ambulabile

Lecti. 12. & cōmen. 17. Le. 2. & c. 3. Diu. poten. Sub primo.

Sub secūdo Poten. ma.

Logic. po.

Quod æquinoc.

Primus mo. possibilis.

Secundus.

Notandum.

Po. æqui. & vniuoc. sub quibus mē. possibilis.

Possibile. logice. commu. nius phy.

Universidad de Deusto
Biblioteca

labile est.i.in hoc conueniunt ꝙ siue dicatur posibile ex eo ꝙ actu est, siue ex eo ꝙ potest esse,de vtroq; verificatur non impossibile,& consequenter necessario verificatur possibile, quoniam ad non impossibile sequitur possibile. Hoc est secundum genus posibilis respectu cuius Arist. supra dixit & primum quidem} in quo non inuenitur via ad vtrunq; oppositorum,hoc inquã est posibile quod iam actu est. Quod.n. ali rõne posibile dicitur, iam determinatũ est,ex eo ꝙ actu esse suppositũ est. Nõ ergo posibile omne,ad vtrunq; posibile est, siue loquamur de posibili physice, siue logice. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Quæ cum ita sint,idq; quod hoc modo possibile est,non vere dicere simpliciter de necessario possumus. Alterũ autem vere dicere licet. Quare cũ ad particulare sequatur vniuersale,ad id quod necessario est,sequitur hoc pro facto,possibile est esse,non omne tamen, vt patet.*

ANTI. *Sic igitur possibile non est verum de necessario simpliciter dicere, alterum autem verum est. Quare quoniam partem vniuersalem sequitur illud, quod ex necessitate est,consequitur posse esse, sed non omnino.*

Applicat determinatã veritatem ad propositum. Et primo cõcludendo ex dictis declarat habitudinẽ vtriusque posibilis ad necessarium dicens, ꝙ hoc ergo posibile.s.physicum quod est in solis mobilibus, non est verũ dicere & prædicare de necessario simpliciter,quia quod simpliciter necessarium est, non potest aliter esse. Posibile autem physicum, potest sic & aliter esse, vt dictum est. Addit autem ly simpliciter,qm̃ necessarium est multiplex. Quoddam enim est ad bene esse,quoddã ex suppositione. De quibus non est nostrũ tractare, sed solum modo id insinuare,ꝙ vt præseruaret se ab illis modis necessarij qui non perfecte & omnino habent necessarij rationem,apposuit ly simpliciter. De tali enim necessario posibile physicum non verificatur. Alterũ autem possibile logicum quod in rebus immobilibus inuenitur verum est de illo enũciare,qm̃ nihil necessitatis admit. Et per hoc soluitur ratio inducta ad partem negatiuã quæstionis. Peccabat siquidem in hoc, & ex necessario inferebat posibile ad vtrunq; quod cõuertitur in oppositam qualitatem. Deinde respondet quæstioni formaliter intendens ꝙ affirmatiua pars quæstionis tenẽda sit, ꝙ.s.ad necessarium sequitur posibile. Et assignat causam. Quia ad partem subiectiuam sequitur constructiue suum totũ vniuersale. Sed necessarium est pars subiectiua posibilis,quia posibile diuiditur in logicum & physicum,& sub logico comprehend.tur necessarium ergo ad necessarium sequitur posibile. Vnde dicit. Quare qm̃ partem .s.subiectiuam suum totũ vniuersale sequitur,illud quod ex necessitate est.i.necessarium tanquã partem subiectiuam,consequitur posse esse.i.posibile tanquam totũ vniuersale. Sed nõ omnino.i.sed nõ ita ꝙ omnis species posibilibus sequatur, sicut ad hominẽ sequitur animal, sed non omnino.i.non f̃m omnes suas partes subiectiuas sequitur ad hominem. Non.n.valet est homo,ergo est animal irrationale. Et per hoc confirmata ratione adducta ad partem affirmatiuam, expressius soluit rationem adductam ad partem negatiuam,quę peccabat f̃m fallaciã, cõsequentijs inferens ex necessario posibile descendẽdo ad vnã posibilis specie, vt de se patet. Deinde cũ dicit.

Posibile physi. Necess. duplex.

Po.logice.

Totum seq. ad partẽ subiecte.


Necess. pars posibilis.

ARGY. *Atque forsitan hæc necesse est, & non necesse est, aut esse,aut non esse,omnium principium sunt. Et cæteras ad has sequentes considerare oportet.*

ANTI. *Et est quidem fortasse principium quod necessariũ est, & quod non necessarium est omnium, vel esse,vel non esse,& alia vt horum consequentia considerare oportet.*

Ordinat easdem modalium consequentias alio situ, præponendo necessarium omnibus alijs modis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo assignat causam dicti ordinis, ibi {Manifestum est aũt.} Dicit ergo {Et est fortasse principium omnium enunciationum modalium vel esse vel non esse}.i.affirmatiuarũ vel negatiuarũ,necessarium & non necessarium. Et oportet considerare alia, scilicet posibile, contingere & impossibile esse, sicut horum scilicet necessarij & non necessarij consequentia,hoc modo.

Consequentiæ enunciationum modalium secundum quatuor ordines alio conuenienti situ ab Arist. positæ & ordinatæ.



Vides aũt hic nihil immutatum nisi ꝙ necessariæ quę vltimum locum tenebant, primum fortitæ sunt. Quod vero dixit fortasse non dubitantis. sed absq; determinata ratione rem proponentis est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet autem ex his quæ diximus, id quod esse necessario est etiam actu. Quare si perpetua sunt priora, actus etiam est potentia priori, atque eorum, quæ sunt.*

ANTI. *Manifestum est autem ex his, quæ dicta sunt, quoniam quod ex necessitate est, secundũ actũ est. Quare si priora sunt sempiterna, & quæ actu sunt, potestate priora sunt.*

Nec. & p quid dicat

Intendit assignare causam dicti ordinis. Et primo assignat caulam, quare præposuerit necessarium posibili tali ratione. Sempiternũ est prius temporali, sed necessarium dicit sempiternitatem, quia dicit esse in actu, excludendo omnem mutabilitatem, & consequenter temporalitatem, quæ sine motu non est imaginabilis posibile autem dicit temporalitatem, quia non excludit quin possit esse & non esse, ergo necesse merito prius ponitur quã posibile. Vnde dicit proponendo minorem} Manifestũ est autem ex his quæ dicta sunt.} tractando de necessario, quoniã id quod ex necessitate est, f̃m actum, est totaliter, s. quia omnem excludit mutabilitatem & potentiam ad oppositum. Si enim mutari posset in oppositum aliquo modo iam non esset necessarium. Deinde subdit maiorem

maiorem per modum antecedentis cõditionalis} Quare si priora sunt sempiterna tẽporalibus.} Vltimo ponit conclusionem,& quæ actu sunt omnino.s.necessaria, priora sunt potestate.i. posibilibus quæ omnino actu esse non possunt,licet compatiantur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Alia quidem actus sunt sine potẽtia, quales sunt ipsæ substantæ primæ, alia vero cum potentia actus, quæ natura quidem priora sunt, tempore vero posteriora sunt, insuper & quæ nunquam sunt actus, sed potentiæ tantum.*

ANTI. *Et hæc quod sine potestate sunt, actu sunt vt primæ substantiæ. Alia vero sunt actu cum possibilitate, quæ natura quidem priora sunt, tempore vero posteriora. Alia vero nunquam sunt actu, sed potestate tantum.*

Vniuer. primus gra.

Secundus. Mobilia quo præora & post. seipsis.

Tertius.

Lect. 5. tex. cõmen. 12. Successiuis exire in actũ repu. R.a. or. immoda.seruati.

Nat. totius vñ consurg.

Assignat causam totius ordinis à se inter modales statuti, tali ratione. Vniuersi triplex est gradus. Quædam sunt actu sine potestate.i, sine admixta potẽtia, vt primæ substantiæ, non illæ quas in præsenti diximus primas, eo ꝙ principaliter & maxime subsistẽt, sed illæ quę sunt primæ, quia omnium rerum sunt causæ, intelligentiæ.s. Alia sunt actu cum posibilitate, vt omnia mobilia, quę secundum id quod habent de actu, sunt priora natura seipsis secundũ id quod habent de potentia, licet econtra sit, aspiciendo ordinem temporis. Sunt.n. f̃m id quod habent de potentia priora tempore, seipsis secundum id quod habent de actu. Verbi gratia. Socrates, prius f̃m tẽpus poterat esse Philosophus, deinde fuit actualiter Philosophus. Potentia ergo precedit actum f̃m ordinem temporis in Socrate, ordine autem naturę imperfectionis & dignitatis econuerso cõtingit. Prior.n. secundum dignitatem.i. dignior & perfectior habebatur Socrates cum Philosophus actualiter erat quàm cum Philosophus esse poterat. Præposterus est igitur ordo potẽtiæ, & actus in vnomet, vtroque ordine.s. naturæ & temporis attento. Alia vero nunquam sunt actu, sed potestate tantum, vt motus tempus, infinita diuisio magnitudinis, & infinita augmentatio numeri. Hæc enim vt.9. Metaphy. dicitur, nunquam exeunt in actum quoniam eorũ rationi repugnant. Nunquam enim aliquid horum ita est quin aliquid eius expectetur, & consequenter nunquã esse potest nisi in potentia, sed de his alio tractandũ est loco. Nunc hæc ideo dicta sint, vt inspecto ordine vniuersi appareat, quòd illũ imitati fumus in nostro ordine. Posuimus siquidem primo necessarium, quod sonat actu esse siue potestate seu mutabilitate imitando primum gradum vniuersi. Locauimus.2. loco posibile & contingens, quorum vtrunque sonat actum cum posibilitate, & sic situatur cõformitas ad secundum gradum vniuersi. Præposuimus aũt posibile & non contingens, quia posibile respicit actũ. Contingens autem secũdum vim nominis respicit defectum causæ, qui ad potentiam pertinet. Defectus enim potentiam sequitur, & ex hoc conforme est secundę parti vniuersi, in qua actus est prior potentia secundum naturam, licet nõ secundum tempus. Vltimum autem locum imposibili reseruauimus, eo ꝙ sonat nũquam fore sicut & vltima vniuersi parti dicta est illa, quæ nunquã actu est. Pulcherrimus igitur ordo statutus est, quãdo dicimus est obseruatus, quia autem suppositę modalium consequentiæ nil aliud sunt quam æquipollentię earum quæ ob varium negationis situm, qualitatem vel quantitatem vel vtraq; mutantis, ideo ad completã notitiam consequentium te modalium, de earum qualitate & quãtitate pauca admodum necessaria dicenda sunt. Qm̃ igitur natura totius ex partium naturis consurgit, sciendum est quòd subiectum enunciationis modalis & dicit esse vel nõ esse,& est dictum vnicum & cotinet in se subiectum dicti, prædicatũ autem modalis enunciationis, modus.s. & totale prædicatum est, quia explicite vel implicite verbum continet, quod est semper nota eorũ quæ de altero prædicantur. propter quod Arist. dixit ꝙ modus est ipla appositio,& continet in se vim distributiuam secundũ partes temporis. Necessarium.n.& impossibile distribuunt in omne tempus vel simpliciter vel tale, posibile autem & cõtingens pro aliquo tempore in communi. Nascitur autem ex his quinque conditionibus, duplex in qualibet modali qualitas.& triplex quantitas. Ex eo enim ꝙ tam subiectum quam prædicatum modalis verbum in se habet, duplex qualitas sit quarũ altera vocatur qualitas dicti, altera qualitas modi. Vnde & supra dictum est aliquã esse affirmatiuam de modo & non de dicto,& econuerso. Ex eo vero ꝙ subiectum modalis cõtinet in se subiectum dicti vna quantitas consurgit, quæ vocatur quantitas subiecti dicti, & hęc distinguitur in vniuersalem particularem & singularem, sicut & quãtitas illarum de inesse. Possumus.n. dicere Sortem, quendã hominem, vel omnem hominem, vel nullũ hominem, posibile est currere. Ex eo autem ꝙ subiectum vnius modalis dictum vnum est consurgit alia quantitas vocata quam cuiusque modalis singulare est illius vniuersalis, s. dictum quantitas dicti, & hæc vnica est singularitas.s. Omne.n. dictũ, Quod ex eo liquet ꝙ cum dicimus, hominem esse albũ, est posibile, exponitur hoc, hoc dictũ hominem esse album est posibile. Hoc dictum autem singulare est, sicut, & hic homo. Propterea & dicit quod omnis modalis est singularis, quo ad dictum, licet quo ad subiectũ dicti sit vniuersalis vel particularis. Ex eo autem ꝙ prædicatum modalis, modus.s. vim distributiuam habet, alia quantitas consurgit vocata quantitas modi seu modalis, & hæc distinguitur in vniuersalem & particulare. Vbi diligenter attendenda sunt. Primũ est quòd hoc est singulare in modalibus, ꝙ prædicatum simpliciter quantificat propositionem modalem, sicut & simpliciter qualificat. Sicut enim illa est simpliciter affirmatiua in qua modus affirmatur, & illa negatiua, in qua modus negatur, ita illa est simpliciter vniuersalis cuius modus est vniuersalis & illa particulares cuius modus est particularis. Et hoc qa modalis modi naturam sequitur. Secundum attendendum, quod est causa istius primi, est ꝙ prædicatum modalis.s. modus nõ habet solam habitudinem prædicati respectu sui subiecti.s.esse,& nõ esse sed habitudinem syncategorematis distributiui sed non f̃m quantitatem partiũ subiectiuarum ipsius subiecti, sed f̃m quantitatem partium temporis eiusdẽ. Et merito. Sicut.n. quia subiecti enunciationis de inesse propria quãtitas est penes diuisionem vel indiuisionem ipsius subiecti, quia est nomẽ quod significat per modũ substantię cuius quantitas est per diuisionem continui, ideo signum quantificans in illis distribuit f̃m partes subiectiuas, ita quia subiecti enunciationis modalis propria quantitas est tempus, quia est verbum quod significat per modum motus, cuius propria quantitas est tempus, ideo modus quantificans distribuit ipsum suum subiectum. s. esse vel non esse f̃m partes temporis. Vnde subtiliter inspicienti, apparebit ꝙ quantitas ista modalis proprij subiecti modalis enũciationis quantitas est.s. ipsius esse vel non esse. Ita quòd illa modalis est simpliciter vniuersalis, cuius proprium subiectum distribuitur pro omni tempore vel simpliciter, vt hominem esse animal est necessariũ, vel impossibile, vel accepto, vt

Notandum Secundum Sub. & prę dic.s. moda. Vis modi.

Lectio.19.

Notandum Secundum Offi. prædi. in moda.

Notandũ. 3. Ra. virtutis modi.

Moda. simpliciter vniuersalis.


Universidad de Deusto
Biblioteca

Particularis. hominem currere hodie, vel dum currit, est necessariũ, vel impossibile. Illa vero est particularis, in qua nõ pro omni sed aliquo tempore distributio fit in cõmuni tantum, vt hominẽ esse animal est possibile vel contingens.

Passio subie. in moda. Est ergo & ista modalis quantitas subiecti sui passio, sicut & vniuersaliter quantitas se tenet ex parte materiæ, sed deriuatur à modo non inquantũ prædicatũ est, quod vt sic tenetur formaliter, sed inquãtum syncategorematis officio fungitur, quod habet ex eo q̃ proprie modus est. Sunt igitur modalium de propria earum quantitate loquẽdo, aliæ vniuersales affirmatiuæ vt illæ de necessario, quia distribuit ad semper esse aliæ vniuersales negatiuæ vt illæ de impossibili, quia distribuit ad nunquã esse,

Moda. aliæ vniuersales affir. vel ne. aliæ parti. affirm. vel ne. aliæ particulares affirmatiuæ vt illæ de possibili & contingenti, quia distribuunt vtrunq; ad aliquando esse, aliæ particulares negatiuæ vt illæ de nõ necesse & nõ impossibili, quia distribuunt ad aliquando nõ esse, sicut in illis de inesse, omnis nullus, quidam, nõ omnis, nonnullus, similem faciunt diuersitatem. Et quia vt dictum est, hæc quantitas modalium est inquantum modales sunt, & de his inquantum huiusmodi præsens tractatus fit ab Arist.

Equipollen. in moda. iccirco æquipollentiæ, seu consequentiæ earum ordinatæ sunt negationis vario situ, quemadmodum æquipollẽtiæ illarũ de inesse, vt. s. negatio præposita modo faciat æqui pollere suæ cõtradictoriæ, negotio autem modo postposita, posita autem dicti verbo, suæ æquipollere contrariæ facit. præposita vero & postposita suæ subalternæ vt videre potes in consequentiarum figura vltimo ab Aristo. formata inqua tali præformata oppositionũ figura clare videbis omnes se mutuo consequentes, secundum alterum trium regularum æquipollere, & consequenter totum primum ordinem secundo contrarium. 3. contradictorium quarto vero subalternum.



LECTIO XII.

Veeam absõluat dubitationem, quæ est, quæ nam enunciationes contrariæ magis sibi inuicem esse dicantur quomodo animi sententiæ contrariæ dicantur esse, ostendit.

ARGY. *Cum autem affirmationi, negatio ac affirmatio aduersentur, nam huic omnis homo iustus est, hæ nullus homo iustus est, & omnis homo iniustus est aduersantur, & item huic, Callias iustus est, hæ, Callias iustus non est, & Callias iniustus est, consideremus oportet vtra istarum sit illi contraria.*

ANTI. *Vtrum autem contraria est affirmatio negationi, an affirmatio orationi, & oratio vt quæ dicit quoniam omnis homo iustus est, ei quæ est, nullus homo iustus est, an omnis homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est, Callias iustus est, Callias iustus non est, Callias iniustus est, quæ nam horum contraria est.*

Postquam determinatum est de enunciatione secundum quòd diuersificatur tam ex additione facta ad terminos, quam ad compositionem eius, hic secundum diuisionem à S. Tho. in principio huius secundi factam intendit Aris. tractare quandam quæstionem circa oppositiones enunciationum prouenientem ex eo q̃ additur aliquid simplici enũciationi. Et circa hoc quatuor facit. Primo mouet quæstionẽ. Secundo declarat q̃ hæc quæstio dependet ab vna alia quæstione prætractanda, ibi {Nam ii ea, quæ sunt in voce.} Tertio determinat illam aliam quæstionẽ, ibi {Nam arbitrari.} Quarto redit ad respondendum quæstioni primo motæ, ibi {Quare si in opinione, &c.} Quæstio quã mouere intendit est. Vtrũ affirmatiuæ enunciationi contraria sit negatio eiusdem prædicati, an affirmatio de prædicato contrario seu priuatiuo? Vnde dicit, Vtrum cõtraria est affirmatio negationi contradictorię. s. & vniuersaliter oratio affirmatiua orationi negatiuę, vt affirmatiua oratio quę dicit, omnis homo est iustus, illi cõtraria sit orationi negatiuę, nullus homo est iustus, aut illi omnis homo est iniustus, quę est affirmatiua de prędicato priuatiuo? Et similiter ista affirmatio Callias est iustus, est ne contraria illi contradictoriæ negationi Callias nõ est iustus, aut illi, Callias est iniustus quę est affirmatiua de prędicato priuatiuo? Ad euidentiã tituli huius quæstionis quia hactenus indiscusse ab alijs est relictus, cõsiderare oportet q̃ cum in enunciatione sint duo. s. ipsa enunciatio seu significatio, & modus enunciandi seu significandi, duplex inter enũciationes fieri potest oppositio, vna ratione ipsius enunciationis, altera ratione modi enunciandi. Si modos enunciandi attendimus, duas spẽs oppositionis in latitudine enunciationum inueniemus, cõtrarietatem. s. & contradictionem. Diuisæ. n. superius sunt enunciationes oppositæ in contrarias contradictorias. Contradictio inter enunciationes ratione modi enunciandi est quando idem prędicatur de eodem subiecto cõtradictorio modo enunciandi, vt sicut vnum contradictorium nil ponit sed alterum tantum destruit, ita vna enunciatio nil asserit, sed id tantum quod altera enunciabat destruit. Huiusmodi autem sunt omnes quæ cõtradictoriæ vocantur. s. omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus, Sortes est iustus, Sortes non est iustus, vt de se patet. Et ex hoc prouenit q̃ nõ possunt simul veræ aut falsæ esse, sicut nec duo contradictoria. Contrarietas vero inter enunciationes ratione modi enunciandi est quando idem prædicatur de eodem subiecto contrario modo enunciãdi, vt sicut vnum contrariorum ponit materiam sibi & reliquo communem in extrema distantia sub illo genere vt patet de albo & nigro, ita vna enunciatio ponit subiectum commune sibi & suę oppositę in extrema distãtia sub illo prædicato. Huiusmodi quoq; sunt omnes illę quę contrarię in figura appellantur. s. omnis homo est iustus, omnis homo non est iustus. Hæ. n. faciunt subiectum. s. hominem maxime distare sub iustitia, dum illa enunciat iustitiã in esse homini, nõ quocunq; modo, sed vniuersaliter, ista autem enunciat iustitiam abesse homini non qualitercunq; sed vniuersaliter. Maior enim distãtia esse non potest quàm ea, quæ est inter totam vniuersitatem habere aliquid & nullum

Lect. vltima. Quæstio tem. ab Ari.

Cõtradictio ratione.

Cur non simul vera. Cõtrarietas ratione.

Cur cõtrarię nõ simul ve. nullum de vniuersitate habere illud. Et ex hoc prouenit q̃ non possunt esse simul veræ, sicut nec cõtrariæ possunt eidem simul inesse, & q̃ possunt esse simul falsæ, sicut & contraria simul non inesse eidem possunt. Si vero ipsam enunciationem siue eius significationem attendamus secundum vnam tantum oppositionis speciem, in tota latitudinem enunciationum reperiemus contrarietatem. s. secundum veritatem & falsitatem, quia duarũ enunciationum significationes entia positiua sunt, ac per hoc neque cõtradictorie neq; priuatiue opponi possunt, quia vtriusque oppositionis alterum extremum est formaliter non ens. Et cum nec relatiue opponantur, vt clarum est, restat vt non nisi contrarię opponi possint. Cõsistit autem ista contrarietas in hoc q̃ duarum enunciationum altera alteram nõ compatitur vel in veritate vel in falsitate. præsupposit is semper conditionibus cõtrariorum. s. q̃ fiant circa idem & in eodẽ tempore. Patere quoq; potest talẽ oppositionem esse contrarietatem ex natura conceptionum animæ componẽtis & diuidentis, quarum singulæ sunt enunciationes. Conceptiones siquidem animæ adæquatæ nullo alio modo opponuntur cõceptionibus inadæquatis nisi contrariæ, & ipsæ conceptiones inadæquatæ si se mutuo expellunt, contrariæ quoq; dicuntur. Vnde verum & falsum, contrarię opponi probatur à S. Tho. in prima parte. q. xvij. Sicut ergo hic, ita & in enunciationibus ipsæ significationes ad equatæ contrariæ opponũtur inadæquatis. i. veræ falsis & ipsæ inadæquatæ. i. falsę, contrariæ quoque opponuntur inter se, si contingat q̃ se non compatiantur, saltis semper contrariorum conditionibus. Est igitur in enunciationibus duplex cõtrarietas, vna ratione modi altera ratione significationis, & vnica contradictio. s. rõne modi. Et vt confusio vitetur prima contrarietas vocetur contrarietas modalis, secunda cõtrarietas formalis. Contradictio autem non ad confusionis vitationem, quia vnica est, sed ad proprietatis expressionẽ contradictio modalis vocari potest. Inuenitur autẽ contrarietas formalis enunciationum inter omnes contradictorias, quia cõtradictoriarũ altera alteram semper excludit & inter omnes contrarias modaliter quo ad veritatem, quia non possunt esse simul veræ, licet non inueniatur inter omnes quo ad falsitatẽ, quia possunt esse simul falsę. Quia igitur Aris. in hac quæstione loquitur de contrarietate enunciationum quæ extenditur ad contrarias modalis, & cõtradictorias, vt patet in principio & in fine quæstionis, in principio quidem, quia proponit vtriusq; contradictorias dicens {Affirmatio negationi.} & contrarias modaliter dicens, {Et orationi.} vnde & exempla vtrarunq; statim subdit, vt patet in litera, in fine vero, quia ibi expresse quam concluserit esse cõtrariam affirmatiuæ vniuersali veræ diuidit in contrariam modaliter vniuersalem negatiuam. s. & contradictoriã quæ diuisio falsitate non careret nisi concluslisset contrariam formaliter, vt de se patet, quia inquã sic accipit contrarietatem, ideo de contrarietate formali enunciationũ quæstio intelligenda est. Et est quæstio valde subtilis, necessaria, & adhuc nullo modo superius tacta. Est igitur titulus quęstionis, Vtrum affirmatiuæ verę contraria formaliter sit negatiua falsa eiusdem prædicati, aut affirmatiua falsa de prædicato priuatiuo, vel cõtrario? Et sic patet quis sit sensus tituli, & quare non mouet quæstionem de quacunq; alia oppositione enunciationũ, quia. s. nulla alia in eis formaliter inuenitur, & q̃ accepit cõtrarietatem proprie & strictissime, licet talis contrarietas inueniatur inter contradictorias modaliter & contrarias modaliter. Dictum vero fuit à S. Tho. prouenire hãc dubitationem ex eo q̃ additur aliquid simplici enunciationi, quia si tantũ simplices. i. de. 2. adiacente enunciationes attendantur, non habet hæc quæstio radicem. Quia autem simplicis enunciationi. i. subiecto & verbo substãtiuo additur aliquid. s. prædicatum, nascitur dubitatio circa oppositionem, an illud additum in contrarijs debeat esse illudmet prædicatum, negatione opposita verbo, an debeat esse prædicatum contrariũ seu priuatiuum ablq; negatione præposita verbo? Deinde cum dicit.

Titulus. q.

Cõtrarietas hic strictissi. In principio huius. 2. de. 1

ARGY. *Atq; cum ea, quæ sunt in voce, sequuntur ea, quę sunt in mente si illic opinio cõtrarij sit cõtraria, vt opinio quæ dicit, omnis homo est iustus, huic opinioni, omnis homo iniustus est, necesse est rem similiter se habere, & in affirmationibus hisce, quæ in voce consistunt. Sin vero cõtrarij opinio non sit ibi cõtraria, nec affirmatio affirmationi, sed dicta negatio contraria est. Quare considerandũ est qualis nam opinio falsa opinioni veræ contraria sit, vtrũ affirmationis opinio, an ea quæ contrarium opinatur. Dico autem hoc pacto, est vna opinio vera de bono, bonum esse, alia vero falsa de eodem, bonum non esse, & insuper alia, malum esse. Harum igitur duarum, vtra sit contraria verę, & si sit vna, vtra sit ipsa contraria?*

ANTI. *Nam si ea, quæ sunt in voce sequuntur ea, quæ sunt in anima illic autem contraria est opinio contrarij, vt omnis, homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est, etiamnis, quæ sunt in voce, affirmationibus, necesse est similiter se habere. Quod si neque illic contrarij opinatio contraria est, nec affirmatio affirmationi contraria erit, sed ea quæ dicta est, negatio. Quare considerandum est quæ opinio falsa opinioni veræ contraria sit vtrum negationi, an certe ea, quæ contraria esse opinatur. Dico autem hoc modo. Est quædam opinatio vera boni, quoniam bonum est, alia vero falsa quoniam bonum non est, alia quoniam malum est. Quænam harum contraria est verę? Et si est vna, secundum quam contraria?*

Declarat vnde sumenda sit decisio huius quæstionis. Et duo facit, quia primo declarat q̃ hæc quæstio dependet ex vna alia quæstione, ex illa. s. vtrũ opinio. i. conceptio animæ in secunda operatione intellectus, verę contraria sit opinioni falsæ, negatiuæ eiusdem prędicati, an falsę affirmatiuę contrarij siue priuatiui. Et assignat causam, quare illa quęstio dependet ex ista, quia. s. enunciationes vocales sequuntur mentales, vt effectus adequati causas proprias, & vt significata signa adequata, & consequenter similis est in hoc vtraq; natura. Vnde inchoans ab hac causa ait. Nam si ea quæ sunt in voce sequũtur ea, quę sunt in anima, vt dictũ est in principio primi libri, & illic. i. in anima, opinio contrarij prędicati circa idẽ subiectum est contraria illi alteri, quę affirmat reliquum contrarium de eodem, cuiusmodi sunt istæ mentales enunciationes, omnis homo est iustus, omnis homo est iniustus, si ita inquã est, etiam & in his affirmationibus, quę sunt in voce. i. vocaliter sumptis, necesse est similiter se habere, vt. s. sint cõtrarię duę affirmatiuę de eodem subiecto, & prędicatis contrarijs. Quod si neq; illic. i. in anima opinatio cõtrarij prędicati contrarietatẽ inter mentales enunciationes constituit, nec affirmatio vocalis affirmationi vocali cõtraria erit de cõtrario prędicato, sed magis affirmationi cõtraria erit negatio eiusdẽ prędicati. Dependet ergo mota quęstio ex ista alia sicut effectus ex causa. Propterea & cõcludendo addit {m, q̃. s. de hac qõne prius tractãdũ est, vt ex cã cognita effectus innotescat dicẽs, Quare cõsiderãdũ ẽ, opinio vera cui opinioni

Universidad de Deusto
Biblioteca

falsę contraria est. Vtrũ negationi falsæ an certe ei affirmationi falsæ quæ contrariũ esse opinatur,& vt exemplariter proponatur,dico hoc modo. Sũt tres opiniones de bono,puta vita. Quædam.n.est ipsius boni opinio vera, qm̃ bonum est, puta ꝙ vita sit bona alia vero falsa negatiua.i.qm̃ bonũ non est,puta ꝙ vita nõ sit bona, alia item falsa, affirmatiua contrarij.s.qm̃ malum est, puta ꝙ vita sit mala. Quæritur ergo quæ harum falsarum contraria est veræ {Quod aũt subdit.} Et si est vna,f̃m quam contraria est, } tripliciter legi potest. Primo dubitatiue vt sit pars quæstionis,& tunc est sensus, Quæritur quæ harum falsarum contraria est veræ,& simul quæritur, si est tantum vna harum falsarum f̃m quam fiat contraria ipsi veræ,quia cum vnum vni sit contrariũ, vt dicitur.x. Methaph.quærendo quæ harum sit cõtraria,quærimus etiã an vna earum sit contraria. Alio modo potest legi aduersatiue,vt sit sensus. Quæritur quæ harum sit contraria, quanquam sciamus ꝙ non vtraque,sed vna earũ est f̃m quam sit contrarietas. Tertio modo potest legi diuidendo hanc particulam. {& si est vna} ab illa sequenti {f̃m quam cõtraria est,} & tunc prima pars expressiue, secunda vero dubitatiue legitur & est sensus. Quæritur quę harum falsarum contraria est veræ,non solũ si istę duæ falsæ inter se differunt in consequendo sed etiã si vtraq; est vna.i. alteri indiuisibiliter vnita, quæritur f̃m quam sit contrarietas. Et hoc modo exponit Boethius, dicens ꝙ Arist.apposuit hæc verba propter contraria immediate, in quibus non differt contrarium à priuatiuo. Inter contraria enim mediata & immediata hæc est differentia,ꝙ in immediatis,à priuatiuo contrarium nõ infertur. Non enim valet corpus colorabile est non album,ergo est nigrum,potest enim esse rubrum. In immediatis autẽ valet, verbi gra. Animal est non sanum,ergo infirmũ. Numerus est non par ergo impar. Voluit ergo Arist. exprimere ꝙ nunc cum quærimus quæ harum falsarum.i.negatiuæ & affirmatiuæ contrarij sit contraria affirmatiuę veræ, quærimus vniuersaliter siue illæ duæ falsæ indiuisibiliter se sequantur,siue non. Deinde cum dicit.

ARGY. *Existimare itaq; contrarias opiniones ex eo definitas esse,quia sunt contrariorũ falsum profectò est. Nam opinio, qua quispiam opinatur bonum esse bonum, & opinio, qua malum opinatur esse malum, eadem est fortasse, ac vera, siue plures sint, siue vna. Contrariæ vero sunt hæ. At non ex eo quia contrariorum sunt, sed ex eo potius, quia contraria modo se habent.*

ANTI. *Nam arbitrari cõtrarias opiniones diffiniri in eo quòd contrariorum sunt, falsum est. Boni enim quoniam bonum est,& mali,quoniam malum est,eadem fortasse opinio est,& vera,siue plures, siue vna sit. Sunt autem ista contraria, sed non in eo quòd contrariorum sunt contrariæ, sed magis in eo quòd contrariæ.*

Tex.cõ. 14. Lectio.5. a.sen.

Tertius sen.

Boethus.

Differentia inter contraria mediam vel immę.

Inten.Arist.

Le.vltima.

Prosequitur hanc secundã quæstionem. Et circa hoc quatuor facit. Primo declarat ꝙ cõtrarietas opinionum non attenditur penes contrarietatem materiæ circa quã versantur, sed potius penes oppositionum veri vel falsi. Secundo declarat ꝙ non penes quæcunq; oppolita f̃m veritatem & falsitatem est contrarietas opinionũ, ibi{Si ergo boni,} Tertio determinat ꝙ contrarietas opinionum attenditur penes per se primo oppolita f̃m veritatem & falsitaté tribus rationibus,ibi{sed in quibus primo fallacia.&c.} Quarto declarat hanc determinationẽ inueniri in omnibus veram, ibi {Manifestũ est igitur.} Dicit ergo proponens intentam cõclusionem, ꝙ falsum est arbitrari opiniones diffiniri seu determinari debere contrarias ex eo ꝙ contrariorum obiectorũ sunt. Et adducit ad hoc duplicem rõnem: Prima est opiniones contrariæ nõ sunt eadem opinio, sed contrariorũ eadem est fortasse opinio,ergo opiniones nõ sunt contrarię ex hoc ꝙ contrariorum sunt. Secunda est opiniones contrariæ non sunt simul verę,sed opiniones contrariorũ siue plures siue vna sunt simul veræ quãdo quæ, ergo opiniones non sunt contrarię ex hoc ꝙ contrariorum sunt. Harum rationũ suppositis maioribus ponit vtriusq; minoris declarationem simul dicens. Boni.n.qm̃ bonum est & mali qm̃ malum est eadem fortasse opinio est, quo ad primã. Et subdit esse vera siue plures siue vna sit quod ad secundam. Vtitur aũt dubitatiuo & aduerbio & disiunctione, quia non est determinandi locus an cõtrariorum eadem sit opinio,& quia aliquo modo est eadem & aliquo modo non. Si enim loquamur de habituali opinione,sic eadem est,si aũt de actuali,sic non eadẽ est. Alia siquidem mentalis compositio actualiter sit, concipiendo bonum esse bonum,& alia concipiendo malum esse malum,licet eodem habitu vtrunq; cognoscamus,illud per se primo, & secundario, vt dicitur.9. Metaphy. Deinde subdit ꝙ ista quæ ad declarationem minorum sumpta sunt.s.bonum & malum,contraria sunt, etiam contrarietate sumpta stricte in moralibus,ac per hoc cõgrua vsi sumus declaratione. Vltimo inducit conclusionem. Sed non in eo ꝙ contrariorũ opiniones sunt, contrariæ sunt, sed magis in eo ꝙ contrariæ.i. sed potius censendæ sunt opiniones contrariæ ex eo quòd contrariæ aduerbialiter.i.contrario modo.i. veræ & falsæ enunciant. Et sic patet primũ.

Contrariorum eadem opin.

Le.2.&c.7.

ARGY. *Quod si sit opinio de bono, ipsum bonũ esse, alia vero ipsum bonũ nõ esse,& item alia quæ bono tribuit id quod ipsi nõ competit, neq; competere potest, ceterarũ quidem nulla est ponenda contraria, nec earum, quibus cõpetere quod nõ ineſt, nec earũ quibus nõ inesse, quod cõpetit,creditur. Nam infinitę sunt ambæ,& quibus cõpetere quod nõ ineſt, & quibus non cõpetere quod ineſt existimatur.*

ANTI. *Si ergo boni,quoniam bonum est,opinatio est, alia vero,quando non est bonum. Est vero & alia quoniã aliud aliquid est,quod non est,neq; potest esse, aliarum quidem nulla ponenda est,neq; quęcunq; esse,quod non est,opinantur,neq; quęcunq; nõ esse quod est.infinitę.n. vtręq; sunt, & quę esse opinãtur,quod nõ est,& quę nõ esse,quod est.*

Quia dixerat ꝙ contrarietas opinionũ accipitur f̃m oppositionem veritatis & falsitatis earum. Declarat modo ꝙ non quæcunq; f̃m veritatem & falsitatem oppositæ opiniones sunt cõtrariæ tali ratione. De bono puta de iustitia quatuor possunt opiniones haberi.s.quòd iustitia est bona,& ꝙ non est bona,& quòd est fugibilis,& ꝙ est non appetibilis. Quarũ prima est vera, reliquæ sunt falsæ. Inter quas hęc est diuersitas,quòd prima negat idem prædicatum quod vera affirmabat,secunda affirmat aliquid aliud quod bono nõ ineſt, tertia negat id quod bono ineſt,nõ tamen illud quod vera affirmabat. Tunc sic. Si omnes opiniones secundum veritatem & falsitatem sunt contrariæ, tunc vni.s.verę opinioni nõ solum multa sunt cõtraria, sed etiam infinita, quod est impossibile, quia vnum vni est contrarium. Tenet cõsequentia,quia possunt infinitæ imaginari opiniones falsæ, de vna re, similes vltimis falsis opinionibus adductis affirmantes.s. ea quæ non insunt illi,& negantes ea quæ illi quocunque modo connũcta sunt. Vtraque nanq; indeterminata esse & ablę numero constat. Possum.n.opinari ꝙ iustitia est quãtitas,ꝙ est relatio,ꝙ est hoc & illud,& similiter opinari ꝙ iustitia non sit qualitas,non sit appetibilis, non sit habitus.

habitus. Vnde ex supradictis in propositione quęstionis inferens plurimam falsarum contra vnã veram ait,Si ergo est opinatio vera boni, puta iustitiæ, qm̃ est bonum, & si est etiã falsa opinatio negans idem.s. qm̃ nõ est quid bonum,est vero & tertia opinatio falsa quoq; affirmas aliquid aliud ineſse illi,quod nõ ineſt nec ineſse potest,puta ꝙ iustitia sit fugibilis,quòd sit illicita,& hinc intelligitur quarta falsa quoq; quæ.s. negat aliquid aliud ab eo quod vera opinio affirmat ineſse iustitiæ quod tamẽ ineſt, vtputa quòd non sit qualitas,ꝙ non sit virtus,si ita inquam est, nulla aliarum falsarũ ponenda est contraria opinioni veræ. Et exponens quid demonstret per ly aliarum,subdit. Neq; quæcunq; opinio opinatur esse quod nõ est, vt tertij ordinis opiniones faciunt,neq; quæcunque opinio opinatur nõ esse quod est, vt quarti ordinis,opiniones significãt. Et caulam subdit. Infinita.n.vtraq; sunt, & quę esse opinantur quod nõ est,& quæ nõ esse quod est, vt supra declaratũ fuit. Nõ ergo quæcũq; opiniones oppositæ f̃m veritatẽ & falsitatẽ cõtrariæ sunt. Et sic patet f̃m.

LECTIO XIII.

Quo nam hominum opiniones dicantur esse contrariæ ostenditur,hinc proportionabiliter,quomodo enunciationum contrarietas sumenda sit docetur.

ARGY. *Sed illæ sunt ponendæ in quibus ineſt ipsa deceptio. Hæ autem sunt illæ ex quibus generationes proficiscuntur. Quapropter & deceptiones ex ipsis proficiscuntur.*

ANTI. *Sed in quibus primo fallacia est. Hæ autem sunt quibus sunt generationes. Ex oppositis vero generationes sunt. Quare etiam fallacia.*

Quia subtili indagatione ostẽdit,ꝙ nec materię contrarietas, nec veri falsiq; qualiscunq; oppositio contrarietatem opinionum constituit,sed ꝙ aliqua veri falsiq; oppositio id facit,ideo nunc determinare intendit qualis sit illa veri falsiq; oppositio,quæ opinionum cõtrarietatem constituit. Ex hoc enim directe quęstioni satisfit. Et intendit ꝙ sola oppositio opinionum secundũ affirmationem & negationẽ eiusdem de eodem,&c. constituit contrarietatem earum. Vnde intendit probare istam cõclusionem per quam ad quæsitum respondet opiniones oppositæ secũdum affirmationem & negationem eiusdem de eodẽ sunt contrarię,& consequenter illa quę sunt oppositæ secundum affirmationem contrariorum prędicatorum de eodem non sunt contrarię,quia sic affirmatiua vera haberet duas cõtrarias,quod est impossibile. Vnum enim vni est contrarium. Probat aũt conclusionem tribus rationibus prima est. Opiniones in quibus primo est fallacia sunt contrariæ opiniones oppositæ secundũ affirmationem, & negationẽ eiusdem de eodem sunt in quibus primo est fallacia,ergo opinionem oppositę secundũ affirmationẽ & negationẽ eiusdem de eodem sunt cõtrariæ. Sensus maioris est. Opiniones quæ primo ordine naturæ sunt termini fallacia.i. deceptionis seu sunt erroris contrarię. Sunt.n.cum quis fallitur seu erat duo termini, scilicet à quo declinat,& ad quem labitur. Huius rationis in litera primo ponitur maior cũ dicitur { Sed in quibus primo fallacia est.} aduersatiuæ enim continuans sermonem supradictis, insinuauit non tot enumeratas opiniones esse cõtrarias,sed ea, in quibus primo fallacia est modo expolito. Deinde subdit probationẽ minoris talem. Eadem proportionaliter sunt ex quibus sunt generationes, & ex quibus sunt fallaciæ. Sed generationes sunt ex oppositis secundum affirmationem & negationem,ergo & fallaciæ sunt ex oppositis secundum affirmationem & negationem, quod erat assumptum in minore. Vnde ponens maiorẽ huius pro syllogismi ait {Hæ autem}.s. fallacia {est ex his}.s.terminis,proportionaliter tamen {ex quibus sunt & generationes.} Et subsumit minorẽ. {Ex oppositis vero}.s. secundum affirmationem & negationem & generationes fiunt. Et demũ concludit. {Quare etiam fallacia}.s. ex oppositis secundũ affirmationem & negationem eiusdem de eodem. Ad euidentiam huius probationis scito ꝙ idem faciunt in processu intellectus cognitio & fallacia seu error,quod in processu naturę generatio & corruptio. Sicut nanq; perfectiones naturales generationibus acquirũtur, corruptionibus desinunt,ita cognitione perfectiones intellectuales acquirũtur, erroribus aũt seu deceptionibus amittũtur. Et ideo sicut tam generatio quam corruptio est inter affirmationem & negationẽ vt proprios terminos, vt dicitur.5.Phys. ita tam cognoscere aliquid,quã falli circa illud,est inter affirmationem & negationem,vt proprios terminos,ita ꝙ,id ad quod primo attingit cognoscens aliquid in secunda operatione intellectus est veritatis affirmatio,& quod per se primo abijcitur est illius negatio. Et similiter quod per se primo perdit,qui fallit, est veritas affirmatio, & quod primo incurrit est veritatis negatio. Recte ergo dixit ꝙ ijdem sunt termini inter quos primo est generatio,& illi inter quos est primo fallacia, quia vtrobique termini sunt affirmatio,& negatio. Deinde cum dicit.

Notandum. Similitudinem processus naturæ & intellect.

Le.2.&c.7.

Prima rat.

Sensus.

ARGY. *Quod si bonum, & bonum est, & non malum, & alterum quidem per se, alterum vero per accidens competit,accidit.n.ipsi non malum esse,atque ea vniuscuiusque opinio vera est magis,quæ est nõ per se,& item falsa magis, quæ est per se quippe cum & ea vera sit magis, quæ conditionem hanc subit,& horum vtraq; falsa est,& ea inquam,quæ bonum,bonum non esse,& ea, quæ bonũ malum asserit esse,illa quidem respectu veræ per se,hæc vero respectu veræ per accidens,magis erit ea opinio falsa profecto quæ est negatio boni,quam ea, quæ est contrarię affirmatio. Atq; is circa vnumquodq; maxime opinatur falso, qui contrariam habet opinionem. Contraria nanq; circa idem genus plurimum differunt. Si igitur harũ opinionum contraria quidem est, & ea quę est contrarię,magis autem est ea contraria,quæ est negationis,patet hanc porro sine controuersia contrariam esse.*

ANTI. *Si ergo quod bonum est,& bonum, & non malum est, & hoc quidem secundum se,illud uero secundũ accidens, accidit enim ei malum nõ esse,magis autem in vno quoq; vera est,quæ secundum se est,etiam falsa,siquidem & vera,ergo ea quæ est,quoniam non est bonum quod bonũ est, secundum se,falsa est,illa vero quæ est,quoniam malũ,est eius,quæ est secundum accidens. Quare magis erit falsa de bono ea quæ,est negationis opinio,quam ea,quæ est contrarię. Falsus autem est maxime circa singula qui habet contrariam opinionem. Contrarium.n.sunt eorũ, quæ plurimum circa idem differunt. Quòd si harũ contraria quidem est altera,magis vero contraria contradictio est,manifestum est quoniã hæc erit contraria. Illa vero quæ est, quoniam malũ est,quod bonum est, implicita est. Etenim quoniã non bonũ est, necesse est forte idem ipsum opinari.*

Intendit probare maiorẽ principalis rationis. Et quia iam declarauit ꝙ ea,in quibus primo est fallacia, sunt affirmatio & negatio, ideo vtitur loco maioris probandæ, huius.s. opiniones in quibus primo est fallacia sunt cõtrariæ,sua cõclusione.s. opiniones oppositę f̃m affirmationem & negationem eiusdem sunt contrariæ. Equiualere

Cur loco ma. probat cõclusionẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim iam declarum est. Fecit autem hoc consuetæ brevitati studens, qñ sic procedendo & probat maiorem & respondet directæ quæstioni & applicat ad propositū simul. Probat ergo loco maioris conclusionem principaliter intentam quæstionis, hāc.s.opiniones oppositę ſm affirmationem & negationem eiusdem contrarię & non illæ quæ sunt oppositæ ſm cōtrariorum affirmationem de eodem. Et intendit talem rōnem. Opinio vera, & eius magis falsa, sunt contrariæ opiniones, oppositæ ſm affirmationem & negationē sunt vera & eius magis falsa, ergo opiniones oppositæ ſm affirmationem & negationē sunt contrariæ. Maior probatur ex eo ꝙ quæ plurimum distant circa idem sunt contraria, vera aūt & eius magis falsa plurimum distant circa idem, vt patet. Minor vero probatur ex eo ꝙ oppositę ſm negationem eiusdem de eodē est per se falsa, respectu suæ affirmationis verę. Opinio aūt per se falsa magis falsa est quacunque alia. Vnumquodq; enim quod est per se tale, magis tale est quolibet quod est per aliud tale. Vnde ad suprapositas opiniones in propositione quæstionis rediens vt ex illis exemplariter clarius intentum ostēdat à probatione minoris incohoat tali modo. Sint quatuor opiniones, duæ veræ.s.bonum est bonum, bonū non est malum, & duæ falsæ.s.bonum nō est bonum, & bonū est malum. Clarum est aūt ꝙ prima vera est ratione sui, secunda aūt est vera ſm accidens.i.ratione alterius quia.s.nō esse malū esse coniunctum ipsi bono. Ideo.n.ista est vera, bonum non est malum, quia bonum est bonum, & non econtra, ergo prima quæ est ſm se vera, est magis vera quàm secunda, quia in vnoquoq; genere quæ ſm se est vera, est magis vera. Illæ autem duæ falsæ eodem modo censendę sunt, ꝙ.s.magis falsa est, quæ ſm se est falsa. Vnde quia prima earū.s.bonum non est bonum, quæ est negatiua per se non ratione alterius falsa, relata ad illam affirmatiuam bonum est bonum, & secūda.s.bonum est malum quæ est affirmatiua cōtrarij ad eandem relata est falsa per accidens.i. ratione alterius, ista enim.s.bonum est malū, non immediate falsificatur ab illa vera, s.bonum est bonū, sed mediante illa alia falsa.s.bonum non est bonum, iccirco magis falsa respectu affirmationis veræ est negatio eiusdem quā affirmatio cont

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probat idem.ſ.quòd affirmationi contraria eſt negatio eiuſdem & non affirmatio contrarij ſecunda ratione dicens. Si in alijs materijs oportet opiniones ſe habere ſimiliter eodem modo,ita quòd cõtrarię in alijs materijs ſunt affirmatio & negatio eiuſdem, & hoc.ſ. quod diximus de boni & mali opinionibus, videtur eſſe bene dictum, q.ſ.contraria affirmationi boni nõ eſt affirmatio mali, ſed negatio boni. Et probat hãc conſequentiã ſubdens. Aut enim vbiq;.i.in omni materia ea,quæ eſt contradictionis altera pars cenſenda eſt contraria ſuæ affirmationi, aut nuſquam.i.aut in nulla materia. Si enim eſt vna ars generalis accipiendi cõtrarium opinionem,oportet quòd vbiq; & in omni materia vno & eodem modo accipiatur contraria opinio. Et conſequenter ſi in aliqua materia negatio eiuſdem, &c. affirmationi eſt contraria in omni materia negatio eiuſdem de eodem,&c.contraria erit affirmationi. Deinde intendens concludere à poſitione antecedentis affirmat antecedens ex ſua cauſa dicens,q illæ materiæ quibus non ineſt cõtrarium, vt ſubſtantia & quantitas, quibus vt in prædicamentis dicitur nihil eſt contrariũ. De his quidem eſt per ſe falſa ea,quę eſt opinioni veræ oppoſita cõtradictorię,vt qui putat hominem puta Socratem nõ eſſe hominem,per ſe falſus reſpectu putantis, Socr. eſſe hominem. Deinde affirmando ipſum antecedens formaliter directe concludit intentum à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis dicens. Si ergo hæ.ſ.affirmatio, & negatio in materia carente contrario,ſunt contrariæ,& omnes aliæ contradictiones contrariæ cenſendæ ſunt.

Ca. de ſubſtantia.

ARGY. *Præterea opiniones hę quarum altera quidem bonum, bonum eſſe, altera vera non bonum aſſerit bonum nõ eſſe, ſimiliter ſeſe habent, & inſuper hæ quarum altera bonũ bonum non eſſe, altera non bonum bonum aſſerit eſſe. Et igitur, quæ dicit non bonum bonum non eſſe, quæ quidem eſt, vt patet vera opinio,quæ nam erit cõtraria? Non.n. ea,quæ non bonum malum aſſerit eſſe. Hæc erit nonnunquam ſimul cum illa vera, nunquam aũt ſit vt vera veræ contraria ſit. Et enim eſt quippiam non bonum malũ. Quare ſit, vt iſtæ ſint ſimul veræ. Nec item ea,quæ non bonum dicit non eſſe malũ Eſt enim & ipſa vera. Nam erit nonnunquam & iſta ſimul. Reſtat igitur, ei quæ dicit non bonum non eſſe bonũ,contrariam eam eſſe quæ non bonum bonum aſſerit eſſe. Hæc enim eſt falſa. Quo ſit, vt ea etiam quæ bonum bonum non eſſe dicit ſit ei contraria, quæ bonum bonum aſſerit eſſe.*

ANTI. *Amplius ſimiliter ſe habet boni quoniam bonum eſt, & non boni,quoniam non bonum eſt,& ad has,boni quoniam non bonum eſt, & non boni quoniam bonum eſt. Illi ergo quæ eſt non boni quoniam non bonum eſt veræ opinationi quæ nam eſt cõtraria? Non enim ea,quæ dicit quoniam malum eſt. Simul enim aliquando erunt veræ,nunquam autem vera veræ eſt cõtraria, eſt etenim quiddam non bonum malum. Quare cõtingit ſimul eſſe veras. At vero nec illa, quæ eſt quoniam non malum, vera enim & hæc, Relinquitur ergo,ei quæ eſt non bonum, quoniam nõ bonum,eſt contraria ea,quæ eſt,nõ boni, quoniam bonum eſt, falſa enim hæc. Quare & ei, quæ eſt boni, quoniam bonum eſt,ea,quæ eſt boni,quoniam non bonum eſt.*

Probat idem tertia ratione quæ talis eſt. Sic ſe habent iſtæ duæ opiniones de bono.ſ.bonum eſt bonum & bonum non eſt bonũ,ſicut ſe habent iſtæ duæ de non bono .ſ.non bonum non eſt bonum,& nõ bonum eſt bonum. vtrobiq; enim ſaluator oppoſitio contradictionis. Et primæ vtriuſq; combinationis ſunt veræ ſecundæ aũt falſę. Vnde propoſitiones hanc maiorem quo ad primas veras vtriuſq; combinationis ait. Similiter ſe habet opinio boni,qñ bonum eſt, & non boni, quoniam nõ eſt bonum. Et ſubdit quo ad ſecundas vtriuſque falſas. Et ſuper has opinio boni qñ non eſt bonum,& non boni qñ eſt bonum. Hæc eſt maior.Sed illi veræ opinioni de non bono .ſ.non bonum non eſt bonum contraria non eſt non bonum eſt malum,nec bonum non eſt malum, quæ ſunt de prædicato contrario,ſed illa non bonum eſt bonum,quę eſt eius contradictoria,ergo & illi veræ opinioni de bono.ſ.bonum eſt bonũ contraria erit ſua contradictoria.ſ. bonum non eſt bonum, & nõ affirmatio contrarij.ſ.bonum eſt malum. Vnde ſubdit minorem ſupradictam dicens. illi ergo veræ opinioni nõ boni quæ eſt dicens quoniam.ſ.non bonum non eſt bonũ,quę eſt contraria.Non enim eſt ſibi contraria ea opinio, quæ dicit affirmatiuæ prædicatum contrarium.ſ.q non bonum eſt malũ, quia iſtæ duæ aliquando erunt ſimul veræ. Nunquam autem vera opinio veræ contraria eſt. Quod autẽ iſtæ duæ aliquando ſimul ſint veræ,patet ex hoc q quoddã non bonum malum eſt. Iniuſtitia enim quoddam non bonum eſt,& malũ. Quare contingeret cõtrarias eſſe ſimul veras, quod eſt impoſsibile. At vero nec ſupradictæ veræ opinioni contraria eſt illa opinio, quæ eſt dicens, prædicatum contrarium negatiuæ.ſ. non bonum non eſt malũ eadem ratione,quia ſimul & hæ erunt veræ.Chimera.n. eſt quoddam non bonum de qua verum eſt ſimul dicere q non eſt bona, & q non eſt mala. Relinquitur ergo tertia pars minoris quòd ei opinioni veræ, quæ eſt dicẽs qñ non bonum non eſt bonum contraria eſt ea opinio, non boni,quæ eſt dicens q eſt bonum,quæ eſt contradictoria illius. Deinde ſubdit concluſionẽ intentam. Quare & ei opinioni boni,quæ dicit bonum eſt bonum,contraria eſt ea boni opinio,quæ dicit q bonum non eſt bonum.i.ſua contradictoria.Contradictiones ergo contrariæ in omni materia cenſendæ ſunt. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Atqui perſpicuum eſt nihil intereſſe, & affirmationẽ ipſam ponamus vniuerſalem. Nam vniuerſalis negatio contraria erit ſane. Opinioni.n.quæ omnino quod eſt bonum,bonum eſſe dicit, ea eſt cõtraria,quæ nihil bonorum bonum aſſerit eſſe. Eanang; opinio qua bonum,bonũ exiſtimatur,ſi vniuerſaliter bonum ſumatur, eadem eſt,atq; concurrit cum ea quæ quicquid eſt bonũ bonũ aſſerit eſſe. Nam autem nihil ab ea differt, qua omne quod eſt bonũ, bonum eſſe exiſtimatur. Similis eſt & de non bono ratio.*

ANTI. *Manifeſtum eſt autẽ quoniam nihil intereſt nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationem. Huic enim vniuerſalis negatio erit contraria, vt opinioni,quæ opinatur,quoniam omne quod eſt bonũ bonum eſt ea, quæ eſt, quoniam nihil horum,quæ bona ſunt,bonum eſt. Nam eius,quæ eſt boni,quoniam bonum eſt, ſi vniuerſaliter ſit bonũ eadem eſt ei quæ opinatur id quod bonum eſt, quoniam bonũ eſt, hoc autem nihil differt ab eo, quod eſt quoniã omne quod eſt bonum,bonum eſt. Similiter autem & in non bono.*

Declarat determinatam veritatem extẽdi ad cuiuſq; quantitatis opiniones. Et quia de indefinitis, & particularibus,& ſingularibus, iam dictum eſt, eo q idem euidenter apparet de his in hac re iudicium.Indefinitę.n.& particulares niſi pro eiſdem ſupponant ſicut ſingulares, per modũ affirmationis & negationis, non opponuntur, quia ſimul veræ ſunt. Ideo ad eas,quæ vniuerſalis quantitatis ſunt ſe transfert, dicens, manifeſtũ eſſe q nihil intereſt quo ad propoſitam quęſtionem,ſi vniuerſaliter ponamus affirmationes. Huic.n,ſ.vniuerſali affirmationi, contraria

Indef.& ſingu. quo oppoſi.

contraria eſt vniuerſalis negatio,& non vniuerſalis affirmatio de contrario,vt opinioni quæ opinatur, quoniam omne bonum eſt bonum,contraria eſt,nihil horũ, quæ bona ſunt.i.nullum bonum eſt bonum. Et declarat hoc ex quid nominis vniuerſalis affirmatiuę dicens. Nã eius, quæ eſt boni quoniam bonum ſi vniuerſaliter ſit bonũ.i. iſtius opinionis vniuerſalis,omne bonum eſt bonum eadem eſt.i.æquiualens illa,quæ opinatur, quicquid eſt bonum,eſt bonum,& conſequenter negatio contraria eſt illa,quam dixi, nihil horum quæ bona ſunt bonum eſt. i. nullum bonum eſt bonum. Similiter autem ſe habet in non bono,quia affirmationi vniuerſali de non bono reddenda eſt negatio vniuerſalis eiuſdem ſicut de bono dictum eſt. Deinde cum dicit.

In quo cõſiſt reſponſio ad pri. q.

ARGY. *Qua cum ita ſint,ſi in opinione res ita ſeſe habet,quẽadmodum diximus,affirmationes autem,atq; negationes ſigna ſunt eorum,quæ ſunt in anima patet & affirmationes contratriam quidem negationẽ eam eſſe,quæ eſt vniuerſaliter de eodem,vt huic,omne bonum eſt bonum,aut omnis homo eſt bonus,hãc,nullum bonum eſt bonum,aut nullus homo eſt bonus contradictoriæ vero oppoſitã hãc, non omne bonum eſt bonum, aut non omnis hõ eſt bonus.*

Vltimæ.

ANTI. *Quare ſi in opine ſic ſe habet . Sunt aũt hæ quæ ſunt in voce affirmationes & negationes notæ eorũ,quæ ſunt in anima. Manifeſtum eſt quoniam affirmationi contraria quidem negatio eſt circa idem vniuerſalis, vt ei,quæ eſt quoniam omne bonum bonum eſt, vel quoniam omnis homo bonus eſt , ea, quæ eſt quoniam nullum vel nullus. Contradictoriæ autem,quoniam nõ omne,aut non omnis.*

Dubium.

Reuertitur ad reſpondendum quæſtioni mortæ, terminata iam ſecũda ex qua illa depẽdet. Et circa hoc duo facit,quia primo reſpondet quæſtioni. Secundo declarat quoddam dictum in præcedenti ſolutione,ibi ¶Manifeſtum eſt autem quoniam.¶Circa primum duo facit. Primo directe reſpondet quæſtioni dicens.Quare ſi in opinione ſic ſe habet contrarietas,vt dictum eſt,& affirmationes & negationes quæ ſunt in voca,notæ ſunt eorum ideſt affirmationum & negationum, quæ ſunt in anima, manifeſtum eſt quoniam affirmationi, ideſt enunciationi affirmatiuæ contraria erit negatio circa idẽ ideſt enũciatio negatiua eiuſdem de eadem &c.& non enunciatio affirmatiua contrarij. Et ſic patet reſponſio ad primam quæſtionem.qua quærebatur,an enunciationi affirmatiuæ contraria ſit ſua negatiua,an affirmatiua cõtrarij. Reſponſum eſt.n.q negatiua eſt contraria.Secundo diuidit negationem contrariam affirmationi ideſt negationem vniuerſale & contradictoriam dicens¶vniuerſalis.ſnegatio affirmationi contraria eſt¶vt exemplariter dicatur ei enunciationi vniuerſali affirmatiuæ quæ eſt omne bonũ eſt bonum, vel omnis homo eſt bonus, contraria eſt vniuerſalis negatiua ea.ſ.nullum bonum eſt bonum, vel nullus homo eſt bonus,ſingula ſingulis referẽdo.Contradictoriæ autem negatio contraria illi vniuerſali affirmationi,eſt,aut non omnis homo eſt bonus,aut non omne bonum eſt,bonum,ſingulis ſingula ſimiliter referendo. Et ſit poſuit vtrunq; diuiſionis mẽbrum,& declarauit. Sed eſt hic dubitatio nõ diſsimulanda. Si.n.affirmationi vniuerſali contraria eſt duplex negatio, vniuerſalis.ſ.& contradictoria,vel vni duo ſunt contraria, vel contrarietate large vtitur Ariſt.cuius oppoſitum ſupra declarauimẽs. augetur & dubitatio quia in præcedenti textu dixit Ariſto.q nihil intereſt, ſi vniuerſalem negationem facimus ita contrariam vniuerſali affirmationi ſicut ſingularem ſingulari,& ita declinari nõ poteſt,quin affirmationi vniuerſali duæ ſint negationes contrariæ eo modo quo hic loquitur de contrarietate Ariſto. Ad huius euidentiam notandum eſt q aliud eſt loqui de contrarietate quæ eſt inter negationem alicuius vniuerſalis affirmatiuæ in ordine ad affirmationem contrarij de eodem &c. & aliud eſt loqui de illamet vniuerſali negatiua in ordine ad negationem eiuſdem affirmatiuæ contradictoriam. Verbi gratia. Sint quatuor enunciationes quarum nunc meminimus.ſ.vniuerſalis affirmatiua contradictoria, vniuerſalis negatiua,& vniuerſalis affirmatio contrarij,ſic diſpoſitæ in eadem linea recta.Omnis homo eſt iuſtus nõ omnis homo eſt iuſtus,omnis hõ non eſt iuſtus, omnis homo eſt iniuſtus, & intuere q licet primæ omnes reliquæ aliquo modo contrarientur,magna tamen differentia eſt inter primæ,& cuiuſq; earum cõtrarietate. Vltima enim ſcilicet affirmatio contrarij primæ contrariatur ratione vniuerſalis negationis quæ ante ipſam ſita eſt, quia non per ſe,ſed ratione illius falſa eſt,vt probauit Ariſto. quia implicita eſt. Tertia autem.i.vniuerſalis negatio non per ſe ſed ratione ſecundæ.ſ.negationis contradictoriæ contrariatur primæ eadem ratione,quia.ſ.non eſt per ſe falſa illius affirmationis veritate,ſed implicita.Continet.n.negationem contradictoriam.ſ.nõ omnis homo eſt iuſtus, mediante qua falſificatur ab affirmationis veritate,quia ſimpliciter & prior eſt falſitas negationis cõtradictoriæ falſitate negationis vniuerſalis. Totum nanq; cõpoſitius & poſterius eſt partibus. Eſt ergo inter has tres falſas ordo ita q affirmationi veræ contradictoria negatio ſimpliciter ſola eſt contraria,quia eſt ſimpliciter reſpectu illius per ſe falſa. Affirmatiua autem contrarij, eſt per accidens contraria quia eſt per accidens falſa. Vniuerſalis vero negatio tanquam mediũ ſapiens vtriuſq; extremi naturam, relata ad contrarij affirmationem eſt per ſe contraria,& per ſe falſa,relata autem ad negationem contradictoriam eſt per accidens falſa & contraria. Sicut rubrũ ad nigrum eſt album,& ad album eſt nigrum, vt dicitur in 5.Phyſicorũ, Aliud igitur eſt loqui de negatione vniuerſali in ordine ad affirmationem contrarij, & aliud in ordine ad negationem contradictoriam. Si.n.primo modo loquatur ſic negatio vniuerſalis per ſe cõtraria,& per ſe falſa eſt. Si autem ſecundo modo nõ eſt per ſe falſa nec contraria affirmationi. Quia ergo agitur ab Ariſt. nunc quęſtio inter affirmationem contrarij,& negationẽ,quę earum contraria ſit affirmationi veræ,& non agitur quę ſtio ipſarum negationum inter ſe quę.ſ.earum contraria ſit illa affirmationi, vt patet in toto proceſſu quæſtionis, ideo Ariſt.indiſtincte dixit q vtraq; negatio eſt contraria affirmationi veræ,& non affirmatio contrarij.Intendens per hoc declarare diuerſitatem quę eſt inter affirmationem contrarij & negationem in hoc q veræ affirmatio contrariantur,& non intendens dicere q vtraq; negatio eſt ſimpliciter contraria. Hoc.n.in dubitatione nõ eſt quæſitum,ſed illud tantum.Et ſimiliter dixit q nihil interest ſi quis ponat negationem vniuerſalem,nihil.n.interest quo ad hoc q affirmatio contrarij oſtendatur nõ contraria affirmationi verę quod inquirimus. Plurimum autem intereſſet,ſi negationes ipſas inter ſe diſcutere vellemus,quæ earum eſſet affirmatione contraria. Sic ergo patet q ſubtiliſsime Ariſt. locutus de vera contrarietate enunciationum vnã vni contrariam poſuit in omni materia & quantitate dum ſimpliciter contrarias contradictiones aſſeruit. Deinde cum dicit.

Totum poſterius parti bus.

Leã. 1.c.18;

Vnã vniratũ contra.

Patet etiam fieri non poſſe,quo veræ ſit contraria vera,aut opinio,aut oratio vlla,Nam contrariæ ſunt circa

ARGY.

oppoſita,

Universidad de Deusto
Biblioteca

oppoſita, vt idem verę opinetur, atq; enũciet. Fieri enim non poteſt vt eidem contraria ſimul inſint.

ANTI. *Manifeſtum eſt autem, quoniam & veram veræ non contingit eſſe contrariam, nec opinionem, nec cõtradictionem. Contrarię enim ſunt, quę circa oppoſita ſunt. Circa eadem autem contingit verum dicere eundem, ſimul autem non contingit eidem ineſſe contraria.*

Reſumit quoddam dictum vt probet illud dicẽs. {Manifeſtum eſt autem} ex dicendis q̃ {non cõtingit veram veræ contrariam eſſe, nec in opinione mentali, nec in cõtradictione}. i. vocali enunciatione. Et cauſam ſubdit, quia contraria ſunt, quæ circa idem oppoſita ſunt, & conſequenter enunciationes & opiniones veræ circa diuerſa contrariæ eſſe non poſſunt. Circa idem autem contingit ſimul omnes veras enũciationes & opiniones verificari, ſicut & ſignificata vel repreſenta earũ ſimul illi inſunt, aliter vere tunc non ſunt. Et conſequenter omnes veræ enunciationes & opiniones circa idem contrariæ non ſunt, quia contraria non contingit eidem ſimul ineſſe, nullum ergo verum ſiue ſit circa idem, ſiue ſit circa aliud, eſt alteri vero contrarium.

Verum ve. non contra.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER PRIMVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis Præclariſſimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

De Logicæ neceſſitate, librorum diuiſione & ordine, & huius libri ſubiecto agit. Hinc omnẽ cognitionem ex aliqua præexiſtẽti notitia fieri oportet docet.

ARGY. *Omnis doctrina, omnisq; diſciplina intellectiua ex antecedenti cognitione fieri ſolet. Id ſi omnes quo ſiunt pacto conſiderabimus, manifeſtum profecto fiet.*

ANTI. 

Omnis doctrina, et omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtente fit cognitione. Manifeſtum eſt autem hoc ſpeculantibus in omnes.

Cõmen. 1. vide in ãno.

Sicut dicit philoſophus in primo Meta. hominum genus arte & rationibus viuit, in quo videtur philoſophus tangere quoddam hominis proprium in quo à cæteris animalibus differt. Alia enim animalia quoddã naturali inſtinctu ad ſuos actus aguntur, homo autem rationis iudicio in ſuis operibus dirigitur. Et inde eſt q̃ ad actus humanos faciliter & ordinate perficiendos, diuerſæ artes deſeruiunt. Nihil enim aliud ars eſſe videtur, quã certa ordinatio rationis qua per determinata media ad debitum finem actus humani perueniunt. Ratio autem non ſolum dirigere poteſt inferiorum partium actus, ſed etiam actus ſui directiua eſt. Hoc enim eſt proprium intellectiuæ partis, vt in ſe ipſa reflectatur. Nam intellectus intelligit ſeipſum, & ſimiliter ratio de ſuo actu ratiocinari poteſt. Sicut igitur ex hoc q̃ ratio de actu manus ratiocinatur adinuẽta eſt ars ædificatoria, vel fabrilis, per quas homo faciliter & ordinate huius actus exercere poteſt, eadem ratione ars quædam neceſſaria eſt, quæ ſit directiua ipſius actus rationis, per quam. ſ. homo in ipſo actu ratiõis ordinate, & faciliter, & ſine errore procedat. Et hęc eſt ars logica ideſt rationalis ſcientia. Quę non ſolum rationalis eſt ex hoc q̃ eſt ſecundum rationẽ, quod eſt omnibus artibus cõmune, ſed etiã ex hoc q̃ eſt circa ipſum actum rationis ſicut circa propriam materiam. Et ideo videtur eſſe ars artium quia in actum rationis nos dirigit, a quo omnes artes procedunt. Oportet igitur Logicę partes accipere ſecũdum diuerſitatem actuum rationis. Sunt autem rationis tres actus quorum primi duo ſunt rationis ſecundum q̃ eſt intellectus quidam. Vna enim actio intellectus eſt intelligentia indiuiſibilium, ſiue incomplexorum, ſecundum quam concipit quid eſt res. Et hæc operatio à quibuſdã dicitur informatio intellectus, ſiue imaginatio per intellectum. Et ad hanc operationẽ rationis ordinatur doctrina, quam tradit Ariſto. in lib. Prædicamentorum. Secũda vero operatio intellectus eſt compoſitio vel diuiſio intellectus, in qua eſt iam verum vel falſum. Et huic rationis actui deſeruit doctrina, quã tradit Ariſto. in lib. Perihermenias. Tertius vero actus rationes eſt ſecundum id quod eſt propriũ rationis ſcilicet diſcurrere ab vno in aliud, vt per id quod eſt notũ deueniat in cognitionem ignoti. Et huic actui deſeruũt reliqui libri Logicæ. Attendendum eſt autem, q̃ actus rationis ſunt ſimiles quantum ad aliquid actibus naturę vnde & ars imitatur naturam inquantum poteſt. In actibus autem naturę inuenitur triplex diuerſitas. In quibuſdam enim natura de neceſſitate agit, ita q̃ non poteſt deficere. In quibuſdam vero natura vt frequentius operatur, licet quãdoque poſsit deficere à proprio actu. Vnde in his neceſſe eſt eſſe duplicem actum, vnum qui ſit vt in pluribus, ſicut cum ex ſemine generatur animal perfectum. alium quando natura deficit ab eo quod eſt ſibi conueniens ſicut cum ex ſemine generatur aliquod monſtrum propter corruptionem alicuius principij. Et hæc etiam tria inueniuntur in actibus rationis. Eſt enim aliquis rationis proceſſus neceſsitatẽ inducens, in quo non eſt poſſibile eſſe veritatis defectũ, & per huius rationis proceſſum ſcientiæ certitudo acquiritur. Eſt autem alius rationis proceſſus, in quo vt pluribus verum concluditur, nec tamen neceſsitatẽ habens. Tertius vero rationis proceſſus eſt in quo ratio à vero deficit proper alicuius principij defectum quod in ratiocinando erat obſeruãdum. Pars aut logicæ quæ primo deſeruit, pars Iudicatiua dicitur eo q̃ iudicium eſt cum certitudine ſcientiæ. Et quia iudicium certum de effectibus haberi non poteſt, niſi reſoluendo in prima principia, ideo pars hæc Analytica vocatur ideſt reſolutoria. Certitudo autem iudicij duo per reſolutionem habetur eſt, vel ex ipſa forma ſyllogiſmi tãtum, & ad hoc ordinatur lib. Priorum analyticorum qui eſt de ſyllogiſmo ſimpliciter, vel etiam cum hoc ex materia, quia ſumuntur propoſitiones per ſe, & neceſſariæ, & ad hoc hoc ordinatur liber Poſteriorum analyticorum, qui eſt de ſyllogiſmo demonſtratiuo. Secundo autem rationis proceſſui deſeruit alia pars Logicæ, quę dicitur Inuentiua. Nam Inuentio non ſemper eſt cum certitudine. Vnde de his quæ inuenta ſunt iudiciũ requiritur, ad hoc q̃ certitudo habeatur. Sicut autem in rebus naturalibus, in

Cõmen. 1. vide in ãno.

Cur diuerſe ar.

Ratio quid pixi.

Logi. nece.

Currõnalis

Logi. dis

Rationis actus.

Log. pars iudi. tiua.

Secũda pars inuẽ.

Secundus proceſſus gradus. Primus gra. 2. prędict. Topi.

Syllogiſmus diale. Secundus grad. Retho.

Tertius gra. Poetica.

Poeti. offi.

Tertio proce. deſer. Sophiſtica.

Lect. 4. Fi. demon.

Cãtur ſcientia ſecũdum Plato.

Quid facit. ſtudium ſecũdum Pla.

Ariſt. cõtrarium ſenti.

Lectio. 2.

Et ideo dicit. {Omnis doctrina & omnis diſciplina} nõ autem omnis cognitio, quia non omnis cognitio ex priori cognitione dependet. Eſſet enim in infinitum ire. Omnis autem diſciplinæ acceptio ex præexiſtente cognitione fit. Nomen autem Doctrinæ & Diſciplinæ ad cognitionis, acquiſitionem pertinet. Nam doctrina eſt actio eius, qui aliquid cognoſcere facit. Diſciplina autem, eſt receptio cognitionis ab alio. Nec accipitur hic Doctrina, & Diſciplina ſecundum q̃ ſe habent ad acquiſitionẽ ſcientię tãtum, ſed ad acquiſitionẽ cognitionis cuiuſcũq;. Quod patet, quia manifeſtat hanc propoſitionem etiam in diſputatiuis, & rethoricis diſputationibus, per quas nõ acquiritur ſcientia. Propter quod etiam non dicit ex præexiſtenti ſciẽtia, vel intellectu, ſed vniuerſaliter cognitione. Addit autem intellectiua, ad excludendum acceptionem cognitionis ſenſitiuæ, vel imaginatiuæ. Nam procedere ex vno in aliud, rationis eſt ſolũ. Secundo cũ dicit.

Doctrina. Diſciplina.

Mathematicæ nanq; ſcientiæ illo comparantur modo, & quæq; cæterorum artium.

ARGY.

Mathematicæ enim ſcientiarum per hunc modũ fiunt, & aliarum vnaquæq; artium.

ANTI.

Manifeſtat propoſitionem præmiſſam per inductionem. Et primo in demonſtratiuis in quibus acquiritur ſcientia. In his autem principaliores ſunt Mathematicæ ſcientiæ, propter certiſſimum modum demonſtrationis. Conſequenter autem ſunt & aliæ artes, quia in omnibus eſt aliquis modus demonſtrationis, aliter non eſſent ſcientiæ. Secundo cum dicit.

Sane circa quoque rationes, cum per ratiocinationes, aut inductionem, proceditur, idem ſeruari modus videtur. In vtriſque nanque per antea nota doctrina nimirũ fit, quippe cum in altera tanquam à cognoſcentibus propoſitiones accipiantur, in altera per ſingularia iam notum ipſum oſtendatur vniuerſale.

ARGY.

Similiter antẽ & circa orationes, quę per ſyllogiſmos, & quę per inductionem. Vtraque enim per prius nota, faciunt doctrinam, hę quidem accipientes tanquam à notis, illę vero demonſtrantes vniuerſale per id quod manifeſtum eſt ſingulare.

ANTI.

Manifeſtat idem in orationibus diſputatiuis, ſiue dialecticis, quæ vtuntur ſyllogiſmo & inductione in quorũ vtroq; proceditur ex aliquo præcognito. Nam in ſyllogiſmo accipitur cognitio alicuius vniuerſalis cõcluſi, ab alijs vniuerſalibus notis. In inductione autem concluditur vniuerſale ex ſingularibus, quæ ſunt manifeſta.

Simili profecto mõ, & oratorię ratiões ſuadẽt. Aut. n. exẽplis, quod eſt inductio, aut enthimematibus, quod qui dẽ eſt ratiocinatio, facultas ipſa ſolet oratoria ſuadere.

ARGY.

Simili autem & rhetoricæ perſuadent. Aut enim per exempla, quæ eſt inductio, aut per enthimema, quod verę eſt ſyllogiſmus.

ANTI.

Manifeſtat idem in rethoricis, in quibus perſuaſio fit per enthimema, aut exemplum nõ per ſyllogiſmum, aut inductionem completam, propter incertitudinem materiæ circa quam verſatur. ſ. circa actus ſingulares hominũ in quibus vniuerſales propoſitiones non poſſunt vere aſſumi. Et ideo loco ſyllogiſmi in quo neceſſe eſt eẽ aliquã vniuerſalem, vtitur aliquo enthimemate, in quo non neceſſe eſt eſſe aliquam vniuerſalem. Et ſimiliter loco inductionis, in qua cõcludit vniuerſale, vtitur aliquo exẽplo in quo proceditur à ſingulari, non ad vniuerſale, ſed ad ſingulare. Vnde patet q̃ ſicut enthimema eſt quidam ſyllogiſmus detruncatus, ita exemplum eſt quædam inductio imperfecta. Si ergo in ſyllogiſmo & inductione proceditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceditur ex aliquo præcognito, oportet idem intelligi in enthimemate, & exemplo.

LECTIO II.

Eorum, ex quibus ipsa integratur demonstratio, duplicem esse præcognitionem docet, quomodo item & quo ordine ante ipsam conclusionem præcognita sint ostendit.

ARGY. *Dupliciter autem oportet præcognoscere. Quędă enim esse, quędam quid dictu significent, quędam vtroq; modo antea percipiamus oportet. Veluti de quouis quidam affirmationem, aut negationem dici verum esse, triangulũ autem hoc significare. Vnitatem vero vtroque modo & quid significet, & etiam esse. Non enim vnumquodque istorum simili modo nobis est manifestum.*

ANTI. Dupliciter autem necessarium est præcognoscere. *Alia nanque quia sunt prius opinari necesse, alia vero quid est quòd dicitur intelligere oportet, quędam autem vtraque. Vt quoniam omne quidem, aut affirmare, aut negare verum est, quia est triangulum autem, quoniam hoc quidem significat, sed vnitatem vtraque, & quid significat, & quia est. Non enim similiter horũ vnumquodque manifestum nobis est.*


Triangulus.



∴

Vide in annot. Comment. 1.

POstquam ostendit Philosophus ꝙ omnis disciplina ex præexistenti fit cognitione, nunc ostendit quid sit modus præcognitionis. Et circa hoc duo facit. Primo determinat modum præcognitionis quantũ ad illa que oportet cognoscere, vt habeatur conclusionis cognitio, cuius scientia quæritur. Secundo determinat modum præcognitionis ipsius conclusionis, cuius scientia per demonstrationem quæritur, ibi ¦ Antequam sit inducere. ¦ In præcognitione autem duo includuntur. s. cognitio, & cognitionis ordo. Primo ergo determinat modum præcognitionis quantum ad ipsam cognitionem. Secundo quantum ad cognitionis ordinem, ibi ¦ Est autem cognoscere. ¦ Circa primum sciẽdum est ꝙ id cuius scientia per demonstrationem quæritur, est conclusio aliqua in qua propria passio de aliquo subiecto prædicatur, quæ quidem conclusio infertur ex aliquibus principijs. Et quia cognitio simplicium præcedit cognitionem compositorum, necesse est ꝙ antequam habeatur cognitio conclusionis, cognoscatur aliquo modo subiectum & passio. Et similiter oportet ꝙ cognoscatur principium, ex quo conclusio infertur. cum ex cognitione principij conclusio innotescat. Horum autem triu. s. principij, subiecti, & passionis, est duplex modus præcognitionis. s. quia est, quid est. Ostensum autem est in 7. Meta. ꝙ complexa nõ diffiniuntur. Hominis. n. albi non est aliqua diffinitio, & multominus enũciationis alicuius. Vñ cũ principium sit enunciatio quædam non potest præcognosci de ipso quid est, sed solum quia verũ est. De passione autem potest quidem sciri quid est, quia vt in eodem libro ostenditur, accidentia quodammodo diffinitionem habent. Passionis aut esse & cuiusliber accidentis est inesse subiecto, quod quidem in demonstratione concluditur. Non ergo de passione præcognoscitur quia est, sed solum quid est. Subiectum autem diffinitionem habet, & eius esse à passione non dependet, sed suum esse propriũ præintelligitur ipsi esse passionis in eo. Et ideo de subiecto oportet præcognoscere & quid est, & quia est, præsertim cũ ex diffinitione subiecti & passionis sumatur medium demonstrationis. Propter hoc ergo dicit Philosophus, ꝙ dupliciter necessarium est præcognoscere, quia duo sunt quæ præcognoscuntur de his, quorum præcognitionẽ habemus. s. quia est & qd est. Et alia sunt de quibus necesse est primo cognoscere quia sunt sicut principia de quibus postea exemplificat, ponens in exẽplo primum omnium principiorum scilicet quòd de vnoquoque est affirmatio vel negatio vera. Alia vero sunt de quibus oportet præintelligere quid est quod dicitur, id est quid significatur per nomen. s. de passionibus. Et non dicit quid est simpliciter, sed quid est quod dicitur, quia antequam sciatur de aliquo an sit, non potest sciri, proprie de eo quid est. Nõ entium. n. non sunt diffinitiones. Vnde quæstio, an est, præcedit quæstionem quid est. Sed non potest ostendi de aliquo an sit, nisi prius intelligatur quid significatur per nomen. Propter quod etiam Philosophus in 4. Meta. in disputatione contra negantes principia docet incipere à significatione nominum. Exemplificat autem de triangulo, de quo oportet præscire quoniã nomen eius hoc significat, quod. s. in sua diffinitione continetur. Cum autem accidẽtia quoddam ordine ad subiecta referantur, non est inconueniens id quod est accidens in respectu ad aliquid esse etiam subiectum respectu alterius. Sicut superficies est accidens respectu substantiæ corporalis, quæ tamen superficies est primũ subiectum coloris. Id autem quod est subiectum, ita ꝙ nullus est accidens, substantia est. Vnde in illis scientijs quorum subiectum est aliqua substantia, id quod est subiectum nullo modo potest esse passio, sicut est in philosophia prima, & in sciẽtia naturali, quę est de subiecto mobili. In his autem scientijs, quæ sunt aliquibus accidentibus, nihil prohibet id quod accipitur vt subiectum, respectu alicuius passionis, accipi etiam vt passio respectu anterioris. Hoc tamen non in infinitum procedit. Est. n. deuenire ad aliquod primum in scientia illa, quod ita accipitur vt subiectum, quod nullo modo vt passio. sicut patet in Mathematicis scientijs, quæ sunt de quantitate continua vel discreta. Supponuntur. n. in his scientijs ea, quæ sunt prima in genere quantitatis, sicut vnitas & linea, & superficies, & aliæ huiusmodi. Quibus suppositis per demonstrationem quæruntur quædam alia, sicut triangulus æquilaterus, quadratum in geometrijs, & alia hmõi.



Quæ quidem demonstrationes quasi operatiuæ dicũtur, vt est illud, super rectã lineam datam, triangulũ æqui laterum constituere. Quo adinuento rursus de eo aliquę passiones probantur, sicut ꝙ eius anguli sunt æquales aut aliquid huiusmodi. Patet ergo ꝙ triangulus in primo modo demonstrationis se habet vt passio, in secũdo se habet vt subiectũ. Vnde Philosophus hic exemplificat de triãgulo, vt passio est, non vt est subiectum, cũ dicit ¦ de triãgulo oportet præscire quoniam hoc significat. ¦ Dicit etiã ꝙ quædam sunt, de quibus oportet præsire vtrũq; quid est, & quia est. Et exemeplificat de vnitate que principiũ in omni

Tex. cõ. 1. Lect. 1. Vnũ accidẽs subiecto alterius.

In prohe phyſi.

Lect. 3.

Cõclu. scięntia p demõstra. quæri.

Conclu. præcognoscun.

Text. c. 12. 13. & 14. lec. 43. ex. 4. Tex. cõ. 17. lec. 4. ex. 4.

Medium demon.

in omni genere quãtitatis. Et si. n. aliquo mõ sit accidens respectu substantię, tamẽ in scientijs mathematicis quæ sunt de quantitate non potest accipi vt passio, sed vt subiectum tantum cum in hoc genere non habeat prius. Rationem huiusmodi diuersitatis ostendit. Quia nõ est similis modus manifestationis prædictorum. s. principij, passionis, & subiecti. Non. n. est eadem ratio cognitionis in ipsis. Nam principia cognoscuntur per actũ componentis & diuidentis. Subiectum autem & passio per actũ apprehendentis quod quid est. Quod quidem nõ similiter competit subiecto & passioni, cum subiectum diffiniatur absolute, quia in diffinitoine eius non ponitur aliquid, quod sit extra essentiam ipsius. Passio autẽ diffinitur cum dependentia ad subiectum, quod in eius diffinitione ponitur. Vnde ex quo non eodẽ modo cognoscuntur, non est mirum si eorum diuersa præcognitio sit.

Cogni. prĩ. Sub. & pas.

q. an. est pri cc. q. qui

Deinde cum dicit.


ARGY. *Fit autem vt cognoscamus quædam prius cognoscentes, Quorundam etiam simul accipientes cognitionem, veluti quæcunq; sunt sub vniuersali, quorum habetur cognitio. Nam omnem triangulum tres angulos duobus rectis æquales habere antea sciuimus, at id, quod est in semicirculo triangulum esse simul inducẽtes agnoumus. Hoc enim pacto nunullas discimus rerum & non per medium extremum cognoscimus, quæcunq; iam singulares sunt, & de nullo prædicantur subiecto.*

ANTI. *Est autem cognoscere alia quidem prius cognoscẽtem quorundam autem simul accipere notitiam, vt quæcunque contingunt esse sub vniuersalibus quorum habent cognitionem. Quod enim omnis triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales præscit, quòd vero hoc, quod est in semicirculo, triangulus sit, simul inducens cognouit. Quorundam. n. hoc modo disciplina est, & non per medium vltimum cognoscitur, vt quæcunq; iam singularium contingunt esse, & non de subiecto aliquo.*

Vide in annot. Cõment. 4.

Vide in annot.

Triangulus in semicirculo.



Priori duplex ordi. in cogni. fer.

Determinat modum præcognitionis ex parte ipsius ordinis, quem quidem præcognitio importat. Est. n. aliquid prius altero & secundum tempus, & secundum naturam. Et hic duplex ordo in præcognitione considerandus est. Aliquid. n. præcognoscitur prius, sicut prius notum tempore. Et de his dicit ꝙ alia contingit cognoscere aliquem cognoscentem ea prius tempore, quam illa quibus præcognosci dicuntur. Quædam vero cognoscuntur simul tempore, sed sunt prius natura. Et de his dicit ꝙ quorundam præcognitorum simul tempore est accipere notitiam, & illorum, quibus præcognoscuntur. Quæ autẽ sunt illa manifestat subdens, ꝙ hmõdi sunt quæcũque continentur sub aliquibus vniuersalibus, quorum habent cognitionem idest de quibus notum est ea sub talibus vniuersalibus contineri. Et hoc vlterius manifestat per exemplum. Cum. n. ad conclusionem inferendã duæ propositiones requirantur. s. maior & minor, scita propositione maiori, nondum habetur conclusionis cognitio. Maior ergo propositio præcognoscitur conclusioni, non solum natura, sed tempore. Rursus autẽ si in minori propositione inducatur, siue assumatur aliquod contentum sub vniuersali propositione, quę est maior, de quo manifestum non sit, ꝙ sub hoc vniuersali continentur, nondũ habetur conclusionis cognitio, quia nondum erat certa veritas minori propositionis. Si autem in minori propositione assumatur terminis, de quo manifestum sit ꝙ continetur sub vniuersali in maiori propositione, patet veritas minoris propositionis, quia id quod accipitur sub vniuersali, habet eius cognitionem, & sic statim habetur cõclusionis cognitio. Vt si sic demonstraret aliquis. Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, ista cognita, nondum habetur cõclusionis cognitio, sed cum postea accipitur, hæc figura in semicirculo descripta est triangulus, statim scit ꝙ habet tres angulos æquales duobus rectis. Si autem non esset manifestum ꝙ hæc figuræ in semicirculo descripta esset triangulus, nondum statim inducta assumptione sciretur conclusio, sed oportet vlterius aliquod medium quærere, per quod demõstraretur hanc figuram esse triangulum. Exemplificans autẽ Philosophus de his, quæ cognoscuntur ante cõclusionẽ prius tempore, dicit ꝙ aliquis per demonstrationem conclusionis cognitionem accipiens hanc propositionem præsciuit etiam secundum tempus. s. ꝙ omnis triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales. Sed inducẽs hãc assumptionem. s. ꝙ hoc quod est in semicirculo sit triangulus, supple tempore simul cognouit conclusionẽ, quia hoc inductum habet notitiam vniuersalis, sub quo continetur, vt nõ oporteat vlterius medium quærere. Et ideo subdit ꝙ ¦ quorundam est hoc modo disciplina ¦ i. eorum accipitur cognitio per se, & non oportet ea cognoscere per aliquod aliud medium, quod sit vltimum in resolutione, qua mediata ad immediata reducuntur, vel potest legi sic. Quod ¦ vltimum ¦ idest extremum, quod accipitur sub vniuersali medio, non cognoscatur esse sub illo vniuersali, per aliquod aliud medium. Et quæ sunt ista, quæ habent cognitionem sui vniuersalis, manifestat subdens, ꝙ huiusmodi sunt singularia, quæ non dicuntur de aliquo subiecto, cum inter singularia & speciem nullum medium possit inueniri.

Maior præco. cõclusioni.

Conclusio cum mino. cogno. Quando simul tempore cognoscitur minor.

LECTIO III.

Conclusionem demonstrationis ante ipsam demonstrationẽ aliquo modo est præcognitam, alio vero modo non, ex dubitatione Platonicæ, solutione manifestat.

ARGY. *Antea vero, quam sit inductio vel ratiocinatio facta, partim fortasse dicendum est scire, partim nescire. Quod enim non sciuit si sit simpliciter, id quoquomodo scit. Duobus rectis æquales habere patet hoc pacto quidem scire, quia vniuersaliter scit simpliciter vero nescire.*

ANTI. *Antequam sit inducere, aut accipere syllogismum, quodammodo fortasse dicendum est scire, modo autem alio non. Quod. n. nescisit si est simpliciter hic quodammodo sciut. Et quòd duos, rectos habet hoc nescisit simpliciter, sed manifestum est quòd sic quidem scit, simpliciter autem non scit.*

Postquam ostendit Philosophus quomodo oportet præcognoscere quædam alia, antequam de conclusione cognitio sumatur, nunc vult ostendere quomodo ipsam conclusionem contingit præcognoscere, antequam cognitio sumatur de ea per syllogismum, vel inductionem. Et circa hoc duo facit. Primo namque determinat veritatem, dicens quod antequam inducatur indicio, vel syllogismus ad faciendum cognitionem de aliqua conclusione, illa conclusio quodammodo scitur, & quodammodo non

cõm. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõ. præco. ẽm quid.

Lectione p̃cedenti.

Tex. 31. Lect. 5.

Tex. vltim.

ARGY.

ANTI.

Dup. Pla.

Cõ. præco. secũdũ Pla.

ARGY.

ANTI.

Introdu. secundũ Pla.

non ſimpliciter enim neſcitur, ſed ſolum ſecũdum quid. Sicut ſi debeat probari iſta concluſio, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, antequam demõſtretur, illę, qui per demonſtrationem accipit ſcientiã eius, neſcinit ſimpliciter, ſed ſcit ſecundum quid. Vnde quãmodo præſcium, ſimpliciter autem non. Cuius quidẽ ratio eſt, quia ſicut iam oſtenſum eſt oportet principia cõcluſioni præcognoſcere. Principia autem ſe habẽt ad cõcluſiones in demonſtratiuis, ſicut cauſæ actiuę in naturalibus ad ſuos effectus. Vñ in 2. Phyſi. propoſitiones ſyllogiſmi ponuntur in genere cauſæ efficientis. Effectus autem antequam producatur in actu, præexiſtit quidem in cauſis actiuis virtute, non autem actu, quod eſt ſimpliciter eſſe. Et ſimiliter antequam ex principijs demonſtratiuis deducaẽ concluſio, in ipſis principijs quidem præcognitis præcognoſcitur concluſio virtute, non tamẽ actu. Sic.n. in eis præexiſtit. Et ſic patet ꝙ non præcognoſcitur ſimpliciter, ſed ſecundum quid eſt. Secundo ibi.

Quod niſi ita ſit, euenret ea profectò, quæ eſt in Mẽno ne dubitatio. Aut.n. nihil quiſquã diſcet, aut ea quę ſcit.

Si vero non, Mennonis ambiguitas contingit. Aut.n. nihil diſcent, aut quæ nouerunt.

Excludit ex veritate determinata quandam dubitationem, quam Plato ponit in libro Mennonis, ſic intitulato ex nomine ſui diſcipuli. Eſt autem dubitatio talis. Induc it enim quendam omnino imperium artis Geometricæ interrogatum ordinate de principijs per ſe notis, ex quibus geometrica concluſio concluditur, incipiẽdo ex principijs per ſe notis, ad quæ omnia illa ignarus geometriæ id quod verum eſt reſpondit, & ſic deducendo quæſtiones vſque ad concluſionem per ſingula verum reſpõdit. Ex hoc igitur vult habere, ꝙ & illi, qui videntur imperi ti aliquarum artium, antequam de eis inſtruantur earum notitiam habent. Et ſic ſequitur ꝙ vel homo nihil addiſcat, vel addiſcat ea, que prius nouit. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo enim proponit ꝙ prędicta dubitatio vitari non poteſt, niſi ſuppoſita prædeterminata veritate.i. ꝙ concluſio quam quis addiſcit per demonſtrationem, vel inductionem, nota erat non ſimpliciter, ſed ſecundũ ꝙ eſt virtute in ſuis principijs, de quibus aliquis ignarus ſcientiæ interrogatus veritatem reſpondere poteſt. Secundum vero Platonis ſententiam concluſio erat præcognita ſimpliciter. Vnde non addiſcebatur de nouo, ſed pũ ios per deductionem aliquam rationis, in memoriam reducebatur. Sicut etiam de formis naturalibus Anaxagoras ponit ꝙ ante generationem præexiſtebãt in materia ſimpliciter. Ariſt. vero ponit ꝙ præexiſtunt in potentia, & non ſimpliciter. Secundo cum dicit.

Non enim ita dicendum eſt, vt quidam ſoluere enitũtur. Scis ne omne dualitatem eſſe parem? Annuenti vero interrogato, offerunt ei dualitatem quandam, quam quidem non putabat eſſe, quare nec parem eſſe. Soluunt igitur non omnem ſe ſcire ducentes eſſe parem dualitatem, ſed eam quam ſciunt eſſe dualitatem.

Non enim ſicut quidam argumentantur, ſoluere, dicẽdum eſt, Nunquid ſciuiſti omnem dualitatem, quoniam par eſt, aut non? Dicente autem ſic, attulerant quandam dualitatem, quam non opinatus eſt eſſe. Soluunt enim dicentes, nõ cognoſcere omnem dualitatem parem eſſe, ſed quam ſciunt quòd dualitas ſit.

Oſtendit fallam quorundam obiectionem ad dubitationem Platonis, qui.ſ. dicebant ꝙ concluſio antequã demonſtraretur, vel quocunque modo addiſceretur, nullo modo erat cognita. Poterat enim ei obijci ſecundũ Platonis dubitationem hoc modo. Siquis interrogaretur ab aliquo imperito, Nunquid tu ſcis ꝙ oĩs dualitas par eſt? & dicente eo. i. concedente ſe ſcire, afferret quandã dualitetem, quam illæ interrogatus non opinaretur eſſe, puta illam dualitatem quę eſt 3. pars. ſenarij, concluderetur ꝙ ſciret tertiam partem ſenarij eſſe numerum parem, quod erat ei incognitum, ſed per demonſtrationem inductam addiſcit. Et ſic videtur ſequi ꝙ vel non hoc addiſcat, vel addidicerit quod prius ſciuit. Vt igitur hanc dubitationem euitarent ſoluebant dicentes, ꝙ illæ interrogatus, qui reſpondet ſe ſcire ꝙ omnis dualitas ſit numerus par non dixit ſe cognoſcere omnem dualitatem ſimpliciter, ſed illam, quam ſciuit eſſe dualitatem. Vnde cum iſta dualitas, que eſt illa ta fuerit ab eo penitus incognita, ſiue ignota, nullo modo ſciuit ꝙ hæc dualitas eſſet numerus par. Et ſic ſequitur quod apud cognoſcentem principia nullo modo concluſio ſit præcognita, neque ſimpliciter, neque ſecundum quid. Tertio ibi.

Et tamen ſciunt quidem id cuius habent demonſtrationem, & acceperunt. Acceperunt autẽ nõ omnis eius, quod ſciunt eſſe triangulum, aut numerum, ſed ſimpliciter de omni numero, atque triangulo, demonſtrationem. Nulla enim huiuſcemodi propoſitio ſumitur, quẽ tu ſcit numerum, aut quaſi ſcis rectarum linearum figura, ſeu abſolute de quolibet. ARGY

Et etiam ſciunt cuius veræ demonſtrationem habent, & cuius acceperunt. Acceperunt autem non de omni, cuius vtique ſciunt quòd triangulus, aut numerus ſit, ſed ſimpliciter de omni numero, & triangulo. Neque enim vna propoſitio accipitur huiuſmodi, quòd quem tu noſti numerum, aut quam noſti rectam lineam, ſed de omni. ANTI.

Linea recta.

Improbat hanc ſolutionem hoc modo. Illud ſcitur, de quo demonſtratio habetur, vel de quo de nouo accipitur demonſtratio. Et hoc dicitur propter addiſcẽtem qui incipit ſcire. Addiſcentes autẽ non accipiunt demonſtratio nem de omni dualitate de qua ſciunt, ſed de omni ſimpliciter, & ſimiliter de omni numero, aut de omni triangulo. Non ergo verum eſt ꝙ ſciat de omni numero, quem ſcit eſſe numerum, aut de omni dualitate, quam ſcit eſſe dualitatem, ſed de omni ſimpliciter. Quod autem non ſciat de omni numero, quem ſcit eſſe numerum, ſed de omni ſimpliciter, probat, ibi ⁋ Neque.n. vna propoſitio &c. Concluſio cum prẽmiſsis conuenit in terminis. Nam ſubiectum & prædicatum concluſionis ſunt maior & minor extremitas in præmiſsis. Sed in præmiſsis non accipitur aliqua propoſitio de numero, aut de recta linea, cum hac additione, quam tu noſti, ſed ſimpliciter de omni. Neque ergo cõcluſio demonſtrationis eſt cum additione prædicta, ſed ſimpliciter de omni. Quarto ibi.

Sed nihil (vt arbitror) obſtat, vt id ſciat, quod diſcit, ſed ſi hoc pacto, velut ea ratione, qua diſcit, eodem modo. ARGY

Sed nihil (vt opinor) prohibet, quoniam eſt quod addiſcit, ſic ſcire, eſt autem ſic ignorare. Inconueniens enim non eſt ſi ſcit quodammodo quod addiſcit, ſed ſi hoc modo, vt inquantum addiſcit, & ſcit. ANTI.

Ponit veram ſolutionem dubitationis prædictæ ſecũdum prædeterminatam veritatem dicens, ꝙ illud quod quis addiſcit, nihil prohibet primo quodammodo ſcire, & quodammodo ignorare. Non.n. eſt incõueniens, ſi aliquis quodãmodo prẽſciat id, quod addiſcit, ſed eſſet inconueniens, ſi hoc modo præcognoſceret, ſecundum ꝙ addiſcit. Addiſcere enim proprie eſt ſcientiam in aliquo generari. Addiſcere

Generati.

generari. Quod autem generatur, ante generationem nõ fuit omnino ens, ſed quodammodo ens, & quodammodo non ens. Ens quidem in potentia, non ens vero actu. Et hoc eſt generari, reduci de potentia in actum. Vnde nec id quod quis addiſcit, erat omnino prius notum, vt Plato poſuit, nec omnino ignotum, vt ſecundum ſolutionem ſupra improbatam ponebatur. Sed erat notum potentia, ſine virtute in principijs prœcognitis vniuerſalibus, ignotum autem actu ſecundum propriam cognitionem. Et hoc eſt addiſcere reduci de cognitione potentiali, ſeu virtuali, aut vniuerſali, in cognitionem propriam & actualem.

LECTIO IIII.

Ex diffinitione ſcire ſimpliciter, duplicem demonſtrationis de finitionem ponit, hinc demõſtretionem omnem ex veris primis ac neceſſarijs conſtare oſtendit.

ARGY. *Scire autem vnamquanque rem ſimpliciter, ſed non vt ſophiſtæ per accidens, arbitramur.*

ANTI. *Scire autem opinamur vnumquodq; ſimpliciter, ſed non ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens.*

Vide in annot. Cõmen. 5.

Lect. 1.

Lectio. 37.

Lectio. 31.

Lect. 27.

Lect. 9.

Lect. 5. Lect. 7. Diffinitione i his que ſunt propter finem.

Poſtquam oſtendit Philoſophus neceſsitatem ſyllogiſmi demonſtratiui, hic iam incipit de ipſo ſyllogiſmo demonſtratiuo determinare. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de ſyllogiſmo demonſtratiuo. In ſecunda de medio, ex quo ſyllogiſmus demõſtratiuus procedit. Et hoc in ſecundo libro, ibi ⁋ Quæſtiones ſunt equales numero. ⁋ Primo diuiditur in duas. In prima determinat de ſyllogiſmo demonſtratiuo abſolute. In ſecũda cõparando demonſtrationem vniuerſalem ad demonſtrationem particularem, ibi ⁋ Cum autem demõſtratio ſit alia quidem vniuerſalis. ⁋ Prima in duas diuiditur. In prima determinat de ſyllogiſmo demõſtratiuo. In ſecũda oſtendit ꝙ non ſit in demonſtrationibus in infinitum procedere, ibi ⁋ Eſt autẽ omnis ſyllogiſmus per tres terminos. ⁋ Prima diuiditur in duas. In prima determinat de ſyllogiſmo demonſtratiuo per quem acquiramus ſcientiam. In ſecunda odendit quomodo etiam in nobis per ſyllogiſmum acquiritur ignorantia, ibi ⁋ Ignorantia autem ſecundum negationem. Circa primum tria facit, primo determinat de ſyllogiſmo demonſtratiuo oſtendẽdo quid ſit. Secundo determinat de materia ſyllogiſmi demonſtratiui oſtendendo quæ & qualia ſint, ex quibus eſt, ibi ⁋ Quoniam autem impoſsibile eſt. ⁋ Tertio determinat de forma ipſius, oſtendendo in qua figura præcipue fiat. ibi ⁋ Figuratum autem magis faciens ſcire. Circa primum tria facit. primo oſtendit de demonſtratiuo ſyllogiſmo, quid eſt. Secundo notificat quædam, quæ in diffinitione ſyllogiſmi demonſtratiui ponuntur, ibi ⁋ Eſt autem principium demonſtrationis. ⁋ Tertio excludit quoſdam errores, qui ex præmiſsis circa demonſtrationẽ oriri poſſunt, ibi ⁋ Quibuſdam quidem igitur. ⁋ Circa primũ ſciẽdum eſt ꝙ in omnibus, quæ ſunt propter finem, diffinitio quæ eſt per cauſam finalẽ, eſt ratio diffinitionis, quæ eſt per cauſam materialem, & medium probans ipſam. propter hoc enim oportet vt domus fiat ex lapidibus & lignis, quia eſt operimentum protegens nos à frigore & æſtu. Sic igitur de demonſtratione dat hic duas diffinitiones, quarum vna ſumitur à fine demõſtrationis, quod eſt ſcire. Et ex hac concluditur altera, quæ ſumitur à materia demonſtrationes. Vnde circa hoc tria facit. Primo diffinit ipſum ſcire. Secundo diffinit demonſtrationem per finem eius, qui eſt ipſum ſcire, ibi ⁋ Dicimus autem ſcire. ⁋ Tertio ex vtraq; diffinitione concludit diffinitionem demonſtrationis, quæ ſumitur per comparationem materiæ demonſtrationis, ibi ⁋ Si igitur eſt ſcire vt poſuimus. ⁋ Circa primum quinque facit. Primo enim determinat cuiuſmodi ſcire ſit, quod diffinire intendit. Circa quod ſciendum eſt ꝙ aliquid dicimur ſcire aliquid ſecũdum quid, quando ſcimus illud in alio, in quo eſt, vel ſicut pars in toto. Sicut ſcientes domum, dicimur ſcire parietem. Vel ſicut accidens in ſubiecto, ſicut ſcientes Coriſcum, diceremur ſcire venientem. Vel ſicut effectus in cauſa, ſicut dictum eſt ſupra ꝙ cõcluſionem percipimus in principijs. Vel quocunque ſimili modo. Et hoc eſt ſcire per accidens, quia ſcito aliquo per ſe, dicimur ſcire id quod accidit ei quocunque modo. Intendit igitur Philoſophus diffinire ſcire ſimpliciter, non autem ſcire ſecundum accidens. Hic enim modus ſciendi eſt ſophiſticus. Vtuntur enim ſophiſtæ tali modo arguendi. Cognoſco Coriſcum, Coriſcus eſt veniens, ergo cognoſco venientem. Secundo cum dicit.

Scire ſimpliciter & ſecũdum quid.

Læt. præcet.

Ari. diffi. ſcire ſimpliciter.

Cũ cauſam, ob quã res eſt, illius cauſam eſſe, et fieri nõ poſſe, vt res aliter ſeſe habeat, cognoſcere arbitramur. ARGY.

Cum cauſam arbitramur cognoſcere, propter quam res eſt, & quoniam illius cauſa eſt, & non eſt contingere hoc aliter ſe habere. ANTI.

Ponit diffinitionẽ ipſius ſcire ſimpliciter. Circa quod conſiderandum eſt ꝙ ſcire aliquid eſt perfecte cognoſcere ipſum, hoc autem eſt perfecte apprehendere ipſius veritatem. Eadem enim ſunt principia eſſe, rei & veritatis ipſius, vt patet ex. 2. Meta. Oportet ergo ſcientem ſi eſt perfecte cognoſcens ꝙ cognoſcat cauſam rei ſcitæ. Et propter hoc dicit ⁋ Cum cauſam arbitramur cognoſcere. ⁋ Quia vero eſt actualis cognitio, per quam ſcimus ſimpliciter, addit. ⁋ Et quoniam illius eſt cauſa. ⁋ Quia vero eſt certa cognitio, ſubdit. ⁋ Et non eſt contingere aliter ſe habere. ⁋ Tertio ibi.

Tex. c. 4. lec. 2. text. exp. pri.

Scire nõ ſim pliciter.

Epilo. totius expõ.

Patet igitur ipſum ſcire tale quod eſſe. Nam & hi qui neſciunt, & hi qui ſciunt, ita a ſeſe habere putant, quorum ipſi ſcientes, & ita ſeſe etiam habent. ARGY.

Manifeſtum igitur eſt quòd huiuſmodi aliquid ſcire ſcit. Et nanque non ſcientes, & ſcientes hi quidem opinãtur ipſi ſic ſe habere, ſcientes autem & eam habent. ANTI.

Manifeſtat politam diffinitionem propter hoc, ꝙ tã ſcientes, quam non ſcientes, eſtimantes tamẽ ſe ſcire, hoc modo accipiunt ſcire ſicut dictum eſt. Non ſciẽtes enim qui eſtimant ſe ſcire opinantur ſic ſe habere in cognoſcendo, ſicut dictum eſt. Scientes autem veræ, ſic ſe habent. Eſt autem hæ recta manifeſtatio diffinitionis. Diffinitio enim eſt ratio, quam ſignificat nomen, vt dicitur in 4. Meta. ſignificatio autem nominis accipienda eſt ab eo, quod intendunt communiter loquentes per id nomen ſignificare. Vnde & in 2. Topi. dicitur, quòd nominibus vtendum eſt, vt plures vtuntur. Si quis etiam recte conſideret per hanc notificationem magis oſtenditur quid ſignificet nomen, quam directæ aliquid ſignificetur.

Tex. cõ. 28. Lec. 15. Significatio nominis. Cap. 5.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim notificat scientiam, de qua proprie posset diffinitio assignari, est sit species alicuius generis sed notificat ipsum scire. Vnde & à principio dixit ℔ Scire autem opinamur &c.℔ & non dixit. Scire est aliqd tale Quarto ibi.

Præsenti le.

ARGY.

ANTI. *Quare cuius simpliciter est scientia, id vt aliter sese habeat fieri omnino non potest.*

Quare cuius simpliciter est scientia, hoc impossibile est aliter se habere.

Vide in annot.

Concludit corollarium quoddam ex diffinitione, scilicet ꝙ illud, de quo simpliciter est scientia oportet esse necessarium. Quarto ibi.

ARGY. ANTI. *Si igit et alius sciẽdi sit modus, posterius explicabimus.*

Siquidẽ igitur et alius est sciẽdi modus, posterius dicẽ.

Respondet tacitæ quæstioni, vtrum scilicet sit aliquis alius modus sciendi à prædicto. Quod promittit se dicturum in sequentibus. Est enim scire per effectum, vt infra patebit. Dicimur etiam aliquo modo scire ipsa principia indemonstrabilia, quorum nõ est accipere causam. Sed proprius & perfectus sciendi modus est qui prædictus est.

Lect. 23.

ARGY. ANTI. *Addimus etiam, per demonstrationem etiam scire.*

Dicimus aũt, quia scire per demõstrationẽ ẽ intelligere.

Diffinit syllogismum demonstrationum per operationem ad finem suum, qui est scire. Circa quod tria facit. Primo ponit ꝙ scire est finis syllogismi demonstrativi, siue effectus eius, cum scire nihil aliud esse videatur, quã intelligere veritatem alicuius conclusionis per demonstrationem. Secundo ibi.

ARGY. *Demonstrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ scientiam efficit.*

ANTI. *Demonstrationem autem dico syllogismum apoditicon ideſt facientem scire.*

Vide in annot.

Diffinit syllogismum demonstrativum per huiusmodi finem, dicens, ꝙ demonstratio est syllogismus scientialis, ideſt faciens scire. Tertio exponit hoc, quod dixerat scientialem, ibi.

ARGY. *Eam vero scientiam efficere dico, qua scimus, eam ipsam habendo.*

ANTI. *Sed scientialem syllogismum dico, secundum quem in habendo ipsum scimus.*

Dicens ꝙ scientialis syllogismus dicitur, secundum quem scimus, inquantum ipsum habemus, ne forte aliquis syllogismum scientialẽ intelligeret quo aliqua scientia vteretur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Si igitur ipsum scire tale est, quale posuimus, necesse est & demonstrativam scientiam ex veris, & primis, me dioque vocantibus, & ex notioribus & prioribus ipsa conclusione, causisque eiusdem esse.*

ANTI. *Si igitur est scire vt posuimus, necesse est & demonstrativam scientiam ex veris esse, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & causis conclusionis.*

Concludit ex prædictis diffinitionem syllogismi demonstrativi ex materia sumptam. Et circa hoc duo facit. primo concludit. Secundo manifestat, ibi ℔ Verum quidẽ igitur oportet scire. ℔ Circa primum tria facit. primo ponit consequentiam, qua demonstrationis materialis diffinitio concluditur ex præmissis, dicens, ꝙ si scire hoc significat, quod diximus, causam rei cognoscere &c. necesse est ꝙ demonstrativa scientia ideſt quæ per demonstrationem acquiritur, procedat ex propositionibus veris, primis, & immediatis ideſt quæ non per aliquod medium demonstrantur, sed per seipsas sunt manifestæ.

Propositiones demon.

Quæ quidem immediatæ dicuntur inquantum carent medio demonstrante, primæ autem in ordine ad alias propositiones, quæ per eas probãtur. Et iterum ex notioribus, & prioribus, & causis conclusionis. Secundo ibi.

immed. quæ

Si enim erunt & ipsa principia propria eius, quod demonstratur.

ARG.

Sic.n.erũt et prĩcipia propria eius, quod demõstratur.

ANTI.

Excusat se ab additione alterius particulæ, quæ videbatur apponenda, ꝙ. s. demonstratio ex proprijs principijs procederet. Sed ipse dicit, ꝙ hoc intelligitur per ea, quæ dicta sunt. Nam quia propositiones demonstrationis sunt causæ cõclusionis, necesse est ꝙ sint propria principia eius. Oportet enim esse causas proportionatas effectibus. Tertio ibi.

2. Phys. cõ. 5. & tex. 21.

Nam ratiocinatio quidem sine his erit, demonstratio vero non erit. Scientiam enim non faciet.

ARG.

Syllogismus quidem erit & sine his, demonstratio autem non erit. Non enim faciet scientiam.

ANTI.

Manifestat præmissæ consequentiæ necessitatem, dicens, ꝙ licet syllogismus non requirat præmissas conditiones in propositionibus, ex quibus procedit, requirit tamen eas demonstratio. Aliter enim non faceret scientiã.

Deinde cum dicit.


Vera igitur esse oportet, quia fieri nequit, vt id, quod non est, sciatur, veluti diametrum commensurabilẽ esse.

ARG.

Verum quidem igitur oportet esse, quoniam non est scire quod non est, vt quòd diametros sit symetros.

ANTI.

costa.



Manifestat positam diffinitionem, manifestans etiam quod immediate dixerat. s. ꝙ nisi præmissæ conditiones demonstrationi adessent scientiam facere non posset. Primo ergo ostendit quod semper procedit ex veris, ad hoc ꝙ scientiam faciat, quia quod non est, nõ contingit scire, sicut diametrum esse symetrum. i. cõmensulabilem lateri quadrati. Dicuntur.n. quantitates incommensurabiles, quarum non potest accipi aliqua mensura communis, & hmõi quantitates sunt, quarum non est proportio adinuicem sicut numeri ad numerum, quod quidem contingit de diametro quadrati & eius latere, vt patet ex. 16. Euclidis. Quod autem nõ est verum, non est. Nã esse, & esse verum conuertuntur. Oportet ergo, id quod scitur esse verum. Et sic conclusionem demonstrationis, quæ facit scire, oportet esse veram, & per consequẽs eius propositiones. Non enim contingit verum sciri ex falsis, & si concludi posit ex eis, vt infra ostendet. Secundo ibi.

Quãdo incommensurabiles.

2. Meta. cõ. 4. Lectio. ex. ex. Lectio. expos. 4.

ARG.

Ex primis autem, & indemonstrabilibus esse, quia nõ sciet non habens demonstrationem ipsorum. Scire enim nõ per accidens ea, quorum est demonstratio, nihil aliud est sane, quàm demonstrationem habere.

Ex

Ex primis autem indemonstrabilibus est, quia nõ sciet non habens demonstrationem ipsorum. Scire enim est habere demonstrationem, quorum demonstratio est, non secundum accidens.

Ostendit ꝙ demonstratio sit ex primis, & immediatis, siue indemonstrabilibus. Non enim contingit aliquẽ habere scientiam, nisi habeat demonstrationem eorum, quorum potest esse demonstratio, & hoc dico per se, & non per accidens. Et hoc ideo dicit, quia possibile esset scire aliquam conclusionem non habens demonstrationem præmissarum, etiam si essent demonstrabilia, quia sciret eam per alia principia, & hoc esset secundum accidens. Detur ergo ꝙ aliquis demonstrator syllogizet ex demonstrabilibus, siue mediatis, aut ergo habet illorum demonstrationem, aut non habet, si non habet ergo non scit præmissas, & ita nec conclusionem propter præmissas. Si autem habet, cum in demonstrationibus non sit procedere in infinitum, vt infra ostendet, tandẽ erit deuenire ad aliqua immediata & indemonstrabilia. Et sic demonstratio oportet ꝙ procedet ex immediatis, vel statim, vel per aliqua media. Vnde & in primo libro Topicorum dicitur, ꝙ demonstratio est ex proprijs, & veris, aut his, quæ per ea fidem sumpserunt. Tertio ibi.

Lect. 13. vsque ad 36. Demõ. quo ex immed. Cap. 1.

ARGY. *Causæ etiam sint oportet, & notiora, ac priora. Causæ, quia tum scimus cum cognoscimus causam. Priora siquidem & causæ sunt, & antea cognita non illo modo solum quid significent, sed altero etiam modo. Dupliciter autẽ sunt priora notioraque. Non enim idem est prius natura, & nostra ex parte prius, neque notius, & nobis etiam notius. Atque ea quidem ad nos priora, notioraque dico, quæ propinquiora sensui sunt, ea vero simpliciter priora notioraque, quæ à sensu longius distant. Sunt autem remotissima quidem ea, quæ sunt vniuersalia maxime. Propinquissima vero, singularia ipsa. Atque hæc inter sese opponuntur. Ex primis autem esse nihil aliud est, quàm ex proprijs esse. Idem enim primum, atque principium dico.*

ANTI. *Causas quoq; notiores oportet esse, & primas causas, quoniam tunc scimus, cum causas cognoscimus. Et priores, si veræ sunt causæ, & notiores, non solum altero modo intelligendo sed in sciendo, quoniam sunt. Priora autem, & notiora dupliciter sunt. Non enim idem est natura, & ad nos prius, neque notius natura, & nobis notius. Dico autem priora ad nos, & notiora, proxima sensu. simpliciter autem priora, & notiora quæ longius sunt. Sunt autem quidem longiora vniuersalia, maxime autem propinquiora sensui singularia. Et opponuntur hæc adinuicẽ. Ex primis autem est, quod ex proprijs principijs est. Iam enim dico idem primum, & principium.*

vide in annot.

Probat ꝙ demonstrationis propositiones sunt causæ cõclusionis, quia tunc scimus, cum causas cognoscimus. Et ex hoc ostendit vlterius ꝙ sint priores & notiores, quia omnis causa est naturaliter prior, & notior suo effectu. Oportet autem ꝙ causa conclusionis demonstratiuæ sit notior non solum quantum ad cognitionem quid est, sed etiam quantum ad cognitionem quia est. Non.n. ad demonstrandum ꝙ eclipsis solis est sufficit scire ꝙ est lunæ inter positio, sed oportet etiam scire ꝙ luna interponitur inter solem & terram. Et quia prius, & notius dicitur dupliciter. s. quo ad nos, & secundum naturam, dicit consequenter ꝙ ea, ex quibus procedit demõstratio, sunt priora, & notiora simpliciter, & secundum naturam & non quo ad nos. Et ad huiusmodi expositionem dicit ꝙ priora & notiora simpliciter sunt illa, quæ sunt remota à sensu, vt vniuersalia. Priora & notiora quo ad nos sunt proxima sensui. s. singularia, quæ opponuntur vniuersalibus, siue oppositione prioris & posterioris siue oppositione propinqui & remoti. Videtur aũt contrarium huius haberi in 1. Phys. vbi dicitur, ꝙ vniuersalia sunt priora quo ad nos, & posteriora secundum naturam. Sed dicendum est ꝙ hic loquitur de ordine singularis ad vniuersale simpliciter, quorum ordinem oportet accipere secundum ordinem cognitionis sensitiuę, & intellectiuę in nobis. Cognitio autem sensitiua est in nobis prior intellectiua, quia intellectualis cognitio & sensu procedit in nobis. Vnde & singulare est prius & notius quo ad nos, quàm vniuersale. In 1. autem Phys. non ponitur ordo vniuersalis ad singulare simpliciter, sed magis vniuersalis ad minus vniuersale, vt puta animalis ad hominem, & sic oportet ꝙ quo ad nos vniuersalius sit prius, & magis notum. In omni enim generatione, quod est in potentia, est prius tempore & posterius natura. Quod autem est completum in actu est prius natura, & posterius tempore. Cognitio autem generis est quasi potentialis in comparatione ad cognitionem speciei, in qua actu sciuntur omnia essentialia rei. Vnde & in generatione scientiæ nostræ prius est cognoscere magis commune quàm minus commune. Item in libro Phys. dicitur ꝙ innata est nobis via ex nobis notioribus. Non ergo demonstratio sit ex his quę sunt priora simpliciter, sed quo ad nos. Sed dicendum ꝙ hic loquitur secundum ꝙ id quod est in sensu est notius quo ad nos, eo quod est in intellectu. Ibi autem secundum ꝙ id, quod est notius quo ad nos est etiã in intellectu. Ex singularibus autem quæ sunt in sensu nõ sunt demonstrationes, sed ex vniuersalibus tantum, quæ sunt in intellectu. Vel dicendum ꝙ in omni demonstrationi oportet ꝙ procedatur ex his, quæ sunt notiora quo ad nos, non tamen singularibus, sed vniuersalibus. Non enim aliquid potest fieri nobis notum, nisi per id, quod est magis notum nobis. Quandoq; autem id quod est magis notum quo ad nos, est etiam magis notum simpliciter, & secundum naturam, sicut accidit in mathematicis in quibus propter abstractionem à materiam, non siunt demonstrationes nisi ex principijs formalibus. Et in talibus siunt demonstrationes ex his quæ sunt notiora simpliciter. Item quandoq; id, quod est notius quo ad nos non est notius simpliciter, sicut accidit in naturalibus, in quibus essentiæ & virtutes rerum propter hoc ꝙ in materia sunt, sunt occultæ, sed innotescunt nobis per ea, quæ exterius de ipsis apparent. Vnde in talibus siunt demonstrationes vt plurimum per effectus, qui sunt notiores quo ad nos, & non simpliciter. Nunc autem non loquitur de hoc modo demonstrationum, sed de primo. Quia vero in hac manifestatione hoc etiam omittere manifestare ꝙ demonstratio esset ex proprijs principijs, consequẽter subdit ꝙ habetur etiam ex præmissis. Per hoc enim quod dicitur ꝙ demonstratio est ex primis, habetur ꝙ sit ex proprijs principijs, sicut & superius dictũ est. Idẽ enim videtur esse primum & principium. Nam primum in vnoquoque genere & maximum, est causa omnium eorum, quæ sunt posti, vt dicitur in secundo Metaphysi.

1. Dubium In prin. tex. cõ. 3. Solut.

2. Dubium primo. text. cõ. 2. ex. 2.

Solutio. 2.

Quandoq; magis not. nobis ẽ magis no. simpliciter.

Demon. in vniuersalibus.

Text. c. 4. le. 2. cõ. expo. 1.

LECTIO V.

Quod nam sit Immediata propositio, & quæ sint immediata demonstrationis principia manifestat.

ARGY. *Est autem demonstrationis principium propositio medio vocãs. Ea vero medio vocat, qua nulla est alia prior.*

ANTI. *Est autem principiũ demonstrationis propositio immediata. Immediata autem est, qua nõ est altera prior.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lect. prece. te.expō.9. Quia ſuperius Philoſophus dixerat q demonſtratio eſt ex primis, & immediatis, & hæc ab ipſo nondum manifeſtata erant, ideo intendit iſta manifeſtare. Et diuiditur in tres partes. In prima parte oſtendit quid ſit propoſitio immediata. In ſecūda oſtendit q oportet huiuſmodi propoſitiones eſſe notiores concluſione, ibi. ⁊ Quoniam autem oportet credere & ſcire.⁊ In tertia excludit quoſdam errores, qui ex prædictis occaſionem habebāt, ibi ⁊ Quibuſdam quidem igitur.⁊ Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit propoſitio immediata. Secūdo diuidit eam, ibi ⁊ Immediati autem principij.⁊ Circa primū hoc modo procedit. Primo nanq; reſumit quod ſupra dictum eſt, ſcilicet q principium demonſtrationis ſit propoſitio immediata. Nam etiam ſupra dixerat q demonſtratio eſt ex primis & immediatis. Secundo, ibi

Lect. immediata. ſequē. lec. 7.

Lect. 4. ⁊ Immediata autem.⁊ Diffinit immediatam propoſitionem, & dicit q immediata propoſitio eſt, qua non eſt altera prior. Cuius quidem notificationis ratio ex prædictis patet. Dictum eſt enim ſupra q demōſtratio ex prioribus eſt. Quandocunque igitur aliqua propoſitio eſt mediata, ideſt habens medium, per quod demonſtretur prædicatum de ſubiecto, oportet q priores ea ſint propoſitiones, ex quibus demonſtretur. Nam prædicatum concluſionis per prius ineſt medio, quàm ſubiecto, cui etiam per prius ineſt medium, quàm prædicatum. Relinquitur ergo q illa propoſitio, qua non eſt altera prior, ſit immediata. Tertio ibi.

Lect. 4. tex. expō. 8.

ARGY. *Propoſitio altera enunciationis eſt pars, vnum de vno complectens.*

ANTI. *Propoſitio autem eſt enūciationis altera pars, vnum de vno.*

Oſtendit quid ſit propoſitio, quæ ponitur in diffinitione immediatæ propoſitionis. Et circa hoc tria facit. Primo nanque diffinit propoſitionem ſimpliciter, quòd propoſitio eſt altera pars enunciationis, in qua prædicatur vnum de vno. Habet enim enunciatio duas partes affirmationem & negationem. Oportet enim q omnis ſyllogizans alteram earum proponat, non autem vtranque. Hoc enim eſt proprium eius, qui à principio quæſtionem mouet. Vnde per hoc ſeparatur propoſitio à problemate. Sicut enim in vno ſyllogiſmo non concluditur niſi vnum, ita oportet q propoſitio, quę eſt ſyllogiſmi principium ſit vna. Vna autem eſt in qua eſt vnū de vno. Vnde per hoc q Philoſophus dicit vnū de vno, ſeparatur propoſitio ab enunciatione, quæ dicitur plures, in qua plura de vno, vel vnum de pluribus dicitur. Secundo, ibi.

ARGY. vide in annot. *Diſſerendi quidem, quę vtramuis accipit. Demonſtrandi vero, quæ deſinite alterum, quod eſt verum.*

ANTI. *Dialectica ſimiliter eſt accipiens quamlibet. Demonſtratiua alterum determinate, quoniam verum eſt.*

Ponit differentiam inter dialecticam propoſitionem & demonſtratiuam, dicens, q cum propoſitio accipiat alteram partem enunciationis, dialectica autem indifferenter accipit quamcunque earum. Habet enim viam ad vtranque partem contradictionis, eo q ex probabilibus procedit. Vnde etiam & in proponendo accipit vtranque partem contradictionis, & quærendo vtranque ponit. Demonſtratiua autem propoſitio accipit alteram partem determinate, quia nunquàm habet demonſtratio viam niſi ad verum demonſtrandum. Vnde etiam ſemper proponendo accipit veram partem cōtradictionis. Propter hoc etiam non interrogat, ſed ſumit quod demonſtrat, quaſi notum. Tertio ibi.

ARGY. *Enunciatio eſt contradictionis vtraque pars contradictio eſt oppoſitio, cuius nullum per ſe medium eſt. Contradictionis partium, ea quidem, qua quippiam ſuipiam adiungitur, affirmatio dicitur. Ea vero, qua quippiam à quopiam ſe mouetur, negatio nuncupatur.*

ANTI. *Enunciatio autem contradictionis quamlibet partem. Contradictio autem eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundum ſe inuenire. Pars autem contradictionis, quę quidem aliquid de aliquo, affirmatio eſt, quæ vero aliquid ab aliquo, negatio eſt.*

Diffinit enunciationē quæ ponit in diffinitione propoſitionis dicens, q enunciatio complectitur vtranque partem contradictionis, vt ex dictis patet. Quid autem ſit contradictio conſequenter oſtendit, dicens, q cōtradictio eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecūdum ſe. Quamuis enim in priuatione, & in habitu, & in contrarijs immediatis non ſit medium circa determinatum ſubiectum, tamen eſt medium ſimpliciter. nam lapis neque cecus, neque videns, & album, neque par, neque impar eſt. Hoc etiam quod habent, de immediatione circa determinatum ſubiectum, habent inquantū aliquid participiant contradictionis. Nam priuatio eſt negatio in ſubiecto determinato. Et alterum etiam contrariorum immediatorum eſt habens aliquid contradictionis. Sed cōtradictio ſimpliciter in omnibus caret medio. Et hoc non habet ab alio, ſed ex ſeipſa. Et propter hoc dicit q eius non eſt medium ſecundum ſe. Exponit etiam conſequenter quid ſit pars contradictionis. Et enim contradictio oppoſitio affirmationis & negationis. Vnde altera pars eius eſt affirmatio, quæ prædicat aliquid de aliquo, altera vero negatio, quę remouet aliquid ab aliquo.

Medium in priua. oppo. & contrarijs immed.

Priuatio.

Contrad. caret medio.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Principiorum autem ratiocinandi vacantium medio, id quidem, quod fieri nequit, vt demonſtretur, quodque non neceſſe eſt eum habere qui diſcendo, quoduis eſt percepturus, poſitio nominatur. Quod vero neceſſe eſt habere docendum quemlibet, dignitas appellatur. Sunt enim talia quædam, quę ſeſe offerunt hiſce qui diſcunt ad vnāquamque ſcientiam per diſcendam. Atque talibus hoc potiſſimum nomen tribuere conſueuimus.*

ANTI. Vide in annot. *Immediati autem principij ſyllogiſtici, poſitionem qui dem dico, quam non eſt demonſtrare, neque eſt neceſſe habere docendum quemlibet. Quam vero neceſſe eſt habere docendum quemlibet, dignitatem, vel maximam propoſitionem. Sunt enim quædam huiuſmodi. Hoc enim maxime in huiuſcemodi nomen conſueuimus dicere.*


Diuidit immediatum principiū. Et circa hoc duo facit. Primo diuidit. Secundo ſubdiuidit, ibi ⁊ Poſitionis autem quædam.⁊ Dicit ergo primo, q immediatum principium ſyllogiſmi eſt duplex. Vnum quidem quod dicitur poſitio, quam non contingit demonſtrare, & ex hoc immediatum dicitur, neque tamen aliquem docendum, i. qui doceri debet in demonſtratiua ſcientia, neceſſe eſt habere, ideſt mente conſpicere, ſiue ei aſſentire. Aliud vero eſt quod dicitur dignitas, vel maxima propoſitio, quam neceſſe eſt habere in mente, & ei aſſentire, quemlibet qui doceri debet. Et manifeſtum eſt q quædam principia talia ſunt, vt probatur quarto Metaphyſic. de hoc principio, q affirmatio & negatio non ſunt ſimul vera, quorum contrarium nullus credere mente poteſt, & ſi ore proferat. Et in talibus vtimur nomine prædicto, ſ. dignitatis, vel maxime propoſitionis, propter huiuſmodi principiorum certitudinem ad manifeſtandum alia.

Tex. cō. 6. tc. 6. tc. ex.

Ad

Notandum. Ad huius autem diuiſionis manifeſtationem ſciendum eſt, q quælibet propoſitio, cuius prædicatum eſt in ratione ſubiecti eſt immediata, & per ſe nota, quantum eſt de ſe. Sed quarundam propoſitionum termini ſunt tales, q ſunt innotitia omnium, ſicut ens, & vnum, & alia, quæ ſunt entis inquantum ens. Nam ens eſt prima conceptio intellectus. Vnde oportet q tales propoſitiones non ſolū in ſe, ſed etiam quo ad nos, quaſi per ſe notæ habeantur. Sicut q non contingit idem eſſe & non eſſe, & q totum ſit maius ſua parte, & ſimilia. Vnde & huius principia oēs ſcientiæ accipiunt à Metaphyſic. cuius eſt conſiderare ens ſimpliciter, & ea quæ ſunt entis. Quædam vero oppoſitiones ſunt immediatæ, quarum termini non ſunt apud omnes noti. Vnde licet prædicatum ſit de ratione ſubiecti, tamen quia diffinitio ſubiecti non eſt omnibus nota, non eſt neceſſarium q tales propoſitiones ab omnibus concedanī. Sicut hęc propoſitio. Omnes recti

Prop. conſtitutæ ex terminis vſis ſi.



anguli ſunt æquales, quantum eſt in ſe, eſt per ſe nota, ſiue immediata, quia æqualitas cadit, in diffinitione anguli recti. Angulus enim rectus eſt quem facit linea recta ſuper aliam lineam rectam cadens, ita q ex vtraq; parte anguli reddantur æquales. Et ideo cum quadam poſitione recipiūtur huiuſmodi principia. Eſt & alius modus quo aliquæ propoſitiones dicuntur ſuppoſitiones. Sunt enim quędam propoſitiones, quę non poſſunt probari niſi per principium alterius ſcientię, & ideo oportet quòd in illa ſcientia ſupponantur, licet probentur per principia alterius ſcientiæ. Sicut a puncto ad punctum eſt rectam lineam ducere, ſupponit geometra, & probat naturalis, oſtendens, q inter quælibet duo puncta ſi linea recta media. Deinde cum dicit.

ARGY. *Rurſus ea quidem poſitionum, quæ vtramuis enunciationis accipit partem eſſe inquam quippiam, vt non eſſe, ſuppoſitio dicitur. Ea vero quæ eſt ſine hoc ipſo diffinitio eſt. Diffinitio nanque poſitio quidem eſt. Ponit enim arithmeticus vnitatem quantitatem indiuiſibilem eſſe. Sed ſuppoſitio ſane non eſt. Nam quid eſt vnitas & vnitatem eſſe non eadem ſunt.*

ANTI. *Poſitionis autem quæ eſt quamlibet partium enunciationis accipiens, vt dico aliquid eſſe, aut non eſſe, ſuppoſitio quidem eſt. Quæ vero ſine hoc diffinitio eſt. Diffinitio enim quædam eſt poſitio. Ponit enim arithmeticus vnitatem in diuiſibilem eſſe ſecundum quantitatem. Suppoſitio autem non eſt. Id enim quod quid eſt vnitas, & eſſe vnitatem, non idem eſt.*

Subdiuidit alterum membrum primę diuiſionis ſcilicet poſitionem, dicens, q quædam poſitio, eſt, quæ accipit aliquam partem enunciationis, ſcilicet affirmationē, vel negationem quod ſignificat, cum dicit, ⁊ vt dico eſſe aliquid, aut non eſſe.⁊ Et hæc poſitio ſuppoſitio dicitur, quia tanquam veritatem habens ſupponitur. Alia autem eſt poſitio, quæ non ſignificat eſſe, vel non eſſe, ſicut diffinitio, quæ poſitio dicitur. Ponitur enim ab arithmetico diffinitio vnitatis, tanquam quoddam principium, ſ. q vnitas eſt indiuiſibilis ſecundum quantitatem. Sed tamen diffinitio nō ponitur ſuppoſitio. Illud enim proprie ſupponitur, quod verū vel falſum ſignificat. Et ideo ſubdit q ⁊ non idem eſt, quod quid eſt vnitas, ⁊ quod neque verum, neque falſum ſignificat, ⁊ & eſſe vnitatem, ⁊ quod ſignificat verum, vel falſum. Sed poteſt quæri cum diffinitio non ſit propoſitio ſignificans eſſe vel non eſſe, quo modo ponatur in ſubdiuiſione immediatæ propoſitionis. Sed dicendum q in ſubdiuiſione non ſumit immediatam propoſitionem ad ſubdiuidendum, ſed immediatum principium. Principium autem ſyllogiſmi dici poteſt non ſolum propoſitio, ſed etiam diffinitio. Vel poteſt dici, q licet diffinitio in ſe non ſit propoſitio in actu, eſt tamen in virtute, quia cognita diffinitione apparet diffinitionem de ſubiecto veræ prædicari.

Dubium.

Solu. prima.

Solu. ſecūda.

LECTIO VI.

Principia ipſa notiora eſſe ipſa concluſione, neque quid illis certius eſſe oſtenditur, quam quòd principijs oppoſita falſa ſint.

ARGY. *Cum autem credere, ſcireque rem oporteat talem ratiocinationem habendo, quam demonſtrationē vocamus, hæc vero ſit, quia ſunt ea, ex quibus extruitur ratiocinatio, neceſſe eſt non ſolum antea prima ipſa vel omnia, vel aliqua cognoſcantur, ſed etiam magis noſcantur.*

ANTI. *Quoniam autem oportet credere, & ſcire rem in huiuſmodi habēdo ſyllogiſmum, quem vocamus demonſtrationem, eſt autem hoc quidem ſcire ea ex quibus eſt ſyllogiſmus, neceſſe eſt non ſolum præcognoſcere prima, aut omnia, aut quædam, ſed etiam magis.*

Poſtquam oſtendit Philoſophus quæ ſunt immediata principia, hic de eorum cognitione determinat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit q immediata principia ſunt magis nota concluſione. Secundo oſtendit q & falſitas contrariorum debet eſſe notiſsima, ibi ⁊ Non ſolum autem & c.⁊ Circa primum tria facit. Primo proponit intentionem, dicens, q quia omnia nos credimus alicui rei concluſæ, & ſcimus eam per hoc, quod habemus ſyllogiſmum demonſtratiuum, & hoc quidem eſt inquantum ſcimus ſyllogiſmum demonſtratiuum, neceſſe eſt non ſolum præcognoſcere prima principia concluſionis, ſed etiam ea magis cognoſcere, quàm concluſionem. Ad didit autem aut omnia, aut quædam, quia quædam principia probatione indigent ad hoc q ſint nota, & antequā probentur non ſunt magis nota concluſione. Sicut quòd angulus exterior trianguli valeat duos æquales intrinſecos ſibi oppoſitos, antequam probetur, ita ignotum eſt, ſicut q triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Quædam vero principia ſunt, quæ ſtatim poſita, ſunt magis nota concluſione. Vel aliter quædam concluſiones ſunt, quæ ſunt notiſsimæ, vtputa per ſenſum ſumptæ, ſiue acceptæ, ſicut q ſol eclipſetur. Vnde principiū per quod probatur non eſt notum magis ſimpliciter ſcilicet q luna interponatur inter ſolem & terram, licet ſit magis notum in via rationis procedentis ex cauſa in effectum. Vel aliter hoc ideo dicit, quia etiam, dixerat ſupra, q quædam principia tempore prius cognoſcuntur, quàm concluſio, quædam vero ſimul tempore nota ſunt cum concluſione. Secundo ibi.

Cur addit omnia, aut quædam.

Prima interpreta.

Secunda.

Non ſp principium ma. nō. conclu.

Tertia.

ARGY. *Semper. n. illud eſt tale magis, ob quod vnumquodque eſt tale. Veluti magis ideſt dilectū, atque amatū, ob quod*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTI. Vide in annot.

amamus, atque diligimus. Quare si ob prima scimus, accredimus, & illa sane scimus ac credimus, magis, quoniam ob illa & ipsa scimus posteriora.

Semper enim propter quod vnumquodque & illud magis est, vt propter quod amamus, illud amicum magis est. Quare siquidem scimus per prima, & credimus, illa scimus, & credimus magis, quoniam propter illa & posteriora.

Probat propositum dupliciter. Primo ratione ostensiua sic. {Propter quod vnumquodque & illud magis, sicut si amamus aliquem. } propter alterũ, vt si Magistrũ propter discipulum, discipulum amamus magis. Sed cõclusiones scimus & eis credimus propter principia. Ergo multo magis scimus principia, & magis eis credimus, quàm conclusioni. Attendendum est autem circa hanc rationem, ꝙ causa semper est potior effectu suo. Quando ergo causa, & effectus conueniunt in nomine, tunc illud nomen magis prædicatur de causa, quàm de effectu, sicut ignis est magis calidus, quàm ea, quę per ignem cale fiunt. Quandoque vero causa, & effectus non conueniũt in nomine, & tunc licet nomen effectus non conueniat causæ, tamen conuenit ei aliquid dignius, sicut & si in sole non sit calor, est tamen virtus in eo quædam, quæ est principium caloris. Deinde cum dicit.

Propter qđ vnumquodque &c.

ARGY. *Fieri autem non potest vt ea magis quisquam, quę nescit, & circa quæ non melius dispositus est, quàm si scierit, quàm ea, quæ cognoscit, credat, atque essentiat. At euenit id profecto, si non prius cognouerit principia quispiam, quàm ea, quæ per demonstrationem creduntur.*

ANTI. vide in annot.

Non potest autem credere magis quæ scit, quæ non contingunt, neque sciens, neque melius dispositus, quàm sciens, si contingit. Accidit autem hoc nisi aliquis precognouerit per demonstrationem credentium.

Lec. 2. ex. vl.

Probat idem per rationem ducentem ad impossibile, quæ talis est. Principia præcognoscuntur conclusione vt supra habitum est, & sic quando principia cognoscuntur, nondum conclusio est cognita. Si igitur principia non essent magis cognita quàm conclusio sequeretur ꝙ homo, vel plus, vel æqualiter cognosceret ea, quę non nouit quàm ea quę nouit. Hoc aũt impossibile est, ergo impossibile est ꝙ principia nõ sint magis nota cõclusione. Litera sic exponitur. { Neque sciens, neque alius melius dispositus in cognoscẽdo, q̃ sciens, si contingeret aliquem esse talẽ, } quod dicit propter intelligẽtem principia, de quo adhuc non est manifestum, {non potest magis credere quæ nõ contingunt sciri ab eo, his, quæ iam scit. Accidet autem hoc, nisi aliquis de numero credentium conclusionem per demonstrationem præcognouerit, } ideſt magis nouerit principia. In græco planius habetur sic. Non est autem possibile credere magis his, quæ nouit, quæ non existunt, nec sciens, neque melius dispositus, quàm si contingerit, sciens. Tertio ibi.

ARGY. *Magis enim principijs, aut omnibus, aut quibusdam credere, quàm conclusioni necesse est ei, qui per demõstrationem scientiam est habiturus.*

ANTI. vide in annot.

Magis enim necesse est credere omnibus principijs, aut quibusdam, quam conclusioni debentem habere scientiam per demonstrationem.

Exponit quod dixerat, dicens, ꝙ hoc, quod dictum est, ꝙ magis necesse est credere principijs, aut omnibus, aut quibusdam quàm conclusioni, intelligendum est de illo, qui debet accipere disciplinam per demonstrationẽ. Si enim aliunde conclusio esset nota, sicut per sensum, nihil prohiberet principia non esse magis nota conclusione in via illa. Deinde cum dicit.

Idẽ sc. potest lectio primæ.

ARGY. *Non solum autem ipsa principia magis nota, magisq; credita sint, quàm id, quod ex ipsis ostenditur, sed etiam nihil prorsus eorum, quæ principijs opponuntur, ex quibus erit ratiocinatio falsa, veræque contraria, credibile sit, aut notius principijs ipsis oportet. Quippe cum eum, qui simpliciter est scientiam consecutus, nunquam ab ea persuasione dimoueri oporteat.*

ANTI. *Non solum oportet principia magis cognoscere, et magis ipsis credere, quàm ei quod demonstratur, sed neque aliud ipso credibilius est, neque notius oppositis principijs, ex quibus erit syllogismus contrariæ deceptionis. Siquidem oportet scientem simpliciter non incredibilẽ esse.*

Ostendit ꝙ { non solum magis oportet cognoscere principia } quàm conclusionem demonstratiuam, sed etiam nihil debet esse certius, quàm ꝙ opposita principijs sint falsa. Et hoc ideo, quia {oportet scientem non esse incredibilem} principijs, sed firmissime eis assentire. Quicunque autem dubitat de falsitate vnius oppositorum, non potest firmiter inhærere opposito, quia semper formidat de veritate alterius oppositi.

LECTIO VII.

Duo eliduntur errores, alter illorum qui nullius esse scientiã opinati sunt, alter eorum, qui omnia per demonstrationem sciri posse existimauerunt.

ARGY. *Sunt autem quibus non videtur esse scientia, propterea quòd ipsa prima sciantur oportet. Sunt etiam quibus esse quidem videtur, demonstrationes tamen omnium esse. Quorum neutrum sane verum, aut necessarium est.*

ANTI. *Quibusdam quidẽ igitur propter id, quòd oportet prima scire, non videtur scientia esse. Quibusdam autem omnium videntur esse demonstrationes. Quorum neutrum, neq; verum, neq; necessarium est.*

Postquam determinauit Philosophus de cognitione principiorum demonstrationis, hic excludit errores ex prædeterminata veritate exortos. Et circa hoc tria facit. Primo ponit errores. Secundo rationes errantium, ibi {Supponentes quidem igitur.} Tertio excludit rationũ radices, ibi { Nos autem dicimus.} Dicit ergo primo ꝙ ex vna veritate superius determinata, duo errores contrarij sunt exorti. Determinatum est enim supra ꝙ oportet principia demonstrationis præcognoscere, immo ꝙ oportet etiam magis scire. Sed primum horum sufficit ad propositum. Propter hoc autem videtur quibusdam, ꝙ nullius rei sit scientia. Quibusdam autem videtur ꝙ sit scientia & ꝙ omnium possit haberi scientia per demonstrationem. Neutrum autem istorum est verum, nec necessario sequitur ex rationibus eorũ. Deinde cũ dicit.

Lec. 6. ex. 2. & 3.

ARGY. *Qui nanque scientiam non esse omnino ponunt, hij cẽsent ascendendum esse in infinitum, propterea quòd posteriora non sciuntur ob ea priora, quorum prima non sunt, recte quidem dicentes. Fieri enim non potest vt infinita quisquam pertranseat. Quod si statur, ac principia sunt, hæc incognita dicuntur esse, cum ipsorum non sit demonstratio,*

stratio, quod quidem solum inquiunt esse scire. Quod si sieri non potest vt prima sciantur, neque fieri posse dicunt vt ea, quæ proficiscuntur ex illis sciantur simpliciter, prorsus, sed ex suppositione, duntaxat si illa sint.

ANTI. *Supponentes quidem enim non esse omnino scire, hi ad infinitum volunt reduci, tanquam non sint vtique scientes posteriora, propter priora, quorum non esse prima recte dicentes. Impossibile enim est infinita transire. Et si stent, & si sint principia, hæc ignota esse, cum demonstratio ipsorum non sit, quod vere dicunt esse scire solum. Si vero non est prima scire simpliciter neque proprie, sed ex conditione si illa sint.*

Ponit rationes quibus in prædictos errores incidũt. Et primo ponit rationem dicentium ꝙ non est scientia, quæ talis est. Principia demonstrationis, aut procedunt in infinitum, aut est status in eis. Si proceditur in infinitum, non est in eis accipere principia, quia infinita nõ est transire, vt ad prima veniatur. Et ita non est primum cognoscere. Et in hoc recte argumentatur. Nam posteriora non possunt cognosci, non cognitis primis. Si autem stetur in principijs, oportet quòd principia nesciantur, si scire solum est per demonstrationem. Non enim principia habent aliqua priora, per quæ demonstrantur. Si autem principia ignorentur, oportet iterum posteriora non scire simpliciter, nec proprie, sed solum sub hac conditione si principia sint. Non enim potest aliquid per aliquod ignotum cognosci, niti sub hac conditione, si illud principium quod est ignotum sit. Sic ergo sequitur vtroque modo, siue principia stent, siue procedatur in eis in infinitum, ꝙ nullius rei est scientia. Secundo cum dicit.

Pet ignotũ aliquid cognosci.

ARGY. *Ad secundi de modo quidem sciendi consentiunt, per demonstrationem enim solum esse scientiam dicunt, verum omnium demonstrationem esse nihil inquiunt prohibere. Fieri enim potest vt demonstratio circuli modo vertatur, omniaque mutuo demonstrentur.*

ANTI. *Quidam autem quòd ipsum quidem scire, sit confitentur per demonstrationem solum esse, sed omnium esse demonstrationem nihil prohibet. Contingit enim circulariter fieri demonstrationem, & hoc ex, quæ sunt adinuicẽ.*

Ponit rationem dicentium omnium esse scientiam per demonstrationem, quia præmissæ radici. f. ꝙ non esset scire nisi per demonstrationem, addebant aliam. f. quod posset circulariter demonstrari. Sic enim sequebat, quod etiam si in principijs demõstrationis esset status, prima tamen principia erant scita per demonstrationem, quia illa principia dicebant demonstrari ex posterioribus. Nam circulariter demonstrare est demonstrare ex inuicem, ideſt quod primo fuit principium, postmodum sit conclusio, & conuerso. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nos autem dicimus nec omnem scientiam esse demõstratiuam, sed eorum, quæ medijs vacant indemonstrabilem esse. Quod quidem necessarium esse patet. Nam si necessarium quidem est, vt priora sciantur, & ea, ex quibus conficitur demonstratio statur autem tandem in hisce, quæ vacant medijs, hæc indemonstrabilia necesse est esse. Hoc igitur ita sese habere dicimus, vt non solum scientiam, sed & principium scientię quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus.*

ANTI. Vide in annot.

Nos autem dicimus neque omnem scientiam demonstratiuam esse; sed scientiam immediatorum indemonstrabilem. Et hoc quòd necessarium sit manifestum est.

Si enim necesse est quidem scire priora ex quibus est demonstratio, stant autem quandoque immediata, hæc quidem priora indemonstrabilia necesse est esse. Et hoc igitur sic dicimus, & non solum scientiam, sed & principium scientiæ esse quoddam dicimus. Ipsa enim cognoscimus, inquantum terminos cognoscimus.

Excludit falsas radices prædictarum rationum. Et primo hoc quod supponebant. f. ꝙ non est scire nisi per demonstrationem. Secundo hoc ꝙ dicebant. f. quod contingeret circulariter demonstrari, ibi {Circulo quoque.} Dicit ergo primo ꝙ non omnis scientia est demonstratiua ideſt per demonstrationem accepta, sed immediatorum principiorũ est scientia indemonstrabilis ideſt non per demonstrationem accepta. Sciendum tamen ꝙ hic Aristo. large accipit scientiam pro qualibet certitudinali cognitione, & non secundum ꝙ scientia diuiditur contra intellectum, prout dicitur. Scientia est conclusionũ, & intellectus principiorum. Quod autem necessarium sit, vt certa cognitio aliquorum habeatur sine demõstratione, sic probat. Necesse est scire priora, ex quibus est demonstratio, sed hoc aliquando contingit reducere in aliqua immediata, alias oporteret dicere quod inter duo extrema scilicet subiectum & prædicatũ essent infinita media in actu. Et plus ꝙ non esset aliqua duo accipere, inter quæ non essent infinita media. Qualitercunque autẽ media assumantur, est accipere aliquid alteri immediatum. Immediata autem cum sint priora, oportet esse indemonstrabilia. Et ita patet ꝙ necesse est haberi aliquorum scientiã sine demonstratione. Si ergo quæratur quo modo immediatorum scientia habeatur? respondendum ꝙ non solum immediatorum est scientia, immo etiam cognitio eorum est principium totius scientiæ. Nam ex cognitione principiorum demonstratur cognitio conclusionum, quarum proprie est scientia. Ipsa autem principia immediata nõ per aliquod medium extrinsecum cognoscuntur, sed per cognitionem proprium terminorũ. Scito enim quid totum, & quid pars, cognoscitur ꝙ omne totum est maius sua parte, quia in talibus propositionibus, vt supra dictum est, prædicatũ est in ratione subiecti. Et ideo rationabiliter cognitio horum principiorũ est causa cognitionis cõclusionum, quia semper id, quod est per se, est causa eius, quod est per aliud.

Lectio. seq. imme.

Scientia hic

Oportet ad imme. redu.

Lect. 5. expo circa med.

LECTIO VIII.

Quod non contingat circulariter demonstrari tribus rationibus ostenditur.

ARGY. *Et etiam patere dicimus fieri non posse vt circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demonstrationem ex prioribus oportet ac notioribus esse. Fieri enim nequit vt eisdem eadem simul priora sint, atque posteriora, nisi altero modo, veluti si alia nostra ex parte, alia simpliciter dicantur, quo quidem modo facit inductio notum. Quod si ita sit, non bene est diffinitum ipsum simpliciter scire, sed est sane duplex. An altera demonstratio, quæ sit ex hisce, quæ nobis sunt notiora, non est simpliciter demonstratio?*

ANTI. *Circulo quoq; quòd impossibile sit demõstrare simpliciter, manifestũ est, si vere ex prioribus oportet demõstrationẽ et notioribus. Impossibile est. n. eadẽ sibi ipsis simul priora, et posteriora esse nisi altero modo, vt hęc quidẽ ad nos, illa aũt simpliciter, quo certe modo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit inductio notũ. Si autem sic est, non erit scire vtiq; simpliciter bene determinatum, sed dupliciter, aut non simpliciter altera demonstratio sit ex notioribus.

Circularis syllogismi.

Postquam Philosophus excluſit vnam falſam radicẽ, oſtendens quòd non omnis ſcientia eſt per demonſtrationem, hic excludit aliam oſtendens quòd non contingit circulariter demonſtrare. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd circularis ſyllogiſmus dicitur quando ex concluſione & altera præmiſſarum conuerſa concluditur reliqua, ſicut ſi fiat talis ſyllogiſmus. Omne animal rationale mortale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale mortale. Ergo omnis homo eſt riſibilis. Aſſumatur ergo concluſio tanquam principium, & adiungatur & minor conuerſa hoc modo. Omnis homo eſt riſibilis omne animal rationale mortale eſt homo, ergo omne animal rationale mortale eſt riſibile, quæ erat maior primi ſyllogiſmi. Oſtendit autem per tres rationes ꝙ non

Circularem demon. eſſe impo. tripliciter probatur. pria tõ.

contingit circulariter demonſtrari. Quarum prima talis eſt. In circulari ſyllogiſmo idem ſit concluſio & principium. Principium autem demonſtrationis eſt prius & notius concluſione, vt ſupra oſtenſum eſt. Sequitur ergo quòd idem ſit prius & poſterius reſpectu vnius & eiuſdem, & notius, & minus notum. Hoc autem eſt impoſsibile. Ergo eſt impoſsibile circulariter demonſtrari. Sed poteſt aliquis dicere quòd idem poteſt eſſe prius & poſterius alio & alio modo, ſcilicet vt hoc ſit prius quo ad nos, & illud ſit poſterius ſimpliciter, Sicut ſingularia ſunt priora quo ad nos, & poſteriora ſimpliciter. Vniuerſalia vero econuerſo. Hoc autem modo inductio facit notum, ſed altero modo à demonſtratione. Nam demonſtratio procedit ex prioribus ſimpliciter, inductio autẽ ex prioribus quo ad nos. Sed ſi ſic fieret demonſtratio circularis, vt ſcilicet primo concluderetur ex prioribus ſimpliciter, poſtea vero ex prioribus quo ad nos, ſequeretur quòd non eſſet bene determinatum ſuperius, quid eſt ſcire. Dictum eſt enim quod ſcire eſt cauſam rei cognoſcere. Et ideo oſtenſum eſt, quòd oportet demõſtrationem quæ facit ſcire, ex prioribus ſimpliciter procedere. Si autem demonſtratio nunc ex prioribus ſimpliciter, nunc ex prioribus quo ad nos procederet, oporteret quòd ſcire etiam non ſolum eſſet cauſam rei cognoſcere ſed diceretur quòd eſſet etiam quoddam ſcire per poſteriora. Aut ergo oportebit ſic dicere, aut oportebit dicere quòd altera demonſtratio quæ ſit ex nobis notioribus, non ſit ſimpliciter demonſtratio. Ex his ergo apparet

Idẽ ſu. le. 4. expõ. ſyltim. Reſponſio.

Lec. 4. tex. ex. 1.

Supra ime.

Similis dial. poſſe eſſe circula. non autem demon.

quare dialecticus ſyllogiſmus poteſt eſſe circularis. Procedit enim ex probabilibus. Probabilia autem dicuntur quæ ſunt magis nota, vel ſapientibus, vel pluribus. Et ſic dialecticus ſyllogiſmus procedit ex his quæ ſunt magis nota nobis. Contingit autem idem eſſe magis & minus notum quo ad diuerſos, & ideo nihil prohibet ſyllogiſmum dialecticum fieri circularem. Sed demonſtratio ſit ex notioribus ſimpliciter, & ideo vt dictum eſt, & non poteſt fieri circularis demonſtratio. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Euenit autem biſce, qui dicunt demonſtrationem verſari, non ſolum id quod nunc eſt dictum, ſed vt nil aliud dicere, quàm hoc eſt, ſi hoc eſt. Hoc vero pacto, facile eſt omnia demonſtrare. Atque patet idipſum accidere tribus poſitis terminis. Siue enim per multos, ſiue per paucos reddire dicatur, nihil profecto refert, atque per paucos etiam duos.*

Accidit autem dicentibus circulo demonſtrationem eſſe, non ſolum quod nunc dictum eſt, ſed nihil aliud dicere, quàm, quoniam hoc eſt ſi hoc eſt. Sic autem facile eſt demonſtrare omnia. Manifeſtum autem eſt quòd hoc accidit tribus terminis poſitis. Per multos quidẽ aut per paucos reflectere, nihil differt. Per paucos aũt, aut per duos. ANTI. Vide in anot.

Secunda rõ.

Ratio talis eſt. Si ſit demonſtratio circulari, ſequitur ꝙ in demoſtratione probetur idem per idem, vt ſi dicamus, ſi eſt hoc, eſt hoc. Sic autem facile eſt demonſtrare omnia. Hoc enim facere quilibet poterit, tã ſciens quàm ignorans. Et ſic per demonſtrationẽ non acquiritur ſciẽtia, quod eſt contra diffinitionem demonſtrationis. Non ergo poteſt eſſe demonſtratio circularis. Veritatem autẽ primæ conſequentiæ ſic oſtendit. Primo enim dicit ꝙ manifeſtum eſt ꝙ accidit circulari demonſtratione facta, hoc, quod prius dictum eſt. ſ. ꝙ idem probetur per idem. Si quis enim ſumat tres terminos. Reflexionem

Quid per reflexionem.

autem fieri per multos, aut per paucos, nihil differt. Nominat autem hic reflexionem proceſſum, qui fit in demoſtratione circulari à principio ad concluſionẽ, & iterum à concluſione ad principium. Huiuſmodi autem reflexio quantum ad vim argumentandi, ſiue fiat per multa, ſiue per pauca nõ differt. Nec differt de paucis, aut de duobus. Eadem enim virtus arguendi eſt, ſi quis, procedit ſic, ſi eſt a eſt b, & ſi eſt b, eſt c & ſi eſt c eſt d, & iterũ reflectatur dicens, ſi eſt d eſt c, & ſi eſt c eſt b, & ſi eſt b eſt a, ſicut ſi ſtatim à principio reflectitur dicens, ſi eſt a eſt b, & ſi eſt b eſt a. Dicit autem per duos terminos, &

Cur dicit per duos ter.

ſupra dixit tribus terminis poſitis, quia in deductione quam faciet vtetur tertio termino, qui ſit idem cum primo. Deinde cum dicit.

Nam quando cum A ſit, eſt neceſſario B, & hoc cum ARGY.
ſit, eſt neceſſario C, tum cum A ſit, neceſſario C ipſum erit,
Cum enim ſit A ex neceſſitate eſt B. Hoc autem cum ANTI.
ſit, erit C. Cum igitur A ſit, ex neceſſitate erit C.

Proponit formam arguendi in tribus terminis hoc modo. Si ſit a eſt b, & ſi eſt b eſt c, ergo ſi eſt a ex neceſsitate eſt c. Deinde cum dicit.

Si igitur cum A ſit neceſſe eſt B eſſe, & cum B ſit, neceſ- ARGY.
ſe eſt eſſe A, hoc enim erat circuli modo verſari, ponatur A
eo in loco, quo ipſum eſt C. Dicere igitur cum B ſit A ipſum
eſſe, nil aliud eſt quàm dicere, cum B ſit C ipſum eſſe. Id au-
tem nil aliud eſt, quàm dicere, cum A ſit C ipſum eſſe, at
idem eſt C & A, quare fit, vt hi qui cẽſent orbis modo de-
monſtrationem verſari, nihil aliud dicant, quàm cum A
ſit A ipſum eſſe. Hoc vero pacto facile eſt oĩa demõſtrare.
Si igitur cum ſit A neceſſe eſt B eſſe, hoc autem cum ſit. ANTI.
erit A. Hoc autem erat circulo. Ponatur enim A in quo eſt
C B, igitur cum ſit A eſſe dicere, eſt ipſum C dicere. Hoc
autem eſt, quoniam cum ſit A eſt C. Sed C cum A idem eſt.
Quare accidit dicere circulo dicentes eſſe demonſtrationem, nihil alterum, niſi cum ſit A eſt A. Sic autem omnia demonſtrare leue.

Per formam arguendi præmiſſam oſtendit, ꝙ in circulari demonſtratione concluditur idem per idem ſumptis duobus terminis tantum. Eſt enim dicere. Si eſt a eſt b & reflectendo ſi eſt b eſt a quod eſt circulariter demõſtrare. Ex quibus duobus ſequitur ſecundum præmiſſam formam arguendi, ſi eſt a eſt a. Quod ſic patet. Sicut enim in prima deductione, quæ fiebat per tres terminos

minos ad b ſequebatur c, ita in deductione reflexa duorum terminorum ab b ſequitur a. Ponatur ergo ꝙ idem ſignificet a in 2. deductione reflexa, quod ſignificabat in prima directa, quæ eſt per tres terminos. Igitur dicere in 2. deductione, ſi eſt b eſt a eſt hoc ipſum quod erat dicere in prima deductione, ſi eſt b eſt c. Sed cum dicebatur in prima deductiõe, ſi eſt b eſt c ſequebatur, ſi eſt a eſt c. Ergo in deductione circulari ſequitur ſi eſt a eſt a cum a idem ponatur quod c. Et ita leue erit demonſtrare omnia, vt dictum eſt. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *At vero nec idipſum fieri poteſt, niſi in biſce, quæ mutuo ſe ſequuntur, quemadmodum ipſa propria. Demonſtratum eſt igitur prius vno quidem poſito nunquam neceſſario aliquid aliud eſſe, vno inquam, aut termino, aut poſitione. Ex duabus autem poſitionibus primis ac minimis fieri poſſe, ſi quidem & ratiocinari contingit. Si igitur a & b et c, mutuo ſe ſequantur, ſic tantum fieri poteſt, vt oſtendantur ex ſeſe mutuo cuncta quæ poſtulata ſunt in prima ratiocinationis figura, vt in libro Priorum oſtẽdimus. Quo loco etiam patebit cæteris in figuris, aut non fieri ratiocinationem, aut non ex biſce fieri, quæ ſunt ſumpta. Ea vero, quæ prædicationem non ſuſcipiunt mutuam fieri non poteſt, vt mutuo demonſtrentur. Quare cum in demonſtrationibus pauca talia ſint conſtat vanum eſſe ac impoſſibile demonſtrationem ipſa mutuam eſſe cenſere, atque ob idipſum poſſe demonſtrationem omnium eſſe.*

ANTI. *At vero nec hoc poſſibile eſt niſi in his, quæcunque alternatim ſe ſequuntur, ſicut ſunt propria. Vno quidem poſito oſtenſum eſt quòd nequaquam eſt aliquid eſſe alterum. Dico autem vno quod neque termino vno, neq; propoſitione vna propoſita. Ex duabus autem propoſitionus primis & minimis, contingit ſic quidem ſyllogizare. Si quod igitur & a ipſi b & c inhæreat & hæc adinuicem, & ipſi a ſic quidem cõtingit ex alterutris monſtrare omnia quæſita in prima figura. Sicut oſtenſum eſt in his, quę de ſyllogiſmo ſunt. Oſtenſum autem eſt quòd in alijs figuris, aut non ſit ſyllogiſmus, aut non de acceptis. Non autem æqualiter prædicantia nequaquam eſt monſtrare circulo. Quare quoniam pauca huiuſmodi demonſtrationibus ſunt, manifeſtum eſt quòd vanum quidem eſt, & impoſſibile ſit dicere ex his, quæ ſunt adinuicem eſſe demonſtrationem, & propter hoc omnium non cõtingit demonſtrationem eſſe.*

Hæc ratio eſt talis. Ponentes omnia poſſe ſciri per demonſtrationem quia demonſtratio eſt circularis, neceſſe habent dicere ꝙ omnia poſſunt demonſtrari demonſtratione circulari, & ita neceſſe habent dicere ꝙ in demonſtratione circulari ex concluſione poſsit concludi vtraque præmiſſarum. Hoc autem non fieri poteſt niſi in his quæ ad ſe inuicem conuertuntur, i. conuertibilia ſunt, ſicut propria. Sed non omnia ſunt huiuſmodi, ergo vanũ eſt dicere ꝙ omnia poſſunt demõſtrari, propter hoc ꝙ circularis eſt demonſtratio. Quod autem oportet in demonſtratione circulari omnia eſſe conuertibilia ſecundum poſitionem iſtorum patet, qua oſtẽſum eſt in libro Priorum, ꝙ vno poſito non ſequitur ex neceſsitate aliud nec vno poſito termino, nec poſita vna propoſitione tantum. Nam omnis ſyllogiſmus eſt ex tribus terminis & duabus propoſitionibus ad minus. Oportet ergo accipere tres terminos conuertibiles in demonſtratione circulari. ſ. a b c, ita ꝙ a inſit omni b, & omni c, & hæc. ſ. b & c inhæreant ſibi inuicem, ita ꝙ omne b ſit c & omne c ſit b, & iterum hæc inſint ipſi a, ita ꝙ omne a ſit b, & omne a ſit c. Et ita ſe habentibus terminis contingit monſtrare in prima figura ex alterutris. i. circulariter omnia quæſita. i. concluſionem ex duabus præmiſsis, & vtramlibet præmiſſarum ex concluſione, & altera præmiſſarum conuerſa, ſicut oſtenſum eſt in his, quę ſunt de ſyllogiſmo in libro Priorum, in quo agitur de ſyllogiſmo ſimpliciter. Quod ſic patet. Sumantur tres termini conuertibiles. ſ. riſibile, animal rationale mortale, & homo, & ſyllogizetur ſic. Omne animal rationale mortale eſt riſibile, Omnis homo eſt animal rationale mortale, ergo omnis homo eſt riſibilis. Et ex concluſione poteſt iterum concludi tam maior quàm minor. Maior ſic. Omnis homo eſt riſibilis, omne animal rationale mortale eſt homo, ergo omne animal rationale mortale eſt riſibile. Minor ſic.

Li. 1. c. 5.

Omne riſibile eſt animal rationale mortale, omnis homo eſt riſibilis, ergo omnis homo eſt animal rationale mortale. Oſtẽſum eſt autem in libro priorum, ꝙ in alijs figuris à prima. ſ. in 2. & 3. aut non ſit circularis ſyllogiſmus. ſ. per quem ex concluſione poſsit ſyllogizari vtraque præmiſſarum, aut ſi fiat, non erit ex acceptis, ſed ex alijs propoſitionibus quę non ſunt in primo ſyllogiſmo. Quod ſic patet in 2. figura non eſt concluſio niſi negatiua. Vnde oportet alterum præmiſſarum eſſe negatiuam & alteram affirmatiuam. Non enim ex duabus negatiis poteſt aliquid concludi, nec ex duabus affirmatiuis poteſt concludi negatiua. Non eſt ergo poſsibile quod ex concluſione & præmiſſa negatiua concludatur affirmatiua. Si ergo affirmatiua debet probari, oportet ꝙ per alias propoſitiones probetur, quæ non ſunt ſumptæ. Similiter in 3. figura non eſt concluſio niſi particularis. Oportet autem alteram præmiſſarum ad minus eſſe vniuerſalem. Si autem in præmiſsis ſit aliqua particularis, non poteſt concludi vniuerſalis. Vnde non poteſt eſſe ꝙ in 3. figura ex concluſione ſyllogizetur vtralibet præmiſſarum. Et eadem ratione apparet, ꝙ nec in prima figura talis circularis ſyllogiſmus poteſt fieri, per quem vtraque præmiſſarum concludatur, niſi in primo modo, in quo ſolo cõcluditur vniuerſalis affirmatiua. Nec etiam in hoc modo poteſt fieri talis ſyllogiſmus circularis, per quem vtraq; præmiſſarũ cõcludatur, niſi ſumantur tres termini ęquales, ideſt cõuertibiles. Quod patet ex hoc. Oportet enim ex concluſione, & altera præmiſſarum conuerſa concludere reliquam, ſicut dictum eſt. Non poteſt autem vtraque præmiſſarum conuerti, cum vtraque ſit vniuerſalis affirmatiua, niſi in terminis conuertibilibus.

Li. 2. c. 6.

Cur non in 2. figura.

Cur nõ in 3.

Li. pri. c. 5. Li. 2. c. 2.

LECTIO IX.

Demonſtrationem eſſe ex neceſſarijs oſtendit, & quid de oĩ ni ſit declarat.

Cum autem fieri nequeat, vt id aliter ſeſe habet, cuius ARGY.
eſt abſolute ſcientia, id neceſſarium eſt profecto, quod demonſtratiua ſciri ſcientia poteſt, atq; ea eſt demonſtratiua ſcientia, quam habemus demonſtrationem habẽdo. Eſt ergo demonſtratio ex neceſſarijs ratiocinatio. Sumendũ eſt igitur ex quibus, qualibusue demonſtrationes conficiuntur.

Quoniam autem impoſſibile eſt aliter ſe habere illud cuius eſt ſcientia ſimpliciter, neceſſarium ANTI.
vtique erit id ſcibile, quod eſt ſecundum demõſtratiuam ſcientiam. Demonſtratiua autem eſt, quam habemus in habendo demonſtrationem. Ex neceſſarijs itaque ſyllogiſmus eſt demonſtratio. Accipiendum igitur ex quibus, & qualibus demonſtrationes ſiunt.

Tex. cõ. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex. cō. 8. Lect. 13.

Postquam Philosophus ostendit quid sit syllogismus demonstratiuus, in parte ista incipit ostendere ex quibus & qualibus fit. Et circa hoc tria facit. Primo continuat se ad præcedentia. 2. determinat quædam quę sunt necessaria ad præcognoscendum, ibi {Primo autem determinabimus. 3. determinat propositum. s. ex quibus fit syllogismus demonstratiuus, ibi { Si igitur est demonstratiua. } Dicit ergo primo ꝙ quia dictum est supra, ꝙ impossibile est aliter se habere in diffinitione eius quod est scire, necessarium erit id quod scitur secundum demonstrationem esse necessarium. Quid autem sit quod est secundum demonstrationem scire exponit, & dicit ꝙ demonstratiua scientia est quam habemus in habendo per demonstrationē. i. quam acquirimus ex demōstratione. Et sic habetur ꝙ demonstrationis conclusio sit necessaria.

Lectio. 4. 1. ex. 2.

Necessariū ex contingentibus syllogismi non tamen scitur. Lect. 13.

Quamuis autem necessarium possit syllogizari ex contingentibus, non tamen de necessario potest haberi scientia per medium contingens, vt infra probabitur. Et quia conclusio demonstrationis non solum est necessaria, sed etiam per demonstrationem scita, vt dictum est, sequitur ꝙ syllogismus demonstratiuus sit ex necessarijs. Et ideo accipiendum est ex quibus necessarijs, & qualibus sint demonstrationes. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque primo determinemus quid de omni, quid per se quid vniuersaliter dicimus.*

ANTI. *Primum autem determinabimus quid dicimus de omni, & quid per se, & quid vniuersale.*

Interponit ea, quæ sunt præintelligenda ad præcognoscendū de quibus tractaturus est. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio, & dicit ꝙ antequam determinetur in speciali ex quibus & qualibus est demonstratio, primo determinādum est quid intelligimus cum dicimus de omni, & per se, & vniuersale.

Cur de omni per se & vniuersali.

Cognoscere. n. ista est necessarium ad sciendum ex quibus est demonstratio. Hoc nanque oportet obseruari in demonstrationibus. Oportet. n. in propositionibus demōstrationis aliquid vniuersaliter prædicari, quod significat dici de omni, & per se, & primo quod significat vniuersale. Hæc autem tria ex additione se habent adinuicem. Nam omne quod per se prædicatur. prædicatur vniuersaliter, & non econuerso. Similiter quod primo prædicatur prædicatur per se, sed non conuertitur. Vnde etiam apparet ratio ordinis istorum. Differentia etiā & numerus istorum trium apparet ex hoc, ꝙ aliquid prędicari dicitur de omni siue vniuersaliter per comparationem ad ea, quæ continentur sub subiecto. Tūc enim dicitur aliquid de omni, vt habetur in libro Priorum, quando nihil est sumere sub subiecto, de quo prædicatum non dicatur. Per se autem dicitur aliquid prædicari per comparationem ad ipsum subiectum, quia ponitur in eius diffinitione, vel econuerso, vt infra patebit. Primo vero dicitur aliquid prædicari de altero per comparationem ad ea, que sunt priora subiecto continentia ipsum. Nam habere tres angulos non prędicatur primo de isochele, quia prius prædicatur de priore scilicet de triangulo. Secundo ibi.

De omni p se & vniuersaliter quo. inter se. L. 1. c. prio.

Lectio. seq.

ARGY. *Id itaque de omni dicimus quod nō cuidam inest, cuidam non inest, nec interdum competit, interdum non competit. Nam si animal omni de homine dicitur, si verum est hunc dicere hominem, verum est eum & animal dicere. Ae si nunc verum est & alterum dicere, verum est et alterum dicere. Et si in omni linea punctū inest, similiter.*

ANTI. *De omni quidem hoc dico, quod vtiq; est non in quodā quidem sic, in quodam autem non, neq; aliquando quidem sic, aliquādo vero nō, vt de omni homine animal. Si enim verum est dicere hominem, verum est dicere animal, & si alterum & alterum. Et si in omni linea punctum, similiter inest.*

Determinat propositum. Et diuiditur in tres. Primo ostendit quid sit dici de omni. 2. quid sit dici per se, ibi {Per se autem.} 3. quid sit vniuersale, ibi {Vniuersale autem dico.} Circa primū duo facit. Primo dicit quid sit dici de omni. Ad hoc sciendum est, quòd dici de omni, prout hic sumitur, addit supra dici de omni, prout sumitur in lib. Priorū. Nam in libro Priorum sumitur dici de omni communiter, prout vtitur eo dialecticus & demonstrator. Et ideo non plus ponitur in diffinitione eius, quàm ꝙ prędicatum insit cuilibet eorum, quę continentur sub subiecto. Hoc autem contingit, vel vt nunc, & sic vtitur quandoque dici de omni dialecticus, vel simpliciter, & secundum omne tempus, & sic solum vtitur eo demonstrator. Et ideo in diffinitione dici de omni duo ponit, quorum vnū est, vt nihil sit sumere sub subiecto cui prædicatum non insit. Et hoc significat cum dicit. { Non in quodam quidem sic, in quodam autem non.} Aliud est, quòd non sit accipere aliquod tempus, in quo prędicatum non conueniat. Et hoc designat cum dicit. {Non aliquando sic, aliquando non.} Et ponit exēplum. Sicut de omni homine prædicatur animal, & de quocunque verum est dicere ꝙ sit homo, verum est dicere ꝙ sit animal, & quandocunque est homo, est animal. Et similiter se habet de linea, & de puncto. Nam punctum est in linea qualibet & semper. Secundo ibi.

Lectio. 10. Lectio. 11. Notum.

Lib. c. pri.

ARGY. *Atque huius signum est id, quod facimus. Hoc enim pacto solemus inficiationes afferre, cum interrogamur de omni si de aliquo non dicatur, aut si interdum non insit.*

ANTI. *Signum autem est, nanque instantias sic proferimus, sicut de omni interroganti, aut si in quodam non aut si aliquando non.*

Manifestat positam diffinitionem per signum ab instantijs sumptum. Non enim infertur instantia circa vniuersalem propositionem, nisi quia deficit aliquid eorū, quod per eam significatur. Cum autem interrogamur an aliquid prędicetur de omni demonstratione, tunc dupliciter fermus instantias, vel quia in quodam eorum quæ continentur sub subiecto non est verum, vel quia aliquando non est verum. Vnde manifestum est ꝙ dici de omni vnumquodque eorum significat.

LECTIO X.


Quatuor modi ipsius per se exponuntur.

ARGY. *Per se autem dicimus ea, quæ sunt in ratione quid est dicente, vt triangulo linea, et lineæ punctum inest. Ex his enim ipsorum substantia constat, & hæc insunt in ratione quid est dicente. Et item ea, quorum in ratione quæ, quid est patefacit, ea ipsa sunt quibus insunt, quo pacto linea quidem rectum & curuum inest, numero vero par atque impar, primum atque compositum, figura denique laterum æqualium, ac altera parte longior. Atque in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea inest. Quæ igitur aut illo, aut hoc insunt modo, per se cuique competere dico. Quæ vero neutro modo competunt, accidentia, quemadmodum competit animali musicum, aut album.*

ANTI. Tex. cō. 9. *Per se autem sunt, quæcunque sunt in eo quod quid est, vt triangulo inest linea, & in linea punctum substantia enim ipsorum ex his est & quæ insunt in ratione dicente quid est.*

Isocheles

Isocheles seu æquicrus habens duo latera æqualia tantum.



vide in annot.

Et quibuscunq; eorum quę insunt ipsis, ipsa in rōne insunt quid est demōstrante, vt rectū inest lineæ, & circulare, & impar & par numero, & primū compositū, & isopleuros, quod est æquilaterū, & scalenon. i. altera parte longius, quæ in omnibus his insunt in rōne quid est dicēte, huic quidē linea, huic vero numerus. Similiter et in alijs

Equilaterus seu Isopleuros habens tria latera inæqualia.



Scaleon seu gradatus habens tria latera inæqualia.



huiusmodi unicuiq; per se esse dico. Q uecūq; uero neutraliter insunt, accidentia sunt, vt musicū, aut albū animal.

Notum. Per præpo.

Postquam determinauit Philosophus de dici de omni, hic determinat de per se. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quot modis dicitur aliquid per se. Secūdo ostendit qualiter his modis demōstrator vtatur, ibi {Quæ ergo dicuntur.} Circa primum sciendum, ꝙ hæc propositio per designat habitudinem causæ. Designat etiam interdum, & situ, sicut dicitur esse aliquis per se quando est solitarius. Causæ autem habitudinem designat aliquando quidem formalis, sicut dicitur, ꝙ corpus viuit per animam. Q uandoq; autem habitudinem causæ materialis, sicut dicitur, ꝙ corpus est coloratū per superficiem, quia scilicet subiectum coloris est superficies. Designat etiam habitudinem causæ extrinsecæ, & præcipue efficiētis, sicut cum dicitur, ꝙ aqua calescit per ignem. Sicut autem hæc propositio per, designat habitudinem causæ, quādo aliquid extrinsecū est causa eius, quod attribuitur subiecto, ita quando subiectum, vel aliquid eius est causa eius,

Pri. modus dicēdi per se.

quod attribuitur ei, & hoc significat per se. Primus ergo modus dicendi per se, est quādo id quod attribuitur alicui pertinet ad formam eius. Et quia diffinitio significat formam & essentiā rei, primus modus eius quod est per se, est quando prædicatur diffinitio de aliquo diffinito, vel aliquid in diffinitione positū. Et hoc est quod dicit, ꝙ per se sunt quæcunque insunt in eo, quod quid est, i. in diffinitione indicante quid est, siue ponatur in recto, siue in obliquo, sicut in diffinitione trianguli ponitur linea. Vnde linea per se ineſt triangulo. Et similiter in diffinitione lineæ ponitur punctū. Vnde punctum per se inest lineæ. Rationem autem quare ista ponantur in diffinitione subiungit dicens. {Substantia autem.} i. essentia, quā significat diffinitio ipsorū. i. trianguli & lineæ, est ex his. i. ex linea, & punctis. Q uod nō est intelligendum ꝙ linea ex punctis cōponatur, sed ꝙ punctum sit de ratione lineæ, sicut linea de ratione trianguli. Et hæc dicit ad excludendum ea, quæ sunt partes materiæ, & non speciei, quæ non ponuntur in diffinitione, sicut semicirculus nō ponitur in diffinitione circuli, nec digitus in diffinitione hominis, vt dicitur. 7. Metaphy. Et subiungit ꝙ quæcunque vniuersaliter insunt in ratione dicente quid est per se attribuuntur alicui. Secundus modus dicendi per se est, quādo hæc propositio per designat habitudinem causæ materialis, prout. 5. id cui aliquid attribuitur, est propria materia, proprium & subiectum ipsis. Oportet autem ꝙ proprium subiectum ponatur in diffinitione accidentis quandoq; quidem in obliquo, sicut qñ accidens in abstracto diffinitur cum dicimus ꝙ simitas est curuitas nasi, qñq; vero in recto, vt cū accidens diffinitur in concreto, vt cū dicimus ꝙ simus est nasus curuus. Cuius quidem ratio est, ꝙ cum esse accidentis dependeat à subiecto, oportet etiam ꝙ diffinitio eius significans esse eius contineat in se subiectum. Vnde secundus modus dicendi per se est, qñ subiectum ponitur in diffinitione prædicati, quod est proprium accidens eius. Et hoc est quod dicit {& per se dicūtur quęcunq; eorū}. i. de numero eorum {quæ insunt ipsis}. i. subiectis accidentiū, & ipsa subiecta insunt in ratione demonstrante quid est ipsum accidens. i. in diffinitione accidentis. Sicut rectum & circulare insunt lineæ per se. Nam linea ponitur in diffinitione eorum. Et eadem ratione par & impar per se insunt numero, quia numerus in eorū diffinitione ponitur. Nam par est numerus mediū habens. Et similiter primum & compositum per se prædicantur de numero, & numerus in diffinitione eorū ponitur. Est enim primū in numeris, numerus qui nullo numero alio mensuratur, sed sola vnitate, vt binarius. Compositus autem est numerus, quem etiam aliud numerus mensurat, sicut nouenarius. Et similiter isopleurus. i. æquilaterus, & scalenon. i. trium inæqualium laterum, & altera parte longius, per se insunt triangulo, & triangulus in diffinitione eorum ponitur. Et ideo subiungit ꝙ omnia subiecta, insunt omnibus præmissis accidentibus in rōne dicente quid est. i. in diffinitione, sicut alicui prędictorum accidentiū ineſt linea, alicui vero numerus, & similiter in alijs, vnicuiq; inquam ipsorū subiectorū, per se ineſſe dico sum accidens. Quæ vero prædicata neutraliter insunt. i. neq; ita ꝙ ponantur in diffinitione, subiectorum, neq; subiecta in diffinitione eorū, sunt accidentia. i. per accidens prædicantur. Sicut musicum & albū prædicantur per accidens de animali. Deinde cum dicit.

Tex. commen. 35.

Quādo per præp. contti. 2.mo.

Subiectum. poni in diffi. acci.

Secundus modus.

Primum in numerus cō po. quid.

ARGY. *Præterea id per se dicimus, quod non de subiecto alio dicitur vllo. Ambulans enim aliquid aliud est, quod ambulans est, atq; album. At substantia, & quæcunque hoc aliquid significant, non sunt aliud, quam id quod sunt. Ea igitur, quæ de subiecto non dicuntur, per se, ea vero, quæ de subiecto dicuntur accidentia dico.*

ANTI. *Amplius quod non de subiecto dicitur alio quodam, ut ambulans, cum alterum quodam sit ambulans, & albū. Subiecta aut, & quæcunq; hoc aliquid significant, non alterū aliquid sunt, quod vere sunt. Q uę quidē igitur nō de subiecto sunt, per se dico, quę uero de subiecto, accidentia.*

vide in annot.

Ponit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ter. mod. per se.

Ponit alium modū eius, quod est per se, prout per se significat aliquid solitarium, sicut dicitur ꝙ per se est aliquod particulare quod est in genere substantiæ, quod nō prædicatur de aliquo subiecto. Et huius ratio est, quia cū dico ambulans, vel album, non significo album vel ambulans, quasi per se aliquid solitarium existens, cum intelligatur aliquid aliud esse quod sit ambulans, vel albū. Sed in his, quæ significāt hoc aliquid. ſ. in primis substantijs, hoc non contingit. Cum.n. dicitur Sortes, vel Plato, non intelligitur, ꝙ sit aliquid alterū, quàm id quod vere ipsa sunt, quod.ſ. sit subiectū eorum. Sic igitur hoc modo quæ nō prædicantur de subiecto sunt per se, quę vero dicuntur de subiecto, sicut in subiecto existentia, accidentia sunt. Nam quæ dicuntur de subiecto, sicut vniuersalia de inferioribus non semper accidentia sunt. Sciendum est autem ꝙ iste modus non est modus prædicādi, sed modus existendi. Vnde etiam in principio dixit, per se sunt, & non per se dicuntur. Deinde cum dicit.

Nota circa 3. mod.

ARGY. *Insuper alio modo id quidem per se dicimus quod unicuiq; competit ob ipsum, id autem quod hanc cōditionem egreditur, accidens. Veluti si ambulante quopiam corruscauerit, id accidens dicimus. Non.n. ob ipsum corruscauerit quia ambulauerit, sed id dicimus accidisse. At si cū iugularetur, quispiam mortem aduerit, iugulatione ve, id per se dicimus. Ob id ipsum.n. quia iugulabatur, mortuus est, sed non accidit eum, cū iugularetur mortē oppetysse.*

ANTI. *Item alio modo quod quidem propter ipsum inest unicuique per se, quod vero non propter ipsum, accidens est. Vt si ambulante corruscauit, accidens est. Non enim propter id quod ambulat corruscauit, sed quod accidens est, dicimus hoc. Si vero propter ipsum, per se est, vt si aliquod interfectum interierit secundū interfectionem, quoniam propter id quod interfectum est, sed non quòd accidat, interfectum interire.*

vide in annot.

4. modus per se.

Ponit quartum modum, secundum quem hæc præpositio, per, designat habitudinem causę efficientis, vel cuiuscunque alterius. Et ideo dicit, ꝙ quicquid inest vnicuiq; per seipsum, per se dicitur de eo, quod vero nō per seipsum inest alicui, per accidens dicitur, sicut cum dico, hoc ambulante corruescat. Non.n. propter id quod ambulat corruscauit, sed hoc dicitur ſm accidens. Si vero quod prædicatur insit subiecto per se ipsum, per se inest, vt si dicamus ꝙ interfectum interijt. Manifestum est.n, ꝙ propter id quod illud interfectum est, interijt, & non est accidens, ꝙ interfectus interierit. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quæ igitur in hisce, quæ sub scientiam simpliciter cadunt, per se ducuntur, vel eo pacto, vt sint in prædicatis subiecta, vel eo rursus, vt ipsa sint in subiectis, ea ob ipsa & necessario sunt. Nam fieri non potest vt non competant, aut simpliciter, aut opposita, veluti lineæ rectū, aut obliquum, & numero par aut impar. Est enim contrariū, aut priuatio, aut cōtradictio, genere in eodem, ceu par est id quod est non impar in numeris, vbi sequitur. Quare si necesse est affirmare, aut negare necesse est & ea, quæ per se insunt, competere.*

ANTI. *Quæ ergo dicuntur in simpliciter scibilibus per se, sic sunt inesse prædicātibus, aut inesse propter ipsa, quæ sunt ex necessitate. Non enim contingunt non inesse, aut simpliciter aut opposita, vt lineæ aut rectum aut obliquum, & numero par, aut impar. Est enim contrarium, aut priuatio, aut cōtradictio in eodem genere, vt par vel impar in numeris secundum quòd sequitur. Quare si necesse est affirmare aut negare, necesse est & quæ sunt per se, inesse.*

Tex. cō. 10. vide in annot.

Ostendit qualiter vtatur prædictis modis demonstrator. Vbi notandum est ꝙ cum scientia sit cōclusionum, intellectus autem principiorum proprie scibilia dicūtur conclusiones demonstrationis, in quibus passiones prædicantur de proprijs subiectis. Propria aūt subiecta non solum ponūtur in diffinitione accidentium, sed etiā sunt causæ eorum. Vnde conclusiones demonstrationum includunt duplicem modum dicēdi per se. ſ. 2. & 4. Et hoc est quod dicit, ꝙ illa quæ prædicantur in simpliciter scibilibus hoc est in conclusionibus demonstrationum, sic sunt per se sicut inesse prædicantibus. i. sicut quando subiecta insunt in diffinitione, accidentium, quæ de eis prædicantur. Aut inesse propter ipsa, i. quando prædicata insunt subiecto propter ipsum subiectum, quod est causa prædicati. Et consequenter ostendit, ꝙ huiusmodi scibilia sint necessaria, quia non contingit quin propriū accidens prædicetur de subiecto. Sed hoc est duobus modis. Quandoq; quidem simpliciter, sicut cum vnum accidens conuertitur cū subiecto, vt habere tres cum triangulo, & risibile cum homine. Quandoq; aūt duo opposita sub disiunctione accepta ex necessitate subiecto insunt, vt lineæ aut rectum, aut obliquum, & numero par, aut impar, Cuius rationem ostendit, quia contrariū, priuatio, & contradictio sunt in eodem genere. Nam priuatio nihil aliud est quàm negatio in subiecto determinato. Quandoq; etiam contrariū æquiparatur negationi in aliquo genere, sicut in numeris idem est impar quod nō par secundum consequentiam. Sicut ergo necesse est affirmare vel negare, ita necesse est alterū eorum, quæ per se insunt, prio inesse subiecto. Deinde epilogat dicēs.

Notandum. Propriæ. scibilia.

Concl. dem. Quod modi inclu.

Dupliciter ac propriæ de subiect. prædic.

Id igitur quod de omni, & id quod per se dicimus, hoc sit modo determinatum. ARGY.

De omni quidem igitur, & per se, determinatum sit hoc modo. ANTI.

Quod est planum.

LECTIO XI.

Quod nam sit Prædicatum vniuersale, & quomodo eo vtatur demonstrator aperit.

Vniuersaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur, & per se, atq; hoc plane quo ipsum est. ARGY.

VNiuersale autem dico, quod, cū de omni sit, & per se & secundum quod ipsum est. ANTI. vide in annot.

Postquam philosophus determinauit de omni & per se, hic determinat de vniuersali. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quid sit vniuersale. in. 2. quomodo in acceptione vniuersalis contingit errare, ibi {Oportet autem nō latere.} Circa primū duo facit. Primo ostendit quid sit vniuersale. 2. ostendit quo modo vniuersali vtatur demonstrator, ibi {Demonstratio aūt per se.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ vniuersale cōtinet in se & dici de omni, & per se, secundo ostendit quid supra ea addit, ibi {vniuersale autem.} Ad euidentiam aūt eorum, quæ hic dicuntur, sciendum est ꝙ vniersale non hoc modo accipitur, prout omne quod prædicatur de pluribus dicit vniuersale ſm ꝙ porphyrius determinat de quinq; vniuersalibus, sed dr hic vniuersale ſm quandam adaptationē, vel adæquationem prędicati ad subiectum, cum. ſ. neq; prædicatū inuenitur extra subiectum, neq; subiectum sine prędicato. His aūt visis sciendū est, ꝙ circa primum tria facit. Primo dicit quòd vniuersale. ſ. prædicatum est etiam quod de omni est. i. vniuersaliter prædicatur de subiecto, & etiam per se. ſ. inest ei, conuenit subiecto secūdum quòd ipsum subiectum est. Multa enim

Lect. 12

enim de aliquibus prędicantur vniuersaliter, quæ nō conueniunt ei per se, & secundum ꝙ ipsum est. Sicut omnis lapis coloratus est, nō tamen secundum ꝙ lapis, sed secundum ꝙ ipsum est superficiem habens. Secundo ibi.

ARGY. *Patet igitur ea necessario rebus inesse, quæ ipsis vniuersaliter competunt.*

ANTI. *Manifestum igitur est, quæcunq; sunt vniuersalia, ex necessitate insunt rebus.*

Infert quoddam corollariū ex dictis, dicens, ꝙ ex quo vniuersale est quod per se inest, quæ aūt per se insunt ex necessitate insunt vt supra ostensum est, manifestū est ꝙ vniuersalia prædicata prout hic sumuntur de necessitate insunt rebus, de quibus prædicantur. Tertio ibi.

ARGY. *Atq; per se, & hoc quo ipsum est, eadem esse dico, veluti lineæ per se punctum inest rectum ve. Ea nanq; ratione qua linea est, & triāgulo hoc, tres anguli competunt, duobus rectis æquales, quo triangulus est. Per se.n. triangulus duobus rectis æquales angulos habet.*

ANTI. *Per se autem, & secundum quòd ipsum est, idem est, vt per se lineæ inest punctum & rectitudo. Et nanq; secundum quòd linea est. Et triangulo secundum quòd est triangulus duo recti, & enim per se triangulus duobus rectis æqualis est.*

Ne aliquis crederet aliud esse quod in diffinitione vniuersalis dixerat, per se, & ſm ꝙ ipsum est, ostendit ꝙ per se, & ſm quòd ipsum est, idem est. Sicut lineę per se inest punctū primo modo, & rectitudo. 2. modo. Nam vtrūq; inest ei secundum ꝙ linea est. Et similiter triangulo ſm ꝙ triangulus est insunt duo recti. i. quod valet duos rectos quod per se triangulo inest. Deinde cum dicit.


ARGY. *Tunc autem quippiam vniuersaliter inest, cū de quouis, & primo ostenditur.*

Vniuersale autem est tunc, cum in quolibet, & primo demonstratur.

ANTI. Ostendit quid addat vniuersale supra dici de omni, & per se. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ tunc est vniuersale prædicatum, cum non solum in quolibet est de quo prædicatur, sed & primo demonstratur inesse ei, de quo prædicatur. Secundo ibi.

ARGY. *Velut æquales duobus rectis habere, nō vniuersaliter inest figuræ, & tamen de figura duorum rectorum angulorum æqualitatem licet ostendere. Sed non de quauis figura, nec ostendens figura quauis vtitur. Quadratum.n. est quidem figura, non tamen habet tres angulos duobus rectis æquales, is etiam triangulus, qui duorum est æqualium laterū, habet quidem quamuis duobus rectis æquales sed non primus, sed triangulus prior. Qui igitur demonstratur primus duobus rectis æquales habere, vel quoduis aliud, & primo vniuersaliter competit.*

Quadrangulus.



ANTI. *Vt duos rectos habere, neq; cuilibet figuræ inest vniuersaliter, & tamē est demonstrare de figura quòd duos habet, sed non cuiuslibet figuræ est, neq; vtitur qualibet figura demonstrans. Quadrangulus enim figura quidem est non autem habet duobus rectis æquales. Sed isocheles habet quidem fortasse duobus rectis æquales, sed non primum, sed triangulus prius. Quod igitur quolibet primū monstratur duos rectos habere, aut quodcunque aliud, huic primo inest vniuersale.*

Manifestat per exemplum dicens, ꝙ habere tres angulos æquales duobus rectis nō inest cuilibet figuræ vniuersaliter, licet hoc de figura demōstretur, quia de triangulo demonstratur qui est figura, sed non cuilibet figuræ inest nec demonstrator in sua demonstratione vtitur qualibet figura. Quadrangulus enim figura, est, sed non habet tres duobus rectis æquales. Isocheles aūt. i. triangulus duorum æqualium laterum habet quidem vniuersaliter tres angulos æquales duobus rectis, sed non conuenit, primo isocheli, sed prius triangulo, quia isocheli conuenit inquātum est triangulus. Quod igitur primo demonstratur habere duos rectos, aut quodcunq; aliud huiusmodi, huic primo inest prædicatum vniuersaliter, sicut triangulo. Deinde cum dicit.

Et demonstratio per se eius vniuersaliter est, cætera- rum vero quodammodo non per se. Nec eius vniuersaliter est, qui duorum est æqualium laterum, sed superat, & ad plura sese extendit. ARGY.

Et demonstratio per se huius vniuersaliter est, aliorum autem quodammodo non per se. Neq; isocheles non est vniuersaliter, sed frequentius. ANTI.

Ostendit qualiter demonstrator vniuersali vtatur, & dicit ꝙ demōstratio est per se huius vniuersalis, sed aliorum quodammodo, & non per se. Demonstrator.n. demonstrat passionē de proprio subiecto, & si demonstret de aliquo alio hoc non est nisi inquantū pertinet ad illud subiectum. Sicut passionem triāguli probat de figura & isochele, inquantum quædam figura triangulus est, & triangulus quidam isocheles. Quod aūt primo non inest isocheli habere tres, hoc non est, quia non vniuersaliter prædicetur de eo, sed quia est frequentius. i. in pluribus quàm isocheles est, cū hoc cōmune sit omni triangulo.

LECTIO XII.

Modi duo exponuntur quibus contingit errare in vniuersalis acceptione, deinde metodus traditur ad dignoscendum verum vniuersale.

Oportet autem non latere errorem per sepe fieri, & non esse id, quod ostenditur, primum vniuersale, quemadmodum esse videtur. ARGY.

Oportet autem non latere, quoniam multoties contingit peccare, & nō esse, quod demonstratur, primum vniuersale, secundum quòd videtur demonstrari vniuersale primum. ANTI.

Postquam notificauit Aristo. quid sit vniuersale, hic ostendit quomodo in acceptione vniuersalis error contingat. Et circa hoc tria facit. Primo dicit ꝙ aliquando circa hoc peccare contingit. Secundo assignat quod modis, ibi {Oberramus.} Tertio dat documentum, quomodo possit cognosci vtrum vniuersale acceptū sit vniuersale, ibi {Vtrum autem ſm quòd.} Dicit ergo primo, ꝙ ad hoc ꝙ non accidat in demōstratione peccatum, oportet non latere, ꝙ multoties videtur demonstrari vniuersale, quod non demonstratur. Deinde cum dicit.

Decipimur autem hac deceptione, cum aut præter singulare, vel singularia nihil est, quod accipiatur superius, aut est quidem, sed nomine caret in diuersis specie rebus, aut est, ARGY.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut est, vt pars totum, id de quo demonstratur. Partinanq; accommodabitur quidem demonstratio, & de qualibet erit, attamen non erit huius primi vniuersaliter demonstratio. Atq; huiusce primi vt hoc est, demonstrationem dico, cum est primi vniuersaliter.

ANTI. vide in annot.

Obserramus autem hanc deceptionem eũ aut nil sit accipere à superiori extra singulare, quàm singularia, aut si sit quidem, sed innominatum sit indifferentibus specie rebus, aut contingat esse sicut in parte totum, in quo monstratur. Eis enim quæ sunt in parte ineſt quidem demonstratio, & erit de omni, sed tamen non huiusmodi primi vniuersaliter demonstratio. Dico enim primi secundum quòd est demonstratio, cum sit primi vniuersalis.

5. Erratur acceptione vniuersalis.

Assignat modos quibus circa hoc errare cõtingit. Et circa hoc duo facit. Primo enumerat ipsos modos dicẽs, ꝙ tripliciter contingit decipi circa acceptionem vniuersalis. Primo quidem cum nihil aliud sit accipere sub aliquo communi cui primo cõpetat vniuersale, quam hoc singulare, cui inconuenienter assignatur. Sicut si sensibile quod primo, & per se ineſt animali, assignaretur vt vniuersale primũ homini, nullo alio animali existente. Vnde notandum ꝙ singulare hic large accipitur pro quolibet inferiori, sicut si species dicatur esse singulare sub genere contentum. Vel potest dici, ꝙ non est possibile inuenire aliquod genus, cuius vna tantum sit species. Genus enim diuiditur in species per oppositas differentias. Oportet autem si vnum contrariorum inuenitur in natura, & reliquum inueniri, vt patet per Philosophũ in. 2. de Cœlo & mundo. Et ideo si vna species inuenitur, inuenitur & alia. Vna aũt species diuiditur in diuersa individua per diuisionem materiæ. Contingit autem totam materiam alicui speciei proportionatam sub vno individui duo comprehendi, & tunc non est nisi vnum individuũ sub vna specie. Vnde & signanter de singulari mentionẽ facit. Secundus modus est, quando quidem est accipere sub aliquo communi multa inferiora, sed tamen illud est commune innominatũ, quod inuenitur in differentibus specie. Sicut si animali non esset nomen impositum, & sensibile quod est proprium animalis assignetur vt vniuersale primum, his quæ sub animali continentur, vel diuisim, vel coniunctim. Tertius modus est quando id, de quo demonstratur aliquid, vt vniuersale primum se habet ad quod demõstratur de eo, sicut totum ad partem. Sicut si posse videre assignaretur animali vt vniuersale primum. Non enim omne animal potest videre. Ineſt autem his, quę sunt in parte. i. quæ particulariter & non vniuersaliter alicui subiecto conueniunt, demonstratio. i. ꝙ demonstrari possint, & erit demonstratio de omni, non tamen respectu eius quod demonstratur. Posse enim videre demonstratur quidem de aliquo vniuersaliter, non tñ de animali vniuersaliter, sicut de eo cui primo insit. Et exponit quid sit primum secundum ꝙ demonstratio fertur, quod est vniuersale primum. Secundo ibi.

1. Li. sing. ex. Nõ saluatur gen⁹ in vna tantum specie.

Tex. cõ. 18. Lect. 41. ex. sexta.

2. modus.

ARGY. *Si igitur quispiã ostenderit rectas duas lineas non concurrere, inter quas eadem in parte sunt anguli recti, recta ex linea secante, illas, oborti, huius ex eo demonstratio proprie videbitur esse, quia sic est in omnibus angulis rectis. Verum non est, quippe cum id fiat, non ex eo, quia sic sint illi anguli duobus rectis æquales, sed ex eo, quia quouis modo duobus æquales sint rectis.*

ANTI. vide in annot. *Si igitur aliquis demonstrabit quòd rectę lineæ nõ intercidant, videbitur vtiq; huiusmodi esse demonstratio, propter id quod ineſt rectis. Non autem est, nisi quòd quoniã sic æquales sint, fiat hoc, sed aut in quolibet æquales,*

Subiungit exempla ad prædictos modos. Et primo ad tertium dicens, ꝙ siquis demõstret de lineis rectis ꝙ non intercidant. i. non concurrant, videbitur huiusmodi esse demõstratio. s. vniuersalis primi, propter hoc ꝙ non cõcurrere ineſt aliquibus lineis rectis. Non autem ita ꝙ hoc fiat nisi lineæ rectæ sint æquales. i. æque distãtes. Sed lineæ fuerint æquales. i. æque distantes, tũc non cõcurrere conuenit eis in quolibet, quia vniuersaliter verum est ꝙ lineæ rectæ æque distantes, etiam si infinitum protrahantur, in neutram partem concurrent. Secundo ibi.

ARGY. *Et si nullus alius esset triangulus, quam hisce, qui duorum est æqualium laterum, huic, vt duorum est æqualium laterum angulos æquales duobus rectis habere competere videtur.*

ANTI. *Et si triangulus non esset aliud quàm isocheles, secundum quòd est isocheles videretur vtiq; esse.*

Tex. cõ. 1⁹

Ponit exemplum ad primũ modum, dicens, ꝙ si non esset alius triangulus, quàm isocheles, qui vere est triangulus duorum æqualium laterum, quod est trianguli inquantum huiusmodi, videretur esse isocheles secundum ꝙ est isocheles, nec tamen hoc esset verum. Tertio ibi.

ARGY. *Et ſimilitudo rationũ mutato ordine, numeris, vt numeri sunt lineis vt lineę, solidis, ut solida temporibus deniq;, vt tempora, videtur competere, quemadmodũ seorsum olim ostendebatur. Quod tamen vna demonstratione de omnibus demonstrari potest. Sed quia nõ sunt quippiam vnum hęc omnia nomine uocitatũ, numeri inquam, longitudines, tempora, solidaque, atque differunt inter se specie, ideo sumebantur seorsum. Non autem vniuersaliter demonstratur. Non enim ijsce competit, vt lineę sunt, vel vti numeri, sed vt hoc, quod quidem vniuersaliter ys ineſſe cunctis supponitur.*

ANTI. *Et proportionale, quod & commutabiliter est, secundum quòd numeri sunt, & secundum quòd lineæ & secundum quod firma, & secundum quòd tempora sunt, quemadmodum & demonstratũ est aliquando seorsum, cõtingens esse de omnibus vna demonstratione monstrari. Sed propter id, quod non est denominatum aliquid, in quo omnia hæc vnũ sunt, numeri, longitudines, tempora, & firma, & specie differentias, seorsum adinuicem accepta sunt. Non autem vniuersale monstratur. Non. n. secundum quòd lineæ sunt aut secundum quòd numeri, inerat, sed secundũ quòd hoc est quod vniuersale ponunt esse.*

Notandum. Proportio. quid. Proportionalitas qd.

Exemplificat de modo secundo. Et videtur hoc vltimo ponere, quia circa hoc diuturnius immoratur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit exemplum. Secundo inducit quoddam corollarium ex dictis, ibi {Propter hęc nec si aliquis.} Tertio assignat rationem dictorum, ibi {Quũ igitur non nouit.} Circa primũ sciendum est, ꝙ proportio est habitudo quãtitatis vnius ad alteram, sicut sex ad tria se habent in proportione dupla. Proportionalitas est collectio duarum proportionum. Quæ si sint disiunctę habẽt quatuor terminos. Vt hic. Sicut se habent quatuor ad duo, ita sex ad tria. Si vero sint coniunctæ habent tres terminos. Nam vno vtitur vt duobus. Vt hic. Sicut se habent octo ad quatuor, ita quatuor ad duo. Patet ergo ꝙ in proportione duo termini se habẽt vt antecedẽtia, duo vero vt consequentia. Vnde hic. Sicut se habent quatuor ad duo, ita se habent sex ad tria, sex & quatuor sunt antecedentia, duo vero, & tria sunt consequentia. Permutata ergo proportio est, quando accidentia inuicem cõferuntur & cõsequentia similiter. Vt si dicam. Sicut se habent quatuor ad duo, ita se habent sex ad tria, ergo sicut se habent quatuor ad sex, ita se habent duo tria. Dicit ergo ꝙ esse

Permuta. propor.

esse proportionale cõmutabiliter conuenit lineis, & numeris, & firmis. i. corporibus, & temporibus. Sicut autẽ de singulis determinatum est aliquando seorsum, de numeris quidẽ in Arithmetica, de lineis, & firmis, in Geometria, de tẽporibus in Naturali Philosophia, vel Astrologia, ita cõtingens est, quod de omnibus prædictis commutatim proportionari vna demonstratione demonstretur. Sed ideo commutatim proportionari de singulis horum seorsum demonstratur, quia non est nominatum illud commune, in quo omnia ista sunt vnum. Et si enim quãtitas omnibus his communis est, tamen sub se & alia præter hæc comprehendit, sicut orationem, & quædam, quæ sunt quantitates per accidens. Vel melius dicendũ, quòd commutatim proportionari quantitati non conuenit inquantum est quantitas, sed inquantũ est comparata alteri quantitati ſm proportionalitatẽ quandam. Et ideo dixerat etiam in principio proportionale esse quod commutabiliter est. Omnibus autem istis, inquantũ sunt proportionalia, non est nomen cõmune positum. Cum autem demonstratur commutatim proportionari de singulis prædictorum diuisim, non demonstratur vniuersale. Non. n. commutatim proportionari ineſt numeris, & lineis, secũdum ꝙ huiusmodi, sed ſm quoddam cõmune. Demonstrantes aũt de lineis seorsum, vel de numeris, ponunt hoc, quod est cõmutabiliter ꝓportionari esse quasi quodã vniuersale prædicatũ lineæ secundum ꝙ linea est aut numero, secundum ꝙ numerus. Deinde cum dicit.

Alia interpre.

ARGY. *Quo circa siquis vnumquemq; triangulum, eum inquam qui ex æqualibus lateribus omnibus, & eũ, qui ex vniuersis inæqualibus constat, & item eum, qui duorum est æqualium laterum, aut vna, aut alia seorsum demonstratione, tres æquales duobus rectis ostenderit, nondum his profecto triangulum scit duobus rectis æquales habere nisi eo sciendi modo, quem ipsi suo more profitẽtur sophistæ. Neq; de triangulo vniuersaliter id percipit, & si nullos alius præter istos triangulus est. Nõ enim id istis, vt triangulis sunt, nec omni triangulo ratione formæ, sed numeri ineſſe cognouit, tam & si nullus triangulus est, quem ipsæ & non scit æquales duobus rectis habere.*

ANTI. *Propter hoc neq; si aliquis monstret vnumquemque triangulũ demonstratione, aut vna aut altera, quod duos rectos habet vnumquodq;, isopleuros, id est isocheles seorsum, & scalenon, id est gradatum, non cognouit triangulum quod duos rectos habet, nisi sophistico modo: neq; uniuersale trianguli, neq; si nullus est præter hoc triangulus alter. Non. n. secundũ quòd triangulus est cognouit, neq; omnem triangulum sed secundum numerũ. Secundum speciem autem non omnem, & si nullus est, quem non nouit.*

vide in annot.

Inducit quoddam corollariũ ex dictis, & dicit quòd eadem ratione, qua nõ demonstratur vniuersale, cum de singulis speciebus demõstratur aliquid, quod est vniuersale prædicatum cõmunis innominati nec etiam demonstratur vniuersale prædicto modo, si sit cõmune nomen positum. Sicut si aliquis eadem demonstratione ostẽdat aut demonstret de vnaquaq; specie triãguli, quòd habet tres angulos æquales duobus rectis aut diuersa seorsum scilicet de isochele, & seorsum de gradato. i. de triangulo trium laterum inæqualium, non tamen propter hoc cognouit ꝙ triangulus tres angulos habeat æquales duobus rectis, nisi sophistico modo. i. per accidens, quia non cognouit de triangulo secundũ quòd est triangulus, sed secundum ꝙ est æquilaterus, aut duorum æqualium laterum, aut trium inæqualium. Neque etiam demonstrans cognouit vniuersale. i. habet cognitionem de triangulo in illos, vniuersali, etiã si nullus alius triangulus esset pręter de quibus cognouit. Et hoc ideo quia nõ de triangulo cognouit secundum ꝙ est triangulus, sed sub ratione specierũ eius. Vnde neq; cognouit per se loquendo omnem triangulum, quia & si secundum numerum cognouit omnem triangulum, si nullus est, quem non nouit, tamen secundum speciem non cognouit omnem. Tunc. n. cognoscitur aliquid vniuersaliter ſm speciem, quando cognoscitur secundum rationem speciei. Secundum numerum autem, & nõ vniuersaliter, quando cognoscitur secundum multitudinem contentorũ sub specie. Nec est differentia quantum ad hoc si comparemus speciem ad individua, vel genera ad species. Nam triangulus est genus æquilateri, & isochelis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quando igitur non scit vniuersaliter, & quando simpliciter scit manifestum est. Enimuero si eadem esset trianguli ratio, & duorum æqualium laterum trianguli cæterorumq; triangulorum demonstratio, aut cuique, aut omnibus, æque sine vllo discrimine accommodantur, vt patet. Cum vero non sit eadem, sed diuersa, tresque anguli duobus rectis æquales hoc cuique competunt, quoquisque triangulus est, non scit hisce simpliciter, qui dicto modo demonstrat.*

ANTI. Tex. 14. *Quando igitur nõ nouit vniuersaliter, & quando nouit simpliciter? Manifestũ est, quòd si idem inerat triangulo esse, & isocheli, aut vnicuique, aut omnibus. Si vero non idem.*

Assignat rationem prædictorũ, quærens quando aliquis cognoscit vniuersaliter & simpliciter ex quo prædicto modo cognoscens non cognouit vniuersaliter. Et respondet manifestum esse ꝙ si esset eadem ratio trianguli in communi, & vniuscuiusq; specierũ, eius seorsum acceptæ, aut vniuersaliter simul acceptarum tunc vniuersaliter sciret de triangulo & simpliciter, quando sciret de aliqua specie eius, vel de omnibus simul. Si vero non est eadem ratio, tunc non erit idem cognoscere triangulum in communi, & singulas species eius, sed est alterum. Et cognoscendo de speciebus, non cognoscitur de triangulo, secundum ꝙ est triangulus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet autem vtiũ id illi competat, vt triangulus est, an vt duorum æqualium laterũ, & quando per hunc competit primum, & cuius est vniuersaliter demonstratio. Nam ei competit, vt tale est, cui cæteris sublatis competet primo, veluti laterum duorum æqualium æneo triangulo cõpetent anguli duobus rectis æquales. At ære sublato, vt non sit æneus, etiam competent. Et item laterum æqualitate duorum sublata, vt non sit duorum æqualium laterum. At non competent sublata figura, vel termino, sed non primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato nõ competent? Quod si triangulo, per hunc, & cæteris competunt, & huius est vniuersaliter demonstratio.*

ANTI. *Vtrum autem secundum quòd est triangulus, aut secundum quòd est isocheles sit, & quando secundũ hoc est primum, & vniuersale, cuius demonstratio est, manifestum est, quoniam quando remoto insit primum, vt isocheles, & æneo remoto triangulo insunt duo recti. Sed æneo remoto & isocheli, sed non figura, aut termino, sed non prius. Cuius igitur primi? Si itaque trianguli est, & secundum hoc ineſt & alijs, & huiusmodi vniuersaliter est demonstratio.*

Dat documentũ quo proprie possit accipi vniuersale, quod est, vtrum aliquid sit trianguli secundum ꝙ triangulus, aut isochelis secũdum quòd est isocheles, & qñ id

cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima pars docu. quo cog. vniuersale.

cuius est demonstratio est primum & vniuersale secundum hoc.i. aliquod subiectum positum. Manifestum est enim ex hoc quod dicam. Quandocunq; enim remoto aliquo adhuc remanet illud quod erat assignatū vniuersale, sciendum est ꝙ non est primum vniuersale illius. Si cut remoto isochele vel æneo triangulo, remanet ꝙ habeat tres angulos.s.duobus rectis æquales. Vnde patet ꝙ habere tres angulos æquales duobus rectis non est vniuersale primum, neq; isochelis neq; æneis trianguli. Remota autem figura non remanet habere tres, nec etiā remoto termino, qui est superius ad figuram, cū figura sit, quæ termino, vel terminis clauditur, sed tamen non primo conuenit neq; figuræ neq; termino, quia nō conuenit eis vniuersaliter. Cuius ergo erit primo? Manifestum est ꝙ triangulo, quia secundum triangulū inest alijs tam superioribus, quam inferioribus. Non enim comperit figuræ habere tres, nisi quia triangulus est quædam figura, & similiter isocheli, quia triangulus est, & de triangulo habere tres demonstratur. Vnde est ei vniuersale primum.

2. pars documenti.

LECTIO XIII.

Demonstrationem esse ex necessarijs, conclusionem item demonstrationis necessariam & si ex non necessarijs sciri possit, syllogizari nihilominus posse, ostendit.

ARGY. *Si igitur demonstratiua scientia ex principijs est necessarijs. Quod enim quispiam scit, id fieri nequit, vt aliter sese habeat.*

ANTI. Vide in annot. Tex. 25. *SI igitur est demonstratiua scientia ex necessarijs est principijs. Quod.n. scitur nō potest se habere aliter.*

Postquam determinauit Philosophus de omni, & per se, & vniuersali quibus vtimur in demōstratione, hic iam incipit ostendere ex quibus demōstratio procedit. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit ex quibus procedit demonstratio propter quid, in secunda ex quibus est demonstratio quia ibi {Sed quia differt & propter quid.} Prima in duas. In prima ostendit qualia sint ex quibus demonstratio procedit, in secunda docet, quæ sunt demonstrationis principia, ibi {Quid quidem igitur prima significent.} Prima in tres. In prima ostēdit, ꝙ demonstratio est ex necessarijs, in secūda ꝙ est ex his, quæ sunt per se. ibi {Accedentium aūt,} Tertio ꝙ procedat ex principijs proprijs, ibi {Non ergo est ex alio genere.} Circa primū duo facit. Primo ostendit ꝙ demonstratio procedat ex necessarijs, Secundo probat sic quēdam quæ posuerat, ibi {Quod autē oporteat ex necessarijs.} Circa primū tria facit. Primo continuat se ad præcedentia. Secūdo probat propositum, ibi {Quæ aūt sunt per se,} Tertio infert quandam conclusionem ex dictis, ibi {Manifestum aūt ex his.} Dicit ergo primo ex prędictis inferens, ꝙ si sit demonstratiua scientia. i. si scientia per demonstrationem acquiratur, oportet ꝙ sit ex principijs necessarijs. Cuius illationis necessitas apparet, quia quod scitur, impossibile est aliter se habere, vt habitum est in diffinitione eius quod est scire. Deinde cū dicit.

Lect. 23. Le. 18. tex. ex. 3. Lect. 14. Lect. 15. Lect. 5. tex. ex. 2.

ARGY. *Ea vero, quæ per se rebus insunt, necessario competūt. Nam quædam insunt in eorum, quibus competit, ratione, quædam in sua res eas habent, de quibus dicuntur, quorum alterum oppositorum insit necesse est. patet ex talibus quibusdam ratiocinationem conflare. Omne nanque, quod inest, aut hoc pacto, aut per accidens competit. Accidentia vero non sunt necessaria.*

ANTI. *Quæ autem per se sunt, necessaria insunt rebus. Hæc quidem sunt in eo, quod quid est, quibusdam autem alia insunt in eo quod quid est prędicantibus de ipsis, quorum alterum oppositorum necesse est ineſſe. Manifestum est, quòd ex huiusmodi quibusdam vtique sit demonstratiuus syllogismus. Omne enim aut sic est, aut secundū accidens. Accidentia autem non necessaria sunt.*

Ostendit ꝙ demonstratio sit ex necessarijs. Et primo per rationem. Secundo per signum, ibi {Signum autem est.} Circa primum ponit duas rationes, quarum prima talis est. Ea quæ per se prædicantur, necessario insunt. Et hoc manifestat in duobus modis per se. In primo quidē, quia ea, quæ prædicantur per se, insunt in eo quod quid est. i. in diffinitione subiecti. Quod aūt ponitur in diffinitione alicuius necessario prędicatur de eo. In secundo vero, quia quædam sunt subiecta, quæ ponuntur in quod quid est prædicantibus de ipsis. i. in diffinitione suorum prædicatorum. Quæ quidem si sint opposita, necesse est ꝙ alterum eorum subiecto insit. sicut par vel impar numero, vt superius ostēsum est. Sed manifestum est ꝙ ex quibusdā principijs huiusmodi. s. per se, sit syllogismus demōstratiuus. Quod probat per hoc quòd omne quod prædicatur, prædicatur aut per se, aut per accidens, & ea quæ prędicantur per accidens non sunt necessaria, ex his autem, quæ sunt per accidens, non sit demonstratio, sed magis sophisticus syllogismus. Vnde relinquitur, ꝙ demonstratio sit ex necessarius. Sciendū autem est ꝙ cum in demonstratione probatur passio de subiecto per medium, quod est diffinitio, oportet ꝙ prima ꝓpositio, cuius prædicatum est passio, & subiectū est diffinitio, quæ continet principia passionis, sit per se in quarto modo. Secūda autem cuius subiectum est ipsum subiectum, & prædicatum ipla diffinitio, in primo modo. Conclusio vero in qua prędicatur passio de subiecto per se, in secundo modo. Secundam rationem ponit ibi.

Prima ratio. Lectio. tex. ex. 4. Secunda ratio.

ARGY. *Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium supponatur, demonstrationem necessariam esse. Et si demonstratum sit quippiam, fieri non posse, vt illud sese habeat secus. Ex necessarijs ergo constare demonstratiuam ratiocinationem oportet. Et enim sit, vt & demonstrans ratiocinetur ex ueris, at non sit vt ex necessarijs quisquam, nisi demonstrans ratiocinationem conficiat. Id enim ipsum iam demonstrationis proprium est.*

ANTI. Tex. comm. 16. *Aut igitur sic dicendum, aut principium ponentibus, quòd demonstratio circa necessarium sit, & si demonstratum nō potest aliter se habere, ex necessarijs ergo oportet esse syllogismum Ex veris quidem est non demonstrantem syllogizare, ex necessarijs autem non est, sed quidem demonstrantem. Hoc autem proprium demonstrationis est.*

Quæ est talis. {Demonstratio circa necessariū est, & demonstratum}. i. demonstrationis cōclusio non potest aliter se habere. Et hoc accipiendum est tanquam principium ad ostendendum propositum. s. ꝙ demonstratio ex necessarijs procedit. Cuius quidē principij veritas apparet, vt iam dictum est. Ex hoc autem principio sic argumentatur. Conclusio necessaria nō potest sciri nisi ex principijs necessarijs, sed demonstratio facit scire cōclusionem necessariam, ergo oportet ꝙ sit ex principijs necessarijs. In quo differt demōstratio ab alijs syllogismis. Sufficit.n. in alijs syllogismis quòd syllogizet ex veris. Nec est aliquod aliud genus syllogismi, in quo oporteat procedere ex necessitate, sed in demonstratione oportet hoc obseruare. Et hoc est proprium demonstrationis ex necessarijs procedere. Deinde cum dicit.

Ra. in forma.

ARGY. *Signo etiam illo patet demonstrationem è necessarijs esse. Nam inficiationes aduersus eos, qui demōstrare putant,*

tant, negatione necessitatis inferre nos consuenimus, aut putantes omnino fieri posse, quo res aliter sese habeat, aut disputationis causa contendentes.

ANTI. *Signum autem est quòd demonstratio ex necessarijs sit quoniam instantiam ita ferimus ad opinantes demonstrare, quoniam non sit necesse si opinamur, aut omnino contingere aliter, aut rationis causa.*

Signum ad idem cum ex. 1.

Probat idem per signum hoc modo. Contra rationē aliquam non infertur instantia, nisi per hoc quod deficit aliquid eorum, quæ in illa ratione obseruanda sunt, sed contra eū, qui opinatur sic demonstrare, fecimus instantiam ꝙ non sit necesse ea, ex quibus procedit est vera, siue opinemur ea contingere aliter se habere, siue talē instantiam ferimus, rationis. i. disputationis causa, ergo demonstratio dēt ꝓcedere ex necessarijs. Deinde cū dicit.

ARGY. *Ex quibus etiā patet stultos eos esse profectò, qui principia bene sumere putant si, propositio probabilis sit atq; vera, uti sophistę, scire esse dicentes scientiā habere. Non enim ideo propositio principiū est, quia probabilis aut nō probabilis est, sed quia primum est ipsius generis, circa quod sit demonstratio, & verum, nō omne proprium est.*

ANTI. vide in annot. *Manifestum autem ex his est, & quoniam stulti sunt accipere opinati bene principia, si probabilis sit propositio, & vera, vt sophistæ, quoniam & scire scientiam est habere. Non enim quod probabile est, aut verum omne principium est, sed primum in genere circa quod demonstrant & verum, non omne, sed proprium.*

Infert cōclusionem ex dictis, dicens, ꝙ {manifestum est ex hoc} quòd oportet demonstrationem ex necessarijs cōcludere {ꝙ stulti sunt illi, qui opinati sunt bene se principia demonstrationis accipere, si solum propositio accepta sit probabilis, vel vera, vt sophistæ faciūt}. i. qui apparent scientes, & non sunt, {Nam scire nō est nisi per hoc ꝙ scientia habetur}. s. ex demōstratione. Et hoc autem ꝙ aliquid est probabile vel improbabile non habetur ꝙ sit primum vel non primum, sed tū oportet illud circa quod fit demonstratio esse primum in genere aliquo & esse verum. Non tamen omne primū accipit demonstrator, sed primum illi generi circa quod demonstrat, sicut arithmeticus non accipit primū, quod est circa magnitudinem, sed circa numerum. Attendendū autem est ꝙ sophistæ non sumūtur hic sicut in libro Elenchorum, qui procedunt ex his quæ videntur probabilia & non sunt, aut videntur, syllogizare, nō tamen syllogizant. Sicut enim tales sophistæ dicuntur, id est apparentes & non existentes, inquantū deficiunt à dialectica argumentatione, ita dialecticæ argumentationes si appareant demonstratiuæ probare, & non probant, sophisticæ sunt, inquantum videntur sua argumentatione scientes, & non sunt. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque demonstratiuā ratiocinationem ex necessarijs esse oportere, ex hisce patet. Nam si nō est iste sciens, qui non habet eius rationem propter quid est, cuius est demonstratio, atq; fieri potest vt A quidem ipsi C necessario competat, medium autem B per quod illud est demonstratum non sit necessario, ijs plane qui talem ratiocinationem extruit, non scit propter quid est, quippe cum non sit illud ob ipsum medium. Nam ipsum quidem fieri potest vt non sit, conclusio autem est necessaria.*

ANTI. Tex. cō. 17. *Quod autem ex necessarijs esse oportet syllogismū, manifestum & ex his est. Si enim non est habens rationem propter quid existente demonstratione, nō est sciens. Sit autem vtiq; & quòd A de C ex necessitate esse, B autem medium per quod demonstratum est non ex necessitate,*

non sciuit propter quid. Non est enim hoc propter medium. Hoc enim quidem contingit non esse, conclusionem autem necessarium.

Ostendit quod supposuerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, ꝙ conclusio necessaria nō potest sciri ex principijs non necessarijs. Secundo quòd licet non possit sciri necessarium ex non necessarijs, tamen syllogizari potest, ibi {Cum quidem igitur cōclusio.} Primū ostendit duabus rationibus, quarum vna talis est. Si quis non habeat rationem propter quid ostendentem, non efficitur sciens, etiā demonstratione habita, quia scire est causam rei cognoscere, vt supradictū est. Sed ratio quæ infert conclusionem necessariam ex non necessarijs principijs, nō ostendit propter quid. Quod exemplificat in terminis communibus. Ponatur enim ꝙ hæc conclusio sit necessaria. Omne c est a, & demonstretur per hoc medium b quòd non sit necessarium medium, sed contingens, puta ꝙ hæc propositio sit cōtingens, ꝙ omne b est a vel quòd omne c est b aut vtraq;, constat quòd per hoc mediū contingens, quod est b non potest sciri de conclusione necessaria, quæ est omne c est a ꝓpter quid. Quod sic probatur. Remota causa propter quā est aliquid, oportet ꝙ remoueatur effectus, sed hoc medium cum sit contingens contingit remoueri, conclusionem autem remoueri non contingit cum sit necessaria, relinquitur ergo ꝙ non potest sciri conclusio necessaria per medium contingens. Secundam rationem ponit ibi.

Lectio. 4. tex. ex. 2.

ARGY. *Præterea si quis nunc nescit, rationem habens, & saluus est, re salua, neq; oblitus, is neq; prius sciebat. Quod si medium non est corruptum, fieri vero potest vt corrumpatur, id quod accidit erit possibile, atq; contingens, sed vt is sciat, qui sic se habet fieri, minime potest.*

ANTI. *Amplius si aliquis nescit rem nunc, habens rationem, & saluatus est, saluare, nec oblitus, neq; prius sciui. Corrumpere autem vtiq; medium, nisi sit necessarium. Quare habebit quidem rationem, nescit autem. Neque ergo prius sciuit. Si vero non corruptum est, contingit autem corrumpi, quod accidit vtiq; erit possibile, & cōtingens. Sed est impossibile sic se habentem scire.*

Quæ talis est. Si aliquis nunc non scit cum tamen habeat eandem rationem, quam prius habuit {& saluatus est}. i. non desit esse {saluare}. i. rescita & non corrupta, iterum ipse {non est oblitus} manifestum est quòd etiā ipse {nō prius sciuit}. In hoc autem Philosophus innuit quatuor modos, quibus aliquis amittit scientiam, quam prius habuit. Vnus modus est qū excidit à mente eius ratio, per quā prius sciebat. Alius modus est per coruptionem ipsius scientis. Alius per corruptionē ipsius rei scitæ, sicut si scientia scit te sedente dum sedes, te non sedente perijt. Quartus per oblitionem. Vnde nullo istorum modorum existente si aliquis nullo modo sciat aliquid, nec prius sciuit. Sed ille, qui habet cōclusionem necessariam per mediū contingens, corrupto medio cōtingenti nescit medio non existente, & tamen eandem rationem habet, & salua est res, & nō est oblitus, ergo nō prius sciuit, quando medium non erat corruptum. Quod autem medium, quod est cōtingens corrumpatur, probat. Quia id quod non est necessarium, oportet, ꝙ aliquando corrumpatur. Si dicatur ꝙ medium nondum est corruptū, quia tamen non necessarium, manifestum est ꝙ contingit ipsum corrumpi. Posito aūt contingenti, illud quod accidit non est impossibile, sed possibile & contingens. Quod aūt sequebatur, erit impossibile. s. ꝙ aliquis scientiam haberet alicuius, quod postea nesciret manentibus

Quatuor modi quibus potest amitti scientia.

conditionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

conditionibus supra positis, quod tñ sequitur ex hoc, q̃ est medium cõtingens esse corruptum, quod & si non sit verum, est tñ contingens, vt dictũ est. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Cum igitur conclusio necessaria est, nihil prohibet medium non necessarium esse, per quod fuit probata. Fieri nanq; potest, vt necessarium ex non necessarijs etiam concludatur, etiam per inde atq; sit, vt verũ concludatur ex falsis. At cum medium est necessarium conclusio quoque necessaria est, quemadmodum & ex veris infertur semper conclusio vera. Nam tam A ipsi B quam B ipsi C necessario competat. Igitur & A necesse est ipsi cõpetere C. Verum fieri nequit, vt cũ conclusio non est necessaria medium necessarij subeat rationem. Insit.n. A non necessario ipsi C, Si igitur A ipsi B, B, ipsi C competere necessario dixeris, & A profecto ipsi C cõpetere necessario concedas oportet. Ad ipsi competere non eo pacto supponebatur.*

ANTI. *Cum quidem igitur conclusio ex necessitate est nihil prohibet medium non necessarium esse propter quod demonstratum est. Est, enim necessarium non ex necessarijs syllogizare, sicut & verum nõ ex veris. Cum autem medium ex necessitate est, & conclusio est necessitate, sicut ex veris verũ semper. Sit enim A de B ex necessitate, & hoc de C, necesse ergo est & A de necessitate inesse, sed cũ non necessaria sit cõclusio, neq; medium necessarium esse possibile est. Sit enim A in C nõ ex necessitate esse, in B autem A ex necessitate, & hoc igitur in C ex necessitate, & A ergo in C ex necessitate erit. Sed non concessum est.*

Ostendit quòd licet per medium contingens nõ possit sciri conclusio necessaria, concluditur tamen conclusio necessaria ex medio non necessario. Dicit ergo quòd nihil prohibet cõclusionem necessariam esse per mediũ non necessarium, per hoc quod ostenditur syllogizatum syllogismo dialectico nõ demonstrativo, qui facit scire. Contingit enim necessarium syllogizari ex non necessarijs, sicut contingit syllogizari verum ex non vero, non tamen contingit econuerso. Quia cum medium est necessariũ, & conclusio necessaria erit. Sicuti ex veris præmissis semper concluditur verum. Quod autem ex necessarijs semper cõcluda tur necessarium, sic probat. {Sit enim a de omni necessaria.} .i. sit hęc propositio necessaria, Omnes b est a. Et hoc de c, id est sit hæc etiã necessaria, Omne c est b, ex his enim duobus necessarijs, sequitur tertium necessarium. .s. conclusio quòd omne c est a. Ostensum est enim in libro Priorum q̃ ex duabus propositionibus de necessitate, sequitur conclusio ex necessitate. Ostendit etiam consequenter q̃ si conclusio non esset necessaria, nec medium posset esse necessarium. Ponatur enim quòd hæc conclusio. Omne c est a sit nõ necessaria, præmissæ autem duæ sint necessariæ, secundum id quod primo positum est sequitur q̃ conclusio sit necessaria, cum tamen contrarium sit positum. .s. quòd conclusio non sit necessaria. Deinde cum dicit.

Lib.1. cõ.8. 9.&10.

ARGY. *Cum igitur id, quod demonstratiue quispiam scit, necessarium oporteat esse, constat per medium quoq; necessarium demonstrationem eius illiũ habere oportere, vel nescit illud profectò, aut propter quid est necessario, aut esse, sed aut arbitrabitur se scire nescíens, si putauerit vt necessarium, id quod non est necessarium, aut nec arbitrabitur æquo discrimine sane, siue esse per media, siue propter quid est, & per medys vacantia sciuerit.*

ANTI. Tex. cõ.18. *Quoniam igitur, si scit demonstratiue, oportet habere demonstrationem, aut non sciet, neque propter quid, neq; quia necesse est illud esse, sed opinabitur nescíens, si accipiat tanquam necessarium, non necessarium, aut neq; opinabitur similiter, siue quia sciet per media, siue propter quid & per immediata.*

Infert ex præmissi, q̃ oportet demonstrationem haberi per mediũ necessarium, alioquin nesciretur, q̃ conclusio sit necessaria, neq; propter quid, neq; quia, cum necessarium non possit sciri per non necessarium, vt ostensum est. Sed si quis habeat rationem per mediũ non necessarium, dupliciter potest esse dispositus. Aut enim cũ ipse scit non sciens, opinabitur tamen se scire si accipiat in opinione sua medium non necessarium, tanquam necessarium, aut etiã non opinabitur se scire si scilicet credat non se habere medium necessarium. Et hoc vniuersaliter intelligendum est tam de scientia quia, qua scitur aliquid per mediata, quam de scientia propter quid, qua scitur aliquid per immediata. Horum autem differentia posterius ostendetur.

Ra. per m non nece

Lectio 13 24.25.

LECTIO XIIII.

Demonstrationis cõclusionem per se, & ex his quæ per se insunt esse docet, quomodo item cõtingentium sint interrogationes & scientiæ, si conclusio per se sit, monstratur.

Accidentium autem non per se, eo modo, quo determinata sunt ea, quæ per se competunt, non est demonstratiua scientia. Non enim fit vt necessario conclusio demonstretur. Fit enim vt accidens ipsum non insit. De tali nanque accidente loquor.

ARGY.

ANTI. Vide in not.

Accidentium autem non per se, quomodo determinatiũ est, per se quidem esse, non est scientia demonstratiua. Non enim ex necessitate est demonstrare conclusionem. Accidens enim contingit non esse. De tali enim dico accidente.

Postquam ostendit Philosophus q̃ demonstratio est ex necessarijs, consequenter ostendit quòd est de his, quę sunt per se. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit q̃ demonstratio est de his, quæ sunt per se. i. q̃ conclusiones demonstrationes sunt per se. Secundo mouet dubitationem, & soluit, ibi {Et tamen opponet.} Tertio ostendit, q̃ demonstratio ex his, quæ insunt per se. i. quòd principia demonstrationis oportet per se esse, ibi {Quoniam autem ex necessitate.} Dicit igitur primo quòd demõstratiua scientia non potest esse accidentiũ, quæ non sunt per se, sicut demonstratum est de per se superius. .s. quòd accidens per se est, in cuius diffinitione ponitur subiectũ, sicut par & impar sunt per se accidens numeri. Album autem animalis non est per se accidens, quia animal non ponitur in diffinitione eius. Quod aũt ne huiusmodi accidentibus, quę non sunt per se, non posit esse demonttratio, sic probat, Accidens quod non inest per se, contingit non inesse, de hoc enim accidente loquimur, si ergo demonstratio fieret de accidente quod non est per se, sequeretur quòd conclusio demonstrationis non esset necessaria, cuius contrarium est supra ostensum. Qua autem accidens quod non est per se, nõ insit necessario, ex hoc potest haberi. Si.n. aliquod accidens, ex necessitate & semper insit subiecto, oportet quod causam habeat in subiecto, qua posita non posit accidens nõ inesse. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo quando ex principijs speciei causator, & tale accidens dicitur per se passio vel proprium. Alio modo quando accidens causatur ex principijs indiuidui, & hoc est accidẽs inseparabile. Omne autem accidens quod causatur ex principijs subiecti, si debeat diffiniri, oportet quòd subiectu ponatur in sua diffinitione. Nam vnumquodq; diffinitur ex proprijs, & sic oportet etiam accidẽs, quod de necessitate inest subiecto, esse accidens per se. Illa ergo, quæ nõ sunt per se, non ex necessitate

Lect.10.ex expo.pri.

Accid. causa ex princ. sub dif.

Dubium.

Lect. præcẽd. ex necessitate insunt. Videtur autem quòd Aristote. vtatur demonstratione circulari, quam supra improbauit. Ostenderat enim supra quòd demonstratio necessariorum est ex hoc, quòd est eorum, quæ sunt per se, nunc autem econuerso ostendit, quòd demonstratio est eorum, quæ sunt per se, quia est necessariorum. Sed dicendum, q̃ supra ostendit Aristoteles demonstrationem non solum esse necessariorum propter hoc quòd est eorum quę sunt per se, sed ex diffinitione eius quod est scire, & hic fuit uerus demonstrationis modus. Quod autem ostendit demonstrationem necessariam esse propter hoc, quòd est eorum quæ sunt per se, non est vera demonstratio, sed est ostensio ad hominem apud quem notum est, quòd demonstratio sit eorum, quæ sunt per se. Deinde cum dicit.

Solu.

ARGY. *Quanquam fortasse quispiam dubitauit, cuius nam gratia de ijs, hęc interrogare oporteat, si non necesse est conclusionem esse. Nihil enim refert si quispiam quæuis interrogans, dicat deinde conclusionem.*

ANTI. vide i ānot. *Et tamen opponet fortassis aliquis, cuius causa hic oportet interrogare de ijs, si non necesse est conclusionem esse. Nihil enim differt si aliquis interrogatus contingentia, postea dicat conclusionem.*

Mouet dubitationem quandam. Et circa hoc duo facit. Primo ponit dubitationem, & dicit, quòd põt aliquis forte oponere, si conclusio, quæ sequitur ex contingentibus, vel ex his, quæ sunt per accidens, non est necessaria, quare de contingentibus fiat interrogatio, siue de his, quæ sunt per accidens, vt ex datis procedatur ad conclusionem? cum tamen in syllogismo requiratur, quòd conclusio ex necessitate accidat. Et quòd interrogatio fiat de contingentibus, vel ex his, quæ sunt per accidens, manifestat per hoc quod subdit {Nam enim differt si aliquis interrogatus contingentia, postea dicit conclusionẽ} Quasi dicat. Ita potest inferri conclusio ex contingentibus interrogatis & concessis, sicut ex necessarijs. Vtriusque eñ eadem forma syllogizandi est. Secunda ibi.

ARGY. *At enim interrogare oportet, non vt per interrogata necessarium quicquam sequatur, sed quia dicere necesse est ei, qui illa dicit, & veræ dicere. si competant veræ.*

ANTI. *Oportet autem interrogare, non tanquam necessarium esse propter interrogata: sed quod dicere necesse est illa dicenti, & veræ dicenti si vera sunt, quæ sunt.*

Soluit dicens, quòd non ita interrogatur de præmissis contingentibus quasi cõclusio sit necessaria absolute propter interrogata. i. propter præmissa contingentia, sed quia necesse est dicenti præmissa, conclusionẽ dicere, & dicere vera in cõclusione, si vera sunt, quę præmissa, sunt, quasi dicat, quòd licet ex præmissis contingentibus non sequatur conclusio necessaria necessitate absoluta, sequitur tñ f m quòd est ibi necessitas consequẽtię secundũ quòd conclusio sequitur ex præmissis. Deinde cum dicit.

Necess. conclusio. sequ. ex præmiss. contingent.

ARGY. *Cum igitur ea, quæ per se insunt, necessario circa vnumquodque competant genus, & vt tale est quodque patet demonstrationes ipsas scientiarũ effectrices, de ijs esse, quæ per se competunt: & ex talibus extrui, atq; constare. Accidentia nanq; non sunt necessaria. Quare non fit, vt necessario sciatur conclusio propter quid est, neque si sit semper, nõ autem sit per se. Quod ita esse declarant hę ratiocinationiũ quæ per signa conficiuntur. Id enim quod est per se, non per se quispam sciet: neq; propter quid est. Scire autem propter quid est, nihil aliud est quam per causam scire. Per se ergo tertio medium, & medio primum inesse oportet.*

ANTI. *Quoniam autem ex necessitate sunt circa vnumquodq; genus quæcunq; per se sunt, & secũdum quòd vnumquodque est, manifestum est, quoniam de his, quæ per se sunt, demonstratiuæ scientiæ, & ex talibus sunt. Accidentia enim non necessaria sunt. Quare non est necessarium conclusionẽ scire propter quid sit neque si semper sit: non per se autem, vt sunt per signa syllogismi. Hoc enim per se, non per se scit neque propter quid. Propter quid autem scire est per causam scire. Propter ipsum ergo oportet & medium tertio, & primum medio inesse.* Tex.cõ. 29.

Ostendit quòd demonstratio sit ex his, quæ sunt per se, tali ratione. Demonstratio est ex necessarijs, & de necessarijs. Et hoc ideo, quia est scientifica idest faciens scire. Ea autem quæ non sunt per se, non sunt necessaria, sunt enim per accidens, & hmõi non sunt necessaria, vt dictũ est. Sed illa sunt ex necessitate circa vnumquodq; genus, quæcunq; sunt per se, & conueniunt vnicuiq; f m quòd vnumquodq; est. Relinquitur ergo, quòd demonstratio non possit esse nisi ex his, quæ sunt per se, & de talibus. Vlterius autem ostendit, quod etiam si præmissa essent semper, & necessaria & vera, & non per se, nõ tamen sciretur de cõclusione propter quid, vt patet de syllogismis, qui fiunt per signa, in quibus conclusionem, quæ est per se, non scit aliquis per se, neque propter quid. Sicut si aliquis probaret, quòd omne elementum ex corruptibile; propter hoc quod videtur ipsum antiquari, esset quidem probatio per signum, non autem per se, neque propter quid, quia propter quid scire, est per causam scire. Oportet ergo medium esse causam eius, quod in demonstratione concluditur. Et hoc manifestum est ex prędictis, quia oportet & medium inesse tertio p̃ ipsum. i. per se, & similiter primũ medio. Primum aũt et tertium vocat duas extremitates. Opo: tet ergo medium causam esse extremorum eius, quod in demonstratione co ncluditur.

LECTIO XV.

Demonstrationem non esse ex Extraneis ost ndit.

Non igitur fieri potest: vt ex alio genere quispiam in aliud transiens, quicquam demonstret veluti conclusionẽ geometricam, arithmetica demonstrationem.

ARGY. ANTI. Tex. cõ. 29.

Non ergo est ex alio genere descendentem demonstrare: vt geometricum in arithmeticam.

Postquã ostendit Philosophus quòd demõstratio est ex his quæ sunt per se, hic concludit quòd demonstratio est ex principijs proprijs non extraneis, neq; ex communibus. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit, quòd demonstratio procedit ex proprijs principijs. In .2. determinat quæ sunt principia propria, & quę cõmunia, ibi {Difficile autem.} Prima in duas. In prima ostẽdit, quòd demonstratio non procedit ex principijs extraneis. In secunda ostendit, quòd non procedit ex principijs communibus, ibi {Quoniam autem manifestum est.} Prima in duas. In prima enim ex præmissis, ostendit quòd demonstratio non est ex principijs extraneis. In .2. etiam ex præmissis ostendit, quòd demonstrationes non sunt de rebus corruptibilibus, sed de sempiternis, ibi {Manifestum autem & si sint propositiones.} Circa primum tria facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propositum, ibi {Tria enim sunt.} Tertio concluditur intentum, ibi {Propter hoc enim geometriæ.} Dicit ergo primo. quòd ex quo demonstratio est ex his, quæ sunt per se manifestum est, quòd non contingit demonstrare descendentem vel procedentem ex vno genere in aliud genus, sicut nõ contingit quòd geometria ex proprijs principijs demõstret ad aliquid descendendes tñ arithmetica. Deinde cũ dicit.

Lectio. 18.

Lectio. 19.

Lectio.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGY. *Tria nanque sunt, quæ in demonstrationibus insunt. Vnũ id, quod demonstratur inesse. Hoc aũt est id, quod alicui per se generis cõpetit. Aliud dignitates. Dignitates aũt ea sunt ex quibus fit demonstratio. Tertiũ est genus ipsum subiectũ, cuius affectus, accidentiaq; per se demonstratio patefacit.*

ANTI. *Tria.n. sunt in demonstrationibus. Vnum quidem quod demonstratur conclusio. Hoc aũt est, quod inest alicui generi per se. Vnum aũt dignitates. Dignitates aũt sunt, ex quibus demonstratio est. Tertium autẽ genus subiectum, cuius passiones, & per se accidentia ostendit demonstratio.*

Propositum probat. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit quæ sunt necessaria ad demonstrationem. Dicit.n. quòd. ¶ Tria sunt necessaria in demõstrationibus. Vnum est quod demonstratur ¶. s. conclusio, quæ quidem continet in se id, quod inest per se alicui generi. Per demõstrationem enim concluditur propria passio de proprio subiecto. Aliud autem sunt dignitates, ex quibus demonstratio procedit. Tertium autem est genus subiectum, cuius proprias passiones, & per se accidentia demonstratio ostendit. Secundo ibi.

ARGY. *Feri igitur potest, vt ea quidem sint eadem, ex quibus fit demonstratio. At quarum genus diuersum est, vt arithmeticæ geometriaq;, in hisce fieri nequit, vt ad ea, quæ magnitudinibus accidunt, accommendetur arithmetica demõstratio, nisi sint ipsæ magnitudines numeri. Hoc autẽ vt in quibusdam fieri potest, posteris explicabitur. Arithmetica vero demonstratio semper in se genus in habet, circa quod ipsa versatur, cæteraque similiter.*

ANTI. *Ex quibus igitur demonstratio fit, contingit eadem esse. Quorum autem genus alterum est, sicut arithmeticæ, & geometriæ, non est arithmeticam demonstrationem conuenire in magnitudinis accidentia, nisi magnitudines numeri sint. Hoc autem quemadmodum contingit in quibusdam, posterius dicetur. Sed arithmetica demonstratio semper habet genus, circa quod sit demonstratio, & aliæ similiter.*

Ostendit quid prædictorum trium possit esse commune diuersis scientijs, & quid non dicens, q̃ horum trium vnum, s. dignitates, ex quibus demonstratio procedit, contingit esse idem in diuersis demonstrationibus, & etiam in diuersis scientijs, sed in illis scientijs, quarum est diuersum genus subiectum, sicut in arithmetica, quę est de numeris, & geometria, quæ est de magnitudinibus non contingit, quòd demonstratio, quæ procedit ex principijs vnius scientiæ, puta arithmeticæ, descendat ad subiecta alterius scientiæ, sicut ad magnitudines, quæ sunt geometriæ, nisi forte subiectum vnius scientiæ contineatur sub subiecto alterius, sicut si magnitudines contineatur sub numeris. Quod quidem qualiter contingat scilicet contineri subiectum vnius scientiæ sub subiecto alterius, posterius dicetur. Magnitudines.n. sub numeris non continentur, nisi forte ſm quòd magnitudines numeratę sunt. Subiecta etiam diuersarum demonstrationum siue scientiarum diuersa sunt. Arithmetica enim demonstratio semper habet genus proprium, circa quod demonstrat, & aliæ scientiæ similiter. Tertio ibi.

Lect. 15 tex. ex. 2.

ARGY. *Quare si transire, mirareque debeat demonstratio, aut idem genus simpliciter, aut aliqua ex parte, necesse est esse. Aliter vero patet fieri non posse.*

ANTI. *Quare aut simpliciter necesse est genus idem esse, aut sic si debet demonstratio descendere. Aliter autem impossibile esse manifestum est.*

Probat propositum. Et circa hoc duo facit. Primo inducit principale propositum per modum conclusionis, eo quòd ex præmissis haberi potest, dicens. Quare manifestum est, quòd necesse est aut esse simpliciter idem genus, circa quod sumuntur principia & conclusiones, & sic non est descensus, neque transitus de genere in genus, aut si demonstratio debet descendere ab vno genere in aliud, oportet esse vnum genus & sic idest quodam modo. Aliter enim impossibile est, quòd demonstretur aliqua conclusio ex aliquibus principijs, cum non sit idẽ genus vel simpliciter vel secundum quid. Sciendum est autem, quòd simpliciter, idem genus accipiatur, quando ex parte subiecti non sumitur aliqua differentia determinans, quæ sit extranea à natura illius generis. Vt si quis p principia verificata de triangulo procedat a demonstrandum aliquid circa isochelem, vel aliquam subiectam speciem trianguli. Secundum quid autem est vnum genus quando assumitur circa subiectum aliqua differentia extranea à natura illius generis, sicut visuale est extraneum à genere lineæ, & sonus à genere numeri. Numerus ergo simpliciter qui est genus subiectum arithmeticæ, & numerus sonorus, qui est genus subiectum musicæ, nõ sunt vnum genus simpliciter. Similiter in autem nec linea simpliciter quam considerat geometra, & linea visualis, quã considerat perspectiuus. Vnde patet, quòd quãdo ea, quę sunt lineę simpliciter amplicantur ad lineam visualem, fit quodammodo descensus in aliud genus, non autem quando ea, quæ sunt trianguli, applicantur ad isochelem.

Quando est idem genus simpliciter & ſm. secundum quid.

Secundo ibi.

ARGY. *Ex eodem enim genere ipsa extrema, & media, necesse est esse. Nam si non sint per se, ac identia erunt profecto.*

ANTI. *Ex eodem enim genere necesse est vltima, et media esse. Si nanque non sunt per se, accidentia erunt.*

Ostendit propositum hoc modo. Oportet in demonstrationem eiusdem generis esse media & extrema. Extrema aũt in conclusione continetur. Nam maior extremitas in conclusione est prædicatum. minor vero, subiectum. Medium vero in præmissis continetur, oportet igitur principia & conclusiones circa idem genus sumi. Cũ aũt supertius dixerimus, q̃ diuersæ scientiæ sint circa diuersa genera subiecta ex necessitate, sequitur q̃ ex vnius scientiæ principijs non concludatur aliquid in alia scia, quæ non sit sub ea posita. Quod aũt in demonstratione oporteat media & extrema vni⁹ generis esse, sic probat. Detur.n. q̃ mediũ sit alterius generis ab extremis, sicut si extrema sint triangulus, & habere tres æquales duobus rectis. Manifestum est q̃ passio concluta de triangulo, per se inest ei, non aũt per se ineſt æneo. Et si econtrario passio per se. i. æneo, puta sonorum esse, vel hmõi aliquid palam est, quod per accidens inest triangulo. Vnde patet quòd oportet omnino si subiectum conclusionis, & medium sint pœnitus alterius generis, q̃ passio, vel non per se insit medio, vel non per se insit subiecto, & ita oportet q̃ alteri eorum insit per accidens. Et si quidem insit medio per accidens, erit per accidens in præmissis, si autem subiecto erit in conclusione, & hoc ex parte passionis. Sed vtroque modo oportebit per accidens esse in præmissis, quantum ad hoc, q̃ subiectum accipitur sub medio, sicut si triangulus accipiatur sub æneo, aut ecõuerso. Ostensum est aũt q̃ in demonstrationibus tam cõclusio. quàm præmissæ sunt, per se, & non per accidens. Oportet ergo & in demonstrationibus medium, & extrema eiusdem generis esse. Deinde cum dicit.

Vlt. cum deductione rationis.

Le. ficelen

ARGY. *Quocirca fieri non potest, quo geometria contrariorum vnam scientiam esse, vel duos cubos cubum esse demonstret, aut alia quæuis scientia, id quod ad aliam pertinet, nisi in hisce, quæ sic inter se habent, vt altera sub altera collocetur*

collocetur, quo pacto ad arithmeticam musica, ad geometriam perspectiua se habet.

ANTI. vide in ann. *Propter hoc geometriæ non est monstrare quòd contrariorum eadem est scientia, sed neque quod duo cubis cubus sit vnus, neque scientiæ alterius quod alterius est, sed aut quæcunque sic se habent adinuicem quod sit alterum sub altero, vt perspectiua ad geometriam, & ut consonantia ad arithmeticam.*

Prima con. ex præmiss. illata. Infert duas conclusiones ex præmissis. Quarum prima est, q̃ nulla scientia demonstrat aliquid de subiecto alterius scientiæ, siue sint scientiæ communiores, siue sit scientiæ disperatę, sicut geometria non demonstrat q̃ contrariorum eadem est scientia. Contraria.n. pertinet ad scientiam communem. s. ad philosophiam primã, vel dialecticam. Et similiter geometria non demõstrat, q̃ duo cubi sint vnus cubus, i. q̃ ex ductu vnius numeri cubi in alium numerum, surgat numerus cubus. Dicitur aũt cubus numerus, qui surgit ex ductu vnius numeri in seipsum bis, sicut octonarius est numerus cubus, surgit.n. ex ductu binarij in seipsum bis. Bis.n. duo bis sunt octo. Et eadẽ rõne vigintim est numerus cubicus, & radix eius est tria, quia ter tria ter, faciunt viginti septem. Si ergo ducantur octo in vigintiseptem, consurgit, numerus cubicus. i. ducenta & sexdecim, cuius radix est sex, quia sexies sex sexies, sunt ccxvi. Hoc ergo habet probare arithmeticus, non geometra. Et similiter, quod est, vnius scientiæ non habet probare alia scientia, nisi forte vna scientia sit sub alia, sicut se habet perspectiua ad geometriam, & consonantia vel harmonica. i. musica, ad arithmericam. Secunda conclusio ponitur ibi.

Cubus numerus.

ARGY. *Neque siquid lineis inest, non vt lineæ sunt propriorum quæ vnę principiorũ, geometria demonstrat. Veluti si pulcherrima linearum sit linea recta, aut si sese habet ad circumferentiam cõtrario modo. Non.n. hac ratione proprij generis ipsarum, sed cuiusdam communius competunt.*

ANTI. *Neque si aliquid inest lineis, non secundum quod lineæ sunt, & non inquantum ex principijs proprijs sunt, vt si pulcherrima linearum recta est, aut si contrario se habet circulari. Non enim secundum quod proprium genus est ipsorum, sed inquantum commune quoddam est.*

Et est quòd scientia de proprio subiecto non probat quodlibet accidens, sed accidens sui generi. Sicut si aliquid inest lineis, non secundum quòd sunt lineæ, neque ſm propria principia linearum, hoc nõ demonstrat geometra de lineis. Sicut quòd recta linea sit pulcherrima omnium linearum, aut si linea recta est contraria circulari, vel non. Hæc.n. non sunt secundum proprium genus lineæ, sed secundum aliquid communis. Pulchrum enim & contrarium, genus lineæ transcendunt.

LECTIO XVI.

Demonstrationem non ex corruptibilibus esse, sed sempiternorum, quomodo item eorum sit, quæ frequenter sunt docet.

ARGI. *Patet autem si propositione sint vniuersales ex quibus fit ratiocinatio, necessario conclusionem quoque perpetuam esse demonstrationis talis, demonstrationis omnino. Non est igitur eorum, quæ intercunt demonstratio, neque scientia simpliciter sed tanquam per accidens.*

ANTI. Tex. co. 21. Manifestum est autem, & si sint propositiones vniuersales, ex quibus est syllogismus quòd necesse est conclusionem esse perpetuã huiusmodi demonstrationis, & simpliciter vt est dicere demonstrationis. Nõ est ergo demonstratio corruptibilium, nec scientia simpliciter, sed sic, sicut est secundum accidens.

Postquam ex superioribus philosophus concluserat, quòd demonstratio non concludit ex extraneis principijs, nunc iterum ex superioribus intendit concludere, quòd demonstratio non est ex corruptibilibus. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, quòd sempiternorum, est demonstratio. Secundo ostẽdit, qualiter sed eorum, quæ sunt vt frequenter, ibi ¶ Eorum autem. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd demonstratio non sit corruptibilium, sed sempiternorũ. Secundo ostendit idem de diffinitione, ibi ¶ Similiter se habet. ¶ Circa primum duo facit. Primo proponit conclusionem intentam. Secundo ponit rationem probantem ipsam, ibi. ¶ Quod autem vniuersaliter. ¶ Primo ergo ponit duas conclusiones, quarum vna sequitur ex altera. Prima est quod necesse est conclusionem demonstrationis huius de qua nunc agitur, & quam possumus simpliciter dicere demonstrationem esse perpetam, quod quidem sequitur ex hoc quod supra habitum est scilicet quòd propositiones ex quibus fit syllogismus, debent esse vniuersales, quod significauit per dici de omni. Secunda conclusio est, quòd neque demonstratio, neque scientia est corruptibilium, loquendo simpliciter, sed solum secundum accidens. Deinde cum dicit.

Concluſi. 1.

Lec. 9. tex. ex. 2.

ARGY. *Quia non est ipsius vniuersaliter, sed aliquo in tempore & quoddam etiam modo. Atque cum est, necesse est alteram propositionem non vniuersalem esse, atque caducam. Caducam, quoniam & ipsa conclusio talis cum illa est. Nõ vniuersali quoniam quoddam non erit eorum, quæ subiecti subeunt rationem. Quare fieri nequit vniuersaliter ratiocinatio, sed hoc in tempore tantum.*

ANTI. Vide in annotatione. Tex. co. 20. Vide in annotatione. *Quod autem vniuersaliter ipsius non est, sed aliquando sic. Cum autem sit, necesse alteram non vniuersalem esse propositionem, & corruptibilem quidem, quare & conclusionem cum sit, nõ vniuersalem autem quando hoc quidem erit, hoc autem non erit, ex quibus est. Quare non est vniuersalem syllogizare, sed quoniam nunc est.*

Lectio. 8:

Inducit rationem ad probandum propositas conclusiones, quę talis est. Conclusionis corruptibilis, & non sempiternę non est in se continere quod est vniuersaliter sed aliquando sic. Dictum est.n. supra, q̃ dici de omni, duo continet. s. q̃ non in quoddã sic, & in quodam nõ & iterum, q̃ non aliquando sic, & aliquando non. In oĩbus autem corruptibilibus inuenitur aliquando sic, aliquando non. Vñ patet quòd in corruptibilibus non inuenitur dici de omni, siue quòd est vniuersaliter. Sed vbi conclusio non est vniuersalis, debet aliqua præmissarum esse non vniuersalis. Conclusio ergo corruptibilis oportet q̃ sequitur de præmissis, quarum altera non sit vniuersalis. Cum ergo huic cõiunxerimus q̃ demonstratio semper debet esse simpliciter ex vniuersalibus, sequitur, quòd demonstratio non possit habere conclusionem corruptibilem, sed sempiternam. Deinde cum dicit.

Lectio. 9 ex. 3.

Demon. nõ habere conclusione corruptibili.

ARGY. *Similiter res se habet & in diffinitionibus ipsis, quippe cum diffinitio principiũ sit demõstrationis aut demonstratio positione differens, aut quædam demonstrationis conclusio.*

ANTI. Vide in annotatione. *Similiter se habet, & de diffinitione, quoniam est quidẽ, aut principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio quædam demonstrationis.*

Ostendit q̃ etiam diffinitio non est corruptibilium, sed sempiternorum, tali ratione. Demõstratio quantum ad principia & conclusiones est sempiternorum, & non corruptibilium, sed diffinitio vel est principium, vel conclusio demonstrationis, vel demonstratio positione differens, ergo diffinitio non est corruptibilium, sed sempiterno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piternorum. Ad intelligendum autem huius litere, sciendum est, quòd contingit dare diffinitiones diuersas eiusdem rei, sumptas ex diuersis causis. Causæ autem adinuicem ordinem habent. Nam ex vna sumitur ratio alterius. Ex forma enim sumitur ratio materiæ. Talem enim oportet esse materiam, qualem forma requirit. Efficiens autem est ratio formæ, quia enim agens agit simile sibi, oportet quòd secundum modum agentis, sit etiam modus formæ, quæ ex actione consequitur. Ex fine autem sumitur ratio efficientis, nam omne genus agit propter finem opertet ergo quòd diffinitio, quæ sumitur à fine, sit ratio, & causa probatiua aliarum diffinitionum, quæ sumuntur ex alijs causis. ponamus ergo duas diffinitiones domus, quarum vna sumitur à causa materiali, que est talis. Domus est cooperimentum, constitutum ex lapidibus, & cemento, & lignis. Alia sumitur a causa finali, quæ talis est. Domus est operimentum prohibens nos à pluuijs, frigore, & calore, Potest ergo prima diffinitio demonstrari ex secunda, sic. Omne cooperimentum prohibens nos à pluuijs, & frigore, & calore, oportet quòd sit constitutum ex lignis, cemento & lapidibus, domus est huiusmodi, ergo, &c. Patet ergo quod diffinitio, quæ sumitur à fine, est principium demonstrationis. Illa autem, quæ sumitur à materia, est conclusio demonstrationis. Potest tamen vtraque coniungi, vt sit vna diffinitio, hoc modo. Domus est cooperimentum constitutum ex dictis, defendens a pluuia, frigore, & calore. Talis autem diffinitio continet totum, quod est in demonstratione scilicet, medium, & conclusionem. Et ideo talis diffinitio est demonstratio, positione differens, quia in hoc solo differt a demonstratione, quia non est ordinata in modo & figura. Sciendum est autem, quòd quia demonstratio non est corruptibilium, sed sempiternorum, neque diffinitio. Plato fuit coactus ponere ideas. Cum enim ista sensibilia sint corruptibilia, videbatur quòd eorum non possit esse demonstratio, neque diffinitio. Et ideo videbatur, quòd oporteret ponere quasdam substantias incorruptibiles, de quibus demonstrationes, & diffinitiones darentur. Et has sempiternas substantias, vocat species vel ideas. Sed huic opinioni occurrit. Arist. superius, dicens, quod demonstratio nõ est corruptibiliũ, nisi per accidens. Et si enim ista sensibilia corruptibilia sint in particulari, tamen in vniuersali quandam sempiternitatem habent. Cum ergo demonstratio detur de istis sensibilibus in vniuersali, non in particulari, sequitur, ꝙ demonstratio, non sit corruptibilium nisi per accidens, sempiternorum per se. Deinde cum dicit.

Eisdem diuer. diffon.

Dif. sumpta sine proba. aliarum.

Quæ diffinisit demonst. pone differens.

Cur Plato ideas posuit.

Lect. primi.

Est sempiter per se & corruptibi. per accid.

ARGY. *Patet etiam demonstrationes, atque scientias eorum, quæ sæpe fiunt, vt lunæ defectiones, & huiusmodi verũ, quo quidem sunt tales, hoc esse semper, quo uero non sunt semper, hoc esse particulares.*

ANTI. *Eorum autem, quæ sæpe fiunt, demonstrationes sunt & scientiæ, vt lunæ defectus. Manifestum est quidem quòd secundum quod huiusmodi sunt, semper sunt. Inquantum autem non semper, secundum partem sunt. Sicunt autem defectus, similiter est in alijs.*

Ostendit quo modo eorum, quæ sunt, vt frequenter, possit esse demonstratio, dicens, quòd ‡eorum quę sæpe fiunt, sunt etiam demonstrationes, & scientiæ, sicut de defectu lunę, qui tamen non semper est.‡ Non enim semper luna deficit, sed aliquando. Hæc autem, quæ sunt frequenter, secundum quòd huiusmodi sunt idest secundũ quòd de eis demonstrationes dantur sunt semper, sed secundum quòd non sunt semper, sunt particularia. De particularibus autẽ non potest esse demonstratione, vt ostensum est, sed solum de vniuersalibus. Vnde patet quòd huiusmodi secundum quod de eis est demonstratio, sunt semper. Et sicut est de defectu lunæ, ita de omnibus alijs similibus. Consideranda tamen est differentia inter ea. Quędam enim non sunt semper secundum tempus, sunt autem semper per comparationem ad causam, quia nunquam deficit, quin posita tali causa sequatur effectus, sicut de defectu lunæ. Nunquam enim deficit, quin semper sit lunæ eclypsis, quandocunque terra diametraliter interponitur iter solẽ & lunam. In quibusdam vero contingit, quòd non semper sunt, etiam per comparationem ad causam, quia videlicet causæ impediri possunt. Non enim semper ex semine hominis generatur homo duas manus habens, sed quandoque fit defectus, vt propter impedimentum causæ agentis vel materiæ. In vtrisque autem ordinandæ sunt sic demonstrationes, vt ex vniuersalibus, propositionibus inferatur conclusio vniuersalis, remouendo illa, in quibus potest esse defectus, vel ex parte temporis, vel ex parte causæ.

Lect. 11 ter.

Quędã sunt semper respectu causæ & nõ temporis.

Ordinande demon.

LECTIO XVII.

Demonstrationem non procedere ex communibus docet, qualis item sit illa scientia quæ omnium scientiarum principia speculator ostendit.

ARGY. *Cum autem pateat fieri non posse, vt demonstretur quod quę, nisi ex cuiusque principijs, si id, quod demonstratur, rei competit, vt est illa, non sane quippiam scitur, si ex veris, & indemonstrabilibus, medioq; vocantibus ostendatur.*

ANTI. Tex. cõ. 2. *Quoniam autem manifestum est quòd vnumquodque demonstrare non est, sed aut ex vno quoq; principiorum, si id, quod demonstratur, sit secundum quod est illud, non est scire hoc quidem, si ex veris, & indemonstrabilibus monstretur, & immediatis.*

Ostenderat supra Philosophus quòd demonstratio, non est ex principijs extraneis, hic autem ostendit, quòd non procedit ex communibus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo inducit quandam conclusionem ex dictis, ibi ‡Si autem hoc est.‡ Circa primum duo facit. Primo proponit intentum, dicens, quòd quia manifestum est, quòd non contingit vnumquodq; per vnumquodque demonstrare, sed oportet quòd demonstratio fiat ex vno quoque principiorum, hoc modo, quòd id, quod demonstratur sit secundum, quòd est illud idest oportet quòd principia demonstrationis insint per se ei, quod demonstratur, Si inquam ita est, non sufficit ad hoc quòd aliquid sciatur, quòd demonstretur ex veris, & immediatis, sed oportet quòd vlterius demonstretur ex principijs proprijs. Secundo ibi.

ARGY. *Fit enim, vt quippiam perinde ostendatur, atque Brisso quadrationem ostendit. Huiusmodi nanque rationes per commune quoddam ostendunt, quod & alij competet. Quapropter, & ad alias res non propinquas ipsæ rationes accommodantur. Igitur res, non vt illa est, sed per accidens scitur. Non enim & ad aliud genus demonstratio accommodaretur. Tunc autem vnumquodque non per accidens scimus, cum per id cognitionem consequimur, per quod competit ex principijs illius, qua ratione est illud, veluti cum duobus rectis æquales habere, rerum ei scimus competere, cui per se, competit idipsum ex principijs huius.*

Quare

Quare si illud competit ei per se, cui competit, medium necesse est in eadem esse propinquitate.



ANTI. vide i ãnot. *Est enim sic monstrare, sicut Brisso tetragonismum. Secundum commune. n. demonstratur rationes hmõi, et quod alteri inest, vnde & in alijs conueniunt hæ rationes, nõ tamen proximis. Non itaque secundum quòd illud est scit, sed secundum accidens. Non enim conuenit demonstrare et in aliud genus. Vnumquodque aũt secundum accidens est, cum secundum illud non cognoscimus, secũdum quod est ex principijs illius, inquantum illud est, vt duobus rectis æquales habere, cui inest per se. quod dictum est, ex principijs ipsius. Quare si per se & illud inest, cui inest, necesse est medium in eadem proximitate esse.*

Probat propositum. ſ. ꝙ non sufficiat ex veris, & immediatis aliquid demonstrare, quia sic contingeret aliquid demõstrare, sicut Brisso monstrauit tetragonismũ idest quadraturã circuli, ostendens aliquod quadratum esse circulo equale, per aliqua principia cõia, hoc modo

Rat. Brisso. In quocũq; genere est inuenire aliquid maius, & minus alicui, in eodem est inuenire & illi æquale. In genere aũt quadratorum est inuenire aliquod quadratũ minus circulo, quod. ſ. scribatur intra circulum, & aliquod maius circulo, intra quod circulus describit, ergo est inuenire aliquod quadratũ circulo æquale. Hæc quidem probatio est ſm cõe, æquale. n. & magis, & minus, excedunt genus quadranguli, & circuli. Vnde patet ꝙ hmõi rationes demonstrant ſm aliquod cõe, quia mediũ alteri inest, q̃ ei quo sit demonstratio. Et ideo hmõi rõnes conueniũt alijs, & non cõueniunt istis, de quibus dantur, tanẽ proximis. Vnde patet ꝙ qui scit per hmõi rõnes, non sit ſm illud, quod est. i. per se, sed ꝓ accidẽs tm. Si. n. esset ſm se, nõ conueniret demõstratio in aliud genus. Vnũquodq; enim scimus ſm accidens, cũ nõ cognoscimus illud ſm quod est ex principijs illius. i. ſm ꝙ est ex principijs per se. Sicut habere tres angulos æquales duobus rectis inest triãgulo per se. i. ſm ꝙ est ex principijs illius. Quare si per se inesset medium acceptum conclusioni, necesse esset in eadem proximate esse idest proximum esse secundum genus conclusi ni. Tertio ibi.

ARGI. *Quod si non sit ita, at perinde erit, atque cũ musica per arithmeticam demonstratur. Atq; talia demõstrantur quidem similiter, differentia tamen est. Nam ipsum quidem est se, ad aliam scientiã attinet. Subiectum. n. genus diuersum est. Ipsum autem propter quid superioris nimirum est, cuius per se sunt ipsi affectus. Quare patet ex hisce fieri nõ posse, quo demonstretur quodque simpliciter, nisi ex principijs vnuscuiusque, sed horum principia habent commune.*

ANTI. *Si vero non, sed sicut harmonica per arithmeticã, huiusmodi demonstrantur quidẽ similiter, sed differũt. Ipsum. n. quia alterius quidem scientiæ est, subiectum. n. alterum genus est, sed propter quid superioris est. cuius per se passiones sunt. Quare ex his manifestũ est, quod non sit demonstrare vnumquodq; simpliciter, sed secundũ quod ex vniuscuiusq; principijs est. Sed horum principia habent commune.*

Excludit quandam dubitationem. Contingit enim aliquando medium demonstrationis non est in eodem genere cum demonstratione. Quod qualiter contingat ostendit dicens. Si vero non sit medium in eadem proximate conclusioni, sed hoc modo sicut demonstratur aliquid in harmonica idest in musica per arithmeticam, verum quidem est; ꝙ huiusmodi etiam similiter demonstratur. Et enim demonstratio in inferiori scientia per principia superioris scientiæ, vt ostensum est, sicut & in sciẽtia superiori per principia superioris. Sed in hoc differt, ꝙ alterius scientiæ scilicet inferioris est tantũ scire quia, genus enim subiectum inferioris scientiæ est alterum a genere subiecto superioris scientiæ, ex qua sumuntur principia. Sed scire propter quid est superioris scientiæ, cuius per se sunt illæ passiones. Cum enim passio insit subiecto propter medium, illa scientia considerabit propter quid, ad quam pertinet medium, cuius per se est passio, quę demonstratur. Si vero subiectum sit ad aliam scientiam pertinens illius scientiæ nõ erit propter quid, sed quia tantum. Nec tali subiecto per se conueniet passio demonstrata de ipso, sed per medium extraneum. Si vero medium & subiectum pertineat ad eandem scientiam tunc illius scientiæ erit scire propter quid & quia. Remota autẽ dubitatione, vlterius conclusionem intentam principaliter inducit, dicens. Quod ex prædictis patet, quòd non est demonstrare vnumquodque simpliciter idest quocunque modo, sed secundum hoc, quod demonstratur ex proprijs principiis vniuscuiusque. Sed & principia per propria singularum scientiarum habent aliquod commune prius eis. Deinde cum dicit.

Lectio. 25. Lectio. 5. 1.

Scire ꝓpter q̃d vel quia tñ, cui scie. conue.

ARGY. *Quod si id cõstat, patet fieri nõ posse, quo quisquam propriorum principiorũ exhibeat demonstrationem. Erunt. n. illa omnium principia, & ipsorum scia domina õium erit.*

ANTI. vide i ãnot. *Si autem hoc, manifestum est quòd non est vniuscuiusq; principia monstrare. Erunt enim illa omnium principia, & scientia illorum propria omnibus.*

Inducit quandam conclusionem sequẽtem ex dictis. Et circa hoc tria facit. Primo inducit conclusionem dicens, quòd ‡si hoc verum est.‡ ſ. quòd demonstrationes in singulis scientijs non sit ex communibus principijs, & iterum ꝙ principia scientiarum habent aliquid prius se, quod est commune manifestum est, ꝙ non est vniuscuiusq; scientiæ demonstrare principia sua propria. Illa enim priora principia, per quæ possunt probari singularum scientiarum propria principia, sunt communia principia omnium, & illa scientia, quæ consideravit huiusmodi principia communia, est propria omnibus idest ita se habet ad ea quæ sunt communia omnibus, sicut se habent aliæ scientię particulares ad ea, quę sunt propria, sicut cum subiectum arithmeticę sit numerus, ideo arithmetica considerat ea, quæ sunt propria numeri. Similiter prima philosophia, quæ considerat omnia principia, habet pro subiecto ens, quod est cõmune ad omnia, & ideo considerat ea, quæ sunt propria entis, quę sunt omnibus communia tanquam propria sibi. Secundo cum dicit.

Conside. prima philo.

ARGY. *Et enim is scit magis, qui superioribus ex causis scit. Scit enim tum ex prioribus, cum ex causis scit, quæ non effectus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

subeunt ratione. Quare si magis scit, & maxime, & si est
ANTI. *illa scientia, magis profecto, maximeque scientia est.*

Et nunquid sciunt magis intelligens ex superioribus causis. Ex prioribus enim sciuit, cum non ex causatis sciat causas. Quare si magis sciuit, & maxime, & scientia illa erit, & magis, & maxime.

Ostendit præeminentiam huiusmodi scientiæ, quæ consideret principia communia, (prima Philosophiæ ad alias. Semper enim oportet illud, per quod aliquid probatur, esse magis scitum vel notũ. Qui enim scit aliquid ex superioribus causis, oportet q̃ sit magis intelligens illas causas, quia sciuit ex superioribus simpliciter, cũ non
Scire causas ex causa. sciat ex causatis causas. Quando enim aliquis scit ex causatis causas, tunc non intelligit ex prioribus, & ex magis notis simpliciter, sed ex magis notis & prioribus quo ad nos. Cum autem principia inferioris scientiæ probantur ex principis superioribus, non proceditur ex causatis in causas, sed ecoverso. Vnde oportet quòd talis processus sit ex prioribus, & ex magis notis simpliciter. Oportet ergo magis esse scitum, quòd est superioris scientiæ, ex quo probatur quod est inferioris & maxime esse scitum id, quo omnia alia probatur, & ipsum non probatur ex aliquo priori. Et per consequens scientia superior erit magis, scientia, quàm inferior, & scientia illa scilicet philo-
ARGY. sophia, prima erit maxime scientia. Tertio ibi.

Demonstratio vero nõ ad aliud genus accomodatur, nisi eo modo, quo tam ad demonstrationem facultatis machinarum extruendarum, vel ad prospectiuas geometricæ quam ad musicam arithmeticæ demonstrationes accomodantur, vt diximus.

ANTI. *Sed demonstratio non conuenit in aliud genus, sed aut sicut dictum est geometricæ in mæchanicas, vel machinatiuas aut speculatiuas, & arithmeticæ in harmonicas.*

Redit ad principalem conclusionem, & dicit quòd demonstratio non procedit in aliud genus nisi sicut dictum est, quòd demonstratio geometriæ procedit ad scientias inferiores sicut sunt artes mæchanicæ, quæ vtuntur mensuris, aut speculatiuæ, sicut scientiæ, quæ sunt de visu, vt perspectiuæ, quæ sunt de visuali. Similiter est arithmetica in comparationem ad harmonicam ideſt musicam.

LECTIO XVIII.

Tractandum de principijs esse, quomodo item principia a nõ principijs & abinuicem distinguatur docet, quo pacto etiam cõmunibus & proprijs principijs vtantur declarat.

ARGY. *Ad vero difficile admodum est sese percipere quempiã, si sciat nec ne. Est enim difficile cognoscere si ex principijs vnuscuiusque scimus, nec ne, quod quidem est scire. Putamus autem sæpe numero scire, si ex veris quibusdam, primisue ratiocinationem habemus, Id vero non est ita, sed oportet ipsis primis esse propinqua.*

ANTI. Tex. cõ. 24. *Difficile autem noscere est, si sciuit aut non. Difficile n. noscere est, si ex vnuscuiusq; principijs, scimus, aut non quod vere est scire. Opinamur aũt si habeamus ex veris aliquibus syllogismum, & primi: scire. Sed hoc non est, sed proxima oportet esse primis.*

Postquam ostendit, quòd demonstratio non procedit ex principijs communibus, sed ex proprijs, hic ad euidentiam præmissorum, determinat de principijs proprijs & cõmunibus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit necessitatem huiusmodi determinationis, dicens, q̃ difficile est cognoscere, vtrum sciamus ex proprijs principijs quod solum est vere scire, aut non ex proprijs. Opinatur enim multi se scire, si habeant syllogismum ex aliquibus veris, & primis. Sed hoc nõ est verum, imo oportet quòd ad hoc q̃ nos sciamus, quòd principia sint proxima illis, quæ debent demonstrari, quæ hic dicuntur prima, sicut & supra dicebatur extremo. Oportet proxima esse primis principijs in demonstrabilibus. Secundo ibi.

Ea autem quæcunque genere principia dico, quæ fieri ne
ARGY. *quit, vt demonstrentur esse.*

Dico autem principia in vnoquoque genere quæ cũ sint
ANTI. vide i fine. *non contingit demonstrare.*

Determinat de principijs proprijs & communibus. Et circa hoc duo facit. Primo. n. determinat de principijs (p prijs, & communibus. Secundo ostendit qualiter ad huiusmodi principia se habeant huiusmodi demonstratiue scientiæ, ibi {Non cõtingere autem.} Circa primum duo facit. Primo distinguit principia à non principijs. Secundo principia adinuicem, ibi {Sunt autem quibus.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quæ sunt principia, & dicit, quòd principia in vnoquoque genere sunt illa, quæ cum sint vera, tamen non conuenit ea demonstrare in illa scientia, in qua sunt principia. Dicit autem cum sint ve-
Falsa nõ demon. ra, ad differentiam falsorum, quæ non demonstrantur, in aliqua scientia. Secundo ibi.

Sumitur igitur quidnam ipsa prima, et quæ ex hisce pro
ARGY. *ficiscuntur, significant. At principia sumere esse, cætera de monstrare necesse est. Ceu quid est vnitas, aut rectum, aut triangulus sumere, esse vero vnitatem, at magnitudinem, cætera autem demonstrare.*

Quid quidẽ igitur prima significent, & quæ sunt ex his
ANTI. *accipiendum est. Quod autem sint principia quidem necesse est accipere, alia vero demonstrare, vt quid vnitas, & quid rectum, & quid est triangulus. Est autem vnitatem accipere, & magnitudinem vero, altera vero demonstrare.*

Ostendit conuenientiam & differentiam inter principia, & non principia. Conueniunt enim principia cum non principijs in hoc, q̃ de vtrisq; oportet accipere, quasi supponendo quid significent, & prima, i. principia, & quę sunt ex his, i. quæ ex principijs sumuntur, quia quod qd est, proprie pertinet ad scientiam, quæ est de substantia, scilicet ad philosophiam primam, à qua omnes aliæ hoc accipiunt. Sed in hoc differunt principia, & quæ sunt, ex principijs, quia de principijs, oportet accipere supponendo q̃ sunt. De alijs autem quæ sunt ex principijs, oportet demonstrare, quia sunt. Sicut in mathematicis accipitur supponendo, & quid est vnitas, quę est principium, & qd est rectum, & quid est triangulus, quę non sunt principia sed passiones. Sed quòd vnitas sit, aut quòd magnitudo sit accipit, mathematicus quasi principia, alia vero demõstrat scilicet quę sunt ex principijs. Demõstrat enim triangulum æquilaterum, & angulum rectum, & etiam hanc lineam rectam esse. Deinde cum dicit.

Eorum autem, quibus in demonstratiuis vtuntur scien-
ARGY. *tijs, alia cuiusque scientiæ propria, alia communia sunt. Communia tamen similitudine rationis, quippe cum vsus eorum tantum sese extendat in quacunque scientia, quantum cuiusque subiecto generi congruit.*

Sunt autem quibus vtimur in demonstratiuis scientijs,
ANTI. *alia quidem propria vnuscuiusque scientiæ, alia vero communia. Communia autem secundum analogiam, quoniam vtile est in eo, quod est sub scientia genere.*

Distinguit principia adinuicem. Et primo principia propria à communibus. Secundo communia adinuicem ibi. {Non est autem suppositio.} Prima diuiditur in Le. seq. inte. duas. Primo diuidit principia propria, & communia.

Secundo

Secundo manifestat quoddam, quod poterat esse dubiũ. ibi {Quasdam tamẽ scientias.} Circa primum tria facit. Primo ponit diuisionem, dicens, quòd {principiorum, quibus vtimur in demonstratiuis scientijs, alia sunt propria
Le. 8c dẽ. vniuscuiusque scientiæ, alia vero cõmunia.} Et quia posset videri contrarium ei, quod supra ostensum est, quia scientiæ demonstratiuæ non procedunt ex communibus, ideo subiungit quòd {principia communia accipiuntur in vnaquaque scientia demonstratiua secundum analogiam} ideſt, secundum quòd sunt proportionata illi, scientię. Et hoc est quod subdit exponens, quòd {vtile est accipere {huiusmodi principia in scientijs, inquantum pertinent ad genus subiecti, quod cõtinetur sub illa scientia. Secundo ibi.

ARGY. *Propria sunt, vt lineam esse talem, rectumue. Communia, vt si ab æqualibus æqualia demas, ea, quæ restãt, æqualia sunt.*

ANTI. *Propria principia quidem, vt lineam esse huiusmodi, & rectum, communia autem, vt ab æqualibus æqualia si auferas, æqualia quidam reliqua sunt.*

Exemplificat de vtrisque, dicens, quòd propria prin-
Quæ diffinitiones i sciẽ. habeñ. pro principio. cipia sunt vt lineam esse huiusmodi vel rectum. Tam. n. subiecti, quàm passionis diffinitio, in scientijs, pro principio habetur. Cõmunia vero principia sunt, vt si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia, & aliæ communes animi conceptiones. Tertio ibi.

ARGY. *Atq; horum vnumquodq; cuique satis facit ad cuiusq; genus accommodatum. Idem enim hoc faciet, & si non de omnibus ipsum accipiet geometra, sed de magnitudinibus tantum, & arithmeticus de numeris solum.*

ANTI. *Sufficiens autem est vnumquodq; istorum quantumcunque in genere est. Idem enim faciet Geometria, & si non de omnibus accipiat, sed in magnitudinibus solum, Arithmetica autem in numeris.*

Ostendit quomodo præmissis principijs scientiæ demonstratiuæ vtantur. Et primo quidem de cõmunibus dicit, quòd {sufficiens est accipere vnumquodque istorum {communium, quantum pertinet ad genus subiectũ de quo est scientia. {Idem enim faciet} geometria, si non accipiat præmissum principium commune in sua cõmunitate {sed solum in magnitudinibus, & arithmetica solum in numeris. {Ita enim poterit concludere geometria si dicat si ab æqualibus magnitudinibus æquales auferas magnitudines, quæ remanent sunt æquales, sicut, si diceret, si ab æqualibus, æquali demas, quæ remanent sunt
ARGI. æqualia. Et similiter dicendũ est de numeris. Secũdo ibi.

Sunt etiam & ea propria, circa quæ scientia cõsiderat, ea, quæ per se illis insunt. Atque hæc & esse, & quid sunt scire sumunt. Vt vnitates Arithmetica, punctã siue linea Geometria. At horum per se affectum, quid quidem quisq; significat sumũt, vt arithmetica quid par, quid impar, quid quadratũ, quid quoque cubus. Geometra quid expers rationis quid frangi, quid concurrere, & hmõi cætera, Demonstrant autem ipsos esse, et per communia, & per ea, quæ demonstrata sunt. Eadem & Astrologia faceret solet, Omnis nanque demonstratiua scientia circa tria versatur: Sunt. n. ea, quæ ponit esse. Hæc autem sunt, genus, cuius per se effectuum est contemplatrix, & ea, quæ communes dignitates dicuntur, ex quibus primis demonstrat, & tertium affectus, quorum. quid quisque significat, sumit.

ANTI. vide i fine. Tex. cõ. 12. *Sunt autẽ propria quidẽ & quæ accipiuntur esse, circa quæ scia speculatur, quæ sunt per se, vt Arithmetica vnitates, Geometria aũt signa & lineas. Hę. n. recipiunt esse, & Hoc esse. Horum autem passiones per se, quid quidem significet vnaquaque, accipiunt, vt Arithmetica quidẽ quid aut, impar, aut quadrangulus, aut cubus. Geometria vero quid rationale, aut reflecti, aut curuare. Quod autem sint, demonstrant per communia, & ex his, quæ demonstrantur per cõmunia. Et Astrologia similiter: Omnis. n. demonstratiua scia circa tria est, & quæcunq; esse ponũtur. Hæc sunt aũt, genus, cuius per se passionũ speculatiua est, & quæ cões dignitates dicuntur, ex quibus primis demonstrant, & tertium passiones, quorum quid significet vnaqueq; accipit.*

Ostendit qualiter demonstratiuæ scientiæ vtãtur pro prijs principijs, & dicit quòd propria principia sunt, quæ supponuntur esse in sciẽtijs, s. subiecta, circa quæ scientia speculatur ea, quæ per se insunt eis. Sicut Arithmetica considerat vnitatem, & Geometra cõsiderat signa, ideſt puncta & lineas. Prædictæ enim supponunt esse, & hoc esse, ideſt supponunt de eis, & quia sunt, & quid sunt. Sed de passionibus supponunt, quid significet vnaquęque. Sicut Arithmetica supponit, quid est par, & quid est impar, aut quid est numerus quadratus. aut cubus. Et geometra supponit quid est rationale in lineis. Dicitur enim rationalis, Linea rationalis quid. linea de qua possumus rationari per lineam datam. Huiusmodi autem est omnis linea commensurabilis lineæ Linea irrationalis qd. datæ, quę vero est incommensurabilis ei, vocatur irrationalis est surda. Similiter & Geometria supponit, quid est reflexum aut curuum. Sed prædictæ scientiæ demonstrant de omnibus prædictis passionibus, quòd sint, per principia communia, & hæc est illis principijs quæ demonstrantur ex principijs communibus. Lit quod dictũ, est de geometria & Arithmetica, intelligendum est de Astrologia, {Omnis enim scientia demonstratiua est circa tria, {quorum vnum est genus subiectum. cuius per se passiones scrutantur. Et aliud est communes dignitates ex quibus sicut ex primis demonstrat. Tertius autem passiones, de quibus vnaquæque scientia accipit quid significent. Deinde cum dicit.

Nihil tamen prohibet, scientiarum nonoullas, horũ præ
ARGI. *terire nonnulla, veluti genus non supponere esse, si pateat esse. Non enim æque patet numerum esse, & frigidum, atque calidum. Et affectus non sumere quid significant, si sint clari sicut nec dignitates, vt qd significat æqualia ab æqualibus auferre, quia est notum. Sed nihilominus hæc tria necessaria sunt, id inquam circa quod scia demonstrat, & ea, quæ demonstrat, atque ea. ex quibus demonstrat.*

Quasdam tamen scias nihil prohibet quædam eorum
ANTI. *despicere, vt genus non supponere esse, si sit manifestum qm̃ est. Non. n. similiter manifestum quod numerus sit, et quòd calidũ & frigidũ. Et passiones non est recipere quid significant, si sint manifestæ sicut nec cõia non recipit quid significent, quod est æqualia ab æqualibus demere, quoniã notum est. Sed nihil minus tria hæc necessaria sunt, circa quod demonstratur, & quæ demonstrantur, & ex quibus.*

Manifestat quoddã, de quo poterat esse dubiũ. Quia. n. dixit, q̃ scientiæ supponunt de principijs, quia sunt, de passionibus, quid sunt, de subiectis aũt vtrũq;, posset aliquis credere, quòd oporteret specialem fieri mentionem de omnibus istis. Vnde hoc remouet, dicens, quòd nihil prohibet quasdam scientias despicere, quædam prædictorum, ideſt non facere mentionem expræssam de præmissis, sicut quando non facit mentionem de hoc q̃ supponat genus subiectum esse, si sit manifestum q̃ sit, quia non est similiter manifestum de cõibus q̃ sint, sicut quòd sit numerus, & q̃ sit calidum & frigidum, quorũ vnum est propinquum rationi, alterum sensui. Similiter & quædam scientiæ de passionibus non supponunt quid signi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficent, expressam mentionem de eis faciēdo. Sicut etiam non oportet, ꝙ de cōmunibus principijs semper scientiæ faciant mentionem, quia nota sunt. Nihilominus tñ tria prædicta naturaliter sunt in scientia qualibet supponenda.

LECTIO XIX.

Quomodo communia principia ab inuicem distinguantur, & quomodo definitio à suppositione separatur, quòd non item propter demonstrationem necesse sit ideas ponere demonstrat.

ARGY. *Non est autem id suppositio, neq; postulatio sane, quod necesse est esse per seipsum atq; videri. Demonstratio namque non in orationē, quæ est extra, sed in oratione, quæ est in mente consistit, quando quidem, neq; ratiocinatio videtur in illa consistere. Etenim fit vt semper aduersus externam orationem per inficiationem obsistetur. At non semper aduersus eam quæ est in mente.*

ANTI. Vide, i anot. *Non est autem suppositio, neque petitio, quod necesse est propter seipsum esse, et videri necesse est. Nō. n. ad exterius rōnem est, sed ad eā quæ est in anima, quoniam neq; syllogismus. Semper enim est instare ad exterius rationem, sed ad interius rationem non semper.*

Postquam diuisit Aristo. principia communia à proprijs, hic distinguit communia principia adinuicem. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit distinctionē principiorum communium adinuicem. In secunda ostendit differentiam diffinitionis à quodam genere principiorū communium, ibi{Termini igitur non.} In tertia excludit quendam errorem ibi{Species quidem igitur.}{Circa primum duo facit. Primo distinguit communes animi conceptiones à petitionibus siue suppositionibus. Secundo petitiones & suppositiones adinuicem, ibi{Q uęcunque quidem igitur.}{Circa primū considerandū est, quod communes animi conceptiones habent aliquid commune cum alijs principijs demonstrationis, & aliquid proprium. Commune quidem habent, quia necesse est, tam ista, quàm alia principia per se esse vera. Priorum autem est horum principiorum, quòd non solum necesse est ea per se vera esse, sed etiā necesse est videri, quòd sint per se vera. Nullus enim potest per se opinari contraria eorū. Dicit ergo quòd illud principium, quod necesse est non solum per seipsum esse, sed etiam vlterius necesse est, ipsum videri scilicet communis animi conceptio vel dignitas, non est neque petitio, neque suppositio. Quod sic probat. Petitio, & suppositio exteriori ratione confirmari possunt ideſt argumentatione aliqua. Sed communis animi conceptio non est ad exterius rationem, quia non potest probari per aliquam argumentationem, sed est, ad eam rationem, quæ est in anima, quia lumine naturali intellectus statim sit nota. Et quòd non sit ad exterius rationem patet, quia non fit syllogismus per aliquid exterius ad probandas huiusmodi communes animi exceptiones. Et quòd huiusmodi non sunt notę per exteriorem rationem, sed per interiorem, probat per hoc, quòd exteriori ratione potest instari, vel vere, vel apparenter, interiori autem ratione non est possibile semper instari. Et hoc ideo, quia nihil est adeo verum quin voce possit negari. Nam & hoc principium notissimum, quòd non contingat idem esse & non esse, quidā ore negauere. Quędam vero adeo vera sunt, quòd eorum oppolita intellectu capi non possunt, & ideo in interiori ratione eis obuiari non potest, sed solum exteriori, quæ est per vocem. Et huiusmodi sunt communes animi conceptiones. Deinde cum dicit.

Cōium anicept. & aliorū prin. cōue. & differentia.

Quart'meta. tex. cō. 9. le. 8. tex. expo. vltima.

ARGY. *Quod igitur demonstrari quidem pōt, non demonstratū eūt a se, quispiam sumit, id aut supponit, si ita esse discenti videtur, atq; non absolute quidē, sed ad illum tantum, ideſt suppositio, aut postulat, si nulla prorsus discēti de hoc opinio, vel ēt contraria insit. Atq; hoc interest inter supponem postulationemue. Etenim ideſt postulatio, quod est contrarium opinioni discentis, vel quod est quidē demonstrabile, sumit autem quispiam illud atq; vtitur non demonstrato.*

ANTI. vide i anot. *Quæcunq; igitur demonstrabilia accipit esse ipse non demonstrans, hæc quidē probabilia si accipiat, discenti suppo nuntur, & non est simpliciter suppositio, sed ad illū solum, si vero ne que vnus opinionis, aut contrariæ esse idem accipiat, idem petit. Et in hoc differunt suppositio, & quæstio. Est enim quæstio in contrarium dicentis opinioni. Aut quod si aliquis demonstrabile cum sit, accipiat, &, vtatur non demonstrans.*

Distinguit suppositiones abinuicem. Sciendum tamē est, ꝙ aliquid commune habent, & etiam in aliquo differunt. Hoc quidem comune est eis quòd cum sint demonstrabilia, tñ demonstrator accipit ea non demonstrans, et præcipue, quia non sunt demonstrabilia per suam scīam, sed per aliam, vt supra dictum est. Vnde & inter immediata principia computantur, quia demonstrator vtitur, eis absque medio, eo quòd medium non habeant in illa scīa. Differunt autem adinuicem, quia siquidem talis propositio sit probabilis addiscenti, cui fit demonstratio, dicitur suppositio. Et sic suppositio nō dicitur simpliciter, sed ad aliquem. Si vero ille nec sit eiusdem opinionis, ne que contrariæ, oporter, ꝙ demodstrator hoc ab eo petat & tunc dicitur petitio. Si autem sint contrarię opinionis, tunc erit, quæstio, de qua oportet disputari inter eos. Hoc tamē omnibus commune est, vno quoque eorum vtitur demonstrator, non demonstrans, cū sit demonstrabile.

Lectio. 6

Prima ra. quod diffinitio non sit talis

ARGY. *Diffinitiones igitur, cū affirmationes, aut negationes nō sint, suppōnes non esse patet, quas quidem ut genus complectitur propositio. Diffinitiones præterea percipiantur solū oportet. At id non est suppositio, nisi quispiam, & audire suppositionem dixerit esse. Sed ea sunt suppositiones, quæ cum sint, hoc ipso quod sunt, emergit ipsa conclusio.*

ANTI. *Termini igitur nō sunt suppōnes, nihil. n. esse, aut nō esse dicunt. Sed in propositionibus sunt suppositiones. Termini autem non, sed solum intelligere oportet. Hæc aūt non est, suppositio, nisi & audire, suppōnem aliquis esse dicat. Sed quorumcunq; existentium in eo quòd illa sunt fit conclusio.*

Distinguit diffinitionē a suppositionibus per duas rationes, quarum secūda incipit, ibi{Amplius petitio.}{Circa primū quo facit. Primo ponit rationem, quæ talis est. Omnis petitio, vel suppositio dicit aliquid esse vel nō esse termini autem ideſt diffinitiones non dicunt aliquid esse vel non esse, termini ergo non sunt petitiones, neque suppositiones per se sumpti. Sed in propositionibus assumpti, suppositiones sunt, vt cum dicitur, Homo est animal rationele mortale. Sed terminos p se sumptos oportet solum intelligere. Intelligere autem non est supponere, sicut nec audire. Sed illa supponuntur quorumcunque existentium ideſt ex quibuscunque existentibus fit conclusio, in eo quod illa sunt ideſt propter præmissæ.

Secundo ibi.

ARGY. *Neque geometra falsa supponit, quemadmodum nonnulli putarunt, qui quidem (inquiunt) demonstrantem falsis vti suppositionibus non oportere, geometrę vero falsa supponere designatam lineam, nunc pedalem, nunc rectum esse dicentem, quæ quidē non recta est non pedalis. Nam geometra, cum non sit ea linea, quam designauit, aut protulit ore, con cludere*

concluderet solet, sed cum ea sint, quæ per illa significantur ac indicantur, quæ designauit ac protulit ipse.

ANTI. *Neq; geometra falsa supponit, sicut quidē affirmant dicentes quod non oportet falso vti geometrā, mentiri aut dicentē vnius pedis esse, non vnius pedis, aut rectā scriptam non rectam esse. Sed geometra nihil concludit secundū hanc lineam, quam ipse posuit, sed quæ per hanc ostenduntur.*

Exclu. dub. Excludit quandam dubitationem. Dicebant. n. quidā ꝙ geometra, falsa suppositione vtebatur, cum diceret, lineam esse vnius pedis, quæ non est vnius pedis, aut lineā descriptam in puluere esse rectam, quæ non est recta. Sed ipse dicit, quòd geometra non supponit falsum, propter hoc. Cum enim geometra nihil demonstret de particularibus, sed de vniuersalibus, vt supra dictum est, hæ autem lineæ sunt quædam particularia, manifestum est, ꝙ de his lineis non demonstrat aliquid, neque etiam ex eis, sed vtitur eis vt exemplis vniuersalium, quæ per exempla intelliguntur, de quibus & ex quibus demonstrat.

Lec. 16 tex. expo. 2.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Insuper ōis postulatio, suppositioq; aut vniuersalis est, aut particularis. At neutrum illorum deffinitionibus cōpetit, quare deffinitiōes, suppositiones, postulationesq; nō sunt.*

ANTI. *Amplius petitio, & suppositio omnis, aut sicut totū est, aut sicut in parte, termini autem neutri horum.*

Secunda ra. Ponit secundam rationem quæ talis est. Omnis suppositio, vel petitio est in toto, vel in parte ideſt est propositio vniuersalis, vel particularis, sed diffinitiones neutrum horum sunt, quia in eis nihil ponitur, siue prædicatur, neque vniuersaliter, neque particulariter, ergo & cætera.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Formas igitur, aut vnum quid præter ipsa multa non necesse est esse, si demonstratio est, tamen verum est dicere necessario, vnum esse de pluribus prædicandum. Nam si id non sit, vniuersale sane non erit, at si vniuersale non sit, non erit medium ipsum, quare nec demonstratio. Esse igitur vnum quid oportet, idemq; de pluribus non solum communi nomine prædicandum.*

ANTI. *Species quidem igitur esse, aut vnum aliquid extra multa non necesse est, si demonstratio erit. Esse tamen vnum de multis verum dicere necesse est. Non enim erit vniuersale, nisi hoc sit. Si vero vniuersale non sit, medium non erit, quare neque demonstratio. Oportet itaq; aliquid vnū & idem de pluribus esse non æquiuoce in demonstratione.*

Lec. 15, tex, expo. 2.

Ostendit ex præmissis, ꝙ non est necessariū ponere ideas, vt Plato posuit. Ostensum est. n. supra ꝙ demōstrationes de vniuersalibus sunt, & hoc modo sunt de sempiternis. Non igitur necesse est, ad hoc quòd demonstratio sit, species esse, i. ideas, aut quodcunq; vnum extra multa, sicut ponebant Platonici mathemat. separata cū ideis, vt sic demonstrationes possint esse de sempiternis, sed necessarium est esse vnum in multis & de multis, si demonstratio debet esse, quia non erit vniuersale, nisi sit vnum de multis. Et si non sit vniuersale, non erit medium demonstrationis, ergo nec demonstratio. Et quòd oporteat medium demonstrationis esse vniuersale, patet per hoc, ꝙ oportet medium demonstrationis esse vnum & idem, de pluribus prædicatum non æquiuoce, sed ſm rōnem eandem, quæ est ratio vniuersalis. Si autem æquiuoce esset, posset accidere vitium in arguendo. Deinde cum dicit.

LECTIO XX.

Quomodo primis & communibus principijs scientię demonstratiua vtantur.

ARGY. *Nulla aūt demonstratio sumit fieri non posse, vt simul idem affirmetur, atque negetur, nisi fuerit opus, vt hoc etiā*

ANTI. vide i an t. *Non contingere autem simul affirmare & negare ne que vna recipit demōstratio. Sed si indigeat mōstrare conclusionem. sic ostenditur, quòd accipientibus, primum de medio quòd verum sit affirmare, negare autem non verum. Medium autem nihil differt esse, & non esse ac cipere, similiter autē & tertium. Si enim assignetur, de quo homine verum est dicere animal, quamuis non hominem nisi verum sed si solum hominem animal esse omne, non animal autem non, erit id verum dicere Callian & non Callian, non animal autem non. Causa autem est quod, primum non solum de medio dicitur, sed de alio, propter quod de pluribus. Quare si neque medium & idem, & non idem est, ad conclusionem nihil differt.*

Tex. cō. 23.

Postquam determinauit Philosophus de principijs proprijs & communibus, hic ostendit qualiter demonstratiuæ scientiæ se habeant ad communia & propria. Et diuidiur in duas partes. In prima ostenditur qualiter se debeant demonstratiue scientiæ circa cōmunia. In secunda ostendit qualiter se habeant circa propria, ibi{Si autem idem est interrogatio.}{Circa primum duo facit. Primo ostēdit qualiter demonstratiuæ scientiæ circa prima principia inter communia se habeant. Secundo quomodo se habeāt communiter circa omnia principia communia, ibi{Communicant autem omnes scientiæ}{Circa primum duo facit, quia primo ostendit qualiter se habeant demonstratiuę scientię circa hoc principiū, ꝙ nō contingit idem simul affirmare vel negare. Secundo quomodo se habeant circa istud principium de quolibet est affirmatio vel negatio vera, ibi{Omne autem affirmare.}{Hæc enim duo principia omnium sunt prima, & probatur in 4. Metaph. Dicit ergo primo ꝙ nulla demonstratio accipit hoc principiū, ꝙ non contingit simul affirmare & negare. Si enim aliqua demonstratio eo vteretur ad ostendēdum aliquā conclusionem, oportet ꝙ sic eo vteretur, ꝙ acciperet primum ideſt maiorem extremitatem affirmari de medio & non negari. Quia si acciperet affirmationem & negationem ex parte medij, nihil differt vtrū sic vel sic esset, & eadem rō est de tertio, ideſt de minori extremitate per comparationem ad medium. Verbi gratia. Sit animal primum, Homo medium, & callias tertiū. Si quis vellet vti prædicto principio in demonstratione, oporteret sic arguere. Oīs homo est animal, & non est non animal, Callias est homo, ergo Callias est animal, & non est nō animal. Cum enim dicat omnis homo est animal, nihil differt, vtrum etiam hęc si vera, non homo est animal, vel non sit vera. Et similiter in conclusione non, differt ex quo Callias est animal, vtrū nō Callias sit animal vel non animal. Et huius causa est, quia primum non oportet dici de solo medio, sed potest dici etiam de aliquo quodam, quod est diuersum à medio quod significatur per negationem medij, propter hoc quod primum dicitur de pluribus quandoq; quàm mediū, sicut animal de

Tex. com. 9. Lect. 6. tex. expo. 2

Lect. 6. tex. expo. 2

pluribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pluribus quàm homo. Vnde dicitur de equo qui est non homo. Vnde si accipiatur medium idem, & non idem, i. si accipiatur medium affirmatiuum, & negatiuum, vt cũ dico, homo & non homo est animal, nihil facit ad conclusionem. Cum autem accipitur affirmatio & negatio, ex parte maioris extremitatis, differunt quidem, quantum ad conclusionem, & etiam quantum ad veritatem præmissarum. Si enim homo esset animal, non esset verum, quòd homo est animal, neq; sequeretur, quòd Callias esset animal. Tam nihil plus certificatur, cũ dicitur homo est animal, & homo non est non animal, quàm cum dicitur, solum homo est animal. Idem enim intelligitur per vtrunque. Et sic manifestum est, quòd demõstrationes non vtuntur hoc principio scilicet quòd affirmatio & negatio non sint simul vera neque ex parte prædicati, neq; ex parte subiecti. Deinde cum dicit.

No. totum.

ARGY. *Hoc autem omne inquam affirmandum, aut negandum esse eã demonstratio sumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit. Nec tamen semper vniuersaliter, sed quod satis est generi, circa quod genus demonstrationes afferuntur, sicut & prius est dictum.*

ANTI. *Omne autem affirmare, aut negare, quæ est ad impossibile demonstratio accipit, & hoc neque semper vniuersale, sed quantum sufficiens est. Sufficiens autem est in genere. Dico autem in genere, vt circa quod genus demonstrationes sunt, sicut dictum est prius.*

Modus demõ ad impossibile.

Ostendit quomodo demonstratiuæ scientiæ vtantur hoc principio, de quolibet est affirmatio vel negatio vera. Et dicit quòd hoc principium accipit demonstratio quæ est ad impsle. In hac enim demonstratione probatur aliquid esse verum, per hoc quòd eius oppositum est falsum. Quod nequaquam contingeret si possibile esset quòd vtrunque oppositorum esset falsum. Non tamen semper vtitur prædicta demõstratio hoc principio, quia quandoque illud oppositũ quod ostenditur esse falsum non est negotio, sed contrarium immediatum. Sicut si ostenderetur aliquem numerum esse parem, per hoc, q eius oppositum falsum est scilicet ipsum esse imparem ducendo ad impossibile. Neque vtitur etiam hoc principio vniuersaliter, idest in sua vniuersalitate, sub his terminis, ens & non ens sed inquantum est sufficiens in genere aliquo, vel inquantum contrahitur ad genus subiectum. Et dico de illo primo genere, circa quod sunt demonstrationes. Sicut si in geometria accipiatur rectum & non rectum, vt cũ ostenditur aliqua linea esse recta, propter hoc quod est falsum eam esse nõ rectã deducendo ad impossibile. Deinde cum dicit.

ARGI. *Conueniunt autem inter sese scientiæ omnes in hisce, quæ communia sunt, non in hisce, de quibus demonstrant, nec in his etiam quę demonstrant. Communia autem ea dico, quibus sic vtuntur, vt ex ipsis demonstrant.*

ANTI. Tex.co. 47. *Communicant autem scientiæ omnes secundum communia. Cõia aũt dico quibus vtuntur, tanquam ex his demonstrãtes, sed nõ de quibus demonstrãt, neq; quod demonstrãt.*

Ostendit quomodo demonstratiuæ scientiæ se habeant communiter ad alia principia communia. Et circa hoc duo facit. Primo dicit quòd oẽs scientię in principijs communibus communicant hoc modo quòd omnes vtuntur eis sicut ex quibus demonstrant, quod est, vti eis vt principijs. Sed nõ vtuntur eis, vt de quibus aliquid demonstrant, vt de subiectis, neque sicut quod demonstrant idest conclusionibus. Secundo ibi.

ARGY *Differendi quoq; facultas cum oibus cõuenit, & si qua vniuersaliter ipsa cõia ostendere nitatur, velut omne quod vis affirmetur aut negetur oportet, vel ab æqualibus demptis æqualibus æqualia sunt ea, quæ rectant, vel talium aliqua. Atque ipsa differendi facultas non est sic diffinitiorum quorundam, neque generis cuiusdam. Non enim interrogaret. Demonstranti nanque non licet interrogare, propterea, quòd ex oppositis non ostenditur idem. Hoc autem demonstratũ est in hisce, quæ de ratiocinatione sunt pertractata.*

ANTI. vide i ãno. *Sed dialectita de omnibus, & si aliqua vniuersaliter tentet monstrare cõia, vt quidem omne affirmare, aut negare, aut quod est æqualia ab æqualibus, aut talium quęlibet. Sed dialectica non est sic diffinitorum quorundam, neq; generis alicui vnius. Non.n. interrogaret. Non est.n. interrogare* videsi ãno. *demonstrantem, propter id quod oppositorum esse nõ demonstrat idem. Ostensum aũt est hoc in his, quæ de syllogismo.*

Dial. de quibus & prima philos.

Ostendit q quædam scientię vtuntur principijs communibus alio modo, ẽ dictum est. Dialectica enim est de communibus, & aliqua alia scientia est de cõibus sicut philosophia prima, cuius subiectum est ens, & considerat quę consequuntur ens, vt proprias passiones entis. Sciendum tũ, q alia ratione est de communibus Logica & philosophia prima. Philosophia.n. prima est de communibus, quia eius consideratio est circa ipsas res communes, s. circa ens & partes ei⁹. Et quia circa omnia, quæ sunt habet negotiari ratio, Logica aũt est de operationibus rationis, Logica etiam erit de his, quæ communia, sunt oĩbus idest de intentionibus rõnis, qnæ ad oẽs res se habẽt. Non aũt ita q ipsa Logica sit de ipsis rebus cõmunibus, sicut de subiectis. Considerat.n. Logica sicut subiectum syllogismũ, & enunciationem, & prædicatũ, aut aliquid hmõi Pars aũt Logica, quæ demonstratiua est & sic circa oẽs intentiones versetur, docendo quomodo fiunt demonstratiuæ scientiæ, non tũ procedendo ex communibus intẽtionibus ad aliquid ostendendum de rebus, quæ sunt subiecta aliarum scientiarum. Sed hoc Dialectica facit, quia ex communibus intẽtionibus probat arguendo ad ea, quæ sunt aliarum sciarum, siue sint, propria siue sint cõia, maxime tũ ad cõia. Sicut argumentatur q odium est in concupiscibili, in qua est amur, ex hoc, q contraria sunt circa idem. Est ergo Dialectia de cõibus, non solum quia pertractat intentiones cões rationis, quod toti Logicæ est cõe, sed etiam quia circa cõia rerum argumentatur. Quæcunque autem scientia argumentatur circa cõia rerum, oportet q argumentetur circa principia cõia, quia veritas principiorũ cõium est manifesta ex cognitione terminorum cõmunium, vt entis & non entis, totius & partis, & similium. Dicit autem figuranter {& si aliqua scia tenet,} quia Philosophia prima non demonstrat principia cõia, sunt.n. indemonstrabilia simpliciter, sed aliqui errantes tentauerunt ea demonstrare, vt patet in. 4. Meta. Vel etiam quia & si non possunt demonstrari simpliciter, tũ Philosophus primus tentat monstrare eo modo, quo est possibile. s. cõtradicendo negantibus ea, per ea quæ oportet ab eis concedi, non per ea, quæ sunt magis nota. Sciendum est etiã, quòd primus Philosophus hoc modo non solum demonstrat, ea, sed ẽt aliqd de eis mõstrat, sicut de subiectis, sicut q impsle est mente concipere oppositã, eorum, vt patet in. 4. Met. Cũ ergo disputet circa hęc principia & Philosophus primus & dialecticus, tamen aliter & aliter. Dialecticus. n. non procedit ex aliquibus principijs demonstratiuis, neque assumit alteram partem contradictionis tantũ, sed se habet de vtranq;. Contingit. n. vtranq; qñque vel probabilem esse, vel ex probabilibus ostendi, quę accipit dialecticus. Et propter hoc interrogat, Demonstrator autem non

Idem supra i n'prohe.

Dialect. cõibus dupliciter.

Tex. cõ. 8. 9. 1. exp. 6. & tex. cõ. 9. l. 6. t. ex. 3.

Tex. cõ. 6. l. 1. ex. 3.

non interrogat, quia non se habet ad opposita. Et hæc est differentia vtriusque, quæ posita est in his, quæ de syllogismo sunt idest in libro Priorum in principio. Philosophia, ergo prima procedit circa cõia per modum demonstrationis, & non per modum dialecticæ disputationis.

LECTIO XXI.

In omnibus demonstratiuis scientijs proprias interrogationes, responsiones, & disputationes esse, quibus vt proprijs principijs, vtantur, ostendit.

ARGY. *Quod si eadem est interrogatio ratiocinatiua & propositio contradictionis (sunt aũt in vnaquaque scia propositiones, ex quibus vniuscuiusque propria confeitur rõcinatio) erunt porro quædam interrogationes ad singulas scias attinẽtes, ex quibus at cuiusq; propria ratiocinatio. Patet ergo non omnem interrogationem geometricam esse, nec ad medendi artem oẽm accommodari, & pari modo de cæteris.*

ANTI. *Si autem idem est interrogatio syllogistica, et propositio contradictionis (propositiones autem sunt secundum vnamquãq; scientiam. ex quibus est syllogismus) secundum vnamquanque vtique erit interrogatio scibilis, ex quibus quidem secundum vnamquanque scientia proprius fit syllogismus. Manifestum itaque quòd non omnis interrogatio geometrica vtique erit, neque medicinalis. Similiter autem est & in alijs.*

Postquam ostendit Philosophus qualiter scientiæ demonstratiuæ se habeant circa principia cõia, hic ostendit qualiter se habeat circa propria. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit, q in qualibet scientia sunt propriæ interrogationes, responsiones, & disputationes. In secunda ostendit quomodo in quælibet scientia sint propriæ deceptiones, ibi {Q m aũt sunt geometricæ.} Circa primum duo facit. Primo ostẽdit q in qualibet scientia sunt interrogationes propriæ. In secunda, q in qualibet scientia sunt responsiones propriæ, & disputationes, ibi {Neq; omnem interrogationem vtiq;.} Circa primum duo facit. Primo ostendit, q in qualibet scientia sunt interrogationes propriæ. Secundo quę sunt istæ, ibi {Sed ex quibus aut demonstratur.} Primum sic ostendit. Idem est secundum substãtiam interrogatio syllogistica, & propositio. Propositio aũt accipit alteram partem contradictionis, licet in modo proferendi differant. Hoc.n. quod ad interrogationem respondetur, assumitur vt propositio in syllogismo aliquo. In vnaquaque aũt scientiæ sunt propriæ propositiones ex quibus fit syllogismus. Ostensum est. n, quòd quælibet scientia ex principijs procedit. Ergo in qualibet scientia, sunt propriæ interrogationes. Nõ ergo quælibet interrogatio est geometrica, vel medicinalis, & sic de alijs scientijs. Sciendum tamen est interrogatio aliter est in scientijs demonstratiuis, & aliter est in dialectica. In dialectica. n. nõ solum interrogatur de conclusione sed etiam de præmissis. Demonstrator autem non interrogat de præmissis, sed sumit quasi per se notas, vel per alia principia probat. Sed interrogat solum de conclusione. Et cum eã demonstrauerit, vtitur ea, sicut alia propositione, ad demonstrandum aliquam aliam conclusionẽ.

Le. ime. seq.

Interroga. qualiter idem. & dia.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Sed aut ea, ex quibus aliquid ostenditur, de quibus est ipsa Geometria, aut ea quæ ex eisdem demonstrantur ex quibus Geometria demonstrat, qualia sunt perspectiua. Idem est & in cæteris intelligendum.*

ANTI. *Sed ex quibus, aut demonstratur aliquid eorum, de quibus Geometria est, aut ex eisdẽ demonstratur geometricæ, sicut in speculatiua. Similiter autem & in alijs.*

Primo ostendit quæ interrogationes propriæ vnicuique scientiæ. Et primo inquantum assumuntur vt propositiones, ex quibus demonstrator procedit. Secundo inquantum sumuntur, vt conclusiones, ibi {Et de his quidem.} Dicit ergo primo, quòd interrogationes geometricæ sunt ex quibus demonstratur aliquid circa illa, de quibus est Geometria, aut illa, quæ demonstrantur ex principijs Geometrię eiusdem. Sicut illa, ex quibus demonstratur aliquid in speculatiua scientia idest perspectiua, quæ procedit ex principijs Geometriæ. Et quod dictum est de Geometria, intelligendum est de alijs scientijs, quia scilicet propositio, vel interrogatio dicitur propriæ alicuius scientiæ, ex qua demonstratur in ipsa sciẽtia, vel in scientia subalternata. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque de his ipsis reddenda quoque ratio est ex geometricis principijs, conclusionibusue, sed de principijs non est reddenda ratio geometræ, vt est professor geometriæ. Eadẽ sunt & in cæteris scientijs obseruanda.*

ANTI. *De his quidem rationem ponẽdam esse Geometricis principijs & conclusionibus, sed principiorum rationem non ponendam esse Geometriæ secundum quòd est geometria. Similiter autem & in alijs scientijs.*

Notificat geometricam interrogationem, prout est conclusio. Et dicit, quòd de interrogationibus geometricis ponenda est ratio, demonstratio, s. veritatem ipsarum ex principijs geometricis, & conclusionibus, quæ per ipsa principia demonstrãtur. Non enim cuiuslibet demonstrationis, geometricæ ratio redditur ex primis geometriæ principijs, sed interdum ex his, quæ per prima principia sunt conclusa, Interrogationum autem, quę semper sunt conclusiones in demonstratiuis scientijs, ratio reddi potest in eisdem, sed principiorum ratio non potest, reddi à geometra, secundum quòd geometra est. Et similiter alijs scientijs est. Nulla enim scientia probat sua prima principia, secundum quod ostensum est supra. Et dicit secundum quòd geometra est, quia cõtingit in aliqua scientia proabri principia illius scientię, inquantum scilicet illa scientia assumit principia alterius scię sicut geometra probat sua principia secũdum q assumit formam Philosophi primi. 1. Metaphy. Deinde cum dicit.

Lectio. 29. te. ex. 7.

ARGY. *Nec igitur artificem quemquam quæuis percunctari, nec ad quamuis interrogationẽ de singulis respondere oportet, sed ea tm, quæ in scientia sua determinata sunt. Quod si quispiam cum geometra, vt geometra est, sic deseruit, patet & bene illum esse disceptaturum, si ex ijs ostenderit aliquid. Quòd si non hoc diseruerit modo, non bene, sine dubio disceptabit. Patet etiam illum non redarguere geometram nisi per accidens. Quamobrem inter ignaros geometrice de geometria differendum non est, latebit.n. ia qui dixerit præue. In cæteris etiam scientijs ves sese habet similiter.*

ANTI. *Neque omnem interrogationem vtique est vnumquemque scientem interrogare, neq; secundum omne interrogatũ respondere de vnoquoque, sed quæ sunt secundum scientiam determinatam. Si autem disputat cum geometra, secundum quod est geometra, sic manifestum est quoniam bene. Si ex ijs aliquid demonstraret. Si vero non, non bene. Manifestum est autem quòd non arguit geometram, sed aut secundum accidens. Quare non vtiq; erit in nõ geometricis ad geometria disputãdum, latebit enim praue disputantem. Similiter autem & in alijs se habet scientijs.*

Ostendit q in qualibet scientia sunt propriæ responsiones & disputationes. Et primo q sint propriæ responsiones. Secundo quòd sint propriæ disputationes, ibi {Si autem disputat.} Dicit ergo, quòd ex prædictis patet, q

{non

Universidad de Deusto
Biblioteca

{non contingit vnumquemq; scientem de qualibet quæstione interrogare.} Vnde etiam patet, quòd non contingit de qualibet interrogato respondere, sed solum de his, quæ sunt secundum propriam scientiam, eo quòd ad eandem scientiam pertinet interrogatio & responsio. Et quia ex interrogatione & responsione fit disputatio, cõsequenter ostendit, quòd in qualibet scientia est propria disputatio, dicens, quòd si disputet geometra cum geometra, secundum quod geometra ideſt de his, quæ ad Geometriã pertinet, manifestum est, quòd bene procedit disputatio. Si tamen non solum fiat disputatio de eo, quod est geometriæ, sed etiam ex principijs geometricis procedatur. Si vero non sic fiat disputatio in geometria, non bene disputatur. Si vero aliquis disputet cum geometra non de geometricis, manifestum est quòd non arguit ideſt quòd non conuincit, nisi per accidens, puta si fit disputatio in musica, & contingat geometram per accidens esse musicum. Vnde manifestum est, quòd non est in non geometricis de Geometria disputandum, quia non poterit iudicari per principia illius scientiæ, vtrum bene vel male disputetur. Et similiter se habet in alijs scientijs.

Q6. prima. Lec. 3ce. ime.

Secuda.

Tertia. Per syllogismum decipi dupliciter. Syllogismus peccans in materia.

LECTIO XXII.

Et si in demonstratiuis scientijs nonnunquam interrogationes fiant non propriæ, & falsæ, non propterea aliquis committitur in illis paralogismus.

ARGI. *Cum autem interrogationes sint geometricæ, sunt ne, et in geometricæ? Et interrogationum hæ quæ ab ea prodeunt ignoratione, quæ est dispositio geometricæ ne sunt, et in qua eunque facultatum similiter? Præterea vtra ratiocinationum ab ignoratione proficiscitur, vtrum ea, quæ ex oppositis constat, an ea, quæ constructa est vitiosè?*

ANTI. Tex. cõ. 28. vide i ãnot. *Quoniam autem sunt geometricæ interrogationes, nonne sunt & non geometricæ? Et secundũ vnam quanque scientiam, quę secundum ignorantiam quamlibet, geometricæ sunt? Et vtrum secundum ignorantiam syllogismus sit, qui est ex oppositis syllogismus, aut paralogismus?*

Postquam ostendit Philosophus, q̃ in qualibet scientia sunt propriæ interrogationes, responsiones, & disputationes, hic ostendit quòd in qualibet scientia sunt propriæ deceptiones & ignorantiæ. Et diuiditur in duas partes. In prima mouet quasdam quæstiones. In secunda soluit, ibi {Secundum geometriam vero.} Ponit ergo primo tres quæstiones, quarum prima est. Cum sint quædam interrogationes geometricæ, vt supra ostensum est, nonne sunt etiam quædam non geometricæ? Et quod de Geometria dicitur, potest etiam de qualibet scientia quæri. Secundam quæstionem ponit, ibi {Et secundum vnamquanque.} quæ talis est. Vtrum interrogationes quę sunt secundum ignorantiam, quæ est in vnaquaque scientia possit dici geometricę, & similiter alicui scientia alij propriæ? Dicuntur autem interrogationes secundum ignorantiam alicuius scientię, quãdo de his interrogatur, quæ sunt contra veritatem scientiæ illius. Tertiam quæstionem ponit, ibi {Et vtrum secundum ignorantiam} quæ talis est, In vnaquaque scientia contingit decepi per aliquem syllogismum, quem vocat secundum ignorantiã. Contingit autem per aliquem syllogismũ deceptionem accipere dupliciter. Vno quidem modo, quando peccat in forma non seruando debitam formam syllogismi, & modum. Alio modo, quando peccat in materia, procedens ex falsis. Et est differentia inter hos modos duos, quia illæ qui peccat in materia, syllogismus est, cum obseruentur omnia, quæ ad formam syllogismi pertinent. Illæ aũt, quæ peccati in forma, syllogismus quidem, non est, sed paralogismus ideſt apparens syllogismus. In dialecticis quidem vtroque modo contingit fieri deceptionem. Vnde & in. 1. Top. Arist. facit mentionem de litigioso, qui est syllogismus, & de peccante in forma, qui non est syllogismus, sed apparens. Est ergo quæstio, vtrum syllogismus ignorantiæ, qui fit in scientijs demonstratiuis, sit syllogismus ex oppositis scientiæ, ideſt ex falsis procedens, aut paralogismus scilicet peccans in forma, qui non est syllogismus, sed apparens. Deinde cum dicit.

Cap. 6. Sensus vlq.

ARGI. *At enim in geometricæ interrogationes, aut ex Geometria sint aut ex alia facultate. Nam musica quidem interrogatio si de geometria fiat, ingeometrica est.*

ANTI. *Secundum Geometriam autem, aut quæ ex alia arte, vt musica est interrogatio non geometrica.*

Soluit prædictas quæstiones. Et primo soluit primã. Secundo secundam, ibi {De Geometria autem.} Tertio tertiam, ibi {In doctrinis autem.} Dicit ergo primo, q̃ {interrogatio omnino non geometrica est illa, quæ oĩno fit ex alia arte, sicut ex Musica.} Vt si quæratur in geometria, vtrum totus possit diuidi in duos semitonos æquales, talis interrogatio est omnino non geometrica quia est ex his, quæ nullo modo ad geometriam pertinent.

Solu. 1. q̃

ARGY. *At aquæ distantes putantes concurrere, tum geometrica, tum ingeometrica est. Duplex est. n. ingeometricũ, et per inde atque informe atque alterum ex eo, quia nihil habet geometriæ, vt in forme, quod vocat forma, alterum ex eo, quia aliquid eius praue complectitur, vt informe, quod turpem habet formam fœdamq;. At hæc ignoratio, & quæ ex talibus est principijs Geometriæ contraria est.*

ANTI. *De geometria autem parallelas subire opinari geometrica quodammodo est, & non geometrica alio modo. Dupliciter enim hoc est sicut arithmon, ideſt quod est sine rithmo. Altera quidem non geometrica est in non habendo sicut arithmon, altera vero praue habendo. Et ignorantia hæc quæ est ex huiusmodi principijs contraria est.*

Soluit secundam quæstionem dicens, q̃ {est interrogatio de Geometria} .i. de his, quæ pertinent ad geometriam vt cũ interrogatur de aliquo aliquis, quod est contra veritatẽ geometrię. Sicut si fiat quęstio, de hoc quod est {parallelas subire} .i. lineas æque distantes concurrere {est quodammodo geometrica, & quodammodo non geometrica. Sicut. n. arithmon ideſt q̃d est sine rithmo} vel sono dupliciter dicitur. Vno quidẽ modo, quod nullo modo habet sonum, vt lana, alio autem modo, quod non habet bene sonum, sicut campana non bene sonans, ita interrogatio non geometrica dicitur dupliciter. Vno modo, quia est omnino non geometrica, quasi nihil habens geometriæ, sicut quęstio de Musica proposita. Alio modo, quia praue habet id quod est geometriæ, quia videlicet habet contrarium geometricæ veritati. Ita ergo interrogatio quæ est de concursu linearum æquedistantium, non est non geometrica primo modo cum de sit rebus geometricis, sed secundo modo, quia praue habet id, quod est geometriæ. Et ignorantia hæc, scilicet, quæ est in praue vtendo principijs geometriæ, est contra veritatem geometriæ. Deinde cum dicit.

Solu. 2. q̃

ARGY. *In mathematicis aũt non similiter fraus fit cum differitur quia medũ est semper duplex. Nam alter extremorum de hoc omni, et hoc rursus, identidem de altero dicitur atq; prædicatum non dicitur omne. Hæc aũt licet quasi cernere mentis perceptione, in differendi vero facultatis disceptionibus*

nibus latent. Est ne omnis circulus figura? si designauerit, patet. Sed quidnam vltra? Carmina ne sunt circulus? Continuo patet non esse.

ANTI. Tex. cõ. 23. *In doctrinis autem similiter non est paralogismus, eo quòd medium sit semper dupliciter, & de hoc enim omni, et hoc iterum de alio dicitur omni. Quod autem prędicatur non dicitur omne. Hæc autem sunt vt videre est intellectu. Sed in rationibus latet, vtrum omnis circulus figura sit. Si autem scribatur manifestum est. Quòd autem sunt carmina circulus, manifestum quoniam non est.*

vide i ãnot.

Solu. 3. q̃.

Soluit tertiam quæstionem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, q̃ in demonstratiuis scientijs non fit paralogismus in dictione. Secundo, q̃ non fit extra dictionem, ibi {Non oportet autem.} {Cum autem secundum, sex locos sophisticos; fiat paralogismus in dictione, ex his accipit vnum paralogismum, qui fit secundum æquiuocationem, ostendens, quòd talis paralogismus in scientijs demonstratiuis esse non potest, de quo tamen magis videtur. Dicit ergo, quòd {in doctrinis non fit paralogismus} {scilicet syllogismus peccans in forma, sicut in dialecticis. In demonstratiuis enim oportet medium idem semper esse dupliciter, ideſt ad duo extrema comparari. Quia & de medio maior extremitas vniuersaliter prędicatur, & medium vniuersaliter de minori extremitate. Sed quod prædicatur, non dicitur omne, ideſt signũ vniuersale non ponitur ad prædicatum. In fallacia vero æquiuocationis est quidem idem medium secundum vocem non autem secundum rem. Et ideo quando in voce proponitur, latet. Sed si ad sensum demonstratur, non potest esse aliqua deceptio. Sicut hoc nomen circulus æquiuocę de figura dicitur. & de poemate. Similiter & in rationibus ideſt in argumentationibus latet ideſt deceptio potest accidere, vt si dicatur. Ois circulus, est figura, poema Homeri est circulus, ergo poema Homeri est figura. Si vero scribatur ad sensum circulus, nulla potest esse deceptio. Manifestum enim erit, quòd carmina non sunt circulus. Sicut autem hęc deceptio excluditur per hoc, q̃ medium demonstratur ad sensum, ita & in demonstratiuis excluditur per hoc, q̃ medium demonstratur ad intellectum. Cum enim aliquid diffinitur, ita se habet ad intellectum, sicut id quod sensibiliter describitur, se habet ad visum. Et ideo dicit q̃ hæc, si diffinita in demonstratiuis scientijs, sunt, quæ videtur in intellectu. In demonstrationibus autem proceditur semper ex diffinitionibus. Vnde non potest ibi esse deceptio æquiuocationis & multominus secundum alias fallacias in dictione. Deinde cum dicit.

Reperit ex. 2. elarus.

In dem. non ẽt fal. æqui.

ARGY. *Atq; non oportet inficationẽ ad ipsum afferre, si sit propositio inducliua. Vt. n. neque propositio est ea, quæ non ad plura sese extendit, (non. n. erit de omnibus) vniuersalibus aũt extruitur ratiocinatio, sic patet nec eam inficationem esse, quæ vniuersalis non est. Etenim eædem sunt propõnes, inficationesue. Nam quam affert quispiam inficationem, ea vel differendi, vel demonstrandi propositio fieri potest.*

ANTI. *Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inducliua. Sicut enim neque propositio est, quæ non est in pluribus (non enim ita erit in omnibus) ex vniuersalibus autem est syllogismus, manifestum est quòd neque instantia est. Eædem enim sunt propositiones, & instantiæ. Quam enim fert instantiam, hæc fiet vtique propositio, aut demonstratiua, aut dialectica.*

Ostendit, q̃ non potest fieri paralogismus in demonstratiuis secundum fallaciam extra dictionem. Et quia huiusmodi paralogismis frequenter obuiatur ferendo instantiam per quam, ostenditur defectus in forma syllogizandi, ideo primo ostendit, qualiter ferenda est instantia in demonstratiuis. Secundo ostendit, q̃ in eis non potest esse paralogismus secundum fallaciam extra dictionem, ibi {Contingit autem quoĩdam.} Dicit ergo primo q̃ {non oportet in demonstratiuis ferre instantiam in ipsum} ideſt in aliquem paralogismum, sumendo aliquam propositionem inductiuam ideſt particularem. Nam inductio ex particularibus procedit, sicut syllogismus ex vniuersalibus. Et hoc ideo est, quia in demonstratiuis nõ sumitur propositio, nisi quæ est in pluribus. Nisi enim sit in pluribus non est in omnibus. Oportet autem syllogismum demonstratiuum ex vniuersalibus procedere. Vnde manifestum est, quòd neque instantia potest esse in demonstratiuis, nisi vniuersalis, quia eædem sunt propositiones, & instantiæ. Tam enim in dialecticis quam in demonstratiuis, illud quod sumitur vt instãtia, postea sumitur vt propositio, ad syllogizandum contrarium eius, quod probat. Deinde cum dicit.

Lect. pñti.

ARGY. *Fit autem vt quidam vitiosè concludant, propterea, quod eos medios sumunt, qui terminos vtrosque sequuntur. Quale quidem facit, & Ceneus, ignem gigni multiplicata ratione concludens, hoc pacto. Ignis, vt dicit, celerrime gignitur. Quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur, Hoc autem modo constare ratiocinatio nequit. Sed si celeberrimam generationem multiplicata sequatur ratio, & ignem celeberrima generatio.*

ANTI. vide i ãnot. *Contingit autem quosdam non syllogistice dicere propter id, quod accipiunt vtrisque inhærentia, vt & Ceneus facit quod ignis in multiplicata analogia sit. Nanque ignis cito generatur, sicut dicit, & hoc analogia.*

Ostendit, q̃ in demonstratiuis non accidit deceptio per paralogismos extra dictionem. Et sicut ostenderat supra quòd non erat paralogismus in dictione in demonstratiuis, ostendendo de vno paralogismo, qui fit secundum fallaciam æquiuocationis, ita hic ostendit, quòd in demonstratiuis non est paralogismus extra dictionem, ostendendo de vno, qui fit secundum fallaciam consequentis. Patet enim quòd secundum alias fallacias extra dictionem non potest fieri paralogismus in demonstratiuis. Neque enim secundum accidens, cum demonstrationes procedat ex his quæ sunt per se. Neque secundum quid, & simpliciter, cum ea quæ in demonstrationibus sumuntur, sint vniuersaliter, & semper, & non secundum quid. Circa ergo hoc duo facit. Primo ostendit, qualiter fiat paralogismus secundum fallaciam consequentis. Secundo, quòd ex hoc modo non accidit deceptio in demonstratiuis, ibi {Aliquando quidem.} Dicit ergo primo, quòd {quoĩdam non contingit syllogistice dicere} ideſt non seruare formam syllogismi, propter hoc, quòd accipiunt vtranque inhærentiam, ideſt quia accipiunt medium affirmatiue prædicatum de vtroque extremorum quod est syllogizare in secunda figura ex duabus propositionibus affirmatiuis, quod facit fallaciam consequentis. Sicut facit quidam Philosophus nomine Ceneus, ad ostendendum, quòd ignis sit in multiplicata analogia, id est quòd in maiori quantitate generatur ignis quam fuerit corpus ex quo generatur, eo quòd ignis cum sit rarissimum corpus, per rarefactionem ex alijs corporibus generatur. Vnde oportet quòd materia prioris corporis sub maioribus dimensionibus extendatur, formam ignis assumens. Ad hoc autem probandum vtebatur tali syllogismo. Quod generatur ex multiplicata analogia cito generatur, sed ignis cito generatur, ergo ignis generatur ex multipli-

Cur tñ de falsa consequentis.

Falla. consequẽtis quid facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multiplicata analogia. Deinde cum dicit.

ARGI. *Interdum igitur fieri nequit, vt ex ijs, quæ sumuntur ratiocinatio construatur, interdum vero fieri potest, sed non curatur.*

ANTI. *Aliquando quidem igitur syllogizare non contingit ex acceptis, aliquando vero contingit, sed non videtur.*

Ostendit q̃ per hunc modum syllogizandi non accidit deceptio in demonstratiuis scientijs. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat, q̃ ex hoc modo syllogizandi nõ semper accidit deceptio, dicens quòd aliquando secundũ supra dictum modum arguendi non contingit syllogizare ex acceptis, quando scilicet termini non sunt conuertibiles. Non enim sequitur. Si omnis homo est animal, quòd quicquid est animal sit homo. Aliquando vero contingit syllogizare scilicet in terminis conuertibilibus. Sicut enim sequitur. Si est homo, est animal rationale mortale. Ita etiam sequitur econuerso. Si est animal rationale mortale, sequitur quòd sit homo. Sed tamen non videtur, quòd sequatur syllogistice, quando non seruatur debita forma syllogismi. Secundo ibi cum dicit.

ARGI. *Quod si fieri non posset, vt verum ostendatur ex falsis, facile esset resoluere. Conuersio namque necessario fieret. Si enim A verum, quod cum sit, hæc sunt, quæ quidem esse scio, veluti B. Ex his igitur illud esse ostendam.*

ANTI. vide i ãnot. *Si autem esset impossibile ex falso verũ monstrare, vtiq; facile esset resoluere. Conuerteretur enim ex necessitate. Sit enim a esse. Hoc autem cum sit, & ea vtiq; sunt, quæ noui, quoniam sunt, vt b, ex his demonstrabo quòd illud est.*

Prima ra. in demõ. syllogismis sine deceptione.

Ostendit, q̃ in demonstratiuis scientijs contingit præ dicto modo syllogizari sine deceptione. Et hoc ostendit tripliciter. Primo sic. Secundum prædictum modum syllogizandi accidit deceptio ex eo, q̃ non conuertitur consequentia, quam putat conuerti, in qua non accidet deceptio, si quemadmodum conclusio est vera, sic præmissæ sint veræ, tunc. n. in conuertendo non accidet deceptio. Sicut si dicam de Sorte, Sortes est homo, ergo Sortes est animal, nulla deceptio falsitatis sequitur. Sicut si econuerso arguatur sic, Est animal, ergo est homo. Sed si præmissa est falsa, conclusione existente vera, tunc accidit deceptio in conuertendo. Sicut si dicam. Si asinus est homo, est animal, ergo si est animal, est homo. Si ergo ex falsis esset impossibile ostendere verum, & semper oporteret verum ostendit ex veris, tunc facile esset resoluere conclusionem in principia absque deceptione, quia nulla falsitas esset si ex conclusione inferretur aliqua præmissarum. Tali. n. suppositione facta conuertetur de necessitate conclusio & præmissa, quantum ad veritatẽ. Sicut. n. præmissa existente vera, conclusio est vera, ita & econuerso. Si. n. q̃ a sit & hoc posito, sequitur, eadem esse de quibus certum est nihil q̃ sunt vera sicut b. Vnde cũ vtrunque sit verum, ex hoc etiam, s. ex b potero iterum inferre a. Sic ergo vna rõ est, q̃ deceptio non accidit in demonstratiuis scientijs per fallaciã consequẽtis, qa in demõstratiuis scientijs imposse est syllogizari ex fallis, sicut ostensum est supra. Secundam rationem ponit ibi.

Cur in demõ. non esse falla. consequentis. Lec. 13. tex. expo. 8.

ARGY. *Conuertuntur autem ea magis, quæ in mathematicis sunt, quia nullum accidens, sed diffinitiones, accipiunt, atq; hoc etiam ipso a differendi differunt facultate.*

ANTI. *Conuertuntur autem magis, quæ sunt in mathematicis quoniam nullum accidens recipiunt, sed id hoc differunt ab hijs, quæ sunt in dialogis, sed diffinitiones.*

In terminis enim conuertibilibus non accidit deceptio per fallaciam consequentis, eo q̃ in his consequentia conuertitur. Illa vero, quæ sunt in mathematicis ideſt in demonstratiuis scientijs, vt plurimum sunt conuertibilia, quia non accipiunt pro medio aliquod prædicatum per accidens, sed solum diffinitiones, quæ sunt demonstrationis principia, vt ostensum est. } Et in hoc differunt ab his, quæ sunt in dialogis } ideſt in dialecticis syllogismus in quibus frequenter recipiuntur accidentia. Tertiam rationem ponit ibi.

Lect. 16 tex expo.

ARGY. *Accrescit etiã ratiocinatio non per media sed assumẽdo nam a de b sumitur, & hoc c & hoc rursus de d. Datq; hoc in infinitum procedit. Versus quoq; latus eius fit incrementum. A nanq; de c atq, de e concluditur. Sit. n. a quidẽ numerus absolute, b uero simpliciter numerus impar, & c definitur numerus impar, a igitur de c concludetur. Altera rursus in parte. D quidem sit par numerus simpliciter sumptus, e vero definitus numerus par. a igitur de e concludet.*

ANTI. vide i ãnot. *Augentur autem non per media, sed in post assumendo vt a de b hoc autem de c iterum hoc de d & hoc in infinitũ. Et in latus. vt a de c et de e vt est numerus quantus finitus aut infinitus. Hoc autem in quo sit a, impar numerus quantus in quo b, numerus impar in quo sit c. Est itaq; a de c & est par quantus numerus, in quo sit d par numerus in quo est C. Est ergo a de e.*

Quæ talis est. In demonstratiuis scientijs sunt determinata principia, ex quibus proceditur ad conclusiones. Vnde ex conclusionibus potest rediri in principia, sicut ex determinatis determinatum. Quod autem demonstrationes ex determinatis principijs procedant, ex hoc ostendit quia } demonstrationes non augentur per media } ideſt in demonstrationibus non assumuntur plura media ad vnam conclusionem demonstrandam. Quod intelligendum est in demonstrationibus propter, quid de quibus loquitur. Vnius enim effectus non potest esse nisi vnica causa propria propter quam est. Sed licet non multiplicentur per media demonstrationes, multiplicantur tam duobus modis. Vno modo, in post assumendo ideſt in assumendo medium sub medio. Sicut sub a sumitur b, & sub b sumitur c, sub c d & sic in infinitum. Sicut cum habere tres angulos probatur de triãgulo, per hoc, quòd est figura habens angulum extrinsecum equalem duobus intrinsecis sibi oppositis, & de isochele per hoc, quòd est triangulus. Alio modo multiplicantur in latus, sicut cum a probatur de c de e Verbi gratia. Omnis numerus quantus, aut est finitus. Et hoc ponatur in quo sit a scilicet esse finitum vel infinitum. Sed impar est numerus quantus. Et hic scilicet numerus quantus ponatur in quo sit b sed numerus impar ponatur in quo sit c. Sequitur ergo, quòd a prædicetur de c, ideſt, quòd numerus impar sit numerus finitus vel infinitus. Et similiter potest iterum concludi de numero pari, & per idem medium. Potest autem & hæc pars, quæ incipit ibi } Augentur aute ni } introduci aliter. Vt quia dixerat, quòd in demonstratiuis assumuntur diffinitiones pro medijs, vnius autem rei vnica est diffinitio, ex hoc sequitur, quòd demonstrationes non augeantur per media.

Introducit alia pars per.

LECTIO XXXII.

Duplicem differentiam in eadem scientia demonstrationis quia & propter quid ostẽdens, quomodo demonstratio quia per effectum conuertibilem, & non conuertibilem fiat, docet.

ARGY. *Differt autem scire esse & propter quid est, primo quidẽ in eadem scientia. Atque in hoc dupliciter, vno quidem modo, si ratiocinatio non per ea, quæ vacant medio fiat, non. n. prima sumitur causa, scientia autem eius propter quid est per primam sit causam. Alio vero modo, si per ea quidem quæ*

que vacant medio, non tamen per causam, sed per notius eorum, quæ conuertuntur efficitur. Atq; nihil prohibet vt eorũ, quæ de sese mutuo prædicãtur, notius interdũ sit id quod non est causa. Quare demonstratio per idipsum efficitur.

ANTI. Tex. cõ. 36. *Sed quia differt et propter quid scire. Primum quidem in eadem scientia, & in hac dupliciter. Vno quidem modo si non per non medium fiat syllogismus. Non. n. accipitur prima causa. Sed quæ est propter quid scientia secundum primam causam. Alio vero modo si per non per media quidem, sed non per causam, sed per conuertentia & per notius. Prohibet. n. nihil æqua prædicãtium notius esse aliquando non causam. Quare per hanc erit demonstratio.*

Postquam Philosophus determinauit de demonstratione propter quid, hic ostendit differentiam inter demonstranionem quia, & demonstrationẽ propter quid. Et circa hoc duo facit. Primo ponit differentiam vtriusque in eadem scientiam. Secundo in diuersis, ibi } Alio aũt modo. } Circa primum duo facit. Primo ponit dupliLectio. 15. cem differentiam vtriusque demonstrationis in eadem scientia. Secundo manifestat per exempla, ibi } Vt q̃ pro pe sint planete. } Dicit ergo primo. Superius dictum est q̃ demonstratio est syllogismus faciens scire, & q̃ demonstratio ex causis rei procedit ex primis et immediLect. 4. tex. expo. 7. tis. Quod intelligẽdum est de demonstratione propter quid. Sed tũ differt scire, quia ita est, & propter quid ita est. Et cum demõstratio sit syll's faciens scire, vt dictum est, oportet etiam, q̃ demonstratio quæ facit scire quia, differat a demõstratione quę facit scire propter quid. Et hæc quidem differentia cõsideranda est in eadem scientia, postea consideranda est in diuersis. In vna autem, dicitur dupliciter differre vtrunq; prædictorum, s'm duo, quæ requirebãtur ad demonstrationem simpliciter, quę facit scire propter quid scilicet q̃ sit causis, & sic ex immediatis. Vno igitur mõ differt scire quia, ab hoc quod est scire propter quid, quia scire quia est, si non fiat syll's demonstratiuus per non medium, i. per immediatum, sed fiat per mediata. Sic. n. non accipietur prima causa, cum tũ sciẽtia, quę est propter quid sit, s'm primam causam. Et ita non erit scientia propter quid. Alio modo differt scire quia est quando fit syll's non quidem per media. i. per media, sed per immediata, & nõ fit per causam, sed fit per conuertentia. i. per effectus conuertibiles, & immediatos. Et ista talis demonstratio fit per notius, s. nobis, alias non faceret scire. Non. n. peruenimus ad cognitionem ignoti nisi per aliquid magis notũ. Nihil. n. prohibet duorum æqualæ prędicantium. i. conuertibilium, quorum vnum sit causa, & aliud effectus, notius esse aliquando non causam, sed effectũ magis. Nam effectus aliquando est notior causa, quo ad nos & secũdum sensum, licet causa sit notior simpliciter, & secũdum naturam, Et ita per effectum notiorem causa, potest fieri demonstratio, non faciens scire propter quid, sed tantum quia. Deinde cum dicit.

ARGY. *Veluti vagas stellas esse prope, quia non micant. Vagæ stellæ sunt c, non micare b, prope esse collocetur in a. Veræ igitur b dicetur de c, vagæ nanq; stellæ non micant. At veræ etiam a de ipso dicetur b quod. n. non micat ideſt propinquum. Hoc autem per inductionem vel sensum sumatur. a igitur necesse est ipsi competere C. Quare demonstratiũ est vagas esse propinquas. Hæc igitur ratiocinatio non est ipsius propter quid est. Non. n. quia non micant, vagantes stellæ ideo sunt prope, sed quia sunt prope, ideo non micant.*

ANTI. *Vt quod prope sunt planete per id, quod non scintillant. Sint in quo c planetæ, in quo b nõ scintillare, in quo a pro prie esse. Verum igitur est b c. dicere, planetæ enim non scintillant. Sed et a de b non scintillans enim prope est. Hoc autem accipitur per inductionem aut per sensum. Necesse est ergo a ipsis c ineſſe. Quare monstratum est quòd erratice prope sunt. Hic igitur syllogismus non est propter quid, sed quia. Non enim ex eo quòd non scintillant, prope sunt, sed propter id quod prope sunt, non scintillant.*

Manifestat prędictam differentiam per exempla. Et diuiditur in duas partes. In prima manifestum exemplũ de demonstratione quia, quæ est per effectum. In secunda de demonstratione quia, quæ est per causam mediatam, ibi } Amplius in quidem medium. } Prima in duas. In prima ponit exemplum de syllogismo, qui fit per effectum conuertibilem. In secunda de syllo, qui fit per effectum non conuertibilem, ibi } In quibus aũt media. } Prima diuiditur in duas partes, s'm duo exẽpla, quę ponit. Secunda pars incipit, ibi } Item sic lunam. } Circa primũ duo facit. Primo ponit exemplum de demonstratione quia, quæ est per effectum. Secundo docet qũo posset cõuerti in demonstrationem propter quid, ibi } Contingit autem. } Dicit ergo primo, quòd demonstratio quia est per effectum. Vt si quis cõcludat, quod planetæ sunt prope, propter hoc, quòd non scintillant. Non. n. non scintillare est causa, quòd planetæ sint prope, sed econuerso. Propter hoc. n. non scintillant planetæ, quia sunt prope. Stellæ enim fixa scintillant, quia vitus in comprehen- Cur stellæ fixæ scintillant. sione earum calligatur propter earum distantiam. Formetur ergo syllogismus sic. Omne nõ scintillans est prope planetæ sunt non scintillantes. ergo sunt prope. Sit in quo c planetæ, ideſt accipiatur planetæ, quasi minor extremitas. In quo autem b sit non scintillare. i. non scintillare accipiatur medius terminus. In quo aũt a sit ,ppe esse ideſt prope esse accipiatur vt maior extremitas. Vera igitur est hęc propositio. Omne c est b quia planetæ nõ scintillant. Et iterum verum est quòd b sit a quia ois stella non scintillans prope est. Huiusmodi autem propositionis veritas oportet quòd accipiatur per inductionem, autem per sensum, quia effectus hic est notior causa. Et sic sequitur conclusio, quòd omne c sit a. Et sic demonstratum est, quòd planetæ non scintillantes sinæ stellæ erraticæ sunt prope. Hic igitur syllogismus non est propter quid, sed quia. Non enim propter hoc, quòd scintillant planetæ, sunt prope, sed propter id, quòd prope sunt, non scintillant. Deinde cum dicit.

ARGY. *Fieri etiam potest, vt per alterum, alterum ostendatur, atque tunc erit ipsius propter quid est, ratiocinatio. Nam stellæ vagantes quidem sunt c prope autem esse in B & nõ micare collocetur in A. Et B igitur competit ipsi C nam vagantes stellę sunt prope, & A constat ipsi competere B, ea nanque non micant, quæ prope sunt. Quibus fit vt A quoq; competat ipsi C. Atque hæc est ratiocinatio ipsius propter quid est. Nam sumpta est ipsa causa prima.*

ANTI. *Contingit autem & per alterum alterum monstrare, & erit per propter quid demonstrationem. Vt sit C erraticæ, in quo B prope esse, A non scintillare. Est igitur & B in C, quare & in C A & in B A, quod est non scintillare. Et erit propter quid syllogismus. Accepta est enim prima causa.*

Docet quomodo demonstratio quia, conuertatur in demonstrationem propter quid. Et dicit, quòd } cõtingit per alterum demõstrare alterũ, } Ideſt propter hoc quòd est prope esse demonstrare quòd nõ scintillant, & sic erit demonstratio propter quid. } Vt sit c erraticæ. } ideſt accipiatur stella erratica minor extremitas. } In quo b sit prope } ideſt prope esse, accipiatur vt medius terminus, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod supra erat maior extremitas.{a sit non scintillare.} ideſt accipiatur,non scintillare, maior extremitas, quod supra erat medius terminus. Eſt igitur & b in c quia omnis planeta prope eſt, & a eſt in b quia omnis planeta, qui prope eſt,non scintillat. Quare sequitur quòd & a sit in c scilicet,quòd omnis planeta non scintillet. Et sic eſt syllogiſmus propter quid, cum accepta sit, prima & immediata causa. Deinde cum dicit.

ARGY. *Rursus vt sit luna per accretiones demonſtretur eſſe rotunda,quemadmodum quidam demonſtrant. Nam ſi rotundum eſt id omne, quod ſit accreſcit,luna aũt ſic accreſcit, perſpicuum eſt lunam eſſe rotundam. Atq; hoc quidem modo ea facta eſt ratiocinatio,qua ipſum eſſe oſtenditur. At ſi medium contra ponatur, extructur ipſius propter quid eſt rõcinatio. Non.n.ob excretiones tales,rotũda eſt luna, ſed quia eſt figuræ rotundæ,ideo talia ſuſcipit incremẽta. Atq; ſit in c luna, rotundum in b ſit,accreſcere ponatur in a.*

ANTI. vide i ãnot. *Item ſic lunam demonſtrant, quia per incrementa circularis ſit. Sic quidem igitur ipſius quia factus eſt ſyllogiſmus econuerſo,aut poſito aut medio,ipſius propter quid ſit. Nõ enim propter augmẽta circularis eſt,ſed quia circularis eſt accipit augmenta huiuſmodi. Luna in quo c,in quo b augmentum ſit,in quo a circularis.*

Ponit aliud exemplum dicens,quòd{ſic}ideſt demonſtratione faciẽte ſcire quia,{demonſtrant, quòd luna sic circularis per incrementa,} quibus, ſcilicet omni menſe augetur,& minuitur,ſic arguentes. Omne quod ſic augetur,quaſi circulariter,circulare eſt,augetur autem ſic luna,ergo eſt circularis.{Sic igitur tactus eſt ſyllogiſmus, demonſtrans quia. Sed econuerſo, poſito, medio ipſius, fit ſyllogiſmus propter quid}ſcilicet ſi ponatur circulare vt medius terminus,& augetur maior extremitas.{Non enim ideo eſt circularis luna,} quia ſic augetur,{ſed quia circularis eſt ideo talia augmenta recipit.} ſit ergo{luna in quo c}ideſt minor extremitas, {augmẽtum in quo b} ideſt medius terminus,{Circulariter autem in quo a}id eſt maior extremitas. Et hoc intelligendum in ſyllogiſmo propter quid.

Vlti. Notandum.

Deinde cum dicit.

ARGY. *In quibus autem ipſa media non conuertuntur,& eſt id notius,quod non eſt cauſa,oſtenditur quidem eſſe, ipſum autem propter quid eſt,non demonſtratur.*

ANTI. *In quibus autem media non conuertuntur ſed tranſcendunt, & eſt notius quod non eſt cauſa, quia demonſtratur quidem,ſed propter quid non.*

Syllogiſmũ per effec. nõ cõuertibilẽ fieri & quo.

Oſtendit quod sit demonſtratio quia,per effectũ non conuertibilem,dicẽs,quòd illis etiam ſyllogiſmis{in quibus media non conuertuntur}cum extremis,et accipitur vt notius quo ad nos, ſcilicet loco medij, {quod non eſt cauſa}{ſed magis effectus,} demonſtratur quidem quia, ſed non propter quid. }Et quidem ſi tale medium conuertatur cum maiori extremitate, & excedat minorem, manifeſtum eſt, quòd conueniens ſit ſyllogiſmus. Sicut ſi probetur de venere,quòd ſit prope,quia non ſcintillat. Si autem econuerſo minor terminus eſſet in plus quàm medium, non eſſe conueniens ſyllogiſmus. Non enim poteſt de ſtella vniuerſaliter concludi,quòd ſit prope, ꝓpter hoc quòd non ſcintillant. In comparatione aũt ad maiorem terminum, eſt econuerſo. Nam ſi medium ſit in minus quàm maior terminus, conueniens ſit ſylls. Sicut ſi p hoc,quod eſt moueri motu progreſsiuo, probetur de aliquo ꝙ habeat animam ſenſibilem. Si autem ſit in plus, non ſit cõueniens ſyllogiſmus. Nam ab effectu, quia plu ribus cauſis procedere poteſt, nõ poteſt vna illarum con cludi. Sicut non poteſt concludi,quòd aliquis habeat febrem,ex excitatione pulſus.

Ab effectu quia plu. cauſis proce. poteſt.

LECTIO XXIIII.

Naturam demonſtrationis quia, quæ eſt per cauſam mediatam exponit.

ARGY. *Præterea in his,quibus medium extra ponitur,& in his enim ipſis eſt ipſius eſſe & nõ ipſius propter quid eſt demonſtratio. Non enim dicit cauſam ipſam.*

ANTI vide i ãnot. *Amplius in quibus medium extra ponitur, & in his enim ipſius quia, non propter quid, demonſtratio eſt. Non enim dicitur cauſa.*

Poſtquã manifeſtauit Philoſophus per exempla qualiter demonſtratur quia per effectum,hic oſtendit, qualiter demonſtratur quia per non immediata. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo oſtendit,qualiter in huiuſmodi demonſtrationibus media ſe habeant ad cõcluſiones, ibi{Cumparantur autem huiuſmodi &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit intentum. Secundo manifeſtat per exempla, ibi{Vt quia non reſpirat.} Tertio ordinat in forma ſyllogiſtica, ibi{Syllogiſmus autem.} Dicit ergo primo,quòd non ſolum in his, quæ probantur per effectum {demonſtratur quia, & non propter quid ſed etiam in quibus medium extraponitur.} Medium extraponi.

Dicitur autem medium extraponi, quando eſt diuerſum a maiori termino, vt accidit in ſyllogiſmis negatiuis. Vel medium extraponi dicitur, quando medium eſt quaſi communis, & non conuertitur cum maiori termino. Quod autem per tale medium non poſſit demõſtrari propter quid,probat ex hoc,quòd demonſtratio propter quid,eſt per cauſam. Tale aũt mediũ non eſt per cauſam propriæ loquendo. Deinde cum dicit. Aliter.

ARGY. *Veluti propter quid pariens non reſpirat,quia non animal eſt. Nam ſi hoc non reſpirandi cauſa eſt,oportebat animal reſpirandi cauſam eſſe. Ceu ſi negatio cauſa eſt non eſſendi.affirmatio cauſa eſt eſſendi,vt ſi calidorum, ac frigidorum intemperatio ſanitatem nõ habendi cauſa eſt, eorum dem temperatio ſanitatem habendi cauſa eſt. Pari quoque modo ſi affirmatio eſſendi cauſa eſt. Ad hæc autem, hæc Non enim animal omne reſpirat.*

ANTI. Pria proba. Anacharſi. *At quare non reſpirat paries? quia non eſt animal. Si.n. hoc cauſa eſt non reſpirandi, oportet animal cauſam eſſe reſpirandi. Vt ſi negatio cauſa eſt ipſius non eſſe affirmatio eſt eſſe. Sicut ſi ſine menſura eſſe calida & frigida non ſanandi cauſa eſt, & cum menſura eſſe ſanandi cauſa eſt. Similiter autem eſt ſi affirmatio ipſius eſſe, & negatio non eſſe. In his autem ſic demonſtratis,non contingit quod dictũ eſt. Non enim omne reſpirat animal.*

Manifeſtat quod dixerat per exemplum. Et dicit. Vt ſi quis vellet probare, ꝙ{nõ reſpirat paries quia non eſt animal,} non demonſtrat propter quid, nec accipit cauſam. Quia{ſi non eſſe animal, eſſet cauſa non reſpirandi oporteret,quòd eſſe animal, eſſet cauſa reſpirãdi,} quod falſum eſt. Multa enim ſunt animalia, quæ non reſpirant ſicut piſces. Oportet enim ſi negatio eſt cauſa negationis quòd affirmatio, ſit cauſa affirmationis, ſicut non eſſe calidum & frigidum in menſura eſt cauſa, quòd aliquis nõ ſanetur, & eſſe calidum & frigidum & in mẽſura, eſt cauſa, quòd aliquis ſanetur. ſimiliter autem econuerſo eſt, ꝙ ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis. In præmiſsis autem hoc non contingit, quia affirmatio non eſt cauſa affirmationis, quia{non omne ꝙ eſt animal reſpirat,} Deinde cum dicit,

Atque

ARGY. Vide in annotatione. *Atque ratiocinatio cauſæ talis in meda ſit figura. A nan que ſit animal, b reſpirare, paries c. Igitur ipſum a cuilibet quidem b competit,omne nanque quod reſpirat,animal eſt, nulli autem ineſt c. Quare neque b cuipiam competit c. Paries igitur non reſpirat.*

ANTI. *Syllogiſmus autem ſit huiuſmodi cauſæ in media figura. Vt ſit a animal, in quo b reſpirare, in quo c paries. In b quidem igitur omni eſt a, omne enim reſpirans animal eſt, in c aũt nullo. Quare b in c nullo eſt. Non igitur reſpirat paries.*

Ordinat prædictum exemplum in forma ſyllogiſtica. Et dicit, ꝙ ſyllogiſmum prædictum oportet fieri in media figura. Et hoc ideo eſt,quia in prima figura,non poteſt eſſe concluſio negatiua, ita ꝙ maior ſit affirmatiua,quod oportet in prædicto exemplo eſſe. Nam reſpirare,quod eſt maior extremitas,oportet quòd coniungatur cum animali,quod eſt medius terminus ſm affirmationem. Sed paries, quod eſt minor extremitas, oportet quòd cõiungatur cum animali,quòd eſt medium, ſecundum negationem. Et ſic oportet,quòd maior ſit affirmatiua & minor negatiua. Quod quidem nũquam fit in prima figura,ſed ſolum in ſecunda. Accipiatur ergo animal a.i.medius terminus b reſpirare.i.maior extremitas, & paries c.i.minor extremitas.{Sit ergo a in omni b,} quia omne reſpirans eſt animal.{In nullo autem c eſt a,} quia nullus paries eſt animal. Quare ſequitur,quòd etiam b in nullo c ſit.i.quòd nullus paries reſpiret. Si autem accipere tur medium propioquum, eſſet demonſtratio propter quid. Vt ſi oſtenderetur, quòd paries non reſpiret, quia non habet pulmonem. Omne enim habens pulmonem, reſpirat, & econuerſo. Deinde cum dicit.

ARGY. *Tales vero cauſæ ſimiles ſunt hiſce,quæ per exuperationem dicuntur. Hoc autem eſt mediũ id dicere,quod ſuperat cauſam,cuius generis eſt. Anacarſidis illud,in ſcythia modulatrices non ſunt,nam neque vites.*

ANTI. Vide in annotatione. *Comparantur huiuſmodi cauſarum ſecundum excellentiam dictis,hoc autem eſt plurimum diſtantem medium dicere, ſicut eſt illud quod Anacharſis in Scythis, quod non ſunt ſibilatores,neque enim vites.*

Oſtendit quomodo media ſe habeant ad concluſionem dicens, quòd huiuſmodi cauſę remotæ comparantur dictis ſecundum excellentiam quia,excedunt cõmunitatem concluſionis probandæ. Et hmõi medium contingit dicere,quòd eſt multum diſtans. Vt patet in probatione Anacharſidis,qui probat, quòd apud Scythas non ſunt ſibillatores,probat hoc quòd nõ ſunt ibi vites. Hoc enim eſt medium valde remotum. Propinquum.n.eſſet, non habere vinum,& adhuc propinquius,non bibere vinum,ex quo ſequitur lititia cordis quę mouet ad cantandum,vt ſic ſibillatio, pro cantu intelligatur. Vel melius poteſt dici,quòd ſibilius hic accipitur non pro quolibet cantu,ſed pro cantu vindemiantium,quod vocatur celeuma. Deinde cum dicit.

ARGY. Vide in annotatione. *In eadem igitur ſcientia, & in mediorum, poſitione, hæ ſunt differentiæ ratiocinationis ipſius eſſe,ad ipſius propter quid eſt ratiocinationem.*

ANTI. *Secundum quidem igitur eandem ſcientiam, & ſecundũ eorundem poſitionem, hæ differentiæ ſunt ipſius quia, ad eum,qui eſt propter quid ſyllogiſmum.*

Epilogat quod dixerat,dicens,quòd hæ ſunt differentiæ ſyllogiſmi quia,ad ſyllogiſmum,cui eſt propter quid in eadem ſcientia, {& ſecundum eorundem poſitionẽ,} ideſt eorum qui habent,eundem ordinem. Quod dicitur ad remouendum illud, quod poſſet dicere, quòd vna ſcientia eſt ſub altera.

LECTIO XXV.

Vt oſtẽdat quomodo diuerſis in ſcientijs ipſum quia à propter quid ſe iungitur, quomodo ſcientiæ diuerſe ſumantur declarat, quo pacto item talibus, demonſtrationibus vtuntur, exponit.

ARGY. *Alio vero modo differunt eſſe, & propter quid eſt,quòd per aliam, atque aliam vtrunque conſideratur.*

ANTI. *Alio autẽ modo differt propter quid ab ipſo quia, quod eſt per aliam ſcientiam, vtrunque ſpeculari.*

Poſtquam oſtendit Philoſophus, qualiter demonſtratio quia differt ad demonſtrationem propter quid, in eadem ſcientia, hic oſtendit quomodo differt in diuerſis ſcientijs. Et circa hoc duo facit. Primo proponit intentum,dicens,quòd alio modo a prædictis differt propter quid ab ipſo quia, ꝙ hoc quòd in diuerſis ſcientijs conſiderantur,i.quòd ad vnam ſcientiam pertinet propter quid, & ad aliam ſcientiam quia. Secundo cum dicit.

ARGY. *Tales autem ſunt hæ,quæ ita ſe habent vt altera ſub altera collocetur,vt ad Geometriam Perſpectiua,& ad ſolidorum ſcientia, machinarum facultas extruendarum, & ad Aritmeticam Muſica,& ad Aſtrologiam ſeſe habet eorum ſcientia,quæ apparent.*

ANTI. *Huiuſmodi autem ſunt quæcunq; ſic ſe habent adinuicem,quòd alterum ſub altero eſt, vt ſpeculatiua ad Geometriam,& Machinatiua,ad Stereometriam, & Harmonica ad Aritheticam, & Apparentia ad Aſtrologiam.*

Manifeſtat propoſitũ. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum in ſcientijs, quarum vna eſt ſub altera. Secundo in ſcientijs, quarum vna eſt ſub altera, ibi{Multæ autem non ſibi.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter ſe habeant ſcientię adinuicem quarum vna eſt ſub altera, ad quarũ vnam pertinet propter quid,ad alteram autem quia. Secundo oſtẽdit, quomodo in prædictis ſcientijs ad vnam eorum pertinet quia, & ad aliam propter quid, ibi {Hoc enim ipſum &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo prædictæ ſcientiæ ſe habeant adinuicem ſecundum ordinẽ. Secundo oſtendit qualiter ſe habeant adinuicẽ ſm conuenientiam ibi{Fere aũt vniuoce.} Dicit ergo primo quòd huiuſmodi ſcientiæ ſunt. ſ.ad quarum vnam pertinet quia, ad aliam autem propter quid. quæcunq; ſic ſe habent ad inuicem,quòd altera eſt ſub altera. Hoc aũt contingit dupliciter. Vno quidem modo qñ ſubiectum vnius ſcientię eſt ſpecies ſubiecti ſuperioris ſciẽtiæ, ſicut animal eſt ſpecies corporis naturalis,& ideo ſcientia de animalibus eſt ſub ſcientia naturali. Alio autem modo qñ ſubiectum inferioris ſcientiæ, non eſt ſpecies ſubiecti ſuperioris ſcientiæ, ſed ſubiectum inferioris ſcientiæ, comparatur ad ſubiectũ ſuperioris, ſicut materiale ad formale. Et hoc modo accipit hic vnam ſcientiam eſſe ſub altera, ſicut ſpeculatiua. i.perſpectiua ſe habet ad geometriam Geometria enim eſt de linea & alijs magnitudinibus. Perſpectiua autem eſt circa lineam determinatam ad materiam.i.circa lineam viſualem. Lignea autem viſualis, non eſt ſpecies lineæ ſimpliciter, ſicut nec triangulus ligneus eſt ſpecies trianguli. Non enim ligneum eſt differentia trianguli. Et ſimiliter Machinatiua ideſt ſcientia de faciẽdis machinis ſe habeat ad ſtereometram.i.ad ſcientiã quæ eſt de menſurationibus corporum. Et hæc ſcientia dicitur eſſe ſub ſcientia per applicationem formalis ad materiale. Nam menſuræ corporum ſimpliciter comparantur ad menſuras lignorum & aliarum materierum, quæ requiruatur ad machinas per applicationem formalis ad materiale. Et ſimiliter ſe habet harmonica.i.muſica, ad arithmeticam. Nam muſica applicat numerum formalem, quem

Vnã ſcien. eẽ ſub alte. dupliciter.

Vnam ſcien eſſe ſub al p appli.fo malis ad in teriale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

considerat arithmeticus ad materiam, ideſt ad ſonos. Et ſimiliter ſe habent apparentia ideſt ſcientia naualis, quæ conſidrat ſcientia apparentia ſerenitatis vel tempeſtatis, ad aſtrologiam, quę conſiderat motus et ſitus aſtrorum.

ARGY. Deinde cum dicit.

Atque harum nonnullæ ſcientiarum nomine rationeue fere conueniunt, ceu aſtrologia eſt et ipſa mathematica, & naugandi ſcientia, & muſica, ea eſt, quæ mathematica, & quæ auditum oblectat.

ANTI. Vide in annotatione. *Fere autem vniuocæ ſunt harum quædam ſcientiam, vt aſtrologia mathematica, quæ & naulis eſt, & harmonica, & arithmetica, quæ eſt ſecundum auditum.*

Oſtendit, qualiter ſe habent prędictę ſcientiæ adinuicem ſ'm conuenientiam. Et dicit, quòd fere hmòi ſcientiæ ſunt vniuocæ adinuicem. Dicit autem fere, quia communicant in noïe generis, & non in nomine ſpeciei. Dicuntur aût omnes ſcientiæ mathematicæ, quædam quidem quia ſunt de ſubiecto abſtracto à materia, vt geometria & aritmetica, quæ ſimpliciter mathematicæ ſunt, quædam autem per applicationem principiorum mathematicorum ad res materiales, ſicut aſtrologia dr̃ mathematicæ & naturalis ſcientia, & ſimiliter harmonica ideſt muſica dicitur mathematica, & quæ eſt ſ'm auditũ ideſt prædicta muſica, quæ cognoſcit ex experientia auditus, ſonos. Vel poteſt dici, ꝙ ſunt vniuocæ, quia etiam in nomine ſpeciei conueniunt. Nam et naualis dicitur aſtrologia, & p̃dicta muſicæ dicitur muſica. Dici aût fere, quia hoc non contingit in omnibus, ſed in pluribus.

Primo cur dixit fere.

Cur dixit fere.

ARGY. *Hic enim ipſum quidē eſſe ad eos pertinet ſcire qui ſenſu vtũtur, ipſum aût propter quid eſt ad mathematicos ipſos. Hi nanq; cauſarum demonſtrationes habent. Et per ſępe ne ſciunt ipſum eſſe quemadmodū bi, qui contemplantur ipſum vniuerſale nonnulla ſingularũ, quia non animaduertunt. ſę pe numero neſciunt. Hæ aût ſunt, quæ formis ipſis vtuntur, quæ quidem ſunt alia quædā ſubſtātiaq; diuerſa. Mathematicæ nanq; ſcientiæ ſunt, circa formas. De nullo.n. ſubiecto dicuntur. Nam et ſi geometrica ipſa ſunt in ſubiecto, nõ tñ vt in ſubiecto ſunt geometricæ conſiderationi ſubiũctuntur.*

ANTI. Vide in annotatione. *Hoc enim ipſum quia, ſenſibilium eſt ſcire, ſed propter quid mathematicorum. Hi enim habent cauſarum demonſtrationes, & multoties neſciunt ipſum quia. Sicut uniuerſale conſiderantes multoties quædam ſingularium neſciunt, propter id quod non intendunt. Sunt autem hæ quæcunque alterum quiddam ſunt ſecundum ſubſtantiam, & vtuntur ſpeciebus. Mathematicæ.n. circa ſpecies ſunt, non enim de ſubiecto aliquo. Si enim & de ſubiecto aliquo geometrię, ſed non ſecundum quòd de ſubiecto ſunt.*

Manifeſtat, quomodo in prædictis ſcientijs ad vnam ſcientia pertinet quia, & ad aliam propter quid. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ſcientię, quę ſub ſe continent alias, habent dicere propter quid. Secũdo quomodo ſcientiæ, quæ ſub eis continentur, habet dicere propter quid, reſpectu aliarum ſcientiarum, ibi {Habet autem ſe.} Sciendum ergo eſt circa primum, ꝙ in oĩbus prænominatis ſcientijs, illæ quæ continentur ſub alijs, applicant principia mathematicę ad ſenſibilia. Quę aût ſub ſe continent alias, ſunt magis mathematicæ. Et ideo dicit primo Philoſophus, ꝙ ſcire quia, eſt ſenſibilium. i. ſciarum inferiorũ, quæ applicant ad ſenſibilia, ſed ſcire propter quid, eſt mathematicorum, i. ſcientiarum, quarũ principia non amplicantur de ſenſibilia. Hmòi autem habent demonſtrare ea, quæ ſumuntur vt cauſæ in inferioribus ſcientijs. Et quia poſſet aliquis dicere, ꝙ qui ſciret propter quid, ſciret & de neceſsitate quia, conſequenter hoc remouet dicens, ꝙ multotiens illi, qui ſciunt propter quid, neſciunt quia. Et hoc manifeſtat per exẽplum, ſcilicet cum conſiderantes vſe, multoties neſciũt quædam ſingularia, propter hoc, quòd hoc nõ intendunt per conſiderationem. Sicut qui ſcit oẽm multã eſſe ſterilem, neſcit de iſta, quam nõ conſiderat. Et ſi ſr mathematicus qui demonſtrat propter quid neſcit quandoq; quia, quia non applicat principia ſuperioris ſcientię ad eam, quę demonſtrantur in inferiori ſcientia. Et quia dixerat, quòd ſcire propter quid, eſt mathematicorum, vult oſtendere cuiuſmodi genus cauſæ a mathematicis ſumatur. Vnde dicit, ꝙ iſtæ ſcientiæ, quæ accipiunt propter quid a mathematicis, {ſunt alterum quiddam,} ideſt differunt ab eis ſ'm ſubſtantiam. ſi inquantum applicant ad materiã. Vnde huiuſmodi ſcientiæ {vtuntur ſpeciebus} ideſt formalibus principijs, quę accipiunt à mathematicis. Mathematicæ.n. ſcientiæ ſunt circa ſpecies. Non.n. horum conſideratio {eſt de ſubiecto,} ſi. de materia, quia quauis, de quibus Geometria conſiderat, ſint in materia, ſicut linea, ſuperficies, & hmòi, non tñ conſiderat de eis geometria, ſecundum ꝙ ſunt in materiæ, ſed ſ'm quòd ſunt abſtracta. Nam geometria, ea quæ ſunt in materia ſ'm eſſe, abſtrahit a materia ſ'm cõſiderationem. Scientię autem ſubalternatę econuerſo, accipiunt ea, quæ ſunt conſiderata in abſtractione a geometra, & applicant ad materiam. Vnde patet, quòd geometra dicit propter quid in iſtis ſcientijs ſecũdum cauſam formalem. Deinde cum dicit.

Notandum. Aliquando ſcientes propter quid ne ſciunt quia. Exẽplificat de mathematico.

ARGY. *Vt autem perſpectiua ſeſe habet ad geometriam, ſic alia ſeſe habet ad perſpectiuam, veluti de iride. Nam ipſum quidem eſſe ad naturalem pertinet ſcire, ipſum autem propter quid eſt, ipſius eſt perſpectiui, aut ſimpliciter, aut eis, qui cõplectitor mathematicam.*

ANTI. Vide in annotatione. *Habet autem ſe ſcientia de iride ad perſpectiuam, ſicut hæc ad geometriam, & alia ad iſtam, vt eſt id, quod eſt de iride. Ipſum quidem quia phyſici eſt ſcire, ſed propter quid perſpectiui, aut ſimpliciter, aut ſecundum doctrinam.*

Oſtendit etiam, ꝙ ſcientia ſubalternata dicit propter quid non reſpectu ſubalternantis, ſed reſpectu cuiuſdam alterius. Perſpectiua.n. ſubalternatur geometrię. Et ſi cõparemus perſpectiua ad geometriam, perſpectiua dicit quia, & geometria, ꝓpter quid. Sed ſicut perſpectiua ſub alternatur geometrię, ita ſcientia de iride ſubalternatur perſpectiuę. Applicat.n. principia, quæ perſpectiua tradit ſimpliciter, ad determinatã materiam. Vnde ipſius phyſici qui tractat de iride, ſed ſcire quia, ſed perſpectiui eſt ſcire propter quid. Dicit.n. phyſicus cõuerſionem viſus ad nubem aliquo modo diſpoſitã ad ſolẽ eſſe cãm iridis. Propter quid aût, ſumit perſpectiuo. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cumplures etiam ſcientiarum, quę non ſunt ita diſpoſite, vt altera ſub altera ſit collocata, pari modo ſe habent vt medicina atque geometria. Nam ſcire vlcerum, ea quę orbis ſubeunt formam tardius cæteris curari, ad medicum ſpectat, propter quid autem ad geometram.*

ANTI. *Multę aût et non ſubijmuicem ſciarum, habent ſic vt medicina ad geometriã. Quod.n. vulnera circularia tardius ſanentur medici eſt ſcire quia', propter quid aût geometræ.*

Oſtendit, qũo quia & propter quid, in diuerſis ſcientijs non ſubalterni. differunt. Et dicit ꝙ {multæ ſcientiarum, quæ non ſunt adinuicem, ſic ſe habent adinuicem} ſcilicet ꝙ ad vnam pertinet quia, & ad alteram pertinet propter quid. Sicut patet de medicina & geometria. Non enim ſubiectum medicinę ſumitur ſub ſubiecto geometriæ, ſicut ſubiectum perſpectiuæ. Sed tamen ad aliquam concluſionem in medicina conſiderată, applicabilia ſunt principia

principia geometrię. Sicut quòd vulnera circularia tardius ſanentur medici eſt ſcire quia, qui hoc experitur, ſed propter quid ſcire eſt geometræ, ad quem pertinet cognoſcere, quòd circulus eſt figura ſine angulo. Vnde partes circularis vulneris non appropinquant ſibi, vt poſſint de facili coniungi. Sciendum autem eſt, quòd illa differentia quia, & propter quid, quæ eſt ſecundũ diuerſas ſcientias, continetur ſub altero dictorum modorum ſcilicet quando ſit demonſtratio per cauſam remotam.

Notandum.

LECTIO XXVI.

Figurarum, prima magis aptam ad demonſtrationem eſſe probat, quo modo item negatiua propoſitio, mediatam, vel immediata eſſe contingit, exponit.

ARGY. *Prima autem ratiocinationis figura maxime ad ſcientiã ipſam accommodatur. Mathematicæ ſcientiæ nanque vt Arithmetica, Geometria, et Perſpectiua, per hanc, vt patet, ſuas afferunt demonſtrationes, atque etiam omnes fere, quæ ipſis propter quid eſt faciunt conſiderationem. Aut enim omnino, aut per ſæpe, & in plurimis, hac in figura ipſius propter quid eſt exteritur ratiocinatio. Quare propter hoc etiam ipſum maxime ad ſcientiam erit accommodata. Proprijſſimus enim ſciendi modus eſt contemplari ipſum propter quid eſt.*

ANTI. *Figurarum autem magis faciens ſcire maxime prima eſt. Mathematicę enim ſcientiarum per hanc primam figuram demonſtrationes ferunt vt Arithmetica, & Geometria, & Perſpectiua, & fere dicere eſt quæcunq; propter quid faciunt ſpeculationem. Aut enim omnino, aut ſicut frequentius, & in pluribus, per hanc figuram, qui eſt, propter quid, ſit ſyllogiſmus. Quare et per hanc erit faciens ſcire, propter quid ſpeculari.*

Vide in annotatione.

Poſtquam Philoſophus determinauit de materia ſyllogiſmi, hic determinat de forma ipſius, oſtẽdens in qua figura præcipue fiat ſyllogiſmus demonſtratiuus. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit, quòd ſyllogiſmus demonſtratiuus maxime fit in prima figura. Et quia in prima figura proceditur etiam ex negatiuis, & oportet demonſtrationem ex immediatis procedere, oſtendit in ſecunda parte, quomodo contingit propoſitionem negatiuam eſſe immediatam, ibi {Sicut autem eſſe a in b &c.} Primum oſtendit tribus rationibus. Quarum prima talis eſt. In quacunque figura maxime ſit ſyllogiſmus propter quid, figura illa maxime eſt faciens ſcire, & propter hoc eſt magis accommoda demonſtrationibus, cum demonſtratio ſit ſyllogiſmus faciens ſcire. Sed in prima figura maxime ſit ſyllogiſmus propter quid. Quod patet ex hoc quod mathmeticæ ſcientiæ vt Arithmetica, & Geometria, & quæcunque aliæ propter quid demonſtrant, vt plurimum figura prima vtuntur. Ergo prima figura eſt maxime faciens ſcire & maxime accommoda demonſtrationibus. Cauſa autem quare demonſtratio propter quid maxime fit in prima figura, eſt hæc. Nam in prima figura medius terminus ſubijcitur maiori extremitati, quæ eſt prędicatum concluſionis, & prędicatur de minori termino, qui eſt ſubiectum concluſionis. Oportet aut in demonſtrationibus propter quid medium eſſe cauſam paſſionis, quæ Prædicatur in concluſione de ſubiecto. Et vnus modus dicendi per ſe, eſt quando ſubiectum eſt cauſa prædicati, vt interſectus interijt, ſicut ſupra dictum eſt & hoc competit primæ figuræ, in qua medium ſubijcitur maiori extremitati, vt dictum eſt. Secundam rationem ponit ibi.

Prīa ra. cur demõ. fit in prima figu.

ARGY. *Deinde hac tantum figura ipſius quid eſt, venari ſciam poſſumus. In figura nanq; media nulla fit affirmatiua ratiocinatio, ſcia vero ipſius quid eſt affirmationis nimirum eſt. In vltima vero ſit quidem, aut non eſt vniuerſalis, vt patet ipſum autem quid eſt, vniuerſalium eſſe conſtat. Nõ enim aliqua ex parte homo eſt animal bipes.*

ANTI. *Poſtea ipſius quod quid eſt, ſcientiam, per ſolam hanc primam figuram venari poſſibile eſt. In media quidem enim figura non ſit cathegoricus ſyllogiſmus, ſed ipſius quodquid eſt ſcientia affirmationis eſt. In vltima autem ſit quidem, ſed non vniuerſaliter, ſed quodquid eſt vniuerſalium eſt. Non enim quodammodo eſt animal bipes homo.*

Quę talis eſt. Quodquid eſt, potiſsimum locũ in demonſtratiuis ſcientijs habet, quia ſicut dictũ eſt diffinitio aut eſt principium demonſtrationis, aut concluſio, aut demonſtratio poſitione differens. Ad inueſtigandum autem diffinitionem ſola prima figura cõuenit. Nam in ſola prima figura concluditur vniuerſalis affirmatiua, quæ ſola cõpetit ad ſciam quodquid eſt. Nam quodquid eſt, per affirmationem cognoſcitur. Prædicatur enim diffinitio de diffinitio affirmatiue, & vniuerſaliter. Non enim quidam homo eſt animal bipes, ſed omnis homo. Ergo prima figura maxime eſt faciens ſcire, & accommoda, demonſtrationibus. Tertiam rationem ponit ibi.

Lec. 16. rex. expo. 5.

ARGY. *Inſuper hæc figura cæterarum non indiget figurarum, & indigent huius illæ profecto. Nam hac denſantur, atque accreſcunt, quouſque ad ea perueniant, quæ medio vocant. Patet igitur primam figuram exactiſſimam, atque accommodatiſſimam ad ſcientiam eſſe.*

ANTI. *Amplius hęc quidem illis nihil indiget illæ autem per hanc denſantur & augmentantur, quouſque vtique ad immediata veniant. Manifeſtum igitur eſt quod maxime pro prium ſcientia prima figura.*

Quæ talis eſt. Aliæ figurę in demonſtrationibus indigent prima, prima autem non indiget alijs, ergo prima figura efficacius facit ſcire, quàm aliæ. Quod aût aliæ figurę indigeant prima, ex hoc manifeſtum eſt, quòd oportet ad perfectam ſcientiam habendam, ꝙ propoſitiones mediatæ, quę ſumuntur in demonſtrationibus ad immediata reducantur. Quod quidem fit dupliciter ſcilicet denſando media, & augmentando. Denſando quidem quando medium acceptum coniungitur mediatę vtique extremorum, vel alteri. Vnde quando accipiuntur media alia inter medium primum, & extrema, fit quaſi quædã condenſatio mediorum. Sicut ſi acciperetur primo ſic. Omne e eſt c, omne c eſt a, & deinde inter c & e, ſumatur medium d, & inter c & a medium b. Augmentando autem, quoniam medium eſt immediatum minori extremitati, & mediatum maiori. Tunc enim oportet accipere plura media alia ſupra medium primo acceptum. Vt ſi dicatur. Omne e eſt d, omne d, eſt a, etiam poſtea ſupra d accipiantur alia media. Hæc autem condenſatio, & augmentatio mediorum fit ſolum per primam figuram, tum quia ſolum in prima figura concluditur vniuerſalis affirmatiuam, tum quia ſolum in prima figura medium ſumitur inter extrema. In ſecunda autem medium accipitur extra extrema, quaſi prędicatum de eis. In tertia vero figura, infra extrema quaſi ſubiectum de eis. Deinde cum dicit.

Exẽ. de coũd enſatio.

Exẽ de aug. Cõdenſa & aug. mediorum ſolũ in prīa figura.

ARGY. *Quemadmodum autem ſit, vt a indiuidæ competat ipſi b, ſic etiam vt identidem non competat fieri poteſt. Atque tum indiuiduæ competere, vel non competere dico, cum inter ipſa nullum medium eſt. Sic enim non erit vlterius per aliud ineſſe, vel non ineſſe.*

ANTI. Vide in annotatione. *Sicut autem eſſe a in b contingit indiuidualiter, ſic, & non eſſe conceditur. Dico autem indiuidualiter eſſe aut non eſſe, cum nihil eſt eorum medium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Docet quo modo propositio negatiua possit esse immediata. Et circa hoc duo facit. Primo proponit intentum dicens, quòd sicut ⁊contingit omne a esse in b indiuidua liter⁊ ideſt immediatæ, ⁊sic & conceditur non esse⁊ ideſt ita potest concedi, quòd propositio significans a non esse in b sit immediata. Vnde exponit, quid est, indiuidualiter esse, vel non esse, ſ. quando affirmatiua, vel negatiua non habet medium per quod probetur. Secundo ibi.

ARGY. *Cum itaque vel a vel b in toto quopiam est, vel etiam vtrunque, tum etiam fieri nequit vt a primo non competat ipsi b. Scit enim a ipsum in toto c, ſi igitur b nō ſit in aliquo toto c, fieri nanque potest vt a, quidem in toto quopiam ſit b vero in hoc eodem non ſit, tum ratiocinatio fiet, ac ipſum a non ineſſe b per c medium concludetur. Nam ſi c cuilibet quidem competat a de nullo vero b prædicatur, a ſane nulli competet b. Idem fiet & ſi b in toto quopiam ſit, vel vt in d. Nam ipſum d cuilibet quidem competit b, de nullo vero dicitur a. Quare fit vt a per ratiocinationem nulli competat b. Eadem oſtendentur, & ſi vtrunque tam a quā b in toto quoppiam ſit.*

ANTI. *Cum igitur aut a quidem, aut b in toto quodam ſint aut ambo nō contingit a in b primo nō eſſe. Sit .n. a in toto c, igitur ſi b non eſt in toto c pōt .n. a eſſe quidem in quodam toto ſed b non eſſe in hoc ſyllogiſmus erit quòd non ſit a in b. Si .n. in a quidem omnis eſt c in b aūt nullo eſt c in nullo b eſt a. Similiter aūt eſt & ſi b in toto quodam eſt vt in d. d aūt in omni b eſt, a aūt in nullo b erit per ſyllogiſmum. Eodē aūt modo demonſtrabitur, & ſi vtraque in quodam toto ſint.*

Manifestat propositū. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quō propositio negatiua sit mediata. Secundo quō immediata, ibi ⁊Si vero neutrum &c.⁊ Circa primū duo facit. Primo manifestat propositum, Secundo oūdit, quoddam quod supposuerat, ibi ⁊ Quod aūt contingit b non esse &c.⁊ Dicit ergo primo, ꝙ cum a.i. maior terminus, aut b.i. minor terminus sint in quodam toto, sicut species in genere, aut etiam ambo sint sub aliquo genere diuerso, non contingit a non esse in b primo, i. non contingit quod hæc propositio, nullum b est a sit immediata. Et primo manifestat hoc qñ a scilicet est in quodam toto. ſ. in c, b autem in nullo. Vt puta ſi a ſit homo, c aūt substantia, b quantitas, potest syllogizari fieri ad probandum, ꝙ a nulli b insit per hoc quòd c omni a ineſt, b autem nulli c, vt ſi fiat syllogiſmus in ſecūda figura. Omnis homo est substantia, nulla quantitas est substantia, ergo nulla quantitas est homo. Et ſi ſit est, ſi b ideſt terminus minor ſit in quodam toto, vt in d, a autem non ſit in aliquo toto syllogizari poterit ꝙ a ſit in nullo b. Vt ſit substantia b linea. d quantitas, & fiat in syllogiſmus in prima figura ſic. Nulla quantitas est substantia, oīs linea est quantitas, ergo nulla linea est substantia. Eodem autem modo poterit demonſtrari cōclusio negatiua, ſit vnumquodq; ſit in quodam toto, vt ſi ſit a linea c, quantitas, b albedo, & d quantitas, potest syllogizari in ſecunda figura, & in prima. in ſecunda figura ſic, Omnis linea est quantitas, nulla albedo est quātitas, ergo nulla albedo est linea. In prima figura ſic, Nulla qualitas est linea, omnis albedo est qualitas, ergo nulla albedo est linea. Est autem intelligendum propositionem negatiuam eſſe mediatā, vtroq; terminorum existente in quodam toto, non quidem in eodem, ſed in diuerſis. Si enim ſint in eodem toto, erit propositio immediata, ſicut nullum rationale est irrationale, vel nullū bipes est quadrupes. Deinde cum dicit.

Exē in. 2. ſi. In prima.

Prop. negā mediata.

ARGY. *At vero fieri poſſe vt b nō ſit in eo, in quo toto est ipſum a. aut rurſus vt a non ſit in eo in quo toto est ipſum b, patet ex diſpōnibus rerū, quæ inter ſe nō miſcentur. Nā ſi nihil eorum, quæ in a c d. ſerie collocantur de vllo prædicatur eorum quæ est in b e f diuerſa ſerie collocantur, a vero in toto est c quod quidē eiuſdem est ſeriei, perſpicuum est fieri non poſſe, vt b in ipſo ſit g. Alioquin cōuenirent, ac miſcerētur, hæ ſeries, rerū. Idē fiet & ſi b ipſum in toto quoppiam ſit.*

ANTI. Vide in annotatione. *Quod autem cōtingit b non eſſe in quo toto est a, aut itervū a in quo est b, manifeſtum ex coordinationibus est, quæcunq; non commutantur adinuicem. Si enim nihil eorū quæ ſunt in a c d coordinatione de nullo prædicatur, quæ ſunt in b e f, a aūt in toto p ſit in coordinatione præexiſtenti manifeſtum est quòd b non erit in p. Commutarentur .n. coordinationes. Similiter autem est & ſi b in toto quodam est.*

Manifestat quod supposuerat, ſ. ꝙ altero extremorū existente in aliquo toto alterum non ſit in eodē, dicens, ꝙ manifestū est ex coordinationibus prędicamentorum diuerſorum, quæ non cōmutantur adinuicem quia. ſ. id quod est in vno prędicamento, non est in altero. Manifestum est, ꝙ contingat b esse non in toto, in quo est a, aut econuerſo, quia videlicet contingit vnū terminorū accipi in vno prædicamento, in quo non est aliud. Sit .n. coordinatio vna prædicamenti a c d, puta prædicamentum ſubſtantiæ, & alia coordinatio ſit b e f, puta prædicamentum quantitas. Si ergo nihil eorum, quæ ſunt in coordinatione a c d, de nullo prædicatur, eorū, quæ ſunt in coordinatione b e f, a aūt ſit in p quaſi in quodam generaliſſimo, quod ſit principium totius primæ coordinationis, manifestum est ꝙ b, non est in p, quia ſic coordinationes ideſt prædicamenta commutarentur. Similiter autem est ſi b ſit in quodam toto vt puta in e, manifestum est, quòd a non est in e. Deinde cum dicit.

Exp. primæ ꝙ est in vno prdicamento nō in alio.

ARGY. *Sed ſi a nulli b inſit, & neutrum in toto ſit vllo, neceſſe est a ſine medio non competat ipſi b. Nam ſi quippiam inter ipſum medium cadet, neceſſe est alterum ipſorum in toto quoppiam eſſe. Aut enim in prima figura ratiocinatio eorum, aut in media extruetur. At ſi in prima, b nimirum in toto quoppiam erit. Propoſitionem enim eam, quæ verſus b collocabitur, affirmatiuā eſſe oportet. Si in ſecunda, verum- us in toto quopiam erit. Nam vtrumuis interualium affirmatiuum eſſe poteſt atque nunc verſus maius, nunc verſus minus extremum, negatiua propoſitione ſumpta conficitur ratiocinatio. Ambæ vero propoſitiones ſi fuerint negatiuę, ratiocinatio non conſtabit.*

ANTI. *Si vero neutrum ſit in aliquo toto a in b, neceſſe est indiuidualiter non eſſe. Si .n. erit medium, neceſſe est alterum ipſorum in quodam toto eſſe. Aut enim in prima figura, aut in media, erit ſyllogiſmus. Si quidem igitur in prima figura b erit in toto quodam affirmatiuam enim oportet ad hanc fieri propoſitionem. Si vero in media, quodcunque contingit At vtraq; enim poſito priuatiuo fit ſyllogiſmus. Cum autem vtraque negatiua ſit, non erit ſyllogiſmus.*

Ostendit quomodo propositio negatiua sit immediata dicens, ꝙ ⁊ſi neutrum ſit in toto aliquo⁊ ſ. neq; a neq; b & cum a nō ſit in b neceſſe est, quod hęc ſit immediata, nullum b est a. Quia ſi accipereтur aliquod medium ad ſyllogizandum eam, oporteret, ꝙ alterum ipſorum eſſet in aliquo toto, & ſic etiam oporteret fieri ſyllogiſmum, aut in prima figura, aut in ſecunda. In tertia enim figura non potest concludi vniuerſalis negatiua, qualem oportet eſſe propoſitionem immediatam. Si quidem ſyllogiſmus ſit in prima, oportet ꝙ b, ſit in quodam toto, quia b est minor extremitas, & in prima figura ſemper oportet minorem propoſitionem eſſe affirmatiuam. Nō enim fit ſyllogiſmus in prima figura ex maiori affirmati-

ua, & minori negatiua. Sed ſi ſyllogiſmus erit in media figura contingit quodcunque vel a vel b eſſe in toto quodam, quia in media figura poteſt eſſe negatiua, tam prima ꝙ ſecunda propoſitio. Nunquam tamen poteſt eſſe, neque in prima neq; in ſecunda vtraq; propoſitio negatiua. Et ideo oportet ꝙ altera exiſtente affirmatiua alterum extremorum ſit in quodam toto. Sic igitur patet, ꝙ propoſitio negatiua immediata eſt, quando neutrum terminorum est in quoddam toto. Non autem poteſt dici ꝙ quamuis neutrum ſit in quodam toto, poteſt tamen accipi medium ad ipſum concludendum ſcilicet ſi accipiatur medium conuertibile, quia oportet tale medium eſſe quod ſit prius & notius. Et hoc est vel genus vel diffinitio, quæ non est ſine genere. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet igitur fieri poſſe, vt ſine medio quippiam cuipiam non inſit, atque quando, & quemadmodum fieri poteſt, ſatis iam explanauimus.*

ANTI *Manifeſtum igitur est quòd contingit et aliud in alio nō eſſe indiuiduaſiter, & quando contingit & quo diximus.*

Concludendo, epilogat quod dictum est. Et litera plana est ex dictis.

LECTIO XXVII.

Diſtincta duplici ignorantia, quomodo ſyllogiſmo ignorātiæ contingat ſyllogizari immediata affirmatiua falſa exponit.

ARGI. *Ignoratio autem ea quæ non negatione, ſed diſpoſitione, dicitur ignoratio, deceptio eſt quę circa propoſitiones medio vacantes, vel non vacantes, affirmatiuas, vel negatiuas, aut per ratiocinationem, aut ſimpliciter fit. Nam aut ſimpliciter quiſpiam eſſe, aut non eſſe putat, aut per ratiocinationem exiſtimationem talem conſequitur.*

ANTI Vide in annotatione. Tex. com. 3. *Ignorantia autem non ſecundum negationem, ſed ſecundum diſpoſitionem dicta, eſt quidem per ſyllogiſmum facta deceptio. Hæc autem in his quæ ſunt primo, aut non ſunt contingit dupliciter. Aut enim eſt, cum ſimpliciter accipiat, eſſe aut non eſſe, aut cum per ſyllogiſmum accipiat opinionem.*

Postquam Philosophus determinauit de syllogiſmo demonſtratiuo, per quem acquiritur ſcientia, hic determinat de syllogiſmo, per quem inducitur in nobis ignorantia ſiue deceptio. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit, qualis ignorantia per ſyllogiſmum induci poſſit. Secundo oſtendit modum, quo talis ſyllogiſmus procedit, ibi ⁊Simplicis quidem igitur opinionis &c.⁊ Diſtinguit ergo primo duplicem ignorantiam, quarum vna est ſecundum negationem, & alia ſecundum diſpoſitionem. Ignorantia quidem ſecundum negationem, est, quando homo omnino nihil ſcit de re. Et hæc est, ignorantia in non attingendo, vt Philoſophus dicit in. 9. Metaphyſi. Sicut patet de ruſtico, qui omnino nihil ſcit de triangulo. an habeat tres angulos æquales duobus rectis. Ignorantia autem ſecundum diſpoſitionem, est qñ aliquis habet quidem aliquam diſpoſitionem in cognoſcendo, ſed corruptam. dum ſcilicet exiſtimat aliquē curare, ſed falſo, vel dum exiſtimat eſſe, quod non est, vel non eſſe quod est. Et hæc ignorantia idem est, quod error. Prima ergo ignorantia non fit per ſyllogiſmum, ſed ſecunda per ſyllogiſmum fieri poteſt. Et tunc vocatur deceptio. Hæc autem ignorantia ſiue deceptio poteſt cōtingere circa duo. Vno quidem modo circa ea, quæ ſunt prima principia & immediata, dum ſcilicet opinatur ꝙs oppoſita principijs, quę quidem & ſi non poſsit opinari interius in mente, vt ſupra dictum eſt, quia non cadunt ſub apprehēſione, poteſt tamen eis contradicere ſecundum vocem, & ſecundum quandam falſam imaginationem, vt dicitur de quibuſdam negantibus principia in. 4. Mataph. Alio modo circa concluſiones, quæ non ſunt prima & immediata. Et prima quidem ignorantia ſiue deceptio opponitur cognitioni intellectus. Secunda autem cognitioni ſcientiæ. Vtraq; autem ignorantia diſpōni, ſiue ſit de his quæ ſunt prima, ſiue ſit de his, quæ non ſunt prima, pōt homini prouenire dupliciter. Vno modo ſimpliciter quando. ſ. abſolute abſq; aliquo ductu rōnis exiſtimat falſum, ſiue affirmando, ſiue negando. Alio modo, qñ inducitur ad falſum exiſtimandum, per aliquem rōnem ſyllogiſticam. ſicut dicit Philoſophus in 4. meta. ꝙ quidam principijs contradicunt, velut rationibus perſuaſi. Alij vero, nō quaſi ratione perſuaſi, ſed propter ineruditionem vel pertinaciam, volentes in oībus querere demonſtrationem. Deinde cum dicit.

Tex. c. 9. l. 6. tex. ex. 3. 5.

Simplicis igitur exiſtimationis ſimplex eſt error. Eius autem, quę per rōcinationem efficitur plures a, nanq; ſine medio nulli competat b. Si igitur quiſpiā concludat a cōpetere ipſi b ſumpto medio c deceptus erit ſane per rōcinationem.

ARGY.

Simplicis quidem igitur opinionis ſimplex deceptio, ſed quæ eſt, per ſyllogiſmum, plures ſunt. Non ſit enim a in nullo b indiuiduaſiter. Igitur ſyllogizet eſſe a in b, medium accipiens c deceptus erit per ſyllogiſmum.

ANTI.

Ostendit quomodo prædicte ignorantiæ causantur. Et primo qūo causatur ignorantia, quæ est per syllogiſmum. Secundo quomodo proueniat ignorantia homini ſine ſyllogiſmo, ibi ⁊Manifeſtum est autem, &c.⁊ Circa primum duo facit. Primo proponit, quo modo causetur ignorantia per ſyllogiſmum in primis, & immediatis. Secundo quo modo causatur in his, quæ non ſunt prima immediata, ibi ⁊In ijs autem exiſtētibus.⁊ Circa primum, duo facit. Primo proponit, quo modo causatur ignorantia, qua exiſtimatur eſſe, quod non est. Secundo quo modo causetur ignorantia, qua exiſtimatur non eſſe, quod est, ibi ⁊Quæ vero ipſius non eſſe.⁊ Circa primū tria facit. Primo ꝓponit modū, quo prędicta ignorātia cōiter causetur. Secundo aſsignat diuerſitates, circa hoc contingentes, ibi ⁊Cōtingit quidē.⁊ Tertio, rīdet tacitæ qōni, ibi ⁊Ipſius quidē igitur eſſe &c.⁊ Dicit ergo primo ꝙ falſæ opinionis, quam ſupra vocauit ſimplicē, eſt ſimplex deceptio. i. vno mō ſolo ad hoc puenit. Non .n. causat ex rōne, q̄ diuerſificare pōt, ſed magis ex defectu rōnis, qui nō diuerſificatur ꝓ diuerſos modos ſicut nec aliæ negationes ſ̄m propriā rōnem. Sed quia rō falſa multipliciter variari pōt, inde eſt, ꝙ hmōi ignorantia, quę fit per ſyllogiſmum, multipliciter accidere pōt, ſ̄m ꝙ multipliciter falſus eſſe poteſt ſyllogiſmus. Ponit aūt cōem modum dicens, ⁊Non ſit .n. a in nullo b indiuiduaſiter⁊, i. ſit hæc propoſitio vera immediate. Nullum b est a. Prædicantur enim due negationes, loco vnius. Puta ſi dicamus Nullus qualitas est ſubſtantia, ſecundum doctrinam ſupra poſitam de negatiuis immediatis. Si quis ergo concludit oppoſitum huius, per aliquem ſyllogiſmum, oſtendens ſcilicet omne b eſſe a accipiens pro medio c erit deceptio per ſyllogiſmum. Deinde cum dicit.

Lectio. 3.

Lectio. 19.

L. 2. ime. ſeq.

Cur ignor. ſim. neg. ſit vno mō a'io vero mul. mo.

Lectio. 26. et x. expo. 9

Atque fieri poteſt vt ambæ propoſitiones ſint falſæ, & etiam altera tantum. Nam ſi neque a cuiquam c competat neque c cuiquam b, vtrunque autem interuallum e contra ſit ſumptum ambæ propoſitiones erunt ſine dubio falſæ.

ARGI.

Contingit quidem igitur vtraſque propoſitiones eſſe falſas contingit autem alteram tantum. Si enim neque a nullo c erit, neque c in nullo b, acceptæ autem ſunt vtraque econtrario, vtræque erunt falſæ.

ANTI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide in an. Syllogismũ esse falt a dupliciter.

Ostendit,quod modis pōt hoc variari. Est aūt sciendum,ꝙ falsa conclusio non concluditur nisi fallo syllogismo. Syllogismus autem potest esse falsus dupliciter. Vno modo,quia deficit in forma syllogistica. Et hic nō est syllogismus,sed apparens. Alio modo,quia vtitur falsis propositionibus. Et hic quidem est syllogismus,propter syllogisticam formam,esse autem falsus,propter falsas propositiones assumptas. In disputatione ergo dialectica,quę sit circa probabilia,vsus est vtriusque falsi syllogismi,quia talis disputatio procedit ex cōmunibus. Et ita in ea error attendi potest,& circa materiam quam sumit quæ est cōis,& etiam circa formam,quæ est communis. Sed in disputatione demonstratiua,quæ est circa necessaria non est vsus, nisi illius syllogismi, qui est falsus propter materiam,quia vt dicitur in primo Topicorum paralogismus disciplinæ,procedit ex proprijs disciplinę, sed non ex veris. Vnde, cum forma syllogistica sit inter communia computanda,paralogismus disciplicę,de quo nunc agitur,non peccat in forma,sed solum in materia, & circa propria,& non circa communia. Et ideo primo dicit,quo modo huiusmodi syllogism' procedat ex duabus falsis. Secundo, quo modo procedat ex altera falsa, ibi {Sed altera contingit,&c.} Primum autem contingit dupliciter, quia falsa propositio, aut est contraria veræ, aut contradictoria. Primo ergo ostendit,quomodo syllogismus huiusmodi procedat ex duabus falsis cōtrarijs veris. Secundo quo modo accipitur contradictio,ibi {Potest autem sic se habere.} Dicit autem primo, quòd in prædicto syllogismo deceptionem causante, contingit quandoque vtrasque propositiones esse falsas, & qñque alteram tantum. Vtrasque autem falsas accipimus cōtrarias verum. Habet enim se c ad a & ad b quòd nullum c sit a,& ꝙ nullum b sit c. Si autem accipiantur contraria horum. s. omne c est a omne b est c vtreque propositiones erunt falsę totaliter. Puta si dicam. Omnis qualitas est substantia, omnis quantitas est qualitas ergo omnis quantitas est substantia. Deinde cum dicit.

ARGY. *Fieri nanque potest,vt c sic se habeat ad extremũ vtrumque, vt neque subijciatur a neque vniuersaliter competat ipsi b. Etenim b quidem fieri non potest, vt in toto quoniam sit. Nam a primo remouebatur ab ipso, a vero non necesse est vniuersaliter cunctis, quæ sunt,inesse. Quare fit ambę propositiones sint falsæ.*

ANTI. *Potest autem sic se habere c ad a & ad b & quòd neq; sub a sit, neque vniuersaliter c in b. B quidem impossibile est in toto aliquo. Primum enim dictum est in ipso a non esse,a autem non necesse est in omnibus quę sunt inesse vniuersaliter. Quare vtræque falsæ sunt.*

Ostendit quomodo possunt esse ambæ falsæ, & non sunt contrariæ veris,sed contradictorię. Puta si {sic se habeat c ad a & ad b quòd nec contineatur totaliter, sub a neque vniuersaliter insit b.} Puta si accipiamus,perfectũ vel ens in actu,& procedamus sic. Omne perfectum est substantia,omnis quantitas est perfecta, ergo &c. Manifestum est,quod vtraque est falsa,sed non totaliter. Sunt enim contradictoriæ earum veræ scilicet quòddam perfectum non est substantia,& quædam quantitas non est perfecta. Contrarię autem falsę scilicet nullum perfectũ est substantia,& nulla quantitas est perfecta. Quod aūt c non vniuersaliter insit b,ideſt, ꝙ ista non sit vera omnis quantites est perfecta,quæ erat minor vt omne b est c probat per hoc, quod b non potest contineri sub aliquo toto, quod de eo vniuersaliter prædicetur. Et hoc ideo quia hęc propositio, nullum b est a dicebatur esse immediata, quod est a non inesse b primo. Dictum est aūt supra,illas negatiuas immediatas,quarum neuter terminorum est sub aliquo toto. Sed videtur hæc probatio non esse sufficiens,quia de eo etiam quod nō est sub aliquo toto,sicut species sub genere,potest aliquid vniuersaliter prædicari. Non enim solum genus aut differentia vniuersaliter prædicatur,sed etiam proprium. Sed dicendum est,quòd licet dicta probatio non sit efficax, communiter loquendo,est tamen efficax in proposito. Quia sicut in primo Topicorum dicitur paralogismus disciplinæ de quo hic loquitur,procedit ex conuenientibus disciplinæ. Vnde intendit vti talibus medijs,qualibus vtitur demonstrator. Demonstrationis autem medium est diffinitio,vt supra dictum est. Vnde & in syllogismo de quo hic loquitur,intendit diffinitione pro medio. Diffinitio autem continet genus & differentiam. Vnde oportet,id,quod vniuersaliter prædicatur in hoc syllogismo, continere id,in quo est subiectum sicut in toto. Quod autem a non insit vniuersaliter ipsi c,ideſt,quòd ista non sit vniuersaliter vera, omne perfectum est substãtia, quę erat maior,vt omne c est a,probatur per hoc, quod non est necesse de quocunque vniuersali, quod insit vniuersaliter omnibus,quæ sunt, quia nullum prædicamentum, prædicatur de his,quæ continentur sub alio prędicamento,neque etiam vniuersaliter prędicatur de his,quę communiter cōsequuntur ens, quæ sunt actus & potentia perfectum & imperfectum,prius & posterius,& alia huiusmodi. Deinde cum dicit.

ARGY. *At fieri quoque potest, vt altera vera sumatur non tamen vtrauis,sed a c. Nam propō c b semper erit falsa,quia in nullo est ipsum b. Sed a c vera esse pōt,veluti si a sine medio competat quidem ipsi c,non competat aūt ipsi b,cum. n. idem primo de pluribus quouis dicitur modo,neutrũ erit in altero. Nihil autem interest,& si non sine medio cōpetat.*

ANTI. *Sed altera contingit veram accipere,non tamen quamlibet contingentem,sed quæ est a c. Nam b c propositio semper falsa erit,propter id quod c in nullo est b. Sed quæ est a c potest. vt si a in c & in b est indiuidualiter. Cum enim primum prædicetur idem de pluribus, neutrum in neutro est. Differt autem nihil si non indiuidualiter insit.*

Ostendit quo modo prædictus syllogismus procedat ex altera vera, & altera falsa. Et dicit,quod in prædicto syllogismo {contingit accipere alteram veram,} scilicet maiorem,quæ est a c altera existente falsa,s. minore,quę est b c. Et ꝙ propositio minor, quæ est b c semper sit falsa,probat sicut & supra,propter hoc, ꝙ b in nullo est c, sicut,in toto, sed quòd hęc propositio a c possit esse vera, altera existente falsa,probat in terminis. Sit. n. ita ꝙ a insit b & c indiuidualiter. i. immediatę, sicut genus proprijs speciebus,vt color albedini & nigredini. Manifestum est enim ſm hoc, quod maior erit vera scilicet quòd omne c est a, vtputa omnis albedo est color & minor est falsa. s. omnis albedo est nigredo, quia quando aliquid prædicatur primo de pluribus, neutrum istorum plurium de neutro prædicatur. Prima enim prędicato generis est de opositis speciebus. Est autem circa hoc dubitatio, quia his terminis positis,non sequitur conclusio falsa sed vera. Erit. n. conclusio quòd a insit b cui supponitum est ineſſe indiuidualiter. Sed dicendum, ꝙ hoc exemplum ponitur solum ad manifestandum, quo modo possit esse maior vera & minor falsa. Sed hoc exemplum non habet locum in propositio, vbi quæritur conclusio falsa. Et ideo Philosophus subiungit. Differt autem nihil si non indiuidualiter insit. Possumus autē accipere tales terminos,

Lectio. 26.

Dubium

Capi. 1. circa fin.

Lec. 16. 17. expo. 3.

ANTI. Vide in notatione.

Dubium.

Solu.

nos, ꝙ a non insit b indiuidualiter, neque aliquo modo, immo potius ab eo indiuidualiter remoueat. Nec est etiā necesse ꝙ insit c indualiter, quia non est necessarium ꝙ demonstrator vtatur solum propositionibus immediatis sed etiam his,quæ per immediata fidem acceperunt. Accipere ergo possumus alios terminos ad propositum pertinentes. Vt si accipiamus pro medio substantiam intellectualem omnis enim intelligentia est substantia, minor autem est falsa,omnis quantitas est intelligentia. Vnde sequitur conclusio falsa. Deinde cum dicit.

Exē. in terminis in quibus cōcl. fal.

ARGY. *Deceptio igitur essendi per hæc atque hoc modo fit solũ. Non enim alia in figura ratiocinatio erat essendi.*

ANTI. *Ipsius quidem igitur esse deceptio per istam fit, et sic fit solum,non enim erit in alia figura ipsius esse syllogismus.*

Respondet tacite quæstioni. Posset enim aliquis ab eo requirere, ꝙ ostenderet diuersitatem huius syllogismi in alijs figuris. Sed ipse respondet,quòd deceptio, quæ est ipsius esse ideſt per quam aliquis existimat propositionē affirmatiuam falsam,potest fieri solum per primam figuram,quia in alia figura,scilicet in secunda,non potest fieri syllogismus affirmatiuus. Tertia autem figura nō pertinet ad propositum,quia non potest concludi vniuersalis,quæ principaliter intenditur,in demonstratione, & in hoc syllogismo.

LECTIO XXVIII.

Quomodo syllogismo ignorantiæ syllogizetur immediata negatiua falsa, contraria affirmatiuę immediate, tam in prima, quam in secunda figura.

ARGY. *Non essendi vero,& in prima sit, & in media. Atque primum dicamus quot modis, & quomodo se habentibus ipsis propositionibus sit in prima figura.*

ANTI. *Quæ vero est ipsius non esse,in prima,& media figura est. Primũ igitur dicamus quot modis in prima sit,et quomodo se habentibus propositionibus.*

Postquam Philosophus ostendit,quomodo concludatur per syllogismum affirmatiua falsa,contraria negatiuę immediatæ,hic ostendit,quomodo per syllogismum cōcludatur negatiua falsa,contraria affirmatiuæ immediatæ. Et primo in prima figura. Secundo in secũda, ibi {Sed in media figura.} Circa primum duo facit. Primo ostendit,de quo est intentio. Et dicit,quòd cum negatiua vniuersalis concludi possit in prima & in secunda figura,primo dicendum est, quot modis syllogismus ignorantiæ fiat in prima figura,& qualiter se habentibus propositionibus in veritate & falsitate. Secundo ibi.

ARGY. *Feri itaque potest, vt ambæ falsæ propositiones sumatur veluti si ipsum a tam c quàm bene sine medio cōpetat. Nā si sumatur a quidem nulli ineſſe c, ipsum autem c cuilibet competere b, erit vtraque propositio falsa.*

ANTI. *Contingit quidem igitur vtrisque falsis, vt si a & in c et in b sit indiuidualiter. Si enim accipiatur a quidem in c nullo c autem in omni b, falsæ sunt propositiones.*

Prosequitur propositum. Et primo ostendit qualiter fiat talis syllogismus in prima figura ex duabus falsis. Secundo, quomodo fiat ex altera vera, & altera falsa, ibi {Contingit autem & altera.} Dicit ergo primo, ꝙ prædictus syllogismus fieri potest ex vtrisq; falsis. Quod patet si a sit & in c & in b indiuidualiter ideſt immediatæ, Est aūt immediatæ genus in proximis speciebus, in quas primo diuiditur, sicut color in albedine & nigredine. Genus. n. per se prædicatur de specie, quia prima ponitur in eius diffinitione, & immediatæ prædicatur de specie proxima, quia immediatæ in eius diffinitione ponitur. Non aūt ex hoc, quòd ponatur in diffinitione alicuius partis diffinientis, sicut se habet genus remotum ad vltimam speciem. Sint ergo termini, color, albedo, nigredo. Si ergo accipiatur a quidem in nullo c esse, vtpote si dicamus, nulla albedo est color, c autem in omni b, vtputa si dicamus, omnis nigredo est albedo, falsæ sunt ambæ propositiones, & falsa est conclusio scilicet nulla nigredo est color. Deinde cum dicit.

ARGY. *Feri quoq; potest, vt altera propositionum, vtrauis, falsa sumatur. Nam esse potest a c quidem vera c b vero falsa, a c quidem vera, quia a non omnibus inest quæ sunt, c b vero falsa, tum quia fieri nequit, vt c cui ipsum a nulli competit, ipsi competat b, nam a c propositio non erit vera, tum quia si ambæ sint veræ, erit ipsa conclusio vera.*

ANTI. *Contingit autem & altera falsa, & hac quacunque concingente. Potest enim quæ est a c vera esse, quæ vero b c falsa esse. Sed quæ a c, quidem vera, quoniam non omnibus, quæ sunt inest a, sed quæ est b c falsa, quoniam impossibile est esse in b c in quo nullo est a. Non enim vera erit quæ est a c propositio. Similiter autem & si sint vtræque veræ, conclusio erit vera.*

Ostendit quō possit esse in prædicto syllogismo altera vera & altera falsa. Et primo ostendit, quō possit esse maior vera & minor falsa. Secundo, quō contingit econuerso, ibi {Sed & eam quæ est.} Dicit ergo primo, quòd contingit syllm ignorantiæ negatiuum fieri in prima figura, existente altera propositionum indifferenter falsa, quæcunq; sit illa. Potest. n. contingere, ꝙ hæc propositio a c, quæ est maior sit vera. Et propositio, quæ est b c, sit falsa, quę est minor, Et ꝙ propositio maior possit esse vera, probat per hoc, ꝙ iste terminus a quicunq; sit ille, non est necesse ꝙ insit oībus, sicut calor non prædicatur de omnibus ensibus. Quod autem minor sit falsa, probat per hoc, quia non potest accipi aliquis terminus, a quo vere negetur a, qui quidem terminus, prædicetur de b. Suppono. n. quòd hęc sit vera & immediata, omne b est a, si ergo aliquid vniuersaliter prædicetur de b, ita quòd huiusmodi sit vera, omne b est c, non pōt esse, ꝙ de illo vere negatur a. Et ita hęc propositio, nullum c est a non erit vera, quę erat maior. Si enim omne b est a, vt supponitur & omne b est c, vt assumitur, sequitur in tertia figura, quoddam c est a, quæ contradictoria maior. Falsa ergo erit ista, nullum c est a. Si ergo hæc sit vera, quæ est maior, necesse est, quòd hæc sit falsa, quæ est minor, Omne b est c. Secundo, probat quòd ex duabus veris nō potest concludi falsa, vt supra probatum est. Datur autem hæc esse vera, nullum c est a, si ergo etiam hæc sit vera, omne b est c, sequitur quòd conclusio sit vera, nullum b est a, quod tamen est inconueniens in syllogismo ignorantiæ, qui debet concludere falsam, quæ tamen supponitur esse falsa, vtpote contraria huic immediatę propositioni, omne b est a. Deined cum dicit.

ARGY. *At c b etiam vera esse potest, altera sumpta falsa, ceu si b, & in a sit, et in c. Necesse est enim tunc alterum esse sub altero. Quare si sumatur a nulli competere c erit hęc propositio falsa. Patet igitur, & ex altera tantum & ex ambabus propositionibus falsis ratiocinationem fieri falsam.*

ANTI. *Sed & eam, quæ est c b contingit veram esse, cum altera sit falsa, vt si b & in c & in a erit, Necesse est enim alterũ sub altero esse. Quare si accipiatur a in nullo c esse, falsa erit propositio. Manifestum igitur est, quoniam, & cum altera falsa sit, & in vtrisque erit falsius syllogismus.*

Ostendit quomodo minor sit vera, maiori existente falsa. Et dicit ꝙ propositio c b scilicet minor potest esse vera, cum maior sit falsa, Quia enim hæc propositio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

omne b est a cuius contraria debet concludi, est immediata, necesse est, ꝙ b sit in a sicut pars in toto, sicut albedo in colore. Potest autem accipi aliquid aliud, in quo ēt sit b sicut in toto, non tamen immediate, & illud sit qualitas, quæ sit c. Necesse est ergo, ſm prædicta, ꝙ horum duorum scilicet a & b alterum sit sub altero idest color sub qualitate. Si ergo aliquis accipiat a in nullo c esse vt pura si dicat, nulla qualitas est color, falsa erit propositio. Minor autem erit vera. ſ. omnis albedo est qualitas. Conclusio autem erit falsa, & immediate contraria. ſ. nulla albedo est color. Sic ergo manifestū est, ꝙ potest fieri syllogismus ignorantiæ negatiuus in prima figura, & altera propositione falsa, & vtrisque. Deinde cum dicit.

ARGY. *Sed in figura media; vt totæ quidem propositiones ambę sint falsæ, fieri nequit. Nam cum a cuilibet in est b nullum tum sumi medium potest, quod alteri cuilibet alteri nulli cōpetet. oportet autem hoc pacto sumere propositiones, vt alteri quidem insit, alteri vero non insit, si hac in figura ratiocinatio fieri debeat. Si igitur sic sumātur, sint falsæ cōstat, si sumantur econtra veras vtrasq; fore. Quod quidem fieri nequit. Verum aliqua ex parte esse falsam esse vtrang; non obstare quicquam videtur veluti si mediū c tam a quā & cuidā insit. Tunc.n. si c ipsum cuilibet quidē a nulli vero b dicatur inesse, falsæ quidē erunt ambæ propōnes, ac nō simpliciter, sed aliqua ex parte, sicuti patet. Eadē erunt & si proponem negatiuam versus extremum maius posueris.*

ANTI. *Sed in media figura vtrasq; quidem propositiones totas falsas esse non contingit. Cum.n. a in omni b sit, nihil erit accipere quod in altero quidem omni, in altero vero nullo. Oportet autē sic accipere propositiones, & quōd in hac quidem sit, in hoc autem non sit, si vere erit syllogismus. Si igitur sic accipiantur falsæ, manifestū est quod cōtrariæ econuerso se habebunt. Hoc aūt impossibile est. In quodam autē vtrang; nihil prohibet falsam esse, vt sic in a & in b quodam est. Si.n.c quidem in omni accipiatur esse a, in b autē nullo, falsæ quidem vtræq; propositiones, non tamen totæ, sed in quodam. Econuerso autem posito primatiuo.*

Ostendit quomodo syllogismus ignorātiæ negatiuus fiat in secunda figura. Et primo, quando vtraque est falsa. Secundo, quando altera tantum, ibi ⁋ Similiter autem & alteram esse falsam. ⁋ Dicit ergo primo, quōd non contingit in media figura vtrasque propositiones esse totas falsas. Et dicit totas illa falsas, quæ sunt contrariæ propositionibus veris. Et hoc probat. Quia cum debeamus negatiuam concludere falsam contrariam affirmatiuę immediatę, necesse est, accipere, ꝙ hæc sit vera & immediata, omne b est a puta omnis albedo est color. Sic autem se habentibus terminis, non potest inueniri aliquis medius terminus, qui vniuersaliter prædicetur de vno termino, & vniuersaliter remoueatur ab altero. Detur.n. ꝙ illæ terminus c vniuersaliter remoueatur ab a, & vniuersaliter prædicetur de b erit ergo hæc vera. Nullum a est c, quare & conuersa erit vera, nullum c est a, sed omne b est c, ergo nullum b est a, cuius contrarium fuit suppositum. Similiter etiam non potest esse, ꝙ vniuersaliter remoueatur a b & vniuersaliter prædicetur de a, quia si hæc est vera, omne a est c, & econuersa erit vera quoddā c est a. Si autem hæc est vera, nullum b est c, & conuersa erit vera nullum c est b. Sic ergo ex his duabus propositionibus, quodam c est a nullum c est b, sequitur quoddam b non est a, quæ est contradictoria eius, quę supponebatur, omne b est a. Relinquitur ergo, quōd impossibile est inueniri aliquod medium, quod prædicto modo se habentibus a & b de vno prædicetur, & ab alio remoueatur. Et tamen oportet, si debeat fieri syllogismus in secunda figura, ꝙ medium de vno extremorum prædicetur, & de alio negetur. Et ideo si ambæ sunt falsæ totaliter, oportet, ꝙ earum contrariæ sint veræ, quod est impossibile, vt probatum est. Nihil enim prohibet, vtranque propositionem esse falsam particulariter. Puta si accipiamus quodam medium, quod particulariter prędicetur de a & de b puta masculus, quod particulariter prædicatur de animali & de homine. Si vero accipiatur c esse in omni a puta si accipiamus omne animal esse masculum, & accipiamus c in nullo b esse, puta si dicamus, nullus homo est masculus, vtraque propositio est falsa, non tamen non totaliter, sed particulariter. Et eadem ratio est, si econuerso maior sit negatiua, & minor affirmatiua. Vt si dicamus, nullum animal est masculum, omnis homo est masculus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Fieri tamen potest, vt altera falsa, atque vtrauis propositionum sumatur. Quod enim inest cuilibet a, id b quoque cuilibet inest. Si igitur ipsum c tale sumptum cuilibet quidem a, nulli vero b competere dixeris, a c quidem erit vera c b autem falsa. Rursus quod nulli b competit, id nec a cuilibet inerit. Nam si cuilibet ipsi competet, & ipsi quoq; b cuilibet profecto competeret. At nulli inesse supponitur. Si igitur cuilibet quidem a, nulli vero b competere dixeris, c b quidam veram, alteram vero falsam efficies.*

ANTI. *Similiter autem alteram falsam, & quamlibet contingit. Quod enim est in a omni, & in b est. Si igitur accipiatur in a toto esse c, in b autem toto non esse, quę quidem c a vera erit sed quæ c b est falsa. Iterum quod in b nullo est. neque in a omni erit. Si enim in a est, & in b. Sed non erat, Si igitur accipiatur c in toto quidem a ēse, in b autem nullo b c propositio, vera est, altera vero falsa.*

Ostendit quo modo contingit alteram esse falsam. Et primo in secundo modo secundæ figuræ. Secūdo in primo, ibi ⁋ Similiter aut fit transposito, &c. ⁋ Dicit ergo primo, ꝙ contingit in hac figura alteram propositionem esse falsam indifferenter, quęcunq; sit illa. Quod patet ex hoc, ꝙ supponatur a per se & immediate prædicari de b, quicquid est in omni a est in omni b, sicut omne, quod vniuersaliter prędicatur de animali prędicatur vniuersaliter de homine. Si ergo accipiatur aliquod mediū c qđ vniuersaliter prædicetur de a, vt si dicamus omne animal est viuum, & vniuersaliter remoueatur a b, si dicamus, nullus hō est viuus, patet quōd a c, quæ est maior propositio erit vera, sed b c quæ est minor, erit falsa. Et similiter probat, ꝙ econuerso contingit maiore esse falsam. Non enim potest esse ꝙ aliquid vniuersaliter remoueatur a b, & vniuersaliter prędicetur de a terminis sic se habentibus. Dictum est enim quōd si aliquid est in a vniuersaliter, sequitur ꝙ sit in b. Si ergo aliquid remoueatur ab vniuersaliter, non potest esse, ꝙ vniuersaliter prędicetur de a. Sicut, quōd vir remoueatur ab homine, non potest vniuersaliter prædicari de animali. Si ergo accipiatur aliquid, quod vniuersaliter remoueatur ab homine, puta rationale, & dicatur sic, omne animal est irrationale, nullus homo est irrationalis, sequitur ꝙ minor propositio est vera, & maior falsa. Sed in his terminis, maior propositio non est totaliter falsa. Potest autem accipi terminus in quo sit totaliter falsa, puta si accipiamus inanimatum pro medio. Deinde cum dicit.

ARGI. *Idem vtiq; fiet, si versus maius extremū, propositionem negatiuam posueris. Quod.n. nulli competit a, id etiā nulli competit b. Si igitur c nulli quidem a cuilibet vero b competere dixeris, a c quidē propositio erit vera, altera vero falsa.*

Rursus

Rursus si id quod b cuilibet inest, nulli competere dixeris a falsam tum efficies propositionem. Necesse est enim si B cuilibet inest, & a cuidam competat. Si igitur huiusmodi sumptum c nulli quidem a, cuilibet vero b dicatur competere, erit c b quidem vera a c autē falsa. Patet igitur ex vtrisque falsis, & ex altera tantum, circa propositiones indiuiduas ratiocinationem fieri falsam esse.

ANTI. *Similiter autem fit transposito priuatiuo. Quod enim in nullo est a, neque in b vllo erit. Si igitur accipiatur c in toto quidem a non esse, in b autem toto esse, quæ quidem est a c, propositio vera est, altera autem falsa. Et iterum quod in omni b est, in nullo accipere a non esse, falsum est. Necesse est.n. si in omni b est, & in quodā a esse. Si igitur accipiatur in omni quidem b esse c, in a aūt nullo, quæ quidē est b c vera erit, quæ aūt est c a falsa. Manifestū igitur est quōd utrisq; falsis, et altera tm erit syllogismus deceptius in indiuiduis.*

Ostendit idem in primo modo secundę figuræ, in quo maior est negatiua. Manifestum est enim ꝙ prædictis terminis scilicet a & b sic se habentibus, vt dictum est, quod vniuersaliter remouetur ab a nō poterit esse in nullo b. Si ergo accipiatur c medium, quod vniuersaliter remouetur ab a & vniuersaliter prædicetur de b, erit maior vera & minor falsa. Puta si sint isti termini, inanimatum, animal, homo. Et similiter ostendit, quōd potest esse minor vera & maior falsa. Manifestum est enim secundum prędicta, quōd id, quod vniuersaliter prędicatur de b non remouetur vl̄ter ab omnia, quia quod vniuersaliter prædicatur de b ad minus oportet in quodam a esse. Si ergo accipiatur c medium, quod vl̄ter prædicetur de b, puta rationale vel viuum, & vniuersaliter negetur de a minor propositio erit vera. ſ. omnis homo est rationale, vel viuum. Maior autem, nullum animal est rationale, est falsa in parte. Nullum animal est viuum, est falsa in toto. Deinde epilogando concludit, quōd syllogismus deceptiuus potest fieri in immediatis, vtrisque propositionibus existentibus falsis, vel altera tantum.

LECTIO XXIX.

Quomodo in syllogismo ignorantię syllogizetur tam negatiua falsa mediata, quam affirmatiua, tam per medium proprię quam non proprium & extraneum docet.

ARGY. *Sed cum propōnes affirmatiuæ vel negatiuæ medio non vocantes falso per medium proprium cōcluduntur, fieri non potest, vt propositiones ambæ falsæ sumatur, sed ea tantum sumitur falsa, quę est versus extremū maius. Atq; propriū id medium dico, per quod fit ea ratiocinatio, quæ opponitur falsæ. Anang; per c medium cōpetat ipsi b. Cū igitur c b propositionem affirmatiuam oporteat sumi, si prima in figura ratiocinatio fieri debeat, patet hanc quidem perpetuo verā esse, non enim ipsam vertere licet, a c autem esse falsam.*

ANTI *In his autem, quæ non indiuidua sunt, cum quidem per proprium medium fiat falsitatis syllogismus, non possibile est vtrasque falsas esse propositiones, sed solum quę est ante maius vltimum. Dico autem proprium mediū, per quod fit contradictionis syllogismus. Sit enim a in b per medium c. Quoniam igitur necesse est quæ est c b affirmatiua accipi syllogismo facto, manifestum est quod semper hęc est vera, non enim conuertitur, sed quæ est a c falsa. Hæc enim conuersa econtrario fiet syllogismus.*

Postquam Philosophus ostendit, qūo syllogismus ignorantiæ sit in propositionibus immediatis, hic ostendit, quomodo fit in propositionibus mediatis. Et primo, quo modo concludatur propositio negatiua falsa, quæ opponitur affirmatiuæ veræ. Secundo quo modo concludatur affirmatiua falsa, quæ opponitur negatiuæ veræ, ibi ⁋ Si vero sit affirmatiuus. ⁋ Circa primum duo facit. Primo ostendit hoc in prima figura. Secundo in secunda, ibi ⁋ Sed per mediam figuram. ⁋ Circa primus tria facit. Primo ostendit, quomodo fit syllogismus ignorantiæ in propositionibus mediatis, per medium proprium. Secundo, quomodo fit per medium quidem non proprium, sed tamen simile habitudinem habens ad terminos, sicut medium proprium, ibi ⁋ Similiter autem est, & si ex alia ordinatione. ⁋ Tertio, ostendit quomodo fit prædictus syllogismus per medium extraneum, ibi ⁋ Si vero non per proprium medium. ⁋ Dicit ergo primo, ꝙ quando syllogismus cōcludens falsum, fit in propositionibus, quæ non sunt indiuiduæ idest immediatę, si accipiatur proprium medium, vnde fit syllogismus, non potest esse vtrasque propositiones esse falsas, sed solum maiorem. Et exponit, quid nominet proprium medium. Ex quo enim ꝙ propositio, cuius cōtraria syllogizatur est mediata, oportet, ꝙ prædicatum syllogizetur de subiecto, per aliquod medium. Potest ergo illud idem medium accipi ad concludendum oppositum, puta, hæc est propositio mediata, omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Medium autem per quod syllogizatur prædicatum de subiecto est figura habens triangulum extrinsecum, æqualem duobus intrinsecis sibi oppositis. Si vero volumus probare, quōd nullus triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, per idem medium erit syllogismus falsitatis per proprium mediū. Et ideo dicit, quod medium proprium est, per quod fit syllogismus contradictionis idest ad oppositum, puta in prædicto exemplo. Sit a triangulus habere tres b, mediū c, sit figura talis. In prima autem figura, necesse est minorem esse affirmatiuam & ideo oportet, quod illa, quæ erat minor in syllogismo vero, maneat nō conuersa nec transmutata in suam oppositam, in syllogismo falsitatis. Vñ oportet, quōd semper sit vera. Sed maior ꝓpositio, veri syllogismi conuertitur in negatiuam contrariam, et ideo oportet, quōd maior sit falsa. Puta si dicamus, nulla figura habens, &c. habet tres, &c. omnis triangulus est figura, &c. Deinde cum dicit.

ARGY. *Idem efficietur, & si medium alia ex serie fuerit sumptum, ceu d si in toto si a & de omni b prædicetur. Etenim d b quidem intacta maneat propositio, altera vero vertatur necesse est. Quibus efficitur, vt illa quidem perpetuo vera, hæc aūt semper falsæ sumatur. Atq, talis error concurvit cū eo, qui per mediū efficitur proprię, ac fere idē est.*

ANTI. *Similiter autem est, & si ex alia ordinatione accipiatur medium, vt d quamuis in toto a sit, & de b prædicetur omni. Necesse enim est quæ quidem b d propositionem manere, alteram autem converti. Quare hæc quidem semper vera, illa vero semper falsa. Et ferre huiusmodi deceptio eadē est ei quæ fit per proprium medium.*

Ostendit quo modo fit prędictus syllogismus per medium extraneum & non proprium, sed simile proprio. Et dicit, quōd similiter syllogizabitur, si medium accipiatur ex alia ordinatione. Puta si a demonstretur de b per c, & accipiamus in syllogismo falsitatis mediū nō c sed d, ita tamen ꝙ d etiam contineatur sub a vniuersaliter, & prædicetur vniuersaliter de b, puta si accipiamus pro medio figuram contentam tribus lineis rectis, quia hic etiam necesse est minorem propositionem scilicet d b manere, sicut erat in syllogismo concludente verum, quamuis per proprium mediū. Maiorem autem propositionem necesse est transmutari in contrariam, & ideo

semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper minor erit vera, & maior semper erit falsa. Et quantum admodum arguendi, ista deceptio est similis ei, quæ fit per proprium medium. Deinde cum dicit,

ARGY. *Si vero non per medium proprium extruitur ratiocinatio cum hoc tale est, vt ipsi quidem subiiciatur a de nullo vero dicatur b, tum ambas propositiones falsas esse necesse est. Etenim modo contrario sunt sumendæ, si ratiocinatio fieri debeat. At si hoc modo sumantur, ambæ sane vertentur in falsas, veluti si a quidem cuilibet insit d ipsum aut d nulli competat b. His enim versus ratiocinatio fiet, et ambæ propositiones erunt, vt diximus, falsæ. Cum uero medium, ceu d, non subiicitur ipsi a, tum a d quidem propositio erit uera, quia d non erat in a, d b vero falsa, quoniam si esset vera, conclusio etiam esset vera. At erat falsa.*

ANTI. *Si vero non per proprium medium sit syllogismus. cum quidem sub a sit medium, in b aūt nullo est, necesse est utrasque falsas esse. Recipiendæ. n. vtiq; econtrario sunt, quàm se habent, propositiones, si debet syllogismus fieri. Sic. n. acceptis, vtraq; siunt falsæ, vt si a quidem in toto d, d aūt in nullo b. conuersus enim his syllogismus quidem erit, et utraq; propositiones falsæ. Cum vero non sit sub a medium, vt d, quæ quidem est a d vera erit, quæ vero est d b, falsa, quia si esset vera & conclusio esset vera. Sed erat falsa.*

Ostendit quomodo fit syllogismus falsitatis per medium extraneum, & dissimile proprio. Potest autem hoc modo medium accipi, vt contineatur vniuersaliter sub a, & de nullo b prædicetur. Et in hoc casu oportebit vtrasque propositiones esse falsas, quia oportebit ad hoc quòd fiat syllogismus in prima figura, accipere propositiones contrario, vt scilicet accipiamus maiorem negatiuam, & dicamus. nullum d est a, & minorem affirmatiuam, & dicamus, omne b est d, & sic patet vtrasque esse falsas. Et hæc quidem habitudo terminorum inueniri non potest in conuertibilibus sicut in subiecto, & passione, quæ per aliquod medium de subiecto concluditur. Manifestum est enim quòd non potest accipi aliquid, de quo passio vniuersaliter prædicetur, quod a subiecto vniuersaliter remoueatur. Sed hęc habitudo potest inueniri, quando propositio est mediata, ex hoc quòd superius genus, vel passio superioris generis prædicatur de vltima specie, Puta si dicamus, omnis homo est viuus, Viuum enim potest concludi de homine per medium, quod est animal. Si ergo accipiamus aliquid de quo viuum vniuersaliter prædicetur, sicut est oliua, quæ vere remouetur ab homine vniuersaliter, erit habitudo terminorum, quam quærimus. Hęc enim erit falsa, nulla oliua, est viua, & minor erit similiter falsa, omnis homo est oliua, & similiter conclusio erit falsa, nullus homo est viuus, quod est contrarium propositioni veræ mediatæ. Contingit etiam maiorem esse veram, & minorem esse falsam. Puta si accipiamus, per medio aliquid quod non contineatur sub a puta lapidem. Tunc enim maior, quæ est a b erit vera scilicet nullus lapis est viuens, quia lapis non continetur sub viuo, sed minor erit falsa scilicet omnis homo est lapis. Si enim esset hæc vera prima existente falsa, sequeretur, quòd conclusio esset vera cum tamen dictum sit, quòd sit falsa. Non autem potest esse econuerso, quòd minor sit vera si sit medium extraneum, quia medium extraneum non poterit vniuersaliter prædicari de b. Oportet autem sem per minorem affirmatiuam accipere in prima figura. Deinde cum dicit.

Minor ī prima figura.

ARGY. *Cum autem per mediam figuram fit error, tum fieri necesse est, vt ambæ propositiones totæ falsæ sumatur. Nam cū subiiciatur ipsis a fieri non potest, vt quicquam vnquam alteri cuilibet, alteri nulli cōpetat, sicut et autem diximus. Altera tamen propō falsa, & utrauis etiam sumi potest. Nam si c tam a quā b cuilibet inest, si idipsum cuilibet quidem a, nulli vero b competere dixeris, a c quidem erit vera altera vero falsa. Rursus si ipsum c nulli quidem a, cuilibet vero b competere dixeris, c b quidem erit vera, a c autem falsa. Si igitur deceptionis ratiocinatio negatiua, dictum est quando, & ex quibus ipsa deceptio erit.*

ANTI. *Sed per mediam figuram facta deceptione, utraq; quidē non cōtingit falsas esse propositiones totas. Cum enim sit b quidem sub a nihil contingit in hoc omni quidem in illo aūt nullo esse, sicut dictum est prius. Altera uero falso potest esse, & quæcunq; contingit. Si. n. c et in a et in b est, si accipiatur c in a quidē esse, in b uero non esse, quæ quidē est a c vera erit, altera, aūt falsa. Iterum aūt si in b quidem accipiatur c esse, in a autem nullo, quæ quidem est c b uera erit, altera aūt falsa. Si quidem igitur sit priuatius deceptionis syllogismus, dictum est quando, & per quæ erit deceptio.*

Ostendit quo modo fit syllogismus ignorantiæ negatiuus in secunda figura. Et dicit, q̄ non potest contingere in secunda figura, quòd vtraque propositio sit falsa totaliter. Si enim debeat concludi hęc falsa nullum b est a. contraria veræ, oportet q̄ a vniuersaliter prædicetur de b. Vnde non poterit aliquid inueniri, quod vniuersaliter prędicetur de vno, & vniuersaliter negetur de altero, sicut supra dictum est, cum agebatur de syllogismo ignorantiæ in immediatis. Potest tamen altera tantum esse totaliter falsa, quæcunq; sit illa. Et manifestat primo, in secundo modo secundæ figuræ, in quo maior est affirmatiua, & minor negatiua. Sit ergo medium sic se habens ad extrema, vt vniuersaliter prędicetur de vtroque, sicut vniuersaliter viuum de animali prędicatur, & de homine. Si ergo accipiatur maior affirmatiua, vt dicamus, omne animal est viuum, & accipiatur minor negatiua, vt dicatur, nullus homo est viuus, maior erit vera, & minor falsa, & conclusio falsa. Similiter etiam si accipiamus in primo modo secundæ figuræ maiorem negatiuam, vt si dicamus, nullum animal est viuum, & minorem affirmatiuam, vt dicamus, omnis homo est viuus, erit maior falsa, & minor vera, & conclusio falsa. Et his dictis, epilogando concludit dictum esse, quando, & per quæ possit fieri deceptio, si syllogismus deceptiu⁹ sit priuatiuus.

Lect. prima

Deinde cum dicit.

ARGI *Sed si affirmatiua sit, cum per medium quidē extruitur proprium, fieri non potest, ut ambæ propositiones sint falsæ. Necesse est enim intacta maneat ipsa c b, si ratiocinatio fieri debeat, quēadmodū et antea diximus. Quare semper erit a c propositio falsa. Hæc est enim ea, quæ uertitur.*

ANTI. *Si uero sit affirmatiuus tunc quidem per proprium medium impossibile utraq; esse falsas. Necesse. n. est, quæ est b c manere, siquidem erit syllogismus, sicut dictū est prius. Quare a c semper erit falsa. Hæc enim est conuersa.*

Ostendit, quo modo fiat affirmatiuus syllogismus deceptionis in propositionibus mediatis. Et primo quando fit per proprium medium. Secundo, quando fit per medium simile proprio, ibi. {Similiter autem, & si ex alio &c.} Tertio, quando fit per medium extraneum, ibi {Cum vero fit per non proprium.} Dicit ergo primo quòd si fiat syllogismus deceptionis affirmatiuus in propositionibus mediatis, si accipiatur proprium medium vt supra expositum est, impossibile est, q̄ vtraque sit falsa. Quia cū talis syllogismus non possit fieri nisi in prima figura, vtraq; existente affirmatiua, necesse est, quòd minor propositio maneat hoc modo, sicut erat in vero syllogismo.

logismo. Vnde oportebit maiorem propositionem esse mutatam. s. de negatiua in affirmatiuam, & oportebit, q̄ sit falsa. Puta si velimus concludere, quòd omnis homo sit quantitas, quod est contrarium huic, nullus homo est quantitas, cuius proprium medium est substantia, accipiemus istam falsam, omnis substantia est quantitas, & hanc veram, ois homo est substantia. Deinde cum dicit.

ARGY. *Idem efficietur, & si ex alia serie medium ipsum sumatur, sicut & in errore diximus negatiuo. Etenim d b propositio maneat a d vertatur necesse est. Atque hic error conuenit cum priore.*

ANTI. *Similiter autem & si ex alia ordinatione accipiatur medium, sicut dictum est & in priuatiua deceptione. Necesse est enim quæ quidem est d b manere, quæ vero est a d conuerti. Et hęc deceptio est eadem priori.*

Ostendit, quo modo fit syllogismus ignorantię, quando accipitur medium non proprium, quod non sit eiusdem ordinis, sed ex alia coordinatione. Puta si dicerem. Omne agens est quantitas, omnis homo est agens, ergo omnis homo est quantitas. Oportet enim minorem manere maiorem aūt mutari de negatiua in affirmatiuam. Vndæ & hęc deceptio similis est priori deceptioni, sicut dicebatur in syllogismo priuatiuo. Deinde cum dicit.

ARGY. *Sed cum non per proprium ratiocinatio conficitur medium, si d quidem collocatur sub a, propositio quidem a d erit vera, d b autem falsa. Feri nanque potest, vt a cuidam insit, cuidam non insit. quorum neutrum sub altero collocatur. Sin vero d non subiicitur ipsi a, tum a d quidem semper est falsa, quippe cum affirmatiuam eam esse oporteat, d b vero fieri potest vt nunc vera, nunc falsa sumatur. Nihil enim vetat, ut a quidē nulli d competat, d vero cuilibet insit b. Animal enim nulli scientiæ competit, a scientia musicæ cuilibet inest. Neque rursus prohibet quicquam, vt neque a cuiquam d, neq; d cuiquam insit b. Patet igitur fieri posse, vt ambæ atq; altera sit falsa, cum medium nō collocatur sub a, Perspicuum igitur est, quot modis per ratiocinationē error, & per quæ fieri potest circa propositiones vocantes medio, & item eas, quæ demonstrari possunt.*

ANTI. Vide in annotatione.

Cum uero sit non per proprium, siquidem sit d sub a hęc quidem erit vera, altera autem falsa. Potest enim a in pluribus esse, quę non sunt subinuicem. Si vero non sit d sub a, hæc quidem semper manifestum est quoniam erit falsa, affirmatiua enim accipitur. Quæ vero est d b contingit veram & falsam. Nihil enim prohibet a quidem m d nullo esse, d autem in omni b, vt animal scientia, musica. Non autem iterum neque a in nullo d, neque d in nullo b. Manifestū igitur est, quoniam cum non sit medium sub a, & vtræque possunt falsæ esse, & quæcunque contingit. Quot quidem igitur modis, & per quæ possunt fieri per syllogismum deceptiones, & in his, quæ sunt sine medio, & in his, quæ sunt per demonstrationem, manifestum est.

Ostendit quō fiat syllogismus deceptionis affirmatiuus per medium extraneum, & dicit quòd si accipiatur tale medium extraneum, quod cōtineatur sub maiori extremitate, tunc maior erit vera, & minor falsa. Potest. n. à quæ est maior extremitas, de pluribus vł prędicari, q̄ non sunt subinuicem, puta habitus de grammatica & virtute, Hęc. n. est mediata, nulla grammatica est virtus. Posumus ergo concludere contrarium huius. {Omnis grammatica est virtus, per aliquod medium, quod cōtineatur sub virtute, & tunc maior erit vera, & minor falsa. Puta si dicamus, omnis temperātia est virtus, omnis grammatica est temperantia, ergo omnis grammatica est virtus. Si vero accipiatur aliquod medium, quod nō sit sub maiori extremo, maior semper erit falsa, quia accipiatur affirmatiua. Sed minorem contingit esse cum hac q̄nque quidem falsam, & tunc ambę erūt falsę, puta si dicamus, omnis albedo est virtus, omnis grammatica est albedo, ergo &c. Quandoque aūt potest esse vera, Nihil. n. prohibet sic se habētibus terminis, quòd a remoueatur ab omni d, & d sit in omni b, Sicut est in terminis his, animal, scientia, musica. Animal. n. quod est maior extremitas remouetur vł ab omni scientia, vnde hæc, quæ sumitur vt maior in syl logismo ignorantiæ, omnis scientia est animal, est falsa. Minor vero, s. omnis musica est scientia, est vera, sed conclusio fiat contraria negatiuæ verę mediate. Contingit etiam quòd a sit in nullo d, & d in nullo b vt dictum est. Sic igitur patet, quòd quando medium non continetur sub maiori extremitate possunt esse vtræque falsæ, & altera earum quæcunque contingit, quia maior, & minor potest esse falsa, maior aūt non potest esse vera, sic se habētibus terminis, vt supra dictum est. Vltimo autem epilogando concludit manifestum esse ex prædictis quot modis, & per quas propositiones veras vel falsas possunt fieri deceptiones per syllogismū, tam in propositionibus immediatis, quam in propositionibus mediatis, quæ demonstratione probantur.

LECTIO XXX.

Natura ignorantiæ simplicis negationis exponitur.

ARGY. *Manifestum est etiam si sensus quispiam de fuerit, necessario & scientiam aliquam deesse, quam quidem consequi non possumus.*

ANTI. Tex.co. 33. *Manifestum autem est, & si aliquis sensus defecerit, necesse est & scientia aliquam deficere, quam impossibile est accipere.*

Postquam Philosophus determinauit de ignorantia dispositis, quæ fit per syllogismō, hic determinat de ignorantia simplicis negationis, quæ fit absq; syllogismo. Et primo ostendit in quibus habeatur talis ignorantia ex necessitate. Secundo probat propositum ibi {Siquidem addiscimus &c.} Dicit ergo primo quòd si alicui deficiat aliquis sensus. puta visus, aut auditⁿ, necesse est, quòd deficiat ei scia propriorum sensibilium illius sensus. Puta si cui deficit sensus visus, necesse est quòd deficiat ei scientia de coloribus. Et sic habebit ignorantiam negationis de coloribus, oīno ignorans colorem. Sed hoc intelligendum est qñ nunquam habuit sensum visus, sicut patet in cœco nato. Si quis. n. amittat visum prius habitū, non oportet propter hoc quòd careat scientia colorum, quia ex his, quæ prius sensit remanet in eo colorum memoria. Contingit aūt de aliquibus rebus haberi ignorantiam negationis, quæ tamē cognosci possunt per sensum, quem habemus, sicut si aliquis habens visum semper fuisse in tenebris, careret quidem scientia colorum, sed non ex necessitate, quia posset accipere sentiendo colores, qđ non contingit in eo, qui caret sensu visus. Et ideo addit, quòd impossibile est accipere, quia videlicet illæ, qui caret potentia visiua, non potest etiam percipere cognitionem colorum. Deinde cum dicit.

Cur dicit impossibile est accipere.

ARGY. *Siquidem discimus, vel inductione, vel demonstratione. Est autem demonstratio quidem ex vniuersalibus, inductio vero ex particularibus. Fieri vero non potest vt vniuersalia percipiantur, nisi per inductionem, quoniam & ea, quæ abstracta, dicuntur, erunt per inductionem nota, siquis nota voluerit facere, ineſſe inquam nonnulli generi cuiq;, & si non separabilia sunt & vnumquodq; est tale. Inductionē aūt eum qui sensu caret, conficere, vnum eorū esse constat, quę nullo pacto fieri possunt. Ipsorū nanq; singulariū est ip-*

sa

Universidad de Deusto
Biblioteca

se sensus. Non enim fieri potest, vt ipsorũ accipiatur scientia. Neque enim ex vniuersalibus absque inductione, neq; per inductionem sine vi sensciendi.

ANTI. Vide in annotatione. *Siquidem addiscimus, aut per inductionem, aut per demonstrationem. Est autem demonstratio quidem ex vniuersalibus inductio autem ex his, quæ sunt secundum partem. Impossibile, est autem vniuersalia speculari, nisi per inductionem quoniam, & quæ est abstractione dicuntur, est per inductiones nota facere, quia insunt in vnoquoque genere quæ dam, & si non separabilia sint secundum quòd huiusmodi vnumquodque est. Inducere autem nõ habentes sensum impossibile est. Singularium sensus est. n. Non. n. contingit accipere ipsorum scientiam. Neque enim ex vniuersalibus est sine inductione, neque per inductionem sine sensu.*

Probat propositum per hoc q̃ duplex est modus acquirendi scientiam. Vnus quidem per demonstrationem
Lect pri. aliusautem per inductionem, quod etiam in principio huius libri positum est. Differunt autem hi duo modi, quia demonstratio procedit ex vniuersalibus. Inductio autem procedit ex particularibus. Si ergo vniuersalia ex quibus procedit demonstratio, cognoli possent absque inductione, sequeretur q̃ homo posset accipere scientiã eorum quorum non habet sensum. Sed impossibile est, vniuersalia speculari absque inductione. Et hoc quidẽ in rebus sensibilibus est magis manifestum, quia in eis per experientiam quam habemus circa singularia sensibilia, accipimus notitiam vsem, sicut manifestatur in. 1. Mat.
Lect. 1. tex. expo. 6. Sed maxime videtur hoc dubium in his, q̃ dicuntur secundum abstractionem sicut in mathematicis. Cum enim experientia à sensu ortum habeat, vt dicitur in. 1.
Circa principium. Meta. videtur q̃ hoc locum non habeat in his, quæ sunt abstracta à materia sensibili. Et ideo ad hoc excludendũ dicit q̃ etiam ea, quæ dicuntur secundum abstractionẽ, contingit nota facere per inductionem, quia in vnoquoque genere abstractorum sunt quædam particularia quæ non sunt separabilia a materia sensibili, secundũ q̃ vnum quodq; eorum est hoc. Quamuis enim linea secundum abstractionem dicatur linea communi, tamen hæc linea quæ est in materia sensibili, inquantum est individuata, abstrahi non potest, quia individuatio eius est ex hac materia. Non autem manifestantur nobis principia abstractorum, ex quibus demonstrationes in eis procedunt, nisi ex particularibus aliquibus, q̃ sensu percipimus. Puta ex hoc quod videmus aliquod totum singulare sensibile, inducimur ad cognoscendum quid est totum & pars. & cognoscimus quòd omne totum est maius sua parte considerando hoc in pluribus. Sic igitur vniuersalia est quibus demonstratio procedit, non sunt nobis nota, nisi per inductionem. Homines autem carentes sensu aliquo nõ possunt inductionem facere de singularibus pertinentibus ad sensum illum, quia singularium ex quibus procedit inductio, est solum cognitio sensus. Vnde oportet q̃ omnino sint huiusmodi singularia ignota, quia non contingit, quòd aliquis carens sensu accipiat talium singularium scientiam, quia neq; ex vniuersalibus potest demõstrare sine inductione, per quam vniuersalia cognoscuntur, vt dictum est, neque per inductionem potest aliquid cognosci sine sensu, qui est singularium, ex quibus procedit inductio. Est autem considerandum, quòd per verba
Opi. Pl. fal. Philosophi, quæ hic inducuntur, excluditur duplex positio. Prima quidem est positio Platonis, quia ponebat q̃ nos habebamus scientiam de rebus per species participatas ab ideis. Quod sit esset verum vniuersalia fierent nobis nota absque inductione, & ita possemus acquirere scientiam eorum, quorum sensum non habemus. Vnde & hoc argumento vtitur Arist. contra Plato, in fine. 1. Meta. Secunda est positio dicentium quòd possumus in hac vita cognoscere substantias seperatas, intelligendo quidditates earum, quę tamen per sensibilia quę cognoscimus, quæ ab eis oĩmode transcenduntur cognosci nõ possunt. Vnde si ipse cognoscerentur f̃m suas essentias, sequeret quòd aliqua cognoscerent absq; inductione & sensu, quòd Philosophus hic negat, etiam de abstractis.

Lec. vlt. com. 45. Op. dist.

LECTIO XXXI.

Ex terminis, qui assumuntur in demonstratione. maiori videlicet, minori extremitatibus & medio, tam in non negatiuis, quam affirmatiuis processum in infinitum fit, inquirit.

ARG. *Omnis autem ratiocinatio tribus ex terminis constat. Atque alia est affirmatiua, quæ quidem ostendere potest a competere ipsi c ex eo quia a competit ipsi b & b competit ipsi c, alia est negatiua, quæ quidem alteram propositionem habet affirmatiuam, alteram negatiuam.*

ANTI. Tex. cõ. *Est autem omnis syllogismus per terminos. Et hoc quidem demonstrare possibile est, quoniam est a in c propter id quod est in b & hoc in c. Sed primatius est alteram quidem propositionem habens quoniam est aliud in alio, alteram autem quoniam non est.*

Postquam Philosophus determinauit de syllogismo demonstratiuo, ostendens ex q̃ bus & qualibus procedat, & in qua figura demonstrationes fieri possint, hic inquirit, vtrum demonstrationes possint in infinitum, procedere. Et primo mouet quæstionem. Secundo determinat eam, ibi ⁋ Quod quidem igitur non contingit me
Lect. sec. dia &c. ⁋ Circa primum duo facit. Primo premittit quædam antecedentia, quæ sunt necessaria ad intellectum quæstionis. Secundo mouet quæstionem, ibi ⁋ Sic igitur c huiusmodi &c. ⁋ Circa primum duo facit. Primo præmittit de forma syllogistica, quam oportet in demonstrationibus obseruare. Secundo resumit qualis debeat esse demonstrationis materia, ibi ⁋ Manifestum igitur est qđ principia. ⁋ Circa primum tria tangit. Quorum primum est cõe omni syllogismo scilicet quòd omnis syllogism' est per tres terminos, vt manifestum est in libro Priorũ. Secundum autem pertinet ad syllogismum affirmatiũ, cuius forma talis est, quòd concludit a esse in c propter
Lib. 1. Sec. id quod a est in b, & b est in c, quòd hæc est forma syllogistica in prima figura, in qua sola potest concludi affirmatiua vniuersalis, quę maxime quæritur in demonstrationibus. Tertium est, quod pertinet ad syllogismum negatiuum, qui de necessitate vnam propositionem habet affirmatiuam, aliam autem negatiuam, differenter tamẽ
Primo rum. c. in prima figura, & in secunda, vt patet per ea, quæ in libro Priorum sunt ostensa. Deinde cum dicit.

ARG. *Patet igitur hæc esse principia, & ea, quæ suppositiones dicuntur. His enim sumptis necesse est demonstrare a per b medium, ipsi competere c. Et rursus a per medium aliud, ipsi inesse b. Et item b per alind quippiam, ipsi competere c.*

ANTI. Vide in annotatione. *Manifestum igitur est quòd principia, & dictæ suppositiones hæ sunt. Accipientes enim hoc, sit necesse est demonstrare, vt quia a sit in c per b. Iterum autem quia a sit in b per aliud medium, & quòd b sit in c similiter.*

Resumit quæ sit materia demonstrationum. Et circa hoc tria facit. Primo enim proponit materiam. Secundo ostendit differentiam huius materię ad materiam syllogismi dialectici, ibi ⁋ Secundum quidem igitur opinationem. ⁋ Tertio differentiam positam manifestat, ibi ⁋ Habet autem sic se: ⁋ Dicit ergo primo, quòd cum syllogismus

gismus habet tres terminos, ex quibus formantur duæ propositiones concludentes tertiam, manifestum est, q̃ hæ propositiones, ex quibus proceditur in syllogismo demonstratiuo secundum formam prædictam, sunt princi
Lect. 5. pia, & suppositiones, de quibus in precedentibus dictum est. Qui enim accipit huiusmodi principia, sic demonstrat per ea, sicut expositum est in forma syllogistica, vt scilicet quia a sit in c probatur per b, & si propositio a b sit iterum mediata, quòd a sit in b demonstratur per aliquod medium, & simile est si propositio minor scilicet b c sit mediata. Deinde cum dicit.

ARGY. *Si igitur probabiliter, solumq; disserendi modo ratiocinari volumus, id tantum, vt patet, considerandum est, si ratiocinatio, ex quam maxime probabilibus, verisimilibusq; conficitur. Atque si per a b propositionem, quæ quidem, tamet si vera non vocat medio, videtur tamen eodem vocare ratiocinationem quispiam fecerit, is est, vt ad differentem pertinet ratiocinatus. Sin vero non illo pacto, sed ad veritatem ratiocinationes extruere libet tum, id considerandum est, vt ex hisce, qua competunt, ratiocinatio semper conficiatur. Res autem ita se habet.*

ANTI. *Secundum quidem igitur opinionem syllogizantibus, & solum dialecticæ, manifestum est quòd hic solum intendendum sit, ex quibus contingit verisimilis fiat syllogismus, quare & si est aliquod in veritate eorum quæ sunt a b medium, videtur autem non per hoc syllogizans, syllogizatus est dialecticæ. Ad veritatem autem ex his, quæ sunt, oportet intendere.*

Ostendit quantum ad prædictã differentiam inter syllogismum demonstratiuum, & syllogismum dialecticũ, quia enim syllogismus dialecticus ad hoc tendit, vt opinationem faciat, hoc solum est de intentione dialectici, vt procedat ex his, quæ sunt maxime opinabilia, & hæc sunt ea, quę videtur, vel pluribus vel maxime sapientibus. Et ideo si dialectico in syllogizando occurrit aliqua propositio, quę secundum rei veritatem habeat medium per quod possit probari, sed tamen non videatur habere medium, sed propter sui probabilitatem videatur per se, nota, hoc sufficit dialectico, nec inquirit aliud medium, licet propositio sit mediata, & ex illa syllogizans, sufficienter perficit dialecticum syllogismum. Sed syllogismus demonstratiuus ordinatur ad scientiam veritatis id eo ad demonstrationem pertinet, vt procedat ex veris, quæ sunt secundum rei veritatem immediata. Et si occurrit ei mediata propositio, necesse est quòd probet eã per medium proprium, quousque deueniat ad immediata, nec est contentus probabilitate propositionis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quoniam est id, quod de alio non per accidens prædicatur, atque per accidens dico, veluti cum dicimus nonnunquam album illud hominem esse non perinde dicentes, atque cum dicimus hominem esse album. Homo nanque, qui non est aliud quicquam, est album. At album est homo, quia accidit homini, vt sit album. Sunt igitur nonnulla talia, vt per se prædicentur.*

ANTI. Vide in annotatione. *Habet autem se sic. Quoniam autem est quòd ipsum quidem de alio prædicatur non secundum accidens. Dico aũt secundum accidens, vt album aliquando illud dicimus hoĩem esse. non similiter dicentes et hominem album. Quòd quidẽ enim cum non alterum aliquod sit, album est, album autem quoniam accidit homini esse album. Sunt igitur quædam huiusmodi, quæ secundum se prædicantur.*

Manifestat quod dixerat. dicens, quòd hoc dictũ est, quòd demonstrator ad veritatem ex his, quæ sunt proce
dit, sic se habet, vt dicetur. Inuenitur enim aliquid, quod de alio prædicatur, non secundum accidens, & exponit p affirmatiuam, dicens, quid prædicetur secundum accidens. Dupliciter enim aliquid prędicatur secundum acci
Dupliciter aliquid prædicatur secũdum aĩa. dens. Vno modo quando subiectum prædicatur de accidente, pura cum dicimus album est homo. Alio modo dissimiliter quando accidens prædicatur de subiecto sicut cum dicitur homo est albus. Et differt hic modus a primo quoniam hic, quando accidens prædicatur de subiecto, dicitur homo est albus, non quia aliquid alterum sit album, sed quia ipse homo est albus, & tamen est propositio per accidens, quia album non conuenit homini secundum propriam rationem. Neque enim ponitur in diffinitione eius, neque econuerso. Sed quando dicitur, album est homo, non dicitur, quia esse hominem insit albo, sed quia esse hominem inest subiecto albi cui scilicet accidit esse album. Vnde hic modus est magis remotus a prædicatione per se, quam primus. Sunt autem quędam quæ neutro illorum modorum per accidens prædicantur & ista dicuntur per se. Et talia sunt ex quibus demonstrator procedit. Sed hoc dialecticus non requirit & ideo quæstio, quæ ita proponitur de huiusmodi quæ per se prædicantur, non habet locum in syllogismis dialecticis, sed solum in syllogismo demonstratiuo. Deinde cum dicit.

ARG Y. *Sit itaque c tale, vt ipsum quidem nulli competat rei, b autem huic competat primo, vt non sit inter ipsa medium vllum, & rursus d ipsi b, & e ipsi d, & f. identidem ipsi competat e. Quærendum est igitur si necesse est hoc stare, an fieri potest, vt in infinitum proficiscatur?*

ANTI. *Sit igitur c huiusmodi quòd ipsum quidem nõ sit, in alio in hoc autem b sit primo, & non est aliud medium. Iterum f in e sit similiter, & hoc in b, nunquid igitur hic necesse est stare, aut contingit in infinitum ire?*

Mouet quæstiones intentas. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quæstiones in quibus locum habent. Secundo ostendit in quibus locum non habent, ibi ⁋ Sed in conuertentibus, &c. ⁋ Circa primum duo facit. Primo mouet quæstiones in demonstrationibus affirmatiuis. Secundo ostendit quòd hę quæstiones similiter locum habent in demonstrationibus negatiuis, ibi ⁋ Similiter autem dico & in priuatiuis. ⁋ Circa primum duo facit. Primo enim mouet quæstiones. Secundo ostendit ad qui
Monet. q. 3. primaq. huiusmodi quæstiones pertineant, ibi ⁋ Est autem hoc id tendere. ⁋ Circa primum mouet tres quæstiones secundum tres terminos syllogismi. Et primo mouet quæstionem maioris extremitatis, vtrum sit abire in infinitum in ascendendo. Et in hac quæstione supponitur vltimum subiectum quod non prædicatur de alio, & alia prædicantur de ipso. Sit ergo hoc c, & in c primo & immediatæ sit b, & in b sit e quasi de eo vniuersaliter prædicatum, & iterum f sit in e similiter de eo vniuersaliter prædicatum. Est ergo quæstio vtrum iste ascensus alicubi stet, ita quòd sit deuenire ad aliquid quod prædicetur de aljis vniuersaliter, & nihil aliud prędicetur de ipso. Aut hoc non sit necesse, sed contingat ascendere in infinitum. Secundo ibi.

ANTI. *Rursus sit a quo de nihil per se prædicatur. Atq; hoc ipsi primo competat b & nulli priori medio cõpetat. Et b idem idem ipsi g, & c ipsi f, & f ipsi competat e. Quærimus igitur vtrum & huiusce profectionis sit necessario status, an sine mõ sit semper abijtio? Atq; hoc tantum ab alio differt, quod illud quidẽ est, fieri ne põt, ut quispiam si a tali incipiat vt ipsum quidem non insit cuiquam, aliud autem de ipso dicatur*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatur versus supera pergendo, sine fine semper proficiscatur. Hoc autem est, fieri ne potest, vt quispiam si incipiat ab eo, de quo nihil dicitur, ipsum vero de altero prædicatur paterque in inferiora semper hoc pacto proficiscatur, nullisque ei modus occurras?

ANTI. *Et iterum si de a quidem nihil prædicatur per se, a autē in c est primo medium autem in nullo priori, & item c sit in i, & hoc in b, nunquid & in hoc stare necesse est, aut in hoc contingit in infinitum abire? Differt autem hoc a priori quoniam hoc quidem est nunquid contingit incepturum ab huiusmodi, quod in nullo est altero sed aliud in illo, in sursum in infinitum abire, alterum autem incepturum ab huiusmodi quod ipsum quidem de alio, de illo aūt nihil prædicatur, in deorsum intendere, si contingit in infinitum ire?*

Secunda.q. Mouet quæstionem ex parte minoris termini, vtrū.s. sit ire in infinitum descendēdo. Et in hac quæstione supponitur aliquod primum prædicatum vſe quod de alijs prædicetur, & nihil sit vniuersalius eo, quod prædicetur de eo. Sit ergo a tale ꝙ nihil de eo prædicetur, sicut totū vniuersale de parte, a vero de c prædicetur, & primo & immediate, & c de i, & i, de b. Est ergo quæstio vtrum necesse sit hoc in c descendendo stare, aut contingat in infinitum ire? Et ostendit consequenter differentiam harū duarum quæstionum, quia in prima quæstione, quæreba tur, si aliquis incipiat a particularissimo subiecto, quod nulli inest per modum quo totum vniuersale est in parte sed alia insunt ei, vtrum contingat procedere in infinitū ascendendo? Secunda vero quæstio est, si aliquis incipiat Sensus. 2.q. ab vniuersalissimo prædicato, quod prædicetur de alijs, sicut totum vniuersale de parte, & nihil hoc modo prædi catur de illo, vtrum contingat descendendo procedere in infinitum. Tertio ibi.

ARGY. *Præterea quærendum est, fieri ne potest, vt si extrema sint finita veluti si a competat ipsi c, & inter ipsa sit medium b, ac inter a & b medium etiam aliud cadat, & inter hæc rursus aliud, vtrum & in his ipsis sit in infinitum processio an idipsum fieri nequeat?*

ANTI. *Amplius media nunquid contingit infinita esse determi natis terminis. Dico autem, vt si a in c sit, medium autem ipsorum sit b, ab ipso autem b ad a alterum, sed horum alia nunquid & hoc in infinitum contingit abire, aut impossibile est?*

Tertia.q. Mouet tertiam quæstionem ex parte medij termini. Et in hac quæstione supponuntur duo extrema scilicet vniuersalissimum prædicatum, & particularissimum subiectum, & quæritur cum hoc, vtrum possunt esse infinita media, puta si a sit vniuersalissimum prædicatum & c sit particularissimum subiectum, & inter a & c sit medium b, & inter a & b iterum sit aliquod, & similiter in ter & b c, & horum etiam mediorum sunt alia media, in ter ipsa scilicet & extrema, tam ascendendo, quam descen Sensus.q. dendo. Est ergo quæstio vtrum hoc possit procedere in infinitum, aut impossibile sit hoc. Deinde cum dicit.

ARGI. *Idem est autem hoc considerare & si demonstrationes in infinitum proficiscantur, & si sit cuiuslibet demonstratio, an ad vtranque partem finis occurrat.*

ANTI. *Est autem hoc intendere idem esse, & si demonstrationes* Vide in an- *in infinitum veniunt, & si est demonstratio omnis rei, aut* notatione. *adinuicem concludantur.*

Ostendit ad quid tendant huiusmodi quæstiones, in quo declaratur quòd huiusmodi quæstiones pertinent ad materiam de qua nunc agitur scilicet ad demonstratio ens. Dicit ergo quòd intendere acquisitionem veritatis in istis quæstionibus, idem est ac si quæratur, vtrum demonstrationes procedant in infinitum vel ascendendo vel descendendo? Ascendendo quidem ita quòd quæli bet propositio ex qua demonstratio procedit sit demon strabilis per aliam priorem demonstrationem, & hoc est quod subiungit. ⁋ & si demonstratio omnis ⁋ ideſt cuiuſ libet propositionis. Quod quidam existimantes, circa Tex.cō. principia errauerunt, sicut dicitur in. 4. Metaphy si. De- Le.6 ca.3 scendendo autem si ex aliqua propositione demonstrata contingat iterum ad aliam demonstrationem posteriorem procedere. Et hoc est vnum membrum dubitationis. Si demonstrationes in infinitum procedunt, vel descendendo vel ascendendo. Aliud autem membrum dubitationis est, si demonstrationes adinuicem terminatur, ita scilicet quòd vna demonstratio confirmetur per aliam ascendendo, & ex vna demonstratione procedat, alia descendendo, & hoc vsque ad aliquem terminum.

Deinde cum dicit.

ARGI *Similiter de ratiocinationibus negatiuis & propositioni bus est dicendum, veluti si a nulli b competat, aut illi primo non inest, aut est aliquod medium cui priori non inest, atq; si sit c quod quidem cuilibet competit b, Rursus a aut ipsi c primo, aut alij priori non inest quod quidem cuilibet compe tit c, & in his enim, aut infinita sunt ea, quibus non inest, prioribus ipsum a finita, modusq; eandem occurrit.*

ANTI *Similiter autem dico & in priuatiuis syllogismis, & propositionibus, vt si a non inest nulli b primo, aut aliquid infra cui priori non inest a vt ipsi ideſt quod est in omni b. Et iterum hoc etiam in alio priori vt si c est quod sit in om ni i. Et nunquam in his, aut infinita sunt in quibus non inest prioribus, aut statur.*

Ostendit quòd prædictæ dubitationes habent locum etiam in demonstrationibus negatiuis, quia demonstra tio negatiua oportet ꝙ vtatur propositione affirmatiua, in qua subiectum conclusionis contineatur, sub medio, & a quo prædicatum cōclusionis remoueatur, secundum ergo quòd est ascensus & descensus in affirmatiuis, opor tet ꝙ sit ascensus & descensus in negatiuis syllogismis, & propositionibus, vtputa si conclusio demonstratiui syllo gismi sit nullum c est a & accipiatur sicut medium b, a quo a remoueatur. Est ergo primo considerandum vtrū a remoueatur a b primo siue immediatæ, aut sit aliud medium accipere a quo primo remoueatur a quam a b puta si prius remoueatur ab ideſt quod oportet vniuer saliter prædicari de b & iterum erit considerandum vtrū a remoueatur ab aliquo per prius quàm ab ideſt scilicet a c, quod prædicatur vniuersaliter de ideſt: Ita ergo & in his potest procedi in infinitum in remouendo, vt semper sit accipere a quo per prius remoueatur, vel oportet ali cubi stare. Deinde cum dicit.

ARGI *In his autem, quæ conuertuntur, res non se habet simili ter. Non est enim in bisce, quæ mutatam suscipiunt prædi cationem, id de quo primo, vel vltimo prædicatur. Omnia namque similiter hoc pacto se habent ad cuncta, siue sint ea infinita, quæ prædicantur de ipso, siue vtraq; dubitata sint infinita, præter idipsum quod non sit vt similiter conuertan tur, sed alterum per accidens, alterum vero natura.*

ANTI Vide in an notatione. *Sed in conuertentibus non similiter se habet. Non enim est in æquæ prædicabilibus de quo primo prædicatur, aut vl timo. Omnia enim ad omnia sic similiter se habent, & si sint infinita de ipso prædicantia, vtique sunt prædicta infinita, nisi similiter non contingat conuerti, sed hoc quidem sicut accidens, illud vero sicut prædicamentum.*

Ostendit in quibus dictæ quæstiones locum non ha beant,

beant, quia in his quæ æqualiter de se inuicem prædican tur, et conuertuntur adinuicem, non est accipere aliquod prius, & posterius, secundum illum modū, quo prius est a quo non conuertitur consequentia essendi, prout vniuersalia sunt propria, quia sine sint infinita prædicata, ita scilicet, quòd procedatur in infinitum in prædicando, siue sint infinita ex vtraque parte, ideſt tam ex parte prædicati quam ex parte subiecti, omnia huiusmodi infinita similiter se habebunt ad omnia, quia quodlibet eorum poterit prædicari de quolibet, & subijci cuilibet conuertibilium, nisi solum quòd potest esse talis differentia, quòd vnum eorum prædicatur vt accidens, & aliud præ dicatur vt prædicamentum, i. sicut formale prędicatum. Et hæc est differentia proprij & diffinitionis, quorum Differentia inter pro- vtrunque est conuertibile, & tamen diffinitio est prędi pri. & diffi. catum essentiale, & propter hoc est prius naturaliter pro prio, quod est prędicatum accidentale. Et inde est, quòd in demonstrationibus vtuntur diffinitione quasi medio ad demonstrandum propriam passionem de subiecto.

LECTIO XXXII.

Quemadmodum est status in affirmatiuis demonstrationibus ita in negatiuis esse ostendit respectu tam mediorum quam ex tremorum.

ARGI. *His hoc pacto dispositis, patet fieri nō posse, vt media sint infinita si prædicationes versus superius, inferiusue profici scantur ad statum. Atq; versus quidē superius prædicatio nem eam dico quę pergit ad id, quod est magis vniuersale, versus autem inferius, eam quæ ad particulare descendit.*

ANTI. Quod quidem igitur non contingit media infinita esse, si in sursum, & deorsum stent prædicamenta, manifestum est. *Dico autem sursum quidem quod in vniuersale magis est, deorsum autē quod in particulare.*

Postquam Philosophus mouit quæstiones, hic incipit eas determinare, & diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit quòd quorundam dubitationem solu tio reducitur ad solutionem aliarum. In secunda soluit dubitationem quantum ad illa in quibus per se & prin- Le.seq.ime. cipaliter difficultas consistit, ibi ⁋ Quod autem in illis si logicę, &c.⁋ Circa primum duo facit. Primo enim osten dit quod dubitatio quæ potest esse circa media reduci tur ad dubitationem, quæ mouetur de extremis, & ea soluta soluitur. Secundo ostendit quòd dubitutio, quæ est circa negatiuas demonstrationes, reducitur dubita tiones, quę est de affirmatiuis, ibi ⁋ Manifestum est aūt in priuatiuis &c.⁋ Circa primum tria facit. Primo propo nit, quod intendit. Secundo probat propositum, ibi ⁋ Si enim a prædicante &c.⁋ Tertio excludit quandam ob uiationem, ibi ⁋ Nec si aliquis dicat.⁋ Dicit ergo primo, quòd manifestum est, siquis rationem sequentem consi deret, quòd non contingit esse media infinita, si prædica tiones tam in sursum, quàm in deorsum, stent in aliqui bus terminis. s. in summo prædicato, & in infimo subie cto. Et exponit quid sit procedere prædicationes sursum & deorsum, & dicit quòd sursum ascenditur, qñ procedi tur ad magis vniuersale de cuius ratione est ꝙ prædice tur, deorsum proceditur, quando itur ad magis particu lare, de cuius rōne est ꝙ subijciatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nam si cum a in c prædicatur, infinita sunt media, ceu b patet fieri posse vt ab a versus inferius in infinitum aliud de alio prędicetur. Nam antea quàm accedatur ad c infini ta media sunt, & a c versus superius infinita similiter sunt antea quam ascendatur ad a. Quare si hęc fieri nequeunt, fieri profecto non potest, vt inter a et c media sint infinita.*

Si enim a prædicante de c infinita sunt media in quibus ANTI. *est b, manifestū est quod cōtingit vtiq;. Quare ab a in deor sum alterum de altero prędicari contingit in infinitū. An tequā. n. in c veniat infinita sunt media, & a c in sursum in finita, antequam in a veniat. Quare si hęc impossibilia sunt & ipsius a & c impossibile est infinita esse media.*

Ostendit propositum per hunc modū. Sit ita ꝙ a sit summum prædicatum, & c sit infimum subiectum, & sint infinita media quorū quodlibet vocetur b, quia igit a erat primum prædicatum. prędicabitur de aliquo me dio inferiori, & cum media sint iufinita, sequitur quòd in infinitum procedit prædicatio in descendendo, quod est contra positum. Ponit. n. quòd non descendebat prę dicatio in infinitum. Similiter si accipiamus ac quod est infinitum subiectum, procedetur ascendendo in infini tum antequam perueniatur ad a quod etiam est contra rium posito. Si ergo hæc sint impossibilia. s. ꝙ procedatur prædicando in infinitum sursum & deorsum, sequetur ꝙ impossibile sit media esse infinita. Et ita patet, ꝙ quæstio de infinitate mediorum reducitur ad quæstio nem de infinitate extremorum. Deinde cum dicit.

Neque quicquam refert, si quispiam dicat alia quidem ARGY. *ipsorum a b c inter sese hærere, vt nihil prorsus sit inter ip sa. Alia vero non posse tali sumi. Quouis nanque medio b sumpto, ab hoc autem ad a aut ad c infinita vel infinita me dia erunt. Nihil igitur interest a quo nam primo sint infini ta siue statim, siue non statim. Nam ea, quæ sunt post hæc infinita esse ponuntur.*

Neque enim si aliquis dicat quòd hæc quidem quæ sunt ANTI. *a b c, habita sunt adinuicem, quare necesse est media hæc, il* Vide in an- *la vero non esse, accipere nihil differt. Quod. n. vtiq; acci* notatione. *pio eorum quæ sunt b erit ad a aut ad c aut infinita media aut non, a quo iam sunt primum infinita, siue statim siue nō statim, nil differt. Quæ. n. sunt post hæc, infinita sunt.*

Excludit quandam obuiationē. Posset enim aliquis obuiare, dicens, ꝙ prędicta probatio procedat, ac si a b c ideſt medium & extrema ita se haberent, ꝙ essent habi ta adinuicem, ita. s. ꝙ inter ea non esset aliquod medium sic. n. diffinitur habitus in quinto Physicorum quòd. s. Tex.cō. 26. consequenter se habet, cum non cadat medium. Hoc. n. Lectio. 5. videbatur in prędicta probatione supponi. s. ꝙ a prædi- expo. 4. cetur de aliquo medio quasi habito, ideſt immediatę se quenti. Sed ille, qui ponit media infinita dicet ꝙ nō con tingit accipere. Dicit enim ꝙ inter quoscunq; terminos acceptos est aliquod medium. Sed hic Philosophus dicit ꝙ nihil differt, siue sic accipiantur infinita media ꝙ sint habita adinuicem, sicut contingit in discretis, puta in ci uitate, dom' domui est habita, & in numeris vnitas vni tati, siue nō possit inuenire in medijs aliquid habitū, sed semper inter duo media sit aliquod mediū accipere, si cut accipit in continuis, in quibus inter quælibet duo si gna, siue inter duo puncta, semper est aliquod medium accipere. Et ꝙ hoc nihil differat ad propositū, siue vno modo, siue alio, sic manifestat subdens, quia supposito ꝙ sint infinita media inter a & c quorum quodlibet voca tur b quodcunq; horum accipio, necesse est, quòd inter illud, & a & c sint infinita media, vel non sint infinita re spect a alterius eorum. verbi gratia, ponamus ꝙ media sint habita adinuicem, sicut accidit in discretis, & accipia mus aliquod medium quod sit habitum ad ipsum a, ne cesse erit quòd inter illud mediū & c sint adhuc infinita media. Et similiter si ponantur quędam finita media in ter a & illud medium acceptum. Et eadē ratio est si po natur medium acceptum immediatę coniungi ipsi c vel

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per finita media ab eo distare. Ex quo igit̃ sempe a medio accepto oportet accipere infinita media ad alterum extremorum, non differt vtrum statim coniungatur alij extremorum, ideſt ſine medio, vel nõ ſtatim ideſt per alia media, quia etiam ſi coniungatur vno extremo ſine medio neceſſe eſt q̃ poſtea inueniãtur infinita media reſpectu alterius, & ita ſemper oportebit ſi eſt infinitum in mediis, q̃ veniatur in infinitum in prædicationibus vel aſcendendo vel de ſcendendo, ſicut prędicta probatio procedebat. Deinde cum dicit.

ARGY. *At qui patet & in negatiua demonſtratione finem eſſe preceſſionis, ſi in affirmatiua verſus vtrunq; fatetur, Suppo natur enim fieri non poſſe, vt predicatio aut ab vltimo verſus ſupera, aut a primo verſus vltimum in infinitum proficiſcatur. Atq; in vltimum dico, quod non prædicati rationem, ſed ſubiecti tantummodo ſubijt, ſitq; id c. Primum autem, id quod non ſubijcitur cuiquã ſed ſolum de alio dicitur. Hæc ſi ita ſint, erit profectionis negationis etiam ſtatus.*

ANTI. *Manifeſtum eſt autem & in priuatiua demonſtratione quoniam ſtatur, ſiquidem in prædicatiua ſtatur in vtrisq; ſic. Ab vltimo enim non contingens eſt, neque in ſurſum ab eo, in quo ſtatur in infinitũ ire. Dico aũt in quo ſtatur quòd ipſum quidem in alio nullo eſt, ſed in illo aliud, vt. 3. Neq; a primo in id, quòd ſtatur in vltimum. Dico autem primum quòd ipſum quidem de alio, ſed de illo nullum aliud. Si igitur hoc erit, & in negationem ſtabitur.*

Oſtendit, q̃ quia in affirmatiuis demonſtrationibus non proceditur in infinitum, neq; in negatiuis in infinitum proceditur, & ſi q̃ de demonſtrationibus negatiuis reducitur ad q̃nem de affirmatiuis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi ⁋ Tripliciter.n. demonſtratur.⁋ Tertio excludit quandam obuiationem, ibi ⁋ Manifeſtum eſt aũt.⁋ Dicit ergo primo q̃ manifeſtum erit ex ſequentibus q̃ ſi in prædicatiua, id eſt in affirmatione ſtatur vtrisq; id eſt in ſurſum, & deorſum neceſſe erit quòd ſtetur in negatiua demonſtratione. Et ad exponendum hoc quod propoſitum eſt, dicit. Si ita q̃ non contingat ab vltimo. i. ab infimo ſubiecto ire in ſurſum in infinitum verſus prædicata vniuerſalia. Et exponit quid eſt vltimum ſcilicet illud qđ non ineſt alicui alij tãquam minori particulari, ſed aliud ſit in illo & ſit illud. 3. Et ſi etiam quòd in accipiendo à primo verſus vltimum non procedatur in infinitum. Et exponit quid ſit primum illud ſcilicet quod prædicatur de alijs, & nihil aliud prædicatur de eo, & quaſi eo vniuerſalis, vt ſic primum intelligatur vniuerſaliſſimum, vltimum autem particulariſſimum. Si igitur ex vtraque parte ſtetur in demonſtrationibus affirmatiuis, dicit conſequens eſſe quòd etiam ſtetur in demonſtrationibus negatiuis. Deinde cum dicit.

ARGI. *Tripliciter enim oſtendi negatiua cõcluſio poteſt. Et primo quidem hoc pacto, cum b cuilibet c, & a nulli b cõpetere ſumitur. B c igitur propoſitio, ac interuallum omnino minus, ſi medio nõ vacet, in ea neceſſario reducetur, quę medio vacant quippe cum id ſit (vt patet) affirmatiuum. Alterũ aũt interuallum (ſi medio non vacet) ad id redigi poterit quod medio vacat. Nam ſi a non ſine medio non competat ipſi b tum aliquid erit a quo plus ipſum, quàm a b remouetur, quod quidem cuilibet competere b oportet atque illud ſit d. Rurſus ſi interuallum a d non vacat medio, aliquid item erit, à quo prius ipſum à quàm a d remouetur. Atque illud ſit e quod quidem neceſſe eſt cuilibet competere d. Cũ igitur eius viæ, qua ſuperiora petunt, finis ſit atque ſtatus, ſi abitur & hic tandem, erit q; aliquid ſane primo, cui non competit ipſum c a.*

ANTI. *Tripliciter enim demonſtratur non eſſe. Aut in quo qui dem eſt c b ineſt omni, ſed in quo b nulli ineſt a ipſius quidem igitur c b quod ſemper alterius ſpatij, neceſſe eſt ire in immediata, prædicatiua enim hæc eſt diſtantia. Sed alterũ manifeſtum eſt, quòd ſi in alio non eſt priori, vt in d hoc indigebit in omni b eſſe, et ſi iterũ in alio ipſo d priore non fuerit, illud indigebit in omni d eſſe. Quare quoniam deorſum ſtatur, & quæ eſt in ſurſum ſtabitur, & erit quoddam principium, in quo non erit.*

Probat propoſitum. Et primo in prima figura. Secundo in ſecunda, ibi ⁋ Iterum ſit b quidem.⁋ Tertio in tertia, ibi ⁋ Tertius eſt.⁋ In tribus enim figuris contingit negatiuum concludi. Dicit ergo primo quòd tripliciter poteſt demonſtrari propoſitio negatiua per quam ſignificatur aliquid non eſſe. Vno quidem modo in prima figura, & ſecundum hunc modum, quòd b inſit c vniuerſaliter in minori exiſtentũ vniuerſali affirmatiua a vero inſit nulli b, hoc eſt maiori exiſtenti vniuerſali negatiua. Quia igitur ſupponitur q̃ in affirmatiuis ſtetur, & in ſurſum, & in deorſum, neceſſe eſt quòd iſta ꝓpoſitio, quę eſt b c quæ eſt affirmatiua, ſi non ſit immediata, & quodcunq; aliud ſpatium accipitur exiſtente aliquo medio inter b et c neceſſe erit reducere in immediata, quia iſta diſtantia, quæ attenditur ſecundum habitudinem medij ad minorem extremitatem affirmatiua eſt, in qua ſupponitur eſſe ſtatus. Si autem accipiamus alterum ſpatium, quod eſt inter b & a manifeſtum eſt quidem quòd ſi hęc propoſitio, nullũ b eſt a non eſt immediata, neceſſe eſt quòd a removeatur ab aliquo per prius quam a b & ſit illud d qđ ſi accipiatur vt mediũ inter a & b neceſſe eſt quòd prædicetur vł de b quia oportet minorem eſſe affirmatiuã. Et iterum ſi hęc non ſit immediata, nullum d eſt a, oportet quòd a negetur ab aliquo alio per prius quàm a d, puta ſi illud c quod eadem ratione oportebit vniuerſaliter prædicari de d. Quia ergo aſcendendo ſtatur in affirmatiuis, vt ſupponitur, ſequitur per conſequens quòd ſit deuenire ad aliquid, de quo primo & immediate negetur ipſum a. Alioquin adhuc procederetur amplius in affirmatiuis ſicut ex prædictis pater. Deinde cum dicit.

ARGY. *Secundo autem hoc oſtenditur modo, cum b cuilibet quidem a nulli vero c competere ſumitur, & hoc enim pacto a nullo competere concludetur. Si igitur hoc oportet oſtendere (aut per medium ſuperius dictum, aut per hunc, (vt patet) ſecũdum autem hoc oſtendetur pacto, ſi quis d cuilibet quidem b nulli vero c competere ſumpſerit modo competat alicui ipſi b. Quod ſi d ſine medio ſegregat a c bene eſt. Sin vero medium cadit, neceſſe eſt illud d quidem cuilibet ineſſe, nulli vero competere c. Cum igitur in affirmationibus, ſuperiora petuntur, finis occurrat, & in negationibus itidem hic ſe offert tandem.*

ANTI. Vide in annotatione. *Iterum ſi b quidem in omni, a in c aũt nullo, a in c nullo erit. Iterum ſi hæc oportet demonſtrare, manifeſtum eſt, quoniam aut per ſuperiorem modum demonſtrabitur, aut per hunc, aut per tertium. Primus quidem igitur dictus eſt. Secundus autem demonſtrabitur, Sic autem vtique demonſtratur, vt d in b omni eſt, in c autem in nullo (ſi neceſſe eſt aliquid eſſe in b) Iterum ſi hoc in c non erit, aliud vero in d eſt quod in c non eſt. Igitur quoniam eſſe ſemper in ſurſum ſtat, ſtabit, & non eſſe.*

Probat idem in negatiua, quæ concluditur in ſecunda figura. Si enim ita q̃ b, quod eſt medium, prædicetur vniuerſaliter de a & negetur vniuerſaliter de c & ex his

iis concluditur quòd nullum c ſit a. Si autem iterũ negatiuam demõſtrari oporteat propter hoc quòd eſt mediata, neceſſe eſt vel q̃ demonſtretur in prima figura, de quo modo demonſtrationis iam oſtenſum eſt q̃ habet ſtatum, ſi in affirmatiuis ſit ſtatus, aut oportet q̃ demonſtretur per hunc modum. i. per ſecundam figuram. Aut per tertium. i. per tertiam figuram. Dictũ eſt autem in prima figura, q̃ habet ſtatum in negatiuis, ſi ſit ſtatus in affirmatiuis. Sed hoc quidẽ demonſtrabitur nunc quantum ad ſecundã figuram. Demonſtretur ergo hæc propoſitio, Nullum c eſt b ſic, quòd d vniuerſaliter prædicetur de b maiori exiſtente vniuerſali affirmatiua, & negetur vniuerſaliter de c minori exiſtente vniuerſali negatiua. Si vero hæc propoſitio nullum c eſt d eſt mediata, neceſſe erit accipere aliquid aliud mediũ quod quidem prædicetur de d vniuerſaliter, & vniuerſaliter remoueatur a c. Et ita ſicut proceditur in negatiuis demonſtrationibus, oportebit procedere in affirmatiuis. ſ. quòd b prędicabitur de a & d b & aliquid aliud de d & ſic procedi tur in infinitum in affirmatiuis. Quia ergo ſupponitur q̃ in affirmatiuis ſtetur in ſurſum, neceſſe eſt etiam quòd ſtetur in negatiuis, ſecundum iſtum modum, quo negatiua demonſtratur in ſecunda figura. Deinde cum dicit.

Lect. præſenti.

ARGY. *Tertio hoc oſtenditur pacto, ſi a quidẽ b cuilibet competit? c vero nulli eidem ineſt, tunc enim cõcluditur c non cuilibet competere a. Ex hoc igitur, aut per anteæ dictos modos, aut per hunc tertium oſtendetur. At per illos (vt oſtendimus) ſtatur, per hunc autem oſtendetur, ſi a quidem ſumetur cuilibet competere d, ipſum vero c nulli eidem ineſſe, atque d rurſus cuilibet ineſſe e, ipſum vero c nulli eidem competere. Cum igitur ſuppoſitũ ſit, verſus etiam infera prædicationis affirmatiuæ ſtatum, ac vltimum eſſe, patet ipſius etiam c prædicationem negatiuam ſtare tandem, & non in infinitum procedere.*

ANTI. vide in anot. *Tertius autem eſt. Si a in b omni inſit, c vero in nullo ſit non in omni ſit c in quo eſt a. Iterũ autem hoc, aut per ſuperius dicta, aut ſimiliter demonſtrabitur. Illo autem modo ſtatur. Si vero ſic eſt, iterum accipietur a in e eſſe, in quo c non in omni. Et hoc iterũ ſimiliter. Quoniam autem conceſſum eſt ſtare & in deorſum, manifeſtum eſt quòd ſtabit & in c quod non eſt.*

Oſtendit idem in tertia figura. Sic ergo medium, vt b de quo a vniuerſaliter prædicetur, c vero ab eo removeatur, ſequitur particularis negatiua. ſ. quòd a negetur a quodã c. Et q̃ quidem in præmiſſa affirmatiua, quæ omne b eſt a ſtetur, habetur ex ſuppoſitione. Quòd aũt neceſſe ſit, ſtare etiã in hac negatiua, nullum b eſt c quæ eſt minor pater, quia ſi hoc debeat demonſtrari, neceſſe eſt q̃ demonſtretur per ſuperius dicta. i. per primam & ſecundam figurã vel demonſtrabitur. ſimiliter ſicut concludebat concluſio. ſ. per tertiã figuram, ita tamen q̃ hęc minor non affirmatur vt vniuerſalis, ſed vt particularis. ⁋ Illo autem modo ſtatur,⁋. ſ. ſi procedatur in prima & in ſecunda figura. Si autem procedatur in tertia figura ad concludendum quoddam b non eſſe c accipiatur mediũ e de quo quidem b vniuerſaliter affirmetur, c vero ab eo particulariter negetur. Et hoc iterum ſimiliter contingit q̃ ſecundũ hoc procedetur in demonſtratione negatiua ſemper ſm augmentũ prędicationis affirmatiuę in inferius, quia b quod erat primũ medium prædicabitur de e & e de quodã alio, & ſic in infinitum. Quia igitur ſupponitur ſtatũ eſſe in affirmatiuis in deorſum, manifeſtũ eſt q̃ ſtabit in negatiuis ex parte ipſius c. Deinde cũ dicit.

Perſpicuum autem eſt, & ſi non vna via, ſed vniuerſis oſtenditur, nunc per primam, nunc per ſecundam, nunc per tertiam figuram, vt patuit, hoc etiam palto ſtare, ac finem ipſius eſſe. Hæ nanq; finit. Ea vero, quæ ſunt finita finities, neceſſe eſt vniuerſa eſſe finita. Pater igitur in negatione ſtatum ac finem eſſe, ſt in affirmationibus ſtatur. ARGY.

Manifeſtum autem eſt, quoniam & ſi nõ vna via demonſtraretur, ſed omnibus, aliquando quidem ex prima figura, aliquando uero ex ſecunda, aut tertia, quoniam & ſic ſtabitur. Finitæ.n. ſunt viæ. Finita autem finitæ multoties ſumpta neceſſe eſt finiri omnia. Quod quidẽ igitur in priuatione, ſiquidem & ineſſe ſtatur, manifeſtum eſt. ANTI.

Excludit quandam obuiationem. Poſſet.n. aliquis dicere q̃ neceſſe eſt ſtare in propoſitionibus negatiuis ſtatu exiſtẽte in affirmatiuis, ſi ſemper ſyllogizetur ſm eandem figuram, ſed poteſt in infinitũ procedi, ſi nunc demonſtratur per vnam figuram, & nunc per aliam. Et dicit manifeſtum eſt q̃ ſi non procedatur in demonſtrationibus vna via, ſed omnibus, aliqñ quidem ex prima figura, aliqñ autem ex ſecunda, vel tertia ſic oportebit ſtatũ eſſe in negatiuis, ſtatu exiſtẽte in affirmatiuis. Huiuſmodi.n. viæ diuerſæ demonſtrandi ſunt finitæ, & quæliber earũ multiplicabitur nõ in infinitũ, ſed finite aſcendendo, vel deſcendendo, vt oſtenſum eſt. Si aũt finita finities accipiantur, neceſſe eſt totum eſſe finitũ. Vnde relinquitur q̃ quibus omnibus mõdis neceſſe ſit in demonſtrationibus negatiuis eſſe ſtatũ, ſic ſit ſtatus in affirmatiuis. Lect. præſenti.

LECTIO XXXIII.

Quædam de prędicatis diffinitiones ſiue ſuppoſitiones exponit, ex quibus in affirmatiuis non eſſe proceſſum in infinitũ probare intendit.

At idipſum, & illis ita eſſe patebit, ſi primum diſſerendi modo, deinde reſolutiue, id contemplabimur. In his itaq; verũ id eſſe patet, quæ de diſſiniendis rebus dicuntur, earundemq; diſſinitionem ingrediuntur. ARGY.

Quod autem in illis ſi (logicæ quidẽ ſpeculemur,) hic manifeſtum ſit. In his quidem igitur, quæ quod quid eſt prædicantur, patens eſt. Si enim eſt diffinire, aut ſi notum eſt quòd quid erat eſſe, infinita autem non eſt tranſire, neceſſe eſt ſiniri in eo quod quid eſt prædicantia. ANTI. Tex. commen. 35. vide in anot.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, quòd ſi ſit ſtatus in extremis, neceſſe eſt eſſe ſtatum in mediis, & ſi ſit ſtatus in affirmatiuis, neceſſe eſt eſſe ſtatũ in negatiuis, hic intendit oſtẽdere quod ſit ſtatus in affirmatiuis in ſurſum & deorſum. Et diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit propoſitum logicę. i. per rationes cõmunes omni ſyllogiſmo, quæ accipiuntur ſm prædicata communiter ſumpta. In ſecunda oſtendit idem analeticæ. i. per rationes proprias demonſtrationi, quæ accipiuntur ſecundum prædicata per ſe, quę ſunt demonſtrationi propria, ibi ⁋ Analeticæ aũt manifeſtum.⁋ Prima autem pars diuiditur in duas partes. In prima oſtendit q̃ non ſit procedere infinitũ in prædicatis, quæ prædicãtur in eo quod quid. In ſecunda oſtendit q̃ non ſit procedere in infinitum in prædicatis affirmatiuis, ibi ⁋ Vniuerſaliter aũt ſic dicimus.⁋ Dicit ergo primo q̃ cũ oſtenſum ſit q̃ in priuatiuis non eſt in infinitũ ire, ſi ſtetur in affirmatiuis, hic iam oſtendendũ erit quomodo aliquis ſpeculatur in illis affirmatiuis eſſe ſtatũ per logicas rõnes. Et dicuntur logicæ rõnes, quæ procedunt ex quibuſdã communibus, quæ pertinent ad conſiderationem logicæ. Hæc aũt veritas manifeſta eſt in his quæ prædicãtur in eo quod quid Lect. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In prædicatis per se nō est processus in infinitū.

est.i.prædicatis,ex quibus quod quideſt.i.diffinitio constituitur. Si enim huiuſmodi prædicata dentur eſſe infinita ſequitur ꝙ non cōtingat diffinire aliquid. Et ſi diffinitur aliquid,eius diffinitio non poſsit eſſe nota. Et hoc ideo,quia in infinitum non eſt pertranſire. Non aũt conuenit diffiniri,neq; diffinitionem cognoſci, niſi deſcendendo perueniatur vſq; ad vltimum,& aſcendendo perueniatur vſq; ad primum. Si ergo contingat aliquid diffinire, vel ſi cōtingat diffinitionem alicuius eſſe notam, ex vtroq; antecedenti ſequetur hoc conſequens quòd in prædictis prædicatis non ſit procedere in infinitum, ſed in eis contingat ſtare. Deinde cum dicit.

ARGY. *Vniuerſaliter autem dicamus hoc pacto. Fit enim vt verę dicatur,cum album ambulare, & magnum illud dicitur eſſe lignum, & rurſus lignum magnum eſſe, ac hominẽ ambulare. At differt hoc,& illo dicere modo. Nã cum album dico eſſe lignum,tum lignum id eſſe dico, cui accidit vt ſit album, ſed non album eſſe ſubiectum ipſius ligni. Non n.aut album ſimpliciter erat,aut aliquod album deinde factum eſt lignum. Quare non dicitur hoc pacto,niſi per accidens. Cum autem lignũ album eſſe, tunc non dico aliquid aliud album eſſe, atq; illi, vt ſit lignum accidere,veluti cum dico muſicum album eſſe,tunc enim hominem eum album eſſe dico,cui accidit vt muſicus ſit, ſed lignum eſſe ſubiectum. Quod quidem nihil aliud erat, quam aut abſolute lignum aut aliquod lignum,deinde factum eſt albũ. Quod ſi oporteat nomina ponere, hoc quidem dicere pacto ſit prędicare, illo autem pacto,aut nullo pacto prædicare, aut non abſolute,ſed per accidens prædicare dicatur. Eſt autem id quidem,quod prædicatur, vt album, id vero de quo prædicatur, vt lignum. Supponatur igitur id, quod prædicatur abſolute, ſemper de eo,de quo dicitur, ſed non per accidens prædicari. Hoc enim pacto demonſtrationes demonſtrant.*

ANTI. *Vniuerſaliter autem ſic dicimus. Eſt enim verè dicere album ambulare, & magnum illud lignũ eſſe, & iterũ lignum magnum eſſe, & hominem ambulare. Alterũ igitur eſt ſic dicere,aut illo modo. Cum enim quidem album eſſe dico lignum,tunc dico quòd cui accidit album eſſe,lignum eſt,ſed non quòd ſubiectũ ligno album ſit. Et nanq; neq; quod album eſt,neq; quod verè album aliquid factũ eſt lignum. Quare non eſt hoc ſecundum ſe, ſed aut ſecundum accidens, Cum vero huiuſmodi lignũ album eſſe dico, nõ quòd alterum aliquod ſit album, illi autem accidit lignum eſſe, vt cum muſicum eſſe album dico, tunc enim quoniam homo eſt albus, cui accidit muſicum eſſe, dico. Sed lignum eſt ſubiectum, quod verè factum eſt album, non quod alterum aliquod ſit,quam quod verè lignũ eſt. aut lignum aliquod. Si igitur oportet nomina ponere ſic dicere prædicari,ſed illo modo aut nequaquam eſt prædicari,aut prædicari quidem nõ ſimpliciter, ſed ſecundum accidens prædicari. Eſt autem tanquam album quidem, quod prædicatur,ſed ſicut lignum eſt,de quo prædicatur. Subijciatur igitur prædicatum prædicari ſemper, de quo prædicatur ſimpliciter,ſed non ſecundum accidens. Sic enim demonſtrationes demonſtrant.*

Oſtendit vniuerſaliter quòd in prædicatis affirmatiuis nõ ſit procedere in infinitum. Et circa hoc duo facit. Primo,quædã pręmittit,quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum oſtendendũ. Secundo oſtendit propoſitũ,ibi {Amplius ſi non eſt.} Circa primum duo facit.Primo diſtinguit prædicara per accidens à prædicatis per ſe.Secundo diſtinguit pradicata per ſe adinuicem,ibi{Quare autem in eo quod quid eſt.} Dicit ergo primo ꝙ cum oſtẽſum

Lec.ſeq.imme. Trip.modus veræ prædicationis per accidens. Secundę.

ſit in quibuſdam prędicatis ꝙ in eis non eſt procedere in infinitũ.ſ.in his,quę prædicantur in quod quid eſt,oſtendum eſt hoc vniuerſaliter in omnibus prædicatis affirmatiuis. Et incipit ſuam cõſiderationem à prædicatis per accidens,in quibus eſt triplex modus veræ pradicationis. Vnus quidem modus eſt, qñ accidens prædicatur de accidente,puta cum dicimus album ambulat. Secundus modus eſt qñ ſubiectũ prædicatur de accidente,puta cum dicimus hoc magnum eſt lignũ. Tertius modus eſt qñ accidens prædicatur de ſubiecto, puta cũ dicimus lignum eſt album,vel cum dicimus,homo ambulat.Iſti modi prædicandi ſunt alteri & diuerſi adinuicem, quia cum ſubiectum prædicatur de accidente,puta cum dicitur album eſt lignũ, hoc ſignifico,ꝙ illud vniuerſale prędicatum,quod eſt lignũ, prædicatur de ſubiecto cui accidit eſſe lignũ.ſ.de hoc particulari ligno, in quo eſt albedo. Idem.n.eſt ſenſus cum dico,album eſt lignum, ac ſi dicerem, hoc lignum cui accidit eſſe albũ, eſt lignum, non autem eſt ſenſus ꝙ album ſit ſubiectũ ligni. Et hoc probat,quia ſubiectum ſit hoc, quod prædicatur de ipſo ſicut de ſubiecto, vel ſ'm totum, vel ſecundum partem, ſicut homo ſit albus,ſed neq; album, neq; aliqua pars albi,quæ veræ ſit album.i.quæ ſit de ſubſtãtia ipſius albedinis ſit lignum, non.n.accidens eſt ſubiectum tranſmutationis,qua de nõ ligno ſit lignum. Omne aũt quod incipit eſſe hoc,ſit hoc,ſi igitur nõ ſit hoc,hoc non eſt hoc ni ſi detur ꝙ hoc ſemper fuerit,non autẽ ſemper fuit verum dicere album eſt lignum,quia aliqñ non ſimul fuerunt albedo & lignum. Cum ergo non ſit verum dicere ꝙ album ſiat lignũ, manifeſtum eſt ꝙ album non eſt lignum proprie & per ſe loquendo.Sed ſi hoc concedatur album eſt lignũ,intelligitur per accidens,quia.ſ.illud particulare ſubiectũ,cui accidit albũ, eſt lignum. Iſte ergo eſt ſenſus huiuſmodi prædicationis,in qua ſubiectũ prędicatur de accidente.Sed cũ dico lignum eſt albũ prędicando accidens de ſubiecto, nõ ſignifico ſicut in prædicto modo prędicationis ꝙ alterũ aliquid ſit ſubſtantialiter albũ,cui accidit lignũ eſſe, quod quidem ſignificatur tam in prædicto in modo,quo ſubiectum prædicatur de accidente,quã etiam in alio modo quo accidens prędicatur de accidente,vt cũ dico. Muſicum eſt album,prædicando accidens,hic.n.nihil aliud ſignifico,niſi ꝙ ille homo particularis,puta Sortes,cui accidit eſſe muſicum,eſt albus. Sed qñ dico lignum eſt album, ſignifico ꝙ ipſum lignum veræ factũ eſt ſubiectũ albi non ꝙ aliquid aliud à ligno,vel à parte ligni,quę eſt lignum aliquod,ſit factũ albũ. Eſt ergo differentia in tribus modis prędictis,quia cum prædicatur accidens de ſubiecto,nõ prędicatur per aliquod aliud ſubiectum, cum aũt prædicatur ſubiectũ de accidente,vel accidens de accidente,ſit prædicatio ratione eius quod ſubijcitur termino poſito in ſubiecto,de quo quidem prędicatur aliud accidens accidentaliter,ipſa vero ſpecies ſubiecti eſſentialiter. Et quia in quolibet prædictorum modorũ vtimur nomine prædicationis,& ſicut poſſumus nomina ponere, ita poſſumus ea reſtringere,imponamus etiã ſic nomina in probatione ſequenti,vt prædicari ſolũ dicamus illud,quod dicitur modo.ſ. nõ ratione alterius ſubiecti. Illud vero quod dicitur illo modo.ſ.ratione alterius ſubiecti,velut cum ſubiectũ prędicatur de accidẽte,vel accidens de accidente,nõ dicitur prædicari,vel ſi dicitur prædicari, non dicitur prędicari ſimpliciter,ſed ſecundum accidens. Et accipiamus ſemper illud, quod ſe habet per modum albi, ex parte prædicati, & id, quod ſe habet per modum ligni,accipiatur

ex parte

ex parte ſubiecti.Hoc ergo ſupponamus prædicari ſemper in probatione ſequẽti,quod prędicatur de eo,de quo prædicatur ſimpliciter,& non ſ'm accidẽs. Et ratio quare debemus ſic vti vocabulo prædicationis hæc eſt, quia loquimur de materia demõſtratiua,demõſtrationes aũt non vtuntur talibus prædicationibus. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Quare,cum vnum prædicatur de vno, illud aut ſubit rationem eorum,quæ diffiniendo ſubiecto cõpetunt, aut eſt quale,aut quantum,aut ad aliquid, aut agens aut patiens,aut vbi,aut quando.*

ANTI. *Quare autem in quod quid eſt, aut quoniam quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quando, cum vnum de quo prædicabitur.*

Oſtendit differentiam prædicatorũ per ſe adinuicem. Et circa hoc duo facit. Primo diſtinguit prædicata adinuicem ſ'm diuerſa genera. Secundo oſtendit differentiã prædicatorũ,ibi {Amplius ſubſtantiã quidem,&c.} Dicit ergo primo, ꝙ quia nos prædicari dicimus ſolũ illud, quod prædicatur non ſ'm aliquod ſubiectũ, hoc aũt diuerſificatur ſ'm decem prędicamenta, ſequitur ꝙ omne quod prædicaſ,ſic prædicetur, {aut in quod quid eſt,}.i. per modum ſubſtantialis prędicati,aut per modũ qualis, vel quanti,vel alicuius alterius prædicamentorũ de quibus actum eſt in prædicamentis. Et addit cum vnum de vno prædicetur, quia ſi prædicatum non ſit vnũ ſed multa,non poterit prædicatũ ſimpliciter dici quid,vel quale, ſed forte dicetur ſimul quale quid,puta, ſi dicam, homo eſt animal album. Fuit aũt neceſſaria hæc additio,quia ſi multa prædicenſ de vno, ita ꝙ accipiantur in rõne vnius prædicati, poterũt in infinitũ prædicationes multiplicari ſ'm infinitos modos combinandi prædicata adinuicem. Vnde cũ quæritur ſtatus in his,quæ prædicantur,neceſſe eſt accipere vnũ de vno prædicari. Deinde cum dicit.

ARGY. *Præterea omne, quod ſubſtantiã ſignificat id quod illud eſt,aut quod illud eſt quoddã,id eſſe ſignificat, de quo prædicatur. Quod vero non ſubſtantiam ſignificat.ſed de ſubiecto dicitur alio,quod quidem nec eſt idipſum,quod illud eſt quoddam,id omne accidens eſt.*

ANTI. Vide in anot. *Amplius ſubſtantiam quidem ſignificantia,quod verę illud eſt,aut quod verę illud aliquid eſt ſignificant,de quo prædicantur. Quæcunq; vero non ſubſtantiam ſignificant,ſed aliquo ſubiecto dicuntur, quod neq; verę illud eſt,neq; quod verę illud aliquid eſt,accidentia ſunt.*

Oſtendit differentiam prædictorum prædicatorũ. Et circa hoc tria facit. Primo proponit differentiã. Secũdo manifeſtat per exempla,ibi {Vt de homine & albo,&c.} Tertio excludit quandam obuiationem, ibi {Species.n. gaudeant, &c.} Dicit ergo primo ꝙ illa quæ ſubſtãtiam ſignificãt,oportet ꝙ ſignificent reſpectu eius de quo prędicantur,{quod verę illud eſt,aut ꝙ verę illud aliquid.} quod poteſt dupliciter intelligi vno modo vt oſtẽdatur diſtinctio ex parte prædicati, quod. Vel ſignificat totam eſſentiam ſubiecti ſicut diffinitio. Et hoc ſignificat,cum dicit, Quod verę illud,&c.} vel ſignificat partem eſſentię,ſicut genus,vel differentiã. Et hoc ſignificat,cũ dicit, {Aut quod verę illud aliquid.} Alio modo,& melius,vt oſtendatur diſtinctio ex parte ſubiecti, quod qnque eſt cõuertibile cũ prædicato eſſentiali, ſicut diffinitum cum diffinitione.Et hoc ſignificat cũ dicit {ꝙ verę illud eſt.} Quãdoq; vero eſt pars ſubiectiua prędicati, ſicut homo animalis. Et hoc ſignifiat,cũ dicit {Aut ꝙ verę illud aliquid.} Homo.n.aliquod animal eſt. Sed illa quæ non ſignificant ſubſtantiam, ſed dicuntur de aliquo ſubiecto, quod quidem ſubiectum nec verę,i.eſſentialiter eſt illud prædicatum,neque aliquid eius, omnia huiuſmodi prædicata ſunt accidentalia. Deinde cum dicit.

Vt cum album de homine prędicatur. Homo nanque, neq; id eſt, quod album neque id, quod album eſt quoddam,ſed animal fortaſſe. Eſt enim homo id, quod animal eſt. Atque ea omnia, quæ non ſubſtantiam ſignificant, de ſubiecto aliquo prædicari oportet,& non eſſe quicquã album,quod quidem ſit album, non aliud quicquam. ARGY.

Vt de homine eſt albũ. Non enim eſt homo,neq; quod verę album eſt, neque quod verę album aliquid eſt, ſed animal forſitan. Quod verę enim animal eſt, homo eſt. Quæcunque vero non ſubſtantiam ſignificant,oportet de quodam ſubiecto prædicari, & non eſſe aliquod album, quod non,cum aliquid alterum ſit,album eſt. ANTI.

Manifeſtat præmiſſarum differẽtiam per exempla, & dicit ꝙ cum dicimus homo eſt albus, prædicatum illud eſt accidentale,quia homo non eſt quod verę album,eſt id eſt eſſe album non eſt eſſentiale hominis, neque quod verę album aliquid,vt ſupra expoſitum eſt. Sed cum dicitur homo eſt animal {forſan homo eſt, quod verę eſt animal.} Animal enim ſignificat eſſentiã hominis, quia illud ipſum quod eſt homo, eſt eſſentialiter animal. Et quamuis illa, quæ non ſignificant ſubſtantiam ſint accidentia,non tamen per accidens prædicantur. Prædicantur enim de quodam ſubiecto nõ propter aliquod aliud ſubiectum, puta cum dico, homo eſt albus,prædicatur albus de homine,non ea ratione,ꝙ aliquod aliud ſubiectum ſit album, ratione cuius homo dicatur albus, ſicut ſupra dictum eſt in his, quæ prædicantur per accidens.

Per accidẽs quo accip.

Lect. præſenti.

Deinde cum dicit.

Formæ nanq; valeant. Fidium.n.ſunt attrectationes. Et ſi ſint,nihil prorſus ad præſentem ſermonẽ pertinent. Ipſæ nanque præmonſtrationes de rebus talibus ſunt. ARGY.

Species enim gaudeant, monſtra enim ſunt. Et ſi ſint, nihil ad rationem ſunt, præmonſtrationes enim de huiuſmodi ſunt. ANTI. vide in anot.

Excludit quandam obuiationem. Poſſet.n.aliquis dicere ꝙ prædicata, quæ ſignificant ſubſtantiam non ſunt veræ & eſſentialiter id, de quo prædicantur, vel aliquid eius,neq; accidentia,quæ ſunt in individuis ſicut in ſubiectis conueniunt huiuſmodi cõmunibus prædicatis eſſentialibus,quia huiuſmodi vniuerſalia prædicata ſignificant quaſdã eſſentias ſemper ſeparatas per ſe ſubſiſtentes, ſicut Platonici dicebant. Sed iple reſponder, quia ſi ſupponantur ſpecies.i.ideæ eſſe,debent gaudere,quia ſecundũ Platonicos habent aliquod nobilius eſſe quàm res nobis notæ materiales. Huiuſmodi.n.res ſunt particulares & materiales,illæ autem ſunt vniuerſales & immateriales. Sunt.n.quædam præmonſtrationes reſpectu naturalium.i.quædam exemplaria horum, vt accipiantur hic monſtra vel præmonſtrationes,ſicut ſupra præmonſtratur aliquid ad aliquid probandum. Quia ergo ſunt prędmonſtrationes vel exemplaria rerũ naturaliũ neceſſe eſt ꝙ in iſtis rebus naturalibus, inueniantur aliquæ participationes illarum ſpecierum, quæ pertinent ad eſſentiam harum rerum naturalium. Et ideo ſi ſint huiuſmodi ſpecies ſeparatæ ſicut Platonici dixerunt ſiue poſuerunt,nihil pertinẽt ad rationem præſentem. Nos.n.intendimus de huiuſmodi rebus de quibus in nobis ſcientia per demonſtrationem acquiritur.Et huiuſmodi ſunt res in materia exiſtentes nobis notæ, de quibus demonſtrationes fiunt.Et ideo ſi detur ꝙ animal ſit quoddam ſeparatum, quaſi prędmonſtratio exiſtens animalium naturaliũ,tunc cum dico,homo eſt animal,ſecundũ ꝙ hac propoſitione

Universidad de Deusto
Biblioteca

vimur in demonſtrãdo, ly animal ſignificat eſſentia rei naturalis, de qua fit demonſtratio. Deinde cum dicit.

LECTIO XXXIIII.

In prædicatis quocunq; modo neq; in ſurſum, neq; in deorſum eſſe proceſſum in infinitum dialecticæ probat.

ARGY. *Præterea ea ſi non hoc illius eſt qualitas, & illud huius, neq; qualitatis eſt qualitas.*

ANTI. vide in annot. *Amplius ſi non eſt hoc huiuſmodi qualitas, & illud huiuſmodi, neque qualitatis qualitas eſt.*

Præmiſſis his, quæ neceſſaria ſunt ad propoſitum demonſtrandum de diſtinctione prædicatorũ adinuicem, hic accedit ad propoſitum oſtendendũ, ſ. ꝙ non procedatur in prædicatis in infinitũ. Et diuiditur hæc pars in partes duas ſ̃m duos modos, quibus oſtendit propoſitũ. Secunda pars incipit, ibi {Adhuc autẽ alius, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit ꝙ nõ eſt procedere infinitum in prædicatis per modum circulationis. Secũdo ꝙ non procedatur in infinitũ in eis ſ̃m rectitudinem in ſurſum, neq; in deorſum, ibi {Sed vtiq; quod neq; in ſurſum.} Circa primũ tria facit. Primo præmiſſis ſuppoſitis addit quædam neceſſaria ad propoſitũ oſtendendũ. Secundo ex his & alijs præmiſſis cõcludit propoſitum, ibi {Impoſsibile eſt æque prædicari.} Tertio probat, ibi {Aut.n. ſicut ſubſtãtia.} Primo ergo proponit duo, quorum vnum eſt, quia cũ prædicatum quod ſignificat accidens, ſignificet aliquod genus accidentis, puta qualitatem, nõ poteſt eſſe ꝙ duo ſe habeant hoc modo ad inuicem ꝙ primum ſit qualitas ſecundi, & 2. ſit qualitas primi. Alia eſt enim ratio qualitatis, & eius, cui qualitas ineſt. Secundum eſt ꝙ vniuerſaliter nõ eſt poſsibile quòd qualitas habeat quancunq; aliam qualitatem ſibi inhærentem, quia nullum accidens eſt ſubiectum alterius accidentis per ſe loquendo. Soli enim ſubſtantiæ conuenit proprie ratio ſubiecti. Deinde cum dicit.

ARGY. *Fieri profectò nequit, vt hoc pacto mutuo prædicentur, ſed quid idem vt verum dicas, at non ſit, vt econtra prædices verè.*

ANTI. vide in annot. *Impoſſibile eſt æque prædicari adinuicem ſic, ſed verè quidem contingit dicere, æque autem prædicari vere non contingit.*

Proponit quaſi ex præmiſſis cõcludens quòd intendit ꝓbare & dicit. Si iſta ſunt vera, quę præmiſſa ſunt, {impoſsibile eſt ꝙ ſiat neutra prædicatio adinuicem ſic} .i. ſecundum aliquem prædictorũ modorum. Non autem hoc dicitur, quin cõtingat veræ prædicari vnum de alio, & econuerſo. Dicimus enim veræ quòd homo eſt albũ, & album eſt homo. Sed hoc non ſit æque. i. ſecundum æqualem rationem prædicandi. Et ſimiliter eſt in prædicatis eſſentialibus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nam aut accidens, aut vt ſubſtãtia prædicabitur, ueluti ſi ſit genus, vel differentia prædicati.*

ANTI. vide in annot. *Aut enim ſicut ſubſtãtia prædicabitur, vt eſt aut cum genus ſit, aut differentia.*

Oſtendit propoſitũ. Et primo in prædicatis eſſentialibus. Secũdo in accidentalibus, ibi {Verũ etiã ipſius qualis.} Circa primũ tria facit. Primo ponit quandã diuiſionem eſſentialiũ prædicatorũ. Secũdo reſumit quoddam, quod ſupra probatum eſt, ibi {Hæc aũt oſtenſa.} Tertio probat propoſitum, ibi {Siquidem igitur genera.} Dicit ergo primo ꝙ ad oſtendendũ ꝙ non ſit adinuicem ęque prædicari, primo oportet hoc cõſiderare in eſſentialibus prædicatis. Aut.n. quod prædicatur æque prædicabit ſicut ſubſtantia, aut alio modo. Et ſi ſicut ſubſtãtia, aut ſicut genus, aut ſicut differẽtia. Hæc.n. duę ſunt partes diffinitionis, quæ ſignificant eſſentiam. Deinde cum dicit.

ARGY. *Hæc autem demonſtratum eſt, neq; ad ſupera, neq; ad infera infinita eſſe. Neq; enim homo eſt bipes, & bipes animal, & animal aliud, neque rurſus animal de homine, homo de Callia, & is de alio hoc ipſo quid eſt prædicatur. Omnem enim talem ſubſtantiam diffinire poſſumus. At fieri nequit vt infinita quiſquam intelligendo pertranſeat. Quare neque ad ſupera, neq; ad infera ſunt infinita. Fieri enim non poteſt, vt ea ſub ſubſtantia, de qua infinita dicuntur, diffiniatur.*

ANTI. *Hęc autem oſtenſa ſunt quoniam nõ erunt infinita nec in ſurſum, nec in deorſum, vt homo bipes, hoc animal, hoc autem alterum eſt, & animal de homine, hic autem de Callia, hic autem de alio in eo quod quid eſt. Subſtantiam quidem omnem eſſe diffinire huiuſmodi, infinita autem nõ eſt tranſire intelligentem. Quare neque in ſurſum neque in deorſum infinita ſunt. Illam enim non eſt diffinire, de qua infinita prædicantur.*

Reſumit quod ſupra probauerat in principio præcedentis lectionis. i. hmõi prædicata non eſſe infinita, quia ſi in infinitũ procederent, nõ habere in eis locũ reciprocatio, ſiue circulatio. Dicit ergo quòd ſicut ſupra de his oſtenſum eſt, in huiuſmodi nõ cõtingit procedere in infinitũ neq; in ſurſum, neq; in deorſum, ſicut ſi prędicatur bipes de homine, & animal de bipede, & de animali aliquid alterũ, nõ eſt hoc procedere in infinitũ in ſurſum, neq; in deorſum, vt ſi animal dicat̃ de hoſe in eo quodquid eſt & homo de Callia, & hoc de quodam alio, ſuppoſito ꝙ ita eſſet genus continens ſub ſe multas ſpecies, quarum vna eſſet Callias, nõ poſſet ſic procedi in infinitum. Et reſumit rõnem ad oſtendendũ quod ſupra poſuit, quia omnem huiuſmodi ſubſtantiã, quæ. ſ. habet aliquid vniuerſalius, quod de ipſa prędicetur, & quę poteſt de alio inferiori prædicari, cõtingit diffinire, genera vero generaliſsima, de quibus alia vniuerſaliora nõ prædicantur, & ſingularia, quæ non prædicantur de aliquibus inferioribus, nõ contingit diffinire. Solum aũt ſubſtantiam mediam diffinire cõtingit. Illam vero ſubſtantiam non cõtingit diffinire, de qua infinita prædicantur, quia oportet diffinientem intelligẽdo pertranſire omnia illa, quæ ſubſtantialiter prædicantur de diffinito, cum omnia cadant in diffinitione, vel ſicut genus, vel ſicut differentia. Infinita aũt non contingit pertranſire. Ergo oportet omnem vniuerſalem ſubſtantiã, quæ nõ eſt ſupremũ genus, neq; infimũ ſubiectũ, nõ habere infinita, quæ de ipſa ſubſtantialiter prędicãtur. Sic ergo nõ eſt ꝓcedere in infinitũ, neq; in ſurſum, neq; in deorſum. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Vt genera igitur mutuo non prędicabũtur. Erit enim ipſum, id quod ipſum eſt quoddam.*

ANTI. *Siquidem igitur genera adinuicem æqualiter prædicantur, erit enim ipſum quod verę ipſum aliquid eſt.*

Oſtendit ꝙ in ſubſtantialibus prædicatis non poſsit eſſe proceſſus in infinitũ per modũ circulationis. Et dicit ꝙ ſi aliqua prędicata ſubſtantialia prędicantur de aliquo vt genera nõ prædicantur adinuicem æqualiter. i. conuertibiliter. i. ꝙ vnum genus ſit alterius, & ecõuerſo. Et ad hoc probandũ ſubdit. {Erit.n. ipſum quod veræ aliqd} quaſi diceret. Si aliquid prædicatur de aliquo vt genus, illud, de quo prædicatur, eſt aliquid quod veræ eſt ipſum pit prædicationem ipſius. Si ergo hoc prædicetur de illo vt genus, ſequeret̃ ꝙ ipſum quod particulariter conuenie bat alicui, ecõuerſo particulariter recipiat prædicationẽ illius,

illius, quod eſt idem reſpectu eiuſdem eſſe partem & totum, quod eſt impoſsibile. Et eadẽ ratio eſt de differentijs. Vnde & in primo Topicorũ dicitur ꝙ problema de dſia reducitur ad problema de genere. Deinde cũ dicit.

ARGY. *At vero neq; de qualitate, aut de cæteris quicquam, niſi per accidens prædicabitur. Hæc enim omnia accidũt, & de ſubſtantijs prædicantur.*

ANTI. *Neque tamen de qualitate, aut aliorum nullum, niſi ſecundum accidens prædicabitur. Omnia hæc accidunt, & de ſubiectis prędicari.*

Oſtendit ꝙ non poteſt ire in infinitum per modũ circulationis in prædicationibus in quibus prędicatur accidens de ſubiecto, & dicit ꝙ neq; etiam ipſius qualis poteſt eſſe cõuerſio cum ſuo ſubiecto, aut aliorum nullum poteſt habere huiuſmodi prædicationem, quæ accidentaliter prædicantur, niſi fiat prædicatio per accidens, ſ̃m quòd dictum eſt ꝙ accidentia non prædicantur de ſubiectis niſi per accidens. Qualitas enim & omnia alia huiuſmodi accidunt ſubſtãtiæ, vnde & prædicãtur de ſubiectis ſicut accidens de ſubiecto. Deinde cum dicit.

ARGY. *Sed neq; verſus ſupera infinita erunt. De vnoquoque nanq; prædicatur, id, quod ſignificat, aut quale quid aut quantum quid, aut aliquid talium, aut ea, quæ in ſubſtantia ſunt. Hęc aũt ſunt finita, & genera prædicamentorum finita ſunt. Eſt.n. aut quale, aut quantum, & cętera, quę iam dudum enumerauimus. Atq; ſupponuntur vnũ prędicari de vno & item ipſa non prędicari de ipſis, niſi ratione ipſius quid eſt prędicentur. Et enim accidentia ſunt vniuerſa. Sed quędam per ſe, quędã alio modo. Atq; hęc omnia de ſubiecto quodam dicimus prędicari, et accidens non eſſe ſubiectum vllum. Nihil enim talium ponimus id eſſe, quod id eſt, quod dicitur, non aliud quicquam ſed ipſum in alijs eſſe, & alia quędã de alio dicimus prędicari.*

ANTI. vide in annot. *Sed vtiq; neq; in ſurſum infinita erunt. Vnumquodq; enim quod prędicatur ſignificat, aut quale aliquod, aut quantum aliquod, aut huiuſmodi, aut quæ ſunt in ſubſtantia. Hæc autem finita ſunt. Et genera prædicamentorum finita. Auc enim quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut vbi, quando. Conceſſum autem eſt vnum de vno prædicari. Ipſa autem de ipſis quæcunq; nõ aliquid ſunt, non prædicari dicimus. Accidentia.n. ſunt hæc omnia, ſed hæc quidem ſecundum ſeipſa, illa vero ſecundum alterum modum. Hæc autem de quodam ſubiecto omnia prædicari dicimus, ſecundum accidens autem non eſſe ſubiectum aliquod. Nihil enim talium ponimus eſſe ſubiectum, quod alterũ aliquod eſſe dicatur quod dicitur, ſed ipſum in alijs, & alia quædam de alio.*

Oſtendit vniuerſaliter ꝙ in nullo genere prędicationis ſit procedere in infinitũ in ſurſum aut deorſum. Et dicit ꝙ non ſolum non eſt procedere in prędicationibus in infinitũ ſ̃m circulationẽ, ſed neq; procedendo in ſurſum infinita erunt prędicata, & ſimiliter nec deorſum. Et ad hoc probandũ. Primo reſumit quędã ſupra poſita. Secundo ex his probat intentũ, ibi {Neq; in ſurſum, ergo, &c.} Circa primũ reſumit quod de vnoquoq; poſſunt aliqua prædicari quicquid ſignificent, ſiue ſit quale, ſiue quantum, vel quodcunq; aliud genus accidentis, vel etiã quæ intrant ſubſtantiã rei, quæ ſunt eſſentialia prędicata. Secundo reſumit ꝙ hic. ſ. prędicata ſubſtantialia, ſint finita. Tertio reſumit ꝙ genera prędicamẽtorum ſunt finita. ſ. quale, & quantũ, &c. Si.n. aliquis dicat ꝙ quãtitas prędicetur de ſubſtãtia, & qualitas de quãtitate, & ſic in infinitũ, hoc excludit per hoc ꝙ genera prædicamentorũ ſunt finita. Quarto reſumit ꝙ ſicut ſupra expoſitũ eſt, vnũ de vno prædicatur ſimplici prædicatione. Et hoc ideo indu cit, quia poſſet aliquis dicere, ꝙ primo prædicabitur vnũ de vno, puta de homine animal, & iſta prædicatio multiplicabitur quouſq; poterit inueniri aliquod vnum, quod de homine prædicetur, quibus finitis prędicabũtur duo de vno, puta, dicetur ꝙ homo eſt animal albũ, & ſic multo plura prædicata inuenirentur ſ̃m diuerſas combinationes prędicatorũ. Rurſus prædicabuntur tria de vno, puta, dicetur ꝙ homo eſt animal albũ magnũ, & ſic ſem per addendo ad numerũ magis multiplicabuntur prędicata, & erit procedere in infinitũ in prædicatis, ſicut etiã in additione numerorum. Sed hoc excludit per prædica tionem vnius de vno. Q uinto reſumit vt nõ dicamus ali qua ſimpliciter prædicari de ipſis, quæ nõ aliquid ſunt. i. de accidentibus, quorum nullum eſt aliquid ſubſiſtens. De accidente.n. neq; ſubiectum, neque accidens proprie prædicatur, vt ſupra dictum eſt. Omnia.n. huiuſmodi, quæ non ſunt aliquid ſubſtantiale, ſunt accidentia, & de his nihil prædicatur ſimpliciter loquendo, ſed hæ c prædicantur quidẽ per ſe. ſ. de ſubiectis, vel ſubſtantialia prędicata vel accidentia. Illa vero ſ̃m alium modum. i. per accidens. ſ. cum prædicantur de accidentibus, aut ſubiecta, aut accidentia. Hęc.n. omnia. ſ. accidentia habent de ſui ratione ꝙ dicantur de ſubiecto, illud autem quod eſt accidens, non eſt ſubiectum aliquod, vnde nihil propriæ loquendo poteſt de eo prædicari, quia nihil talium. ſ. accidentium ponimus eſſe tale, quod dicatur id, quod dicitur. i. ꝙ ſuſcipiat prædicationem eius, quod de eo prædicatur, non quaſi aliquid alterum exiſtens, ſicut accidit in ſubſtantijs. Homo enim non dicitur animal, vel album, quia aliquid aliud ſit animal vel album, ſed quia ipſummet quod eſt homo, eſt animal, vel album, ſed albũ ideo dicitur homo, vel muſicum, quia aliquid alterum. ſ. ſubiectum albi eſt homo, vel muſicum. Sed ipſum accidens ineſt alijs, & alia, quæ prædicantur de accidente, prædicantur de altero. i. de ſubiecto accidentis, & propter hoc prædicantur de accidente, vt dictum eſt. Hoc autem introduxit, quia ſi accidẽs prædicatur de ſubiecto, & econ uerſo, & omnia, quæ accidunt ſubiecto, prædicentur de ſe inuicem, ſequetur quòd prędicatio procedat in infinitum, quia vni infinita accidunt. Deinde cum dicit. Prædic. procedere in in finitum.

ARGY. *Neq; igitur ad ſuperiora, neq; ad inferiora, vnum de vno infinitum dicetur. De quibus.n. accidentia dicuntur, quæcunq; in vniuſcuiuſq; ſubſtantia ſunt, ea nõ ſunt infinita. Verſus etiam ſupera, nec ipſa, nec vtraq; etiam accidentia, ſunt infinita. Neceſſe eſt igitur aliquid eſſe, de quo primũ aliquod, & de hoc aliud, & huius profectionis tandem exitũ eſſe, vt id ſit, quod de nullo vlterius alio dicatur, & id etiam, de quo non prędicatur aliud prius. Vnus igitur hic eſt modus ad hoc propoſitum demonſtrandum.*

ANTI. *Neq; in ſurſum ergo vnũ de vno, neq; in deorſum dicere. De quibus quidem.n. dicuntur accidentia, ſunt quęcunq; in ſubſtãtia vniuſcuiuſq; ſunt. Hęc autem non ſunt infinita. Sed in ſurſum, ipſaque, & accidentia, vtraque, non infinita ſunt. Neceſſe eſt ergo eſſe aliquid, de quo primum prędicetur, & de hoc aliud, & hoc ſtare, & eſſe aliquid, quod non amplius, neque de aliquo priori, neq; de illo aliud prius prædicetur. Vnus quidem igitur modus dicitur demonſtrationis huiuſmodi.*

Oſtendit propoſitum ex præmiſsis. ſ. ꝙ prędicatione, qua prędicatur vnũ de vno, non proceditur in infinitum neq; in ſurſum, neq; in deorſum, quia omnia accidentia prædicantur de his, quę pertinent ad ſubſtantiã rei quod erat quinta ſuppoſitio. Subſtantialia autem prædicata

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sunt infinita, quod erat secunda suppositio, & ita ex parte subiectorū non proceditur in infinitum in huiusmodi prædicationibus, quasi in deorsum. In sursum autem neutra sunt infinita. s. neq; substantialia prædicata, neq; accidentalia, quia & genera accidentium sunt finita, & in vno quoq; generū nō est procedere infinitū, neq; in sursum neq; in deorsum, sicut neq; in substantialibus prædicatis, quia in quolibet prædicamēto genus prædicatur de specie in eo quod quid est. Vnde concludi potest vniuersaliter ꝙ necesse est esse aliquod primum subiectum, de quo aliquid prædicetur, existente statu prædicationis in deorsum, & de hoc aliquid aliud prædicatur, & hoc habebit statum in sursum, & erit inuenire aliquid quod nō amplius prædicabitur de alio, neq; sicut posterius prædicatur de priori per accidens, neq; sicut prius prædicatur de posteriori per se. Hic igitur est vnus modus logicę de monstrandi propositum, qui sumitur secūdum diuersos modos prædicationis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Alius autem est hic, Patet enim horum demonstrationem esse de quibus priora aliqua prędicātur. Et item fieri non posse, vt aut melius simus, ad ea dispositi, quorū est demonstratio, quam si sciamus, aut ea sine demonstratione sciamus. Quibus efficitur, vt si per aliqua priora quippiam innotescit, illa vero nescimus, neq; ad illa melius simus effecti, quam si scientiam haberemus, nec id profecto sciamus, quod per illa notum efficitur. Si igitur sit, vt simpliciter quippiā per demonstrationem, & non ex quibusdam, nec ex suppositione sciamus necesse est prædicationes medias stare. Nam si non stent sed semper sit aliquid superius sumpto, omnium erit cum demonstratio. Quare si fieri non potest, vt infinita quisquā pertranseat, ea profecto quorū est demonstratio, nunquam per demonstrationem sciemus. Quod si neq; melius ad ipsa sumus effecti, quā si sciremus nihil tū per demonstrationē simpliciter, sed ex suppositione scimus. Ex his igitur, quę differēdi dximus modo, id, de quo loquimur, ita esse quippiā credet.*

ANTI. *Adhuc autem alius, si de quibus priora quædam prædicantur, erit horum demonstratio, quorum demonstratio est, neque potius habere possunt ad ipsa quàm scire, neque scire esse sine demonstratione. Si hoc autem per hoc notum est, hoc autem nescimus, neque melius habemus ad ipsa quàm scire, neque per hoc notum sciemus. Si igitur est aliquid scire per demonstrationem simpliciter, & non ex aliquibus, neq; ex suppositione, manifestum est stare prædicamenta media. Si enim non steterint sed est semper acceptio in superius, omnium erit demonstratio. Si nō contingit percurrere infinita, hæc non sciemus per demonstrationem. Si igitur neq; melius habemus ad ipsa, quàm scire, non erit nil scire per demonstrationem simpliciter, sed ex suppositione. Logicæ quidem igitur ex his, vtique aliquis credet de eo, quod dictum est.*

Ponit. 2. modum probationis, & dicit quòd qñ est aliqua talis propositio, in qua prædicatur aliquid de subiecto, si aliqua possunt per prius prędicari de illo subiecto, talis propositio demonstrabilis erit, puta hæc propositio, homo est substantia, demonstratur per hanc, animal est substantia, quia de animali per prius prædicatur substantia quam de homine. Si aūt aliqua propositio est demonstrabilis, nō possumus melius cognoscere quam sciendo, sicut principia indemonstrabilia, melius cognoscimus ꝙ sciendo, quia cognoscimus ea, vt per se nota. Sic iterū huiusmodi demonstrabilia non possumus scire nisi per demonstrationem, quia demonstratio est syllogismus faciens scire, vt supra dictum est. Item considerandum est quòd si aliqua propositio est nota per aliam, si illam per quam nota est nescimus, neq; cognoscimus eam meliori modo, quam sciendo, cōsequens est ꝙ non sciamus illam propositionem, quæ per eam cognoscitur. His igitur tribus suppositis procedit sic. Si contingit aliquid simpliciter scire per demonstrationem, & non ex aliquibus, nec ex suppositione, necesse est ꝙ sit status in prædicatis, quę accipiuntur vt media. Dicit aūt simpliciter, & non ex aliquibus, ad excludendū demonstrationes ducentes ad impossibile, in quibus proceditur contra positiones aliquas ex aliquibus propositionibus datis. Dicit autem neq; ex suppositione, ad excludendum demonstrationes, quales fiunt in scientijs subalternis, quæ supponunt cōclusiones superiorum scientiarum, vt supra habitum est. Est ergo similiter per demonstrationem scire, qñ quelibet propositionum præmissarū, si sit demonstrabilis, scitur per demonstrationem, & si nō est demonstrabilis, intelligitur per seipsum. Et hoc supposito necesse est ꝙ sit status in prædicationibus, quia si non fuerit status, sed semper putest accipi aliquid superius, sequitur ꝙ omniū sit demonstratio, vt primo dicebatur. Si ergo aliqua conclusio demonstratur, oportet ꝙ quælibet præmissarū sit demonstrabilis. Si ergo ad eius cognitionem nullo modo possumus melius nos habere, quàm sciendo eam per demonstrationem, ergo oportebit eam demōstrare per aliquas alias propositiones, & illas iterum per alias, & sic in infinitū, quia igitur infinita non est transire, non poterimus eam cognoscere per demonstrationem, neq; melius eam cognoscere possumus, cū omnia sint demonstrabilia, ergo sequetur quod nihil contingit scire per demonstrationem simpliciter, sed solum ex suppositione. Vltimo aut in epilogando concludit principale propositum.

Processus demon. ad impo.

Demon. in scien. subal. Lect. 15.

LECTIO XXV.

In quibuscunq; per se prædicatis, quibus demonstratiuę scientiæ vtuntur, nō esse processum in infinitū demonstratiuæ probat.

ARGY. *Resolutiue autem per hæc breuius perspicuum fuerit, fieri non posse, vt versus superius, aut inferius infinita, sint prædicata in demonstratiuis scientijs, de quibus, est hæc præsens consideratio.*

ANTI. *Analitice autem manifestum est per hoc velocius quòd neque in sursum, neque in deorsum infinita prædicantia cōtingit esse in demonstratiuis scientijs, de quibus intentio est.*

Postquam Philosophus ostendit logicæ quòd non sit procedere in infinitū in prędicatis sursum aut deorsum, hic ostendit idem analitice. Et diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit principale propositū. In secunda infert quædam corollaria ex dictis, ibi ¶ Monstratis autem his manifestum, &c.¶ Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi ¶ Demonstratio quidem enim, &c.¶ Dicit ergo primo quòd hoc quod non contingit in demonstratiuis scientijs, de quibus intēdimus, prædicationes in infinitum procedere neq; in sursum, neq; in deorsum, breuius & citius poterit manifestari analitice, quam manifestatum sit logicæ. Vbi considerandum est quòd analitica id est demonstratiua scientia, quæ resoluendo ad principia per se nota iudicatiua dicitur, est pars logicæ quæ etiam dialecticam sub se cōtinet. Ad logica autem communiter pertinet considerare prædicationem vniuersaliter, secundum quòd cōtinet sub se prædicationem, quæ est per se, & quæ non est per se. Sed demonstratiuę scientiæ propria est prædicatio per se. Et ideo supra logicæ probauit

Lect. sequen.

Notandū

probauit propositum, quia ostendit vniuersaliter in omni genere prædicationis nō esse processum in infinitum. Hic autem intendit ostendere analetice, quia probat solum in his, quæ prædicantur per se. Et huiusmodi est via expeditior, & ideo sufficit ad propositū, quia in demonstrationibus non vtimur nisi tali modo prædicationis.

Deinde cum dicit.

ARGY. ANTI. *Demonstratio. n. est de hisce, quæ rebus insunt per se. Demonstratio quidem enim est, quæcunq; ipsa insunt secundum seipsa rebus.*

Ostendit propositum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit qua prædicatione analitica, id est demonstratiua scientia vtatur, quia prædicatione per se. Secundo resumit quot sunt modi talis prædicationis, ibi ¶ Per seipsa vero, &c.¶ Tertio ostendit quòd in nullo modo prædicationis per se posit procedi in infinitum, ibi ¶ Horum autem neutra contingunt.¶ Dicit ergo primo ꝙ ¶ demonstratio est solum circa illa, quæ per se insunt rebus¶ Tales enim sunt eius conclusiones, & ex talibus demonstrat vt supra habitum est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ea vero, quæ per se competunt, duplicem subeunt modum. Quædā enim in eadem rerum sunt diffinitione, quibus ineſſe dicuntur, vt multitudo, vel diuisibile. Hæc enim numero competunt, & in ipsius sunt diffinitione. Quædam in ratione sua res eas suscipiunt quibus competunt, vt impar. Hoc enim numero competit, & in diffinitione sua numerum suscipit.*

ANTI. *Secundum seipsa autem dupliciter. Quæcunq; enim illis insunt in eo quod quid est, et in quibus ipsa in eo quodquid est insunt ipsis, vt numero impar, quod ineſt quidem numero. Est autem ipse numerus in ratione ipsius. Et iterum multitudo, aut diuisibile in ratione numeri est.*

Ponit duos modos prædicādi per se. Nam primo quidem prædicantur per se quæcunq; insunt subiectis in eo quod quid est. s. cum prædicata ponuntur in diffinitione subiecti. Secundo quando ipsa subiecta insunt prędicatis in eo quodquidest. i. quando subiecta ponuntur in diffinitione prædicatorum. Et exemplificat de vtroq; modo. Nam impar prædicatur de numero per se secundo modo, quia numerus ponitur in diffinitione ipsius imparis. Est enim impar numerus medio carens. Multitudo autem vel diuisibile prædicatur de numero, & ponit in diffinitione eius. Vnde huiusmodi prædicātur per se de numero primo modo. Alij autem modi, quos supra posuit reducuntur ad istos. Deinde cum dicit.

Notandū. Lect. 10.

ARGY. *At fieri inequit, vt aut hęc, aut illa, sint infinita. Nec enim ea, quæ vt impar de numero prædicantur. Nam in impare rursus aliud erit in diffinitione cuius est ipsum, hoc si sit primum, numerus ipse, cui quidem competunt, in diffinitione erit ipsorū. Si igitur fieri nequit, vt insit vni alia infinita, nec infinita versus supērius erunt.*

ANTI. vide in annot. *Horum autē neutra contingit esse infinita, nec vt imperfectum numeri. Iterum enim si impari aliud insit, cui inerat existenti, hoc autem si est primum, numerus inerit his quæ insunt ipsi. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in vno, neque in sursum erunt infinita.*

Ostendit ꝙ in vtroq; modo prædicationis per se necesse est esse ſtatum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ necessarium est esse ſtatum in vtroq; modo prędicationis per se, tam in sursum quam in deorsum. Secundo concludit ꝙ non possit infinitū esse in medijs, ibi ¶ Si aūt sic est, &c.¶ Tertio concludit ꝙ non potest procedi in infinitū in demonstrationibus, ibi ¶ Si vero hoc, &c.¶ Circa primum duo facit. Primo proponit propositum in secundo modo dicendi per se. s. quando subiectum ponitur in diffinitione prædicati. Secundo in primo modo, quando prædicatum ponitur in diffinitione subiecti, ibi ¶ Si etiam quæcunque.¶ Circa primum ponit duas rationes. Circa quarum primam sic procedit. Primo quidem præmittit propositū. s. quòd in neutro modo dicendi per se contingit in infinitum procedere. Deinde probat hoc in secundo modo, puta cum impar prædicatur de numero. Si enim procedatur vlterius, quòd aliquid aliud prædicetur per se de impari secundum illum modū dicendi per se, sequitur quòd impar insit in diffinitione eius. Numerus autē ponitur in diffinitione imparis, vnde sequeretur quòd etiam numerus ponatur in diffinitione illius tertij quod per se ineſt impari. Sed hic nō contingit abire in infinitum, vt scilicet infinita insint in diffinitione alicuius, sicut supra probatū est. Relinquitur ergo quòd in talibus per se prædicationibus nō contingit procedere in infinitum in sursum id est ex parte, prædicati. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *At vero necesse est ipsi primo cōpetant vniuersa, veluti numero, & numerus illis insit. Quare conuertuntur, & non superabunt.*

ANTI. *At vero necesse est omnia ineſſe primo, vt numero, & in illis numerum. Quare conuertibilia erunt, sed non excedentia.*

Et dicit ꝙ quantumcunque procedatur in huiusmodi per se prædicationibus. 2. modi, oportebit ꝙ omnia prędicata per ordinem accepta insint primo subiecto, puta numero quasi prædicata de eo, quia si impar per se prędicatur de numero, oportet ꝙ quicquid prædicatur de impari, etiam per se prędicetur de numero. Et iterum oportet ꝙ numerus omnibus illis insit, quia si numerus ponitur in diffinitione imparis oportet ꝙ ponatur in diffinitione omnium eorum quæ diffiniuntur per impar. Et ita sequitur ꝙ mutuo sibi inuicem insint. Ergo erunt conuertibilia & nō se inuicem excedentia, sic enim propriæ passiones se habent ad subiecta sua. Vnde si etiā sint infinita per se prædicata secundum hunc modum, non erit ad propositū, quo aliquis intendit ponere infinita in prædicatis esse in sursum vel in deorsum. Deinde cū dicit.

ARGY. *Nec item ea, quæ diffinitiones eorū, quibus insunt ingrediuntur. Non. n. assignari diffinitiones possent. Quare si hæc sunt vniuersa ea, quæ per se prædicantur, hæc autem infinita non sunt, stant omma plane versus supera. Quare stant & ad infera.*

ANTI. *Si etiam quæcunq; sunt in eo quod quid est, nec hæc infinita sunt. Nec enim esset diffinire. Quare si prædicantia quidem per se omnia dicuntur, hæc autem non infinita sunt stabunt vtiq; id sursum. Quare & in deorsum.*

Probat propositum in primo modo dicendi per se, & dicit quòd illa, quæ prædicantur in eo quod quid est. i. quasi posita in diffinitione subiecti, nō possunt esse infinita, quia non contingit infinita diffinire, vt supra probatum est. Ex hoc ergo concludit quòd si omnia, quæ ponuntur in demonstrationibus, per se ponuntur, & in prędicatis per se non est procedere in infinitū in sursum. necesse est ꝙ prædicata in demonstrationibus stent in sursum. Et ex hoc etiam sequitur quòd stent in deorsum, quia ex quacunq; parte ponatur infinitum tollitur scientia, & diffinitio, vt ex supra dictis patet. Deinde cū dicit.

ARGY. *Quod si ita sit, erunt & ea sane finita, quæ inter duos terminos collocantur.*

ANTI. *Si autem sic est, & quæ sunt in medio duorum terminorum, semper sunt finita.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concludit ex præmissis quòd si est status in sursum, & deorsum, quòd media non contingit esse infinita. Supra, enim ostendit quòd extremis existẽtibus determinatis, media non possunt esse infinita. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Quod rursus si ita sit, patet iam & demonstrationum esse principia necessario, ac demonstrationem non omniũ esse, quod quidem nõ nullos asserere iam in initio diximus. Etenim si principia sint, neq; demonstrabilia sunt omnia, neq; in infinitum fieri potest abitio. Nam alterũ istorum vtrumuis esse nil aliud est, quam nullũ interuallum esse medio vacans, atq; indiuisibile, sed vniuersa esse diuisibilia. Id enim quod demonstratur, non foris addito, sed immisso termino demonstratur. Quapropter si fieri potest, vt hoc pacto procedatur in infinitũ, fieri quoq; potest vt inter duos terminos infinita media cadant. At hoc fieri nequit, si tam versus superius, quã versus inferius prædicationũ sit finis. Esse vero prædicationũ hoc pacto finem, antea differendi modo, nunc resolutiue satis ostendimus.*

ANTI. *Si vero hoc est, manifestum iam est & demonstrationum quòd necesse est principia esse, & non omniũ esse demonstrationem quod uere diximus quosdam dicere iuxta principium. Si enim sunt principia, nõ omnia sunt demonstrabilia, neq; in infinitum possunt ire. Esse enim horum quodlibet nihil aliud est, quam esse nullũ spatium sine medio, & indiuisibile, sed omnia diuisibilia. Intus enim immittendo terminum, sed non assumendo demonstratur id, quod demonstratur. Quare si hoc in infinitum contingit ire, continget vtiq; duorum terminorum infinita esse interiua media. Sed hoc impossibile est, si prædicamenta steterint superius & inferius. Quod autem stent demonstratum logicæ prius, analiticæ vero nunc.*

Concludit vlterius ꝙ in demonstrationibus non proceditur in infinitum, & dicit ꝙ si prædicta sint vera, necesse est esse aliqua principia demonstrationum, quæ nõ demonstrantur, & sic non omniũ erit demonstratio ſm ꝙ quidam dicunt, vt in principio huius libri dictum est. Et ꝙ hoc sequatur ostendit. Posito enim quòd sint aliqua principia demonstrationũ, est necesse esse ꝙ illa sint indemonstrabilia, quia cum omnis demonstratio sit ex prioribus, vt supra habitum est, si principia demonstrantur, sequet quod aliquid esset prius principijs, quod est contra rationem principij. Et ita si non sunt omnia demonstrabilia, sequeretur ꝙ non procedant demonstrationes in infinitum. Omnia autem huiusmodi prædicta consequuntur ex hoc, quod ostensum est ꝙ non proceditur in infinitum in medijs, quia nihil est aliud ponere verum esse quodcunq; prædictorum. ſ. vel ꝙ demonstrationes procedant in infinitũ, vel ꝙ omnia sunt demonstrabilia, vel ꝙ nulla sint demonstrationum principia, quàm ponere nullum spatium esse immediatum & indiuisibile. i. ponere duos terminos sibi inuicem cohærere in aliqua propositione affirmatiua vel negatiua, nisi per medium. Si enim aliqua propositio sit immediata, sequitur ꝙ sit indemonstrabilis, quia cum aliquid demonstratur, oportet sumere terminum immittendo. i. ꝙ sit infra prædicatum & subiectũ, de quo. ſ. per prius prædicetur prædicatum, quam de subiecto vel à quo prius remoueatur.

Medi in de. Non autem in demonstrationibus accipitur mediũ assumendo extrinsecus, hoc enim esset assumere extraneum medium, & non proprium, quod cõtingit in litigiosis & dialecticis syllogismis. Si ergo demonstrationes contingit in infinitum procedere, sequitur quòd sint media infinita inter duos terminos. Sed hoc est impossibile si prædicationes steterint in sursum & deorsum, vt supra probatum est. Et ꝙ stent prædicationes in sursum & deorsum prius ostendimus logicæ, & postea analetice, vt expositum est. Per hanc igitur conclusionem vltimo inductam manifestat intentionem totius capituli, & quare quælibet propositio sit inducta.

LECTIO XXXVI.

In omnibus quæ de vno, seu pluribus prædicãtur esse aliquod primum ostendit, quomodo item in omnibus figuris primis propositionibus sit vtendum docet.

ARGY. *Demonstratus autem his patet, si quippiam idem, vt* A *duobus insit quibusdam, vt* C *atq;* D *quorum alterũ de altero, aut nullo modo, aut non de quolibet prædicatur, non semper illud per commune aliquid ipsis competere.*

ANTI. Tex. cõ. 37. Monstratis autem his manifestum est, quòd si aliquod idem duobus insit, vt A & in C & in D nõ prædicante altero de altero, aut nullo modo, aut non de omni nõ semper secundum cõmune aliquid inerit.

Postquam Philosophus ostendit ꝙ non cõtingit procedere in infinitũ in demonstrationibus, hic inducit quædam corollaria ex prædictis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ necesse est accipere aliquas primas propositiones. Secundo quomodo illis primis sit vtendũ in demonstrationibus, ibi {Cũ autem oportet demonstrare.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ necesse est deuenire ad aliquod primum quãdo vnum de pluribus prædicatur. Secundo qñ vnum prædicatur de vno, ibi {Manifestum autem est.} Circa primum quatuor facit. Primo proponit intentum. Secundo manifestat propositum, ibi {vt scalenon, &c.} Tertio probat, ibi {Sit autem b &c.} Quarto excludit quandam obiectionẽ, ibi {In eodem quidem genere, &c.} Dicit ergo primo quòd demonstratis præmissis. ſ. ꝙ non sit procedere in infinitum in prædicationibus & demonstrationibus, manifestum est ꝙ si aliquid prædicat de duobus, puta a de c & d ita. ſ. ꝙ vnum eorum non prædicetur de altero, aut nullo modo, sicut animal prædicatur de homine & boue, quorum vnũ nullo modo de alio prædicatur, aut non de omni, puta animal prædicatur de homine & masculo quorũ neutrũ de altero vniuersaliter prædicatur, sic inquã se habentibus terminis, manifestũ est ꝙ non oportet ꝙ id prædicatũ, quod de vtroq; prædicat, insit vtriq; ſm aliquod cõe, & hoc infinitum procedendo. Deinde cum dicit.

ARGY. *Triangulo nanq; duorum æqualium, & omnium inæqualium lateram angulos habere duobus rectis æquales, per cõmune competit quoddam. Competit enim vt vterque est quædam figura, & non vt aliud quicquam. At non semper id ita se habet.*

ANTI. vide in annot. *Vt scalenon, & isocheli duobus rectis æquales habere, secundum commune aliquid inest. Secundum enim quòd figura quædam est, & non secũdum alterum quod inest. Hoc autem non semper sic se habet.*

Manifestat propositum per exemplum. Sunt. n. duæ species trianguli, quarum vna vocatur scalenon, vel trianigulus gradatus, cuius sunt tria latera inæqualia, alius est isocheles, cuius sunt duo latera æqualia, vnum autem horum non prædicatur de altero, vtrique autem inest hæc passio habere tres angulos æquales duobus rectis. Inest autem hoc eis secundum aliquid commune, ſ. ꝙ vterque horum est figura quædam. ſ. triangulus. Hoc autem non sic semper se habet. ſ. secundum quòd in infinitum conueniat secundum aliquid aliud, puta ꝙ habere tres conueniat triangulis iterum secũdum aliquid aliud, & sic in infinitum. Deinde cum dicit.

Sit

ARGY. *Sit autem* B *per quod* A *tam ipsi* C *quam* D *competere dicitur. Patet igitur ipsum* B *per aliud commune quippiam ipsis competere, & illud item per aliud. Quare inter duos terminos infiniti termini cadent. Ad hoc fieri ne quit. Non ergo necesse est pluribus idem per aliquod commune semper inesse, siquidem sint interualla, quæ medio vacant.*

ANTI. *Sit autem* B *secundum quòd est* A *in* C D. *Manifestum igitur est* B *in* C D *secundum commune est, & illud secundum alterum. Quare duorum terminorum in medijs infiniti vtique incident termini. Sed hoc est impossibile. Secũdum igitur commune aliquid, esse non necesse est semper idem in pluribus, quoniam vere erunt immediata spatia.*

Probat propositum, & dicit, Sit ita ꝙ b prædicetur de c & de d secundum hoc commune quod est a, manifestũ est ergo ꝙ b erit in c & in d ſm illud commune quod est a, & si iterum insit a ſm aliquod cõmune, & iterũ illi cõmuni ſm aliquid aliud, procedetur in infinitũ in medijs, sequitur igitur ꝙ inter duo extrema quæ sunt c & b cadant infiniti termini medij. Hoc autẽ est impossibile, ergo non necesse est si idem insit pluribus, ꝙ semper in infinitum insit eis ſm aliquid cõmune, quia necesse est ꝙ perueniatur ad aliqua spacia immediata. i. ad aliquas immediatas prædicationes quas appellat spatia, vt supra

Lect. præce. sensus Ari. dictum est. Quantum igitur videtur ex hac probatione Arist. non est suus intellectus, ꝙ hoc non sit verum ꝙ qñ aliquid prædicatur de pluribus, quæ de se inuicem non prædicantur, ꝙ illud non insit illis pluribus ſm aliquid commune. Hoc. n. verum est in omni quod prædicatur sicut passio, oportet. n. si ineſt pluribus, ꝙ insit ei secundũ aliquid commune, licet forte id sit innominatum, sicut

Lect. 11. tex. expo. 2. supra dictum est, cum de vniuersali ageretur. Sed in illo communi non proceditur in infinitum, vt hæc ratio inducta à Philosopho euidenter probat. Si autem accipiatur aliquid cõmune, quod insit pluribus sicut genus speciebus, non semper oportebit aliquid prius accipere secundum ꝙ insit. Puta si viuum insit homini, & asino secundũ aliquod prius. ſ. ſm animal, animali autem & plãtæ non ineſt ſm aliquod prius, quia hæc sunt primæ species corporis viui siue animati. Deinde cum dicit.

ARGY. *Terminos tamen eodem in genere, & indiuiduis ex eisdem necesse est esse, siquidem ipsum commune rationẽ eorum, quæ per se competunt, subit. Fieri nanque non potest, vt ea, quæ demonstrantur, ad aliud genus ex alio migrent ac transeant, vti diximus.*

ANTI. Tex. cõ. 38. *In eodẽ quidem genere, & ex eisdem athomis necesse est terminos esse, siquidem his quæ per se sunt erit commune. Non enim erit ex alio genere in aliud descendentem demonstrare.*

Excludit quandam obiationem. Posset enim aliquis dicere ꝙ semper accipitur ſm aliquid commune, quia potest accipi commune alterius generis puta si dicamus ꝙ esse ipsum mouens ineſt homini & asino ſm hoc cõmune quod est animal, & secũdum aliud cõmune quod est habens quantitatem, vel habens colorem, aut aliquid aliud huiusmodi, quæ possunt accipi in infinitum. Et ad hoc excludendum dicit ꝙ necesse est esse terminos medios qui accipiuntur ex eodem genere {& eisdem athomis}. i. indiuisibilibus. Et appellat athomos ipsos terminos extremos, inter quos oportet accipi mediũ si id cõmune quod accipitur vt medius terminus sit de numero eorum, quæ prædicantur per se. Quare autem oporteat ex eodem genere sumere terminos medios, ostendit per hoc, ꝙ sicut supra habitum est, non contingit demonstrationem transire de vno genere in aliud. Deinde cum dicit.

Quid per athomos.

Lectio. 15.

Patet etiam cum A *competit ipsi* B *atque est aliquod medium, tum* A *posse ostendi ipsi cõpetere* B. *Atq; huius hæc erunt, & totidem elementa, quot media sunt. Propositiones enim hæ, quæ medio vacant, elementa sunt, aut omnes, aut hæ quæ vniuersales sunt. Quod si nullum sit medium, non est vlterius demonstratio, sed hæc est ea via qua acceditur ad principia.* ARGY.

ANTI. Vide in annot. *Manifestum autem est, & cum* A *in* B *sit, siquidem est aliquod medium est demonstrare quòd* A *in* B *sit, & elementa huiusmodi sunt hæ, & tot, quot media sunt. Immediatæ enim propositiones sunt elementa, aut omnes, aut vniuersales. Si vero nõ est medium, non amplius erit demonstratio, sed in principia via hæc est.*

Ostendit ꝙ necesse est deuenire ad aliquod vnum in prædicabilibus in quibus prædicatur vnum de vno. Et primo in affirmatiuis. Secundo in negatiuis, ibi {Similiter autem & si a &c.} Dicit ergo primo manifestum esse ꝙ cum a prædicatur de b si horum sit aliquod medium, ꝙ illo medio vti possumus ad demonstrandum ꝙ a sit in b & hæc sunt principia huiusmodi conclusionis. Et quæcunq; accipiuntur vt media, sunt principia conclusionũ mediatarum, quæ per ea concluduntur. Nihil enim aliud sunt elementa, siue principia demonstrationum, quam propositiones immediatæ. Et hoc dico {vel omnes, vel vniuersales,} quod quidem potest dupliciter intelligi. Pri. sensus. Vno modo vt propositio vniuersalis accipiatur ſm ꝙ diuiditur contra singularem. Nam species specialissima nõ prædicatur de singulari per aliquod medium. Vnde propositio hæc est immediata, Sortes est homo, non tamen est principium demonstrationis, quia demonstrationes non sunt de singularibus, cum eorum non sit scientia, & ita non omnis immediata est demonstrationis principiũ sed solum vniuersalis. Alio modo potest intelligi ſm ꝙ propositiones vniuersales dicuntur propositiones communes in omnibus propositionibus alicuius scientiæ, sicut omne totum est maius sua parte, vnde huiusmodi sunt simpliciter demonstrationum principia & in omnibus per se nota. Hæc autem propositio, homo est animal, vel isocheles est triangulus, non est principium demonstrationis in tota scientia, sed solum aliquarum particularium demonstrationum, neq; huiusmodi etiam propositiones sunt omnibus per se notæ. Sic igitur si sit aliquod medium propositionis datę erit demõstrare per aliquod medium quousq; deueniatur ad aliquod immediatum. Si vero non sit aliquod medium propositionis datæ, non poterit demonstrari. Sed hæc est via ad inueniendũ prima principia demõstrationũ, idest procedere a mediatis ad immediata retolũendo. Deinde cum dicit.

ARGY. *Similiter sit, & si* A *non competit ipsi* B. *Nam si est medium aliquod aut prius, cui non competit ipsum* A *est sine dubio demonstratio. Si vero non est, nulla est demonstratio. Atque quot sunt termini, tot sunt elementa principiaue Propositiones enim quæ ex hisce constant, ipsius sunt demonstrationis principia. Et vt quædam principia sunt demonstrabilia hoc pacto, hoc est illud, & illud ineſt huic, si & hoc modo hoc non est illud, & illud non ineſt huic. Quare quædam essendi quippiam, quædam non essendi, principia erunt.*

ANTI. *Similiter autem erit, & si* A *in* B *non sit. Siquidem. n. aut erit medium, aut prius, cui non ineſt, erit demonstratio, si vero non, non est, sed principium. Et elementa tot sunt, quot termini, & horum propositiones principia de-*

monstrationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

monſtrationis ſunt. Et ſicut quædam principia ſunt indemonſtrabilia quòd ſit hoc illud, & quòd ſit hoc in illo, ſic & quòd non erit hoc illud, nec quòd ſit hoc in illo. Quare hæc quidem eſſe aliquid, alia autem non eſſe aliquid, erunt principia.

Oſtendit ꝙ ſit accipere primum in negatius, & dicit ꝙ ſi a negetur de b ſi ſit accipere aliquod medium, a quo ſcilicet per prius remoueatur a quam a b tunc hæc propoſitio b non eſt a erit demonſtrabilis. Si autem non ſit aliquod tale medium accipere, non erit hæc propoſitio demonſtrabilis, ſed principiũ demonſtrationis. Et tot erũt elementa ideſt principia demonſtrationis, quot erũt termini ad quos. ſ. ſtatur, vt vltra non ſit inuenire medium. Propoſitiones. n. quę ſiunt ex huiuſmodi terminis, ſunt principia demonſtrationis. Patra ſic immediate prædicetur de b & a immediate remouetur a b, aut prędicetur de eo immediate b eſt terminus ad quẽ vltimo peruenitur in medijs ſumendis, vnde vtraq; propoſitio erit immediata, & demonſtrationis principium. Et patet ex præmiſſis ꝙ ſicut ſunt quædam principia indemonſtrabilia affirmatiua, in quibus vnum de alio prædicatur, ſignificando ꝙ hoc eſſentialiter eſt illud, ſicut cum genus prædicatur de proxima ſpecie, vel hoc ſit in illo, ſicut cum paſsio prędicatur de proprio & immediato ſubiecto, ita ẽt ſunt principia indemonſtrabilia in negatiuis, negando eſſentiale prædicatũ, vel etiã propriam paſsionẽ. Ex quo patet ꝙ quędam ſunt principia demonſtrationis ad demonſtrandum concluſionem affirmatiuam, quam oportet concludere ex omnibus affirmatiuis, & quædam ſunt principia demonſtrationis, ad probandum cõcluſionem negatiuam, ad cuius illationem oportet aſſumere aliquã negatiuam. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum autem oſtendendum quippiam eſt, ſumendum eſt quippiam, quod primum de ipſo b prædicatur, ſitq; id c de quo ſimiliter ipſum dicitur a. Atq; hoc modo ſemper proficiſcenti, nulla propoſitio tibi, nullusq; terminus aſſumendus, extra ipſum a ſumuntur in probando, ſed mediũ ſemper denſatur, quouſq; indiuiſibilia fiãt, & vnum. Eſt autem tunc vnum, cum fuerit vacuus medio interuallũ, ac vna ſimpliciter propoſitio, quæ quidem medio vacat.*

ANTI. *Cum autem operat demonſtrare aliquid, accipiendum eſt quod de b primum prædicetur, & ſit c, & de hoc ſimiliter a & ſic ſemper vadens, nequaquam extra propoſitio cadet. Neque extra eſſe ipſius a accipiatur vt demõſtretur, ſed ſemper medium condenſet quouſque indiuiſibilia fiant, & vnum. Eſt autem vnum, cum immediatũ fiat, & vna propoſitio ſimplex & immediata.*

Oſtendit quomodo vtẽdum ſit primis propoſitionibus in demonſtrando: Et primo in propoſitionibus affirmatiuis. Secundo in negatiuis, ibi {In priuatiuis autem &c.} Circa primũ tria facit. Primo oſtendit qualiter oporteat ſumere propoſitiones immediatas in demonſtrationibus. Secũdo oſtendit, quomodo huiuſmodi propoſitiones ſe habeant ad demonſtrationes, ibi {Et quemadmodum in alijs.} Tertio epilogat, ibi {In oſtenſiuis quidem igitur.} Dicit ergo primo ꝙ quando oportet demonſtrare aliquam cõcluſionem affirmatiuam, puta omne b eſt a neceſſe eſt accipere aliquid quod primo prædicetur de b quam a, de quo a etiam prędicetur, & ſit illud c, & ſi iterum aliquid ſit de quo a per prius prędicetur quam de c, ſic ſemper procedendo, ſic nec propoſitio nec terminus ſignificans aliquod ens, accipietur in demonſtrando extra ipſum a, quia oportebit quod a prædicetur de eo pęle, & ita ꝙ contineatur ſub eo & non ſit ab eo extrinſecũ ſed oportebit ſemper cõdenſare media. Et loquitur ad ſimilitudinem hominum qui videntur eſſe condenſati ſedentes in aliqua ſede, quando inter ſedentes nullus poteſt intercedere medius, ita & media in demonſtratione dicuntur denſata, quando inter terminos acceptos nihil cadit medium. Et hoc eſt quod dicit {ꝙ medium denſatur quouſq; } perueniat ad hoc ꝙ ſpatia {fiant indiuiſibilia} indiſtantię inter duos terminos ſunt tales ꝙ nõ poſſunt diuidi in plures huiuſmodi diſtãtias, ſed ſit vnũ ſpatiũ tantum. Et hoc contingit, quãdo propoſitio eſt immediata. Tunc. n. vere eſt vna propoſitio non ſolum actu, ſed etiã potentia, quando eſt immediata. Si. n. ſit mediata, quamuis ſit vna in actu, quia vnum prædicatur de vno, tamẽ eſt multa in potentia, quia accepto medio formãtur duæ propoſitionis, Sicut ẽt linea quæ eſt vna in actu in quantum eſt continua, eſt multa in potentia inquantũ diuiſibilis per pũctũ mediũ. Et ideo dicit ꝙ propoſitio immediata eſt vna ſicut ſimplex in diuiſibilis. Deinde cũ dicit.

ARGY. *At quæ vt cæteris in rebus principium ſimplex eſt, idq; non eſt idem vbiq; ſed in pondere quidem eſt mina, in modulatiõe vero primus ſenſibilis ſonus, & in alijs aliud ſic in ratiocinatione quidem eſt vnum, vacans medio propoſitio, in demonſtratione autem, & ſcientia intellectus.*

ANTI. vide in annot. *Et quemadmodum in alijs eſt principium ſimplex, hoc autem non idem vbique, ſed in graui quidem vncia, in melodia autem tonus in membris autem diuiſio, aliud autem in alio. ſic eſt in ſyllogiſmo vna propoſitio immediata, in demonſtratione autem, & ſcientia, intellectus.*

Oſtendit quõ ſe habeat propoſitio immediata ad demonſtrationem. Vbi cõſiderandum eſt ꝙ ſicut habetur in. x. Metaphy. in quolibet genere oportet eſſe vnum primum, quod eſt ſimpliciſsimum in genere illo, & menſura omniũ quę ſunt illius generis. Et quia menſura eſt homogena menſurato, ſm diuerſitatem generum oportet eſſe huiuſmodi prima indiuiſibilia diuerſa. vnde hoc nõ eſt idem in omnibus, ſed in grauitate ponderum accipitur vt vnum indiuiſibile vncia. i. quoddam minimũ ponbet pondus eſt diuiſibile in minora pondera, ſed accipitur vt ſimplex per ſupoſitionem. In melodijs autem accipitur vt vnum principium tonus qui conſiſtit in ſexquioctaua propoſitione, vel dieſis quę eſt differentia toni, & ſemitonij, & in diuerſis generibus ſunt diuerſa principia indiuiſibilia. Syllogiſmi autẽ principia ſunt propoſitiones, vnde oportet ꝙ propoſitio ſimpliciſsima, quę eſt immediata ſit vnum, quod eſt menſura ſyllogiſmorum. Demonſtratio autem addit ſupra ſyllogiſmum quod facit ſcientiam. Comparatur autem intellectus ad ſcientiam, ſicut indiuiſibile ad multa. Nam ſcientia eſt per decurſum a principijs ad concluſiones, intellectus autem eſt abſoluta & ſimplex acceptio principij per ſe noti. Vnde intellectus reſpondet immediatæ propoſitioni, ſcientia autem concluſioni quę eſt propoſitio mediata. Sic igitur demonſtrationis diuiſibilis inquantum eſt ſyllogiſmus, vnum indiuiſibile eſt propoſitio immediata. Ex parte autem ſcientię quam cauſat, vnum eius eſt intellectus.

Deinde cum dicit.

ARGY. *In affirmationis igitur ratiocinationibus nihil extra id, quod ineſt, atque competit, cadit.*

ANTI. *In demonſtratiuis quidẽ igitur ſyllogiſmis eius quod eſt, nihil cadit extra.*

Epilogando concludit quod ſupra oſtenſum eſt, ſcilicet ꝙ in affirmatiuis ſyllogiſmis medium non cadit extra extrema. Deinde cum dicit.

In

ARGY. *In negatiuis autem, vbi quidem eſt id, quod ineſſe oportet, nihil extra hoc cadit, veluti ſi a per b non competit b. Nam ſi c quidem cuilibet inſit b, ipſum autem a nulli competat c, atque ſit rurſus a nulli competere c demonſtrandum, medius inter hæc ipſa ſumendus eſt terminus, atque hoc modo ſemper proficiſcendum.*

ANTI. *In priuatiuis autem hoc quidem, quod oportet eſſe nihil extra hoc cadat, vt ſi a non eſt in b per c. Si enim in b omni quidem eſt c in nullo c autem eſt a item ſi indigeat quod in c a nullo ſit medium accipiendum eſt ipſius a, & c & ſic ſemper procedet.*

Oſtendit quomodo vtendum ſit propoſitionibus immediatis in ſyllogiſmis negatiuis. Et primo in prima figura. Secundo in ſecunda, ib, {Si vero oporteat monſtrare.} Tertio in tertia, ibi {In tertio aũt modo.} Dicit ergo ꝙ in negatiuis ſyllogiſmis nihil mediorũ acceptorũ procedendo immediata cadet extra genus terminorum affirmatiuę propoſitionis in prima figura puta, ſi demõſtrandum ſit ꝙ nullum b eſt a, & accipitur medium c tali exiſtente ſyllogiſmo, nullũ c, eſt a, omne b eſt c, ergo nullum b eſt a. Si ergo oporteat iterum probare ꝙ in nullo c ſit a, oportet accipere medium ipſius c, & a quod. ſ. prædicetur de c, & per conſequens de b & ſic perueniet ad genus terminorum affirmatiuæ propoſitionis, & ita ſemper procedetur ꝙ media accepta nõ cadent extra affirmatiuam propoſitionẽ, cadent tamen extra genus prædicati negatiui, puta extra genus a. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod ſi ſit ipſum d nulli e competere demonſtrandũ, hoc pacto, vt c cuilibet quidem d, nulli vero vel non cuilibet in ſit e, nullus extra ipſum e terminus vnquam cadet. Hoc autem eſt id, cui non ineſſe oportet.*

ANTI. Vide in annot. *Si vero oporteat demonſtrare quòd d in e non ſit, in eo quod eſt c in d quidẽ omni, in e aũt nullo, aut non in omni vnquã extra e cadet. Hoc aũt eſt, cui oporteat nõ ineſſe.*

Oſtendit qualiter ſe habent in ſecunda figura, & dicit ꝙ ſi oporteat demonſtrare ꝙ nullum e ſit d in ſecunda figura accipiendo medium c, vt fiat ſyllogiſmus, omne d eſt c, nullum e eſt c, aut quoddam e eſt c, ergo nullum vel non omne e eſt d nũquàm medius terminus acceptus cadet extra e, quia ſi oportebit iterum demonſtrare quòd nullum e eſt c oportebit iterum accipere aliquod mediũ inter e, & c, quia oportebit in ſecunda figura probare negatiuam. Affirmatiua enim in hac figura probari non poteſt. Vnde ſicut in prima figura media accepta ſemper accipiuntur ex parte propoſitionis affirmatiuæ, ita oportet in ſecunda figura ſemper media accipi ex parte propoſitionis negatiuæ. Deinde cum dicit.

ARGY. *At in tertio modo, nec id, à quo negare, nec id, quod negare, ſeiungereque oportet, terminus ſumendus vnquam egreditur.*

ANTI. *In tertio autem modo, neque à quo oportet, neque quod oportet priuari, nequaquam extra ibit.*

Oſtendit qualiter hoc ſe habeat in tertia figura, & dicit quòd in tertia figura media accepta nõ erũt extra prędicatũ, quod negatur, neq; extra ſubiectũ a quo negãtur. Et hoc ideo, quia medium ſubijcitur affirmatiuę vel negatiuæ vtrique, vnde ſi oportet accipere aliquod mediũ oportet iterum id medium ſubijci affirmando vel negãdo, & ſic media accepta nunquam acciperentur neq; extra prædicatum negatum, nec extra ſubiectum de quo negantur.

LECTIO XXXVII.

Tres apparentes rationes ſoluit, quibus demonſtrationem particularem vniuerſali potiorem eſſe oſtendebatur.

ARGY. *Cum autem demonſtrationum alia ſit vniuerſalis, alia particularis & alia affirmatiua, alia negatiua, ambigitur vtra ſit præſtabilior. Et eodem mõ de ea, quę recte dicitur demõſtrare, & de ea, quæ deducit ad id, quod fieri nequit.*

ANTI. Tex. cõ. 39. *Cum autem ſit demonſtratio alia quidem particularis, alia vero vniuerſalis, & hæc quidem categorica, illa vero priuatiua, dubitatur qualis potior ſit. Similiter autem & de ea, quæ demonſtrare dicitur, & de ducenti ad impoſſibile demonſtratione.*

Poſtquam Philoſophus determinauit de ſyllogiſmo demonſtratiuo, hic agit de comparatione demonſtrationum adinuicem. Et quia ſcientia ex demonſtratione cauſatur, ideo diuidit hæc pars in duas partes. In prima agit de comparatione demonſtrationis. In ſecunda de comparatione ſciæ, ibi {Certior autem ſcia eſt &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationẽ de cõparatione demonſtrationũ. Secũdo dicit quo ordine ſit procedẽdũ, ibi {Primo quidã igitur.} Tertio proſequitur dubitationes motas, ibi {Videbitur quidem igitur &c.} Dicit ergo primo ꝙ demõſtratio tripliciter diuiditur. Vno. n. modo diuiditur in vniuerſalem & particularem. Alio autem modo in categoricam & priuatiuam ideſt affirmatiuam & negatiuam. Tertio autem modo diuiditur in eã, quæ demonſtrat oſtenſiue, & in eam, quæ ducit, ad impoſsibile. Eſt ergo quæſtio in ſingulis diuiſionibus qualis, potior ſit. Deinde cum dicit. Lect. 4.

ARGY. *Atque hoc de vniuerſali primo particulariue, deinde de affirmatiua, negatiuaque & poſtea de recta, deducenteque ad impoſſibile demonſtratione determinabimus.*

ANTI. *Primum quidem igitur intendamus de vniuerſali, & de particulari. Oſtendentes autem hoc, & de ea, quæ demonſtrare dicitur, & quæ eſt impoſſibile dicemus.*

Oſtendit quo ordine ſit agendem, & dicit ꝙ primo agẽdum eſt de comparatione vniuerſalis & particularis demonſtrationis. Et cum hoc fuerit oſtenſum, tunc dicemus & de demonſtratione, quæ demõſtratione, quę demonſtrat aliquid affirmatiuæ, & de ea, quæ demonſtrat ad impoſsibile, vtrum. ſ. affirmatiua ſit potior, & vtrum ea quæ eſt ad impoſsibile ſit potior. Deinde cum dicit.

ARGY. *Forſitan itaque cuipiam hoc pacto conſideranti particularis præſtabilior vniuerſalis videtur. Nam ſi ea demonſtratio, qua magis ſcimus, eſt præſtabilior, hæc. n ſane demonſtrationis eſt virtus, atq; magis vnũquodq; tũ ſcimus, cũ ipſum per ſe, quàm cũ per aliud ſcimus, ceu muſicum Coriſcum tum ſcimus magis cum percipiamus Coriſcum eſſe muſicum quàm cum cognoſcimus hominem eſſe muſicum, & in cæteris ſimiliter, vniuerſalis autem oſtendit quippiam non vt ipſum eſt, ſed vt aliud, veluti triangulum duorum æqualium laterum angulos habere duobus rectis æquales, non hoc ſane, quod duorum eſt equalium laterum, ſed quod triangulus eſt, particulari demonſtratione cupiam ineſſe quippiam, vt ipſum eſt oſtendente, ſi igitur ea demonſtratio præſtabilior eſt, quæ per ſe quippiam demonſtrat, & particularis eſt talis, ipſa demõſtratio particularis magis nimirum demonſtratio, ac præſtabilior, quàm vniuerſalis eſſe videbitur.*

ANTI. *Videbitur quidem igitur fortaſſis vtiq; quibuſdam ſic intendentibus particularis eſſe dignior. Si. n. ſecundũ quã maxime ſcimus demonſtrationem potior eſt demonſtratio, hæc. n. virtus demonſtrationis eſt, magis autẽ ſcimus vnum cum ipſum cognoſcimus ſecundum ipſum, quàm ſecundum aliud, vt muſicum Coriſcum quãdo Coriſcus muſicus eſt, quàm cum homo muſicus ſit, ſimiliter autem & in alijs, ſed vniuerſalis quoniã aliud, non quoniam ipſum*

contingit

Universidad de Deusto
Biblioteca

contingit demonstrat, vt quoniam æquitibiarũ est, non quia æquitibiarum, sed quoniã triangulus sed particularis, quoniam ipsum est si igitur potior quidem est quæ est secundũ ipsum, huiusmodi autem est particularis, vniuersali magis & potior vtique secundum partem demonstratio erit.

Lectio.39. Lectio.40.

Prosequit dubitationes propositas. Et primo de cõparatione demõstratiotionis particularis & vniuersalis. Secundo de comparatione affirmatiuæ & negatiuæ, ibi ¶ Quod aũt affirmatiua &c.¶ Tertio de comparatione ostensiuæ & ducentis ad impossibile, ibi ¶ Quoniã aũt categorica &c.¶ Circa primum tria facit. Primo proponit rationes ad ostendendum ꝙ particularis demonstratio sit potior ꝙ vniuersalis. Secundo soluit eas, ibi ¶ Aut primum quidem &c.¶ Tertio ponit rationas in contrarium ibi, ¶ Amplius si demõstratio &c.¶ Circa primũ ponit tres rationes dicens, ꝙ quibusdã forte videbitur per has rationes immediate ponendas, ꝙ particularis demõstratio sit potior, vel dignior quàm vniuersalis. Et prima ratio talis est. Illa demonstratio est potior per quam maxime scimus. Et hoc sic probat, quia virtus, demonstrationis est scire. Dicitur.n. virtus vnuſcuiuſq; id quod vltimum potest, sicut hominis qui potest ferre. C. libras, virtus nõ est ꝙ ferat. x. sed ꝙ ferat. C. quod est vltimum suæ potentiæ, vt dicitur in 1. de Cœlo & mũdo. Hæc aũt maximum est quod põt facere demonstratio. ſ. ꝙ faciat scire. Vnde hęc est virtus demonstrationis. Vnũquodq; aũt tanto perfectius est, quando magis attingit ad propriam virtutem, vt patet in 7. Phyſi. Vnde manifeste patet hæc propositio ꝙ quanto magis demonstratio facit scire, tanto est potior. Assumit autem ꝙ magis vnumquodq; cum cognoscimus ipsum ſm se, quàm quando cognoscimus ipsum ſm aliud, vtputa de Coriſco, ꝙ Coriſcus est muſicus magis hoc scimus, quàm si sciamus solum ꝙ homo est muſicus. Et ista propositio simpliciter vera est, quia semper id, quod est p se prius est eo, quod est per aliud, & causa eius, vt dicitur in 8. Phiſico. Ex his itaq; subintelligitur conclusio, ꝙ potior est demonstratio quę facit scire aliquid ſm se, quàm quę facit scire ſm aliud. Demonstratio autem vniuersalis demonstrat aliquid & facit scire non ſm ipsum, sed ſm aliud. ſ. ſm vniuersale sicut ꝙ triangulus duorum æqualium laterũ qui est iſocheles habere tres, non quia est iſocheles sed quia est triangulus. Particularis autem demonstratio demonstrat de aliqua re particulari ſm seipsam. Vnde sequitur ſm præmiſſa ꝙ particularis demonstratio sit potior ꝙ vniuersalis. Secundam & tertiam rationem ponit ibi.

Virtus rei cuiuſque.

Tex. cõ. 116. Lect. 15. 1. expo. 3.

Tex. cõ. 18. Lect. 6. 1. expo. pri.

Tex. 91. Lect. 9. 1. expo. vlti.

ARGY. *Præterea, si vniuersale quidem non sit præter res singulas quicquam, demõstratio autem opinionem efficit esse quid id, de quo demonſtrat, vt quadam in ratione rerum talem esse naturam, ceu triangulꝰ præter ſingulos figuræ præter ſingulas numeri demq; præter ſingulos, atq; ea demonſtratio, quæ circa id versatur, quod est in ratione rerum, ea est demonſtratione præſtantior, quæ circa id versatur, quod rationem eorum, quæ sunt egreditur, eaq; rursus, per quam non efficitur error, præſtantior est ea per quam error efficitur, vniuersalis autem talis est demõstratio, quod quidem intueri licet cum rationum ſimilitudo mutato ordine demõſtratur, nam id inquiunt quod est quid tale, ſimilitudmem mutato ordine rationum ſubibit quod quidem neque linea, neq; numerus est, neque ſolidum neq; planũ, ſed præter hęc aliud quiddam, ſi igitur hæc demonſtratio vniuersalis est magis, & est de eo, quod minus esse videtur, quã id, de quo particularis demõſtrat, atq; opinionẽ efficit falſam, vniuerſalis profecto demonſtratio inferior erit longe particulari.*

Amplius si vniuersale quidem non est aliquid præter ſingularia, demonſtratio autem opinionem conficit esse aliquid hoc, ſecundum quòd demonſtrat, & quandam naturã esse hanc in his quæ ſunt, vt trianguli præter quoſdam, & figuræ præter aliquas, & numeri præter numeros, potior autem est quæ est de esse, quam de non esse, & propter quã non errabitur, quam propter quam errabitur. est autẽ vniuerſalis huiuſmodi, procedentes. n demonſtrat quod est analogum, quod neq; linea, neq; numerus, neq; ſolidũ, neq; planũ est, ſed præter hoc aliquid, ſi igitur vniuerſalis quidẽ magis hoc est, de eo aũt quod est, minus, quã particularis, et facit opinionẽ falſam, indignior vtiq; erit vlis particulari. ANTI. Vide in.pr. not.

Quæ talis est. Vniuersale non est aliquid præter ſingularia, vt probatur in 4. Metaphy. Demonſtratio aũt vniuersalis facit opinionem ex ipso modo ſuæ demonſtrationis ꝙ sit aliquid & quædam natura in entibus, Puta cum demonſtrat aliquid de triangulo præter particulares triangulos, & de numero præter particulares numeros. Præmiſsis autem duabus propoſitionibus addit alias duas. Nam primæ propoſitioni, quæ dicebat ꝙ vniuersale non est aliquid præter ſingularia, addit hanc propoſitionẽ, ꝙ potior est demonſtratio, quæ est de ente, quàm quæ est de non ente. Secundæ aũt propoſitioni, quæ dicebat ꝙ demonſtratio vniuersalis facit opinionem ꝙ vniuersale aliquid ſit in rerum natura, addit aliam propoſitionem. ſ. ꝙ demonſtratio, quæ nõ facit errare est potior ꝙ ea per quam erratur. Et oſtendit ꝙ propter demõſtrationẽ vſem erratur, quia procedens ſm demonſtrationẽ vniuersalem, demonſtrat de aliquo vniuerſali sicut de quodã analogo. i. ſicut de quodam cõmuni quod proportionaliter ſe habet ad multa, quaſi ſit aliquid cõmune qđ neq; est linea, neq; numerus, neq; ſolidũ. i. corpus, neque planum. i. ſuperficies, ſed aliquid præter hoc. i. ipſa quãtitas vlis, vel aliquid præter hoc. i. ꝙ necesse est ponere ad hoc ꝙ iſta habeant rõnem quantitatis. Si igitur ſm duo mecha quaſi duplici rõne concludit vnam concluſionẽ dicẽs, ꝙ ſi vniuerſalis demõſtratio, ita ſe habet, ꝙ minus de ente habet quã particularis, & magis facit opinionẽ falſam quàm particularis, ſequit ex his duobus medijs, ꝙ vlis ſit indignior quàm particularis. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 18. Lec. 7. ſ. 10.

An harum altera ratio non magis est de vniuersali, quã de particulari. Nam ſi duobus rectis æquales habere, non hoc ei triangulo competit, qui duorum est æqualium laterũ, quo est talis. ſed quo triangulus est, is, qui scit illud ipſi competere quo duorum est æqualium laterum, minus profecto scit cui nam & ipſum est competit, quam qui scit idem eidem ea ratione competere, qua triangulus est. Atque omni no ſi illud non eo triangulo cõpetit, quo triangulus est, deinde quiſpiam idipſum oſtendit, non erit ipſius vtiq; demonſtratio. Sin vero triangulo competit, vt triangulus est, is magis profecto scit, qui illud triangulo, quo triangulus est, percipit competere. Eadem est & in cæteris ratio. Si igitur triangulus ad plura ſese extendit, ratioq; est eadem, ea non ſolo communis est nomine, atq; cui vis insunt triangulo tres anguli duobus rectis æquales, non ſane tra qui duorum est æqualium laterum, sed econtrales angulos habet. Quare qui scit vniuerſaliter, is magis, scit vt quodq; cuique competit, quam is, qui particulariter scit. Vniuerſalis igitur demonſtratio præſtabilior est demonſtratione particulari.

ARGY.

Aut primum quidem nihil magis, in vniuerſali, quàm in particulari ratio est. Si enim quod duobus rectis inest, non est ſecundum quòd est iſocheles, ſed ſecundum

ANTI.

dum

dum quòd triangulus est, cognoſcens, quoniam ipſum, minus cognouit inquantum ipſum est, quam cognoſcens, quoniam triangulus est, & omnino ſi non sit quidem ſecundum quòd est triangulus, poſtea demonſtrat, non vtique erit demonſtratio. Si vero sit cognoſcens vnumquodque ſecundum vnumquodque est, magis cognouit. Si igitur triangulus in plus est, & eadem ratio & non ſecundum æquiuocationem, triangulus est, & ineſt omni triangulo, quod est duobus rectis habens æquales, non vtiq; & triangulus inquantum æquitibiarum, ſed æquitibiarum ſecundum quòd est triangulus, habet huiuſmodi angulos. Quare vniuerſaliter ſciens, magis cognouit ſecundum quòd est, quam ſecũdum partem. Potior itaq; est vniuerſalis, quam particularis.

Soluit prędictas rationes per ordinem. Et primo primam dicens, ꝙ ptimum quidem. i. ſm quod procedebat prima ratio non habet aliã rationẽ in vniuerſali quàm in particulari, quia vtrobiq; inuenitur ſm, ſe & ſm aliud. Et manifeſtat ꝙ in vlī inueniatur ſm ſe. Habere.n. tres angulos æquales duobus rectis, non cõuenit iſocheli ſm ſe, i. ſm ꝙ iſocheles est, ſed ſm ꝙ est triangulus, & ideo qui cognoſcit quendam triãgulum habere tres. ſ. iſochelẽ, minus habet cognitionẽ de eo, quod est per ſe quàm ſi cognoſcat ꝙ triangulus habeat tres. Et est vſiter dicẽdum, ꝙ ſi sit aliquid, quod non inſit triãgulo ſm ꝙ triãgulus, & demonſtretur de eo, quicquid sit illud, non erit vera demonſtratio. Si aũt inſit & ſm ꝙ est triangulus, cognoſcens in vniuerſali, de triangulo ſm ꝙ huiuſmodi perfectiorem cognitionem habet. Ex his igitur concludit conditionalẽ in cuius antecedẽti ponuntur tria. Quorum vnũ est ꝙ triangulus sit in plus quàm iſocheles. Secundum est ꝙ triangulus prædicetur de iſochele & alijs ſm eandem rationem & non æquiuoce. Tertium est ꝙ habere tres angulos æquales duobus rectis inſit omni triangulo. Et his tribus ſuppoſitis, conſequens est ꝙ habere tres non conueniat ad triangulũ inquantum est iſocheles, ſed econuerſo. Appoſuit autem prima duo in antecedente, quia ſi triangulus non eſſet in plus, vel ſi æquiuoce prædicaretur de pluribus, non compararetur ad iſochelem ſicut vniuerſale ad particulare. Tertium aũt addit, quia ſi habere tres non conueniret omni triangulo, non conueniret ei inquantum triangulus, ſed inquantũ aliquis triãgulus. Sicut hoc ipſum ꝙ est habere tres, quia non cõuenit omni figurę inquantũ est figura, ſed inquãtum est figura quædam, quæ triangulus est. Ex his concludit oppoſitum eius, quod obiectio ſupponebat. ſ. ꝙ ille qui scit in vlī, magis cognoſcit rem per ſe & inquantũ huiuſmodi, quã illæ, qui cognoſcit in particulari. Et ex hoc concludit principale propoſitũ. ſ. ꝙ potior sit demõſtratio vlis, quã particularis. Secundã rõnem soluit ibi.

ARGY. *Præterea ſi vniuerſale vna quædam sit ratio, & non ſolo communi nomine, non minus erit, quàm res nonnullæ particulares, quin etiam magis erit, ac tanto, quanto in illis sunt ea, quæ non intercunt. Particularia autem magis occidunt.*

ANTI. *Amplius ſiquidem sit quędã ratio vna, et non equiuocatio, vniuerſale erit vtiq;, nihil minus quibuſdã ſecũdũ partẽ, ſed magis est quanto incorruptibilia in illis sunt. Quæ vero ſecũdum partẽ sunt corruptibilia sunt magis.*

Et dicit, ꝙ ſi vniuerſale prædicatur de pluribus ſm vnam rationem, & non æquiuoce, vniuerſale quantũ ad id, quod rationis est, ideſt quantũ ad ſcientiam & demõſtrationem, non erit minus ens, quã particulare, ſed magis. Quia quod incorruptibile est, magis est quam corruptibile, modo autem vniuerſale est incorruptibile, particularia autem ſunt corruptibilia, quibus accidit corruptio ſm principia indiuidualia, non ſm rationẽ ſpeciei, quæ communis est omnibus, & conſeruatur per generationem. Sic igitur quantum ad id, quod rationis est, vniuerſalia magis ſunt entia quam particularia. Quantum vero ad naturalem ſubſiſtẽtia particularia ſunt magis entia, quæ dicuntur primæ & principales ſubſtantiæ.

Tertiam rationem ſoluit.

Præterea nulla prorſus neceſſitas cogit. Ideo præter hæc aliquid hoc esse putatur, quia vnum ſignificat. Non enim id in ipſo magis, quàm in alijs compelleret, quæcunque non ſubſtantiam, ſed quantum, aut quale, cæteraque ſignificant talia. Quod ſi putatur, non demonſtratio ſane, ſed is, qui audit huius est cauſa. ARGY.

Amplius neq; vna neceſſitas est opinari aliquid esse hoc præter hæc, quoniã vnum oſtendit nihil magis, quàm in alijs, quæcunq; non aliquid ſignificant, ſed aut quale, aut ad aliquid, aut facere. Sic ergo non demonſtratio est cauſa, ſed male audiens. ANTI.

Et dicit, ꝙ quamuis in propoſitionibus, vel demonſtrationibus vniuerſalibus ſignificetur aliquid vnũ ſm ſe, puta triangulus, nulla tamen neceſsitas est, ꝙ propter hoc aliquis opinetur ꝙ triangulus sit quoddam vnũ præter multa, ſicut in his, quæ non ſignificant ſubſtantiã, ſed aliquod genus accidentis, cum ea abſolute ſignificamus, puta dicendo albedinem, vel paternitatem, non propter hoc cognoſcimus aliquẽ opinari ꝙ huiuſmodi ſunt præter ſubſtãtiam. Intellectus.n. potest intelligere aliquid eorum, quæ ſunt coniuncta ſm rem, ſine hoc ꝙ actu intelligat aliud, nec tamẽ intellectus est falſus. Sicut ſi album ſit muſicum, poſſum intelligere albũ, & aliquid attribuere ei, & demõſtrare de ipſo, puta ꝙ sit diſgregatiuum viſus, nulla conſideratione facta de muſico. Si tamen aliquis intelligeret album non eſſe muſicum, tunc intellectus eſſet falſus. Sic igitur cum dicimus aut intelligimus ꝙ albedo est color, nulla mentione facta de ſubiecto, verum dicimus. Eſſet autem falſum ſi diceremus, albedo, quæ est color, non est in ſubiecto. Et ſimiliter cum dicimus, omnis homo est animal, veræ loquimur, non facta mentione de aliquo particulari homine. Eſſet tamen falſum ſi diceremus, homo eſt animal exiſtens ſeparatus à particularibus hominibus. Si autem hoc eſt, ergo ſequitur ꝙ demonſtratio non ſit cã falſæ opinionis, qua quis opinaꝝ vlē eſſe extra ſingularia, ſed audiẽs, qui male intelligit. Vnde ex hoc nihil derogat vlī demonſtrationi.

Intellectus per primam obe. quid poteſt.

LECTIO XXXVIII.

Septem rationibus probat vniuerſalem demonſtrationem potiorem eſſe particulari.

Præterea, ſi demonſtratio quidem est ratiocinatio cauſam oſtendens, & propter quid est, vniuerſale aũt magis est cauſa, nam cui per ſe quippiã ineſt, id ſibiipſi est cauſa, atq; vniuerſale primũ est ſane, ergo est cauſa, demonſtratio nimirum vniuerſalis præſtabilior est demonſtratione particulari. Eſt.n. magis cauſæ, et ipſius propter quid est. ARGY.

Amplius ſi demonſtratio est ſyllogiſmus demonſtrationis cauſæ, & propter quid, vniuerſale autem magis est cauſa, cui.n. per ſe ineſt aliquid, hoc idẽ ipſum cauſa est, vniuerſale autem primo est, cui ineſt per ſe, cauſa ergo vniuerſale est. Quare & demonſtratio dignior est. Magis.n. cauſa est, & quod propter quid est. ANTI.

Poſtquam Philoſophus ſoluit rationes quæ erant, vel ſtãt ad partem falſam, hic inducit rationes ad partem veram. ſ. ad oſtendendum ꝙ demonſtratio vlis sit potior.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et circa hoc ponit septem rationes, annectens eas præmissis solutionibus, ex quibus etiã propositũ cõcludi potest, vt supra patuit. Prima ergo ratio talis est. Demõstratio est syllogismus ostendens cãm & propter quid, sic.n. contingit scire sicut habitum est. Sed vle magis est tale, quam particulare. Iam.n. ostensum est in prima solutione, q̃ vlt magis ineſt per se aliquid, quã particulari. Illud autẽ cui ineſt aliquid per se, est causa eius. Subiectum.n. est causa propriæ passionis, quæ ei per se ineſt. Vniuersale autem est primum cui propria passio ineſt, vt ex supra dictis patet. Vnde patet q̃ proprie causa est id, quod est vle. Ex quo concludit propositum. s. quod demonstratio vlis sit dignior, vtpote magis declarans causam, & propter quid. Secundam rationem ponit ibi.

Prima ratio ad per. 5. Lect. 4. Le.pe. ex. 5.

Lect. 12. ex. vlti. tex. 2. vltim.

ARGY. *Præterea vsq; ad hoc propter quid quærimus & tunc arbitramur scire, cum non est aliquid aliud quàm hoc, ob quod ant fit quippiam, aut est. Sic.n. ipsum extremum iam finis, ac vltimum est. Veluti gratia cuius accessit? vt argentum accipiat, & hoc gratia cuius? vt reddat id quod mutuo cepit, ac debet, & hoc item gratia cuius? vt non iniuriam faciat. Et sic euntes cum non est ob aliud vlterius, nec est aliud cuius gratia, tum ob idipsum, vt finem accessisse, & esse, ac fieri dicimus. Et tum maxime scire propter quid accessit putamus. Quod si cunctis in causis res sese habet similiter, & cum propter quid quæritur, in iis autem, quę sic sunt causę, vt harum gratia cętera sint, & fiant hoc scimus maxime pacto, & in cæteris tum maxime scimus, cum non vlterius hoc est. quia aliud est. Percepto hoc igitur angulos externos quatuor rectis æquales habere, quia duorum est æqualium laterũ, restat quærere, propter quid hoc eos angulos habet. Atque cognito quia. triangulus est, restat item quærere, propter quid hoc eos triangulus habet. Quod si percipiamus, quia est figura qua rectis ex lineis constat, eni quidẽ non propterea quod aliud quippiam est, anguli competunt dicti, tum profectò maxime scimus, ac etiã tum vniuersaliter scimus. Demõstra io igitur vniuersalis præstabilior est lõge particulari.*

Finis alterius dupl.

ANTI. *Amplius vsq; ad hoc quærimus propter quid, et tũc opinamur scire, cũ non sit aliquod aliud, quàm hoc, aut quod fiat, aut quod sit. Finis.n. & terminus vltimus iam sic est, vt cuius causa venit? vt accipiat argentum hoc autẽ est, quatenus reddat cui debuit, hoc autem est, vt non iniuste agat. Et sic procedentes, cũ nõ amplius propter aliud, neq; alterius causa, propter hoc sicut propter finem dicimus venire, & esse, & fieri, & tũc cognoscere magis propter quid venit. Si igitur se habet similiter in alys causis & quæ sunt propter quid, in ys autem, quæcunque causæ sic sunt, sicut quæ est cuius causa. sic scimus maxime, & in alys igitur tunc maxime scimus, quando non amplius sit hoc quoniam aliud est. Cum igitur cognoscatur quidem quòd quatuor, qui sunt extra, æquales sunt, quoniam isocheles, adhuc deest propter quid, quia triangulus, & hoc quia est figura rectilinea. Si autem hoc non amplius propter quid aliud, tunc maxime scimus, & vniuersale autem tunc. Vniuersalis itaque potior est.*

Et sumitur hæc ratio à causis finalibus. Vbi cõsiderãdum est. q̃ aliquid est finis alterius, & quantum ad fieri & quantum ad esse. Quantum ad fieri, quidem, sicut generes est propter formam. Quãtum ad esse, sicut domus est propter habitationem. Dicit ergo vlq; ad illum terminum quærimus propter quid fiat aliquid, quousq; nõ sit aliquid aliud assignare quam hoc, ad quod peruentũ est propter quid fiat, vel sit id de quo quæritur propter quid. Et quando hoc inuenimus, opinamur nos scire propter quid, & hoc ideo, quia illud, quod iam sic est vltimum, vt non sit aliquid aliud vlterius quęrendum est id, quod est veræ finis & terminus, qui quæritur, cum quęrimus propter quid. Et ponit exemplum, puta si quęramus cuius causa aliquis venit, & respõdeatur, vt accipiat argentum, hoc autem propter quid? vt reddat debitum, & hoc propter hoc, vt.s. non iniuste agat. Et sic semper procedentes, quando iam nõ erit amplius aliquod aliud, propter quid, sicut propter finem, puta cum peruenimus ad vltimum finẽ, quæ est beatitudo, dicemus q̃ propter hoc venit sicut propter finem. Et similiter in omnibus alijs, quæ sunt vel fiunt propter finem, & quando ad hoc peruenerimus, sciemus propter quid venit. Si igit ita se habet in alijs causis, sicut in finalibus, q̃ tunc maxime scimus quando ad vltimum fuerit peruentum, ergo tunc in alijs maxime scimus quando peruenimus ad hoc quod hoc in est huic nõ amplius propter aliquid aliud. Et hoc contingit quando peruenerimus ad vle. Et hoc manifestat in tali exemplo. Si.n. quæramus de isto triãgulo particulari, quare anguli eius extrinseci sunt æquales quatuor rectis? Respondebitur q̃ hoc contingit huic triangulo, quia est isocheles. Isocheles autem est talis, quia est triangulus autem est talis, quia est figura rectilinea talis. Si amplius non posit procedit, tunc maxime scimus. Hoc autem est, quia peruenitur ad vniuersale. Ergo vniuersalis demonstratio potior est particulari. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea demonstratio, quo particularis est magis, eo magis ad simplex ac ipsum vltimum pergit. At res, quo sunt infinitæ, eo nequeunt sciri. Quo vero sunt finitæ, eo sub scientiam cadunt. Quibus efficitur, vt res, quo sunt vniuersales, eo magis sub scientiam cadant, quàm hoc sane, quo sunt particulares. Vniuersalia igit̃ sunt demonstrabilia magis. At eorũ magis est demõstratio, quæ sunt demonstrabilia magis. Nam ea, quæ referunt simul, sunt talia magis. Vniuersalis igitur demonstratio præstabilior est longe particulari, cum sit & magis, vt probatum est, demonstratio.*

ANTI. *Amplius quantocunq; aliquid secũdum partes est, in infinita cadit. Vniuersalis autem in simplex & finẽ est. Secundum quòd sunt infinita, non sunt scibilia, sed secundum quòd sunt finita scibilia sunt. Secundum itaq; quòd vniuersalia sunt magis sunt scibilia, quàm quæ sunt secundum partẽ. Demonstrabilia ergo magis sunt vniuersalia. De demonstrabilibus autem magis est demonstratio, similiter.n. magis ad aliquid sunt. Dignior ergo vniuersalis est, quàm particularis, & magis demonstratio est.*

Et dicit, q̃ quanto magis proceditur versus particularia, tãto magis itur versus infinitum, quia vt dicitur in 3. Phy sic. infinitum congruit materiæ quæ est individuationis principium. Sed quanto magis itur versus vniuersale, tãto magis itur ad aliquid simpliciter & in ipsum finem, quia ratio vniuersalis sumitur ex parte formæ quæ est simplex, & habet rationem finis inquantum terminat infinitatem materiæ. Manifestum est autem q̃ infinita inquantum huiusmodi non sunt scibilia, sed inquantũ aliqua sunt finita, intantum sunt scibilia, quia materia nõ est principium cognoscendi rem, sed magis forma. Manifestũ est ergo, q̃ vniuersalia sunt magis scibilia quàm particularia. Ergo etiam sunt magis demõstrabilia, quia demonstratio est syllogismus faciens scire, sed magis demonstrabilium est potior demonstratio. Simul.n. intenduntur ea, quæ dicuntur adinuicem. Demonstratio autem ad demonstrabile dicitur. Et sic cum vniuersalia sunt magis demonstrabilia, demõstratio vniuersalis erit potior. Quartam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, si ea demonstratio magis est expetenda, per quam hoc & aliud scitur, quàm ea, per quam hoc solum percipitur, isque qui habet vniuersale, scit & particulare, & non econtra, patet vniuersalem demonstrationem expetendam esse magis, & præstabiliorem hoc quoque pacto, quàm demonstrationem particularem.*

ANTI. *Amplius si magis præponenda est secundum quam habet hoc & aliud, quàm secundum hoc solum cognouit vniuersale autem habens cognouit & particulare, hoc autem vniuersale non scivit quare & sic vtique magis præponenda erit.*

Quæ talis est. Cum demõstrationis finis sit sciẽtia, quanto demõstratio plura facit scire, tanto potior est. Et hoc est quod dicit, q̃ magis præferenda est demõstratio, fm quam homo cognoscit hoc & aliud, quam ista fm quam homo cognoscit vnum solum. Sed illæ qui habet cognitionem de vniuersali, cognscit etiam particulare, dũmodo sciat q̃ sub vniuersali contineatur particulare, sicut qui cognoscit omnem mulam esse sterilem cognoscit hanc esse sterilem, sed ille qui cognoscit particulare, non propter hoc vniuersale cognoscit. Non.n. si cognosco hanc mulã esse sterilem, propter hoc cognosco omnem mulam esse sterilem. Relinquitur ergo q̃ demonstratio vniuersalis, per quam cognoscitur vniuersale, sit potior quam particularis, per quam cognoscitur particulare. Quintam rationem ponit ibi.

ARGY. *Insuper vniuersaliter magis demonstrare nil aliud est quam per id ostendere mediũ, quod principio propinquius est. Propinquissimum autem idest, quod vacat medio, at hoc est principium. Si igitur demonstratio, quę conficitur ex principio, vel ex magis principio, exactior est ea, quæ non ex principio, vel ex minus principio proficiscitur, atque talis est ea, quæ magis vniuersalis est demonstratio, vniuersalis profectò demonstratio præstabilior est demõstratione particulari. Veluti si demonstrare oporteat A competere D, mediaq; sint B atque C, & D sit superius ipso C. ea sane demonstratio, quæ per B medium conficitur magis erit, vniuersalis, quàm ea, quæ per medium C extruetur. At enim harum rationum nonnullæ differendi subeunt modum.*

ANTI. *Amplius autem & sic. Vniuersale enim magis demõstrare est quòd est per medium demonstrare cum propinquius sit in principio, proximum autem est immediatum, hoc autem est principium. Si igitur quæ ex principio est, ea, quæ non est ex principio & quæ magis, etiam ex principio, ea, quæ minus est certior est demonstratio, est autẽ huiusmodi vniuersalis magis, dignior vtiq; erit vniuersalis magis. Vt si oporteat demonstrare A de D media sint in quibus est B C, magis autem sursum sit B, quare si per B vniuersale magis est. Sed eorum quæ dicta sunt quædam logica sunt.*

Quæ talis est. Quãto mediũ demõstrationis est propinquius primo principio, tãto demonstratio est potior. Hoc probat, quia si illa demonstratio quæ procedit ex principio immediato, est certior ea quæ non procedit ex principio immediato, sed ex mediato, necesse est, q̃ quã to aliqua demonstratio procedit ex medio propinquiori principio immediato, tãto sit potior. Sed vniuersalis procedit ex medio propinqori principio, quod est propositio immediata. Et hoc manifestat in terminis. Si.n. oportet demonstrare a, quod est vniuersalissimũ, de d, quod est particularissimum, puta substantiam de homine, & accipiantur b, & c, puta animal & viuum, ita q̃ b sit superius quam c, licut viuum quam animal, manifestum est q̃ b quod est vlius erit mediatũ ipsi a & per hoc magis cognoscitur, quã per c quod est minus vniuersale. Vnde relinquitur, q̃ demonstratio vniuersalis potior sit, quam particularis. Addit autem quasdã prædicarum rationum logicas esse, quia. s. procedunt ex cõmunibus principijs, quæ non sunt demonstrationi propria, sicut præcipue tertia & quarta quæ accipiunt pro medio id, quod est commune omni cognitioni. Aliæ vero tres prædictarum rationum. s. prima, secunda, & quinta, magis videntur esse analeticæ, vtpote procedentes ex proprijs principijs demonstrationis. Sextam rationem ponit ibi.

ARGY. *Maxime autem inde patet vniuersalem magis præstabilem esse. Nam eam propositionem priorem habemus, posteriorem quoq; tum quodammodo scimus, potentiaq; habemus, veluti si quispiam omnem triangulum scit duobus rectis æquales habere, eum quoq; qui duorum est æqualiũ laterum scit quodãmodo, potentiaq; duobus rectis æquales habere, & si nescit ipsum triangulum esse. Sed qui propositionem hanc habet, is vniuersalem nullo scit modo, neque potentia, neque actu.*

ANTI. *Maxime aũt manifestum est quòd vniuersalis magis propria sit, quoniã propositioni, hanc quidem priorẽ habente, scimus quodammodo & posteriorem, & habemus potentia. Vt si aliquis cognouit quòd omnis triãgulus habet angulos tres æquales duobus rectis, scivit quodammodo quòd isocheles duobus rectis potentia sit, & si non cognouit quidem quòd triangulus sit. Hanc autem habens propositionem, vniuersale nullo modo cognouit, neq; potentia, neque actu.*

Et dicit, q̃ maxime euidens est vniuersalem demonstrationem principaliorem esse ex ipsis propositionibus, ex quibus vtraq; demonstratio procedit. Nam vniuersalis demonstratio procedit ex vniuersalibus propositionibus. Particularis autem demonstratio procedit ex aliqua particulari propositione. Propositionum autem vniuersalis & particularis talis est comparatio, q̃ ille qui habet cognitionem de priori. s. de vniuersali, cognoscit quodãmodo posteriorem. s. in potentia. Nam in vniuersali sunt in potentia particularia, sicut in toto sunt potẽtia partes. Puta si aliquis cognoscit q̃ omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, iam in potentia cognoscit hoc de isochele. Sed ille qui cognoscit aliquid de e par ticulari, non propter hoc cognoscit in vl̃i, neq; in potentia neq; in actu. Non.n. vlis propositio continetur in particulari, neq; in actu, neq; in potentia. Si igit demonstratio est potior, quę ex potioribus propositionibus procedit, sequitur quod demõstratio vniuersalis sit potior. Est autem attendendum, q̃ hęc non differt à quarta suprapposita, nisi q̃ ibi fiebat comparatio conclusionum, quæ cognoscuntur per demonstrationem, hic autem fit comparatio propositionum, ex quibus demonstratio procedit.

Deduci conclu. intenta. Hæc rõ diff. 4. suprapposita.

Septimam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea vniuersalis quidem intelligibilis est, particularis autẽ ad ipsum sensum vtiq; terminatur. Sed vniuersalem quidem demonstrationem præstabiliorẽ esse particulari, satis iam per ea, quæ dicta sunt, demõstrauimus.*

ANTI. Tex. cõ. 40. *Et vniuersalis quidem intelligibilis est, sed particularis in sensu perficitur. Quòd vniuersalis igitur dignior sit particulari, tot nobis dicta sunt.*

Quæ talis est. Vniuersalis demonstratio intelligibilis est ideſt in ipso intellectu terminat, quia finitur ad vniuersale q̃ solo intellectu cognoscitur. Sed demonstratio particularis

Universidad de Deusto
Biblioteca

particularis in intellectu incipiēs terminatur ad sensum, quia concludit particulare, quod directe per sensum cognoscitur, & per quandam applicationem seu reflexionē, vero non demonstrans, vsq; ad particulare producitur. Cū igitur intellectus sit potior sensu, sequitur, ꝙ demonstratio vlis potior sit, quam particularis. Vltimo epilogādo concludit hoc esse manifestum per omnia supradicta.

Cum minoris subintelligāta.

LECTIO XXXIX.

Quinque rationibus ostenditur affirmatiua demonstrationē potiorem esse negatiua.

ARGY. *Affirmatiuam autem negatiuæ demonstrationi præstare hinc sane patebit. Sit.n.ea præstabilior demonstratio, cētera modo sint eadem, quæ ex minoribus postulationibus, aut suppositionibus aut propositionibus constat. Nam si sint similiter notæ, citius per hasce cognitio cōparabitur. Quod quidem magis est expetendum. Huius autem propositionis præstabiliorem eam, in quā esse vniuersaliter quę est paucioribus constat. Hæc autem est ratio. Nam si similiter sunt ipsa media nota, priora vero sunt notiora, sit vna quidem demonstratio, qua* B C D *medijs* A *demōstratur ipsi competere* B, *alia vero, quæ rursus* A *per* B, C *media ipsi* D *competere demonstratur. Hæ igitur* A D *inquā &* A B *simili modo sese habent, sed* A D *prior est, atq; notior* A B, *per illam enim hęc demonstratur, atque id magis creditur per quod ostenditur aliud. Demonstratio igitur ea, quæ ex paucioribus constat, modo sint cætera paria, præstabilior est, vt probauimus. Ambæ igitur per tres terminos, propositione hic duas demonstrant. Verū altera esse quippiam, altera & esse quippiam, & non esse sumit. Ex pluribus ergo constat, quare inferior est, vt constat, affirmatiua.*

ANTI. *Quod autem affirmatiua priuatiua, hinc manifestum sit. Sit enim demōstratio dignior, aliis eisdem existentibus, aut quæ ex minoribus quæstionibus, aut suppositionibus, aut propositionibus. Si enim notæ sint similiter, velocius cognoscere per hæc est. Hoc autem appetibilius est. Ratio autem huius propositionis, quòd melior sit ex minoribus, vniuersalis sic est. Si enim similiter erit cognita esse media, priora autē notiora. Sit igitur per media demōstrato eorum quæ sunt* B C D, *quòd* A *in* B *sit, altera vero per* B C *quòd* A *in* D *sit. Similiter igitur habet hoc quòd* A *in* D *sit & quòd* A *in* B *sit. Sed quòd* A *in* D *sit prius est, & cognoscibilius, quàm quòd* A *in* B *secundum enim hoc illud demonstratur. Credibilius autem est illud quod est propter quod aliquid. Et quæ vtique per minima demonstratio, melior est, aliis eisdem existentibus. Vtraque quidem igitur per tres terminos & propositiones duas demonstrantur. Sed & hæc quidem esse aliquid accipit, illa vero & esse & non esse aliquid. Per plura itaque. Quare indignior est.*

Vide in annot.

Post quam Philosophus ostendit quod demonstratio vniuersalis est potior quā particularis, hic ostendit quod demōstratio affirmatiua sit potior negatiua. Et circa hoc ponit quinque rationes. In quarum prima hoc præsuppo nit, ꝙ cæteris paribus illa est dignior demonstratio, quæ procedit ex paucioribus petitionibus & suppositionibus aut propositionibus. Quæ quidem qualiter differāt ex supra dictis patet. Nam propositiones possunt dici illæ, quæ sunt per se notæ, quæ neq; suppositiones neq; petitiones sunt, vt supra dictum est. Suppositio autem à petitione differt. Nam suppositio est propositio non per se nota, sed accipitur sicut à discente opinata. Positio autem est propositio, quæ non est opinata à discente, siue habeat contrarias opiniones, siue non. Quòd autem demō

Ioel. 29.

stratio sit dignior, quæ paucioribus vtitur cæteris paribus, ostendit dupliciter. Primo quidem, quia si detur ꝙ vtreq; propositiones ex quibus proceditur sint æquæ notæ, sequitur ꝙ velocius esset cognoscere per pauciores propositiones quàm per plures, quia citius determinatur discursus qui est per pauciores propositiones, q̄ qui est per plures. Hoc.n.est eligibilius seu appetibilius ꝙ homo citius addiscat. Vnde relinquitur quòd demōstratio quæ ex paucioribus propositionibus procedit, dummodo sint æque notæ, sit melior. Secundo probat eandem propositionem vniuersaliter absq; prædicta suppositione. s. ꝙ omnes propositiones assumptæ sint æqualiter notæ. Et ad hoc probandum, assumit hanc suppositionē, ꝙ media, quæ sunt vnius ordinis, sint æquenota, sed media, quæ sunt priora sunt notiora. Hoc.n.oportet esse vniuersaliter verum. Hoc igitur supposito, sit vna demōstratio in qua demonstretur ꝙ a sit in e per tria media, quæ sunt e c d, quæ quidem cōcludit ex quatuor propositionibus, quæ sunt omne b est a, omne c est b, omne d est c, omne e est d. Alia vero demonstratio sit, quæ concludat eandem conclusionem. s. a esse in e per duo media, quæ sunt 3. b vel tres propositiones. His itaque suppositis manifestum est, ex quo ordo cognitionis proportionatur ordini mediorum, quia priora sunt notiora vt dictum est, necesse est ꝙ æqualiter sit nota hæc propositio, omne d est a, etiam in demonstratione prima, & omne e est a in secunda, quia vtrobiq; inueniuntur duo media. Sed manifestū est ꝙ in prima demonstratione hæc propositio omne d est a prior & notior est quàm hæc propositio, omne e est a. Et quia hæc secunda demonstratur ex priori in prima demonstratione, & ex his, quæ supra dicta sunt, apparet ꝙ id per quod demōstratur aliquid, est credibilius & notius eo, quod per ipsum demōstratur, relinquitur ꝙ hæc propositio omne e est a f̄m ꝙ concluditur per secundā demonstrationē, sit notior quam eadem propositio f̄m ꝙ concluditur per priorem demonstrationem, quæ vtebatur pluribus medijs. Relinquitur igitur, ꝙ demonstratio quæ ex paucioribus procedit, est potior ea quæ procedit ex pluribus. Maiore igitur propositione probata, Aristo. assumit ꝙ affirmatiua demonstratio ex paucioribus procedit quam negatiua, nō quidem ex paucioribus terminis, vel ex pauciorib⁹ propositionibus f̄m materiā, quia vtraq; demonstratio tam affirmatiua quam negatiua demonstrat per tres terminos & duas propositiones, sed demonstratio dicitur ex pluribus procedere f̄m propositionū qualitatem. Nā demonstratio affirmatiua solū accipit ens, i. procedit ex solis propositionibus affirmatiuis, demōstratio vero negatiua accipit esse, & nō esse. i. assumit affirmatiuā & negatiuā simul. Ergo dignior est affirmatiua q̄ negatiua. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea id ita esse patet cum demonstratū sit rationē esse non posse, si ambæ propositiones sint negatiuæ, sed alteram talem, alteram affirmatiuā esse oportere. ARGY.

Amplius quoniam ostensum est impossibile esse per vtranque priuatiuarum propositionum fieri syllogismū, sed vnam quidem oportet huiusmodi esse, alteram vero quoniam est. ANTI.

Et inducitur hęc secunda ratio ad confirmationē primæ, quæ poterat videri deficiens, ex hoc ꝙ non assumebatur sub maiori propositione eo modo quo probatur. Et ideo vt omnis calumnia excludatur, addit hanc secundam rationem ad confirmationem primæ. Ostensum.n.est in libro Priorum, ꝙ ex duabus propositionibus negatiuis nō potest fieri syllogismis, sed oportet ad minus

minus vnam quidem propositionem esse affirmatiuam & alteram negatiuam, ex quo aperte apparet ꝙ propositiones affirmatiuæ maiorem habent efficaciam ad syllogizandum, quam negatiuæ. Vnde sequitur ꝙ demonstratio affirmatiua, quæ procedit ex solis affirmatiuis, est potior quàm demonstratio negatiua, quæ procedit ex affirmatiua, & negatiua. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea insuper hoc sumere oportet. Nam cum demonstratio accreuerit, affirmatiuas quidem propositiones necesse est fieri plures, sed fieri nequit, vt vlla in ratiocinatione plures vna sint negatiuæ.* A *nanque cōpetat* B *& cuilibet insit* C. *Si igitur ambæ propositiones sunt augēdæ, media sunt interponenda, atq; inter* A B *sit* D. *inter* B C *sit* E. *Patet igitur* E *quidē affirmatiue tā subijci quàm etiam dici,* D *vero dici quidem affirmatiue, subijci autem negatiue. Nam ipsum quidem de quolibet* B *prædicetur,* A *vero nulli ipsi insit, oportet. Vti igitur vna propositio negatiua, ipsa inquam* A D. *Idem est & cæteris in ratiocinationibus modus. Et enim necesse est mediū quidē id, quod inter affirmatiuæ propositionis terminos cadit, internullum vtrunque, vnum affirmatiuum, alterum negatiuum efficere. Quare tantum vna sit hæc propositio talis, cæteræ omnes sunt, vt patet, affirmatiuę. Si igitur id, per quod quippiam demōstratur notius est, magisque creditur, & negatiua quidem per affirmatiuam demonstratur, vt patuit, affirmatiua vero per negatiuam non demonstratur, hæc ipsa sane, cum prior sit, & notior, & magis credatur præstabilior erit sine dubio negatiua.*

ANTI vide in annot. *Amplius iuxta hoc oportet hoc accipere, Prædicatiuas quidē augmentata demonstratione necesse est fieri plures, priuatiuas autem impossibile est plures vna in omni syllogismo esse. Sit enim in nullo esse* A *in quibus est* B, *in* C *aut omni sit* B. *Si igitur opus est iterū augere vtrasque propositiones, medium inueniendum est. Huiusmodi quidem* A B *sit* D, *sed* B C *sit* E. *Equidem igitur manifestum est prædicatiuum esse, sed* D *de* B *prædicatiuum quidem,* A D *autem tanquàm priuatiuum ponitur.* D *quidē enim de omni* B *sed* A *in nullo oportet* D *esse. Fit igitur vna priuatiua propositio, quæ est* A D. *Idem autem modus est in alijs syllogismus. Semper enim medium quidem prædicatiuorū terminorum prędicatiuum in vtraque est, sed priuatiui alterum tātum priuatiuum necesse est esse. Quare hæc vna fit huiusmodi propositio, alio vero prædicatiuæ. Si igitur notius est illud, per quod demonstratur & credibilius, demonstratur autem priuatiua quidem per prædicatiuā priuatiua autem per illam non demonstratur, prior ergo, & notior, & credibilior cum sit, melior vtiq; erit.*

Et dicit ꝙ f̄m consequentiam præmissarum rationū possumus hoc accipere, ꝙ quando demonstratio augmētatur. s. per resolutionem propositionum in sua principia necesse est esse plures propositiones affirmatiuas, sed negatiuas impossibile est esse plures, quàm vnā. Sit.n.talis demonstratio negatiua. Nullum b est a, omne c est b, ergo nullum c est a. Augeatur ergo demonstratio quātum ad vtranq; propositionem, si vtraq; sit mediata, accipiendo medium vtriusq;, & medium quidem maioris propositionis. s. nullum b est a sit d, medium autē minoris propositionis. s. omne c est b, sit e. Et quia hæc propō omne c est b affirmatiua, ad quam concludendam non concurrit aliqua negatiua, necesse est, ꝙ eius medium quod est e sic affirmatiuum ad vtranque extremitatem, & sic sumunt duæ propositiones affirmatiuæ. s. omne e est b omne c est e, ex quibus concluditur omne c est b. Sed maior propositio est negatiua. s. nullum b est a, negatiua autem non concluditur ex duabus negatiuis, sed in prima figura per quā maxime fit demonstratio f̄m præmissā, maiorem oportet esse negatiuam & minorem affirmatiuam, vnde oportebit ꝙ hoc medium d sit affirmatiū per cōparationem ad b, sit autem negatiuum per comparationem ad a tali demonstratione facta. Nullum d est a, omne b est d, ergo nullum b est a. Sic igitur augmentata demōstratione negatiua per resolutionē propōnum in sua principia, erunt quatuor propōnes, quarū vna sola est negatiua. s. nullū d est a, tres aliæ erūt affirmatiuæ. s. omne b est d omne e est b omne c est e. Et idē est in oībus alijs syllis, quia semper necesse est mediū per quod affirmatiuæ propōnes probātur, esse affirmatiū ad ambo extrema. Medium aūt per qd probatur negatiua propō, necesse est esse solum negatiuum ad vnam extremitatē, & ita sequetur ꝙ vna sola propō est negatiua, aliæ oēs affirmatiuæ. Ex quo patet, ꝙ propō negatiua maxime demonstratur per affirmatiuas. Si ergo illud per quod demōstratur est notius, & credibilius, eo qd per ipsum demonstratē, cū negatiua propō maxime demonstretē per affirmatiuas, non aūt econuerso, sequeretur ꝙ affirmatiua propō sit prior & notior & credibilior q̄ negatiua, vnde demonstratio affirmatiua erit dignior. Quartam rationem ponit ibi.

Præterea si vniuersalis ea propō, quæ vacat medio ratiocinatiouis, est, vt patet, principium, atq; in affirmatiua quidem affirmatiua, in negatiua, vero est negatiua, cōstat aūt affirmatiuā negatiuam priorem esse, notioremue, negatio nanque per affirmationem innotescere solet, præceditq; negationem affirmatio, perinde ad esse præcedit non esse, affirmatiua profectō demonstratio probabilior est negatiua, quippe cum principium ipsius, negatiuæ sit principio præstabilius, eamq; præstabiliorem esse oporteat, quæ præstabilioribus principijs vtitur. ARGY.

Amplius si principium syllogismi propositio vniuersalis immediata est, est autem in demonstratiua affirmatiua, in priuatiua autem negatiua vniuersalis propositio, affirmatiua autem negatiua prior, & notior, per affirmatiuam enim negatiua nota est, & prior affirmatiua est, sicut prius est esse, quàm non esse quare potius est principiū demonstratiuæ quam priuatiuæ. Dignioribus autem principijs vtitur dignior. ANTI.

Et dicit ꝙ principium demonstratiui syllogismi est propō vlis immediata, ita tamen ꝙ affirmatiui silli est principium proprium affirmatiua propositio, negatiui aūt syllogismi proprium principiū negatiua propō vlis. Sed nobilioris principij nobilior est effectus. Ergo f̄m proportionem propōnis affirmatiuæ ad negatiuam est proportio demōstrationis affirmatiuæ ad negatiuā. Sed affirmatiua propō est potior quàm negatiua. Quod probatur dupliciter. Primo quidē, quia affirmatiua est prior & notior cum per affirmatiuam probetur negatiua & non econuerso. Secūdo, quia affirmatio præcedit naturaliter negationem sicut esse prius est quàm non esse, quamuis in vno & eodē quod de non esse in esse procedit, nō esset sit prius tpe, esse tñ est prius natura, & simpliciter prius etiam tpe, quia non entia non producuntur in esse, nisi ab aliquo ente, ergo patet ꝙ affirmatiua demonstratio est potior quàm negatiua. Quintam rationem ponit ibi.

Insuper antiquior est. Nam absque affirmatiua negatiua esse non potest. ARGY.

Adhuc & principalior est. Sine enim demonstratiua non est priuatiua. ANTI.

Quæ talis est. Illud ex quo aliud dependet, est principalius. Sed demonstratio negatiua dependet ex affir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

matiua, quia non potest esse uegatiua demonstratio sine affirmatiua propositione, quæ non probatur nisi per affirmatiuam demonstrationem. Ergo demonstratio affirmatiua est principalior quam negatiua.

LECTIO XL.

Ex natuta demonstrationis ostensiuæ, & deducentis ad impossibile, ostensiuam potiorē esse ea, quæ ducit ad impoſe ostēditur.

ARGY. *Cum autē affirmatiua præstabilior sit negatiua, patet rectam etiam ea præstabiliorem esse, quæ ad id deducit, quod fieri nequit.*

ANTI. Tex.cō. 41. *QVoniam autē cathegorica priuatiua dignior sit, manifestum est & ad impossibile ducente.*

Postquàm Philosophus ostendit q demonstra vniuersalis dignior est particulari, & affirmatiua negatiua, hic ostendit tertio q ostēsiua potior est ea, quę ducit ad impossibile. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo prēmittit quędam necessaria ad propositum ostendendum, ibi ¶ Oportet autem scire. ¶ Tertio probat propositum, ibi ¶ Natura autē prior &c. ¶ Dicit ergo primo, q quia ostensum est, q affirmatiua de monstratio est potior quàm negatiua, ex hoc vlterius sequitur, q affirmatiua demonstratio ostensiua est potior ea, quę ducit ad impossibile. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque primo scire differentiam ipsarum oportet. Igitur A quidem nulli B competat, B vero cuilibet insit C. Atq; hoc pacto negatiua recta fit demonstratio, qua quidem A processione recta nulli C competere demonstratur.*

ANTI. *Oportet autem scire quæ differētia sit ipsarum. Si igitur A in nullo B in est, C autem omni B, necesse est in nullo C esse A. Sic igitur acceptis demonstratiua priuatiua erit demonstratio, quoniam A in C non erit.*

Prēmittit quędam quę sunt necessaria ad propositum ostendendum. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit quæ sit demonstratio negatiua. Secundo ostendit quę sit demonstratio, quæ ducit ad impossibile, ibi ¶ Quæ vero ad impossibile. Tertio concludit comparationem vnius ad alterū, ibi ¶ Termini igitur. ¶ Dicit ergo primo, q ad propositum ostendendum, oportet considerare differentiā ipsorum. s. demonstrationis negatiuę & ducentis ad impossibile. Si ergo accipiat q a in nullo b sit, & b sit in omni c, & concludatur a esse in nullo c, erit demonstratio negatiua. Deinde cum dicit.

ARGY. *Sed ea, quæ ducit ad id, quod fieri nequit, sic se habet. Nam si demonstrandum est A nulli competere B, sumendum est econtra, cuilibet eidem ipsum cōpetere. At B etiā cuilibet C. Quare fit vt A cuilibet competat C. Sit autem notum atque concessum hoc minime fieri posse. Non ergo fieri potest vt A competat ipsi B, quod si B conceditur ipsi competere C, fieri profectō nequit, vt A competat ipsi B.*

ANTI. vide in annot. *Quæ vero est ad impossibile, sic se habet. Si opus est de monstrare quòd A in B non sit, accipiendum est affirmatiuæ A esse in B & B in C. Quare accidit A in C esse. Hoc autem sit notum & centum quod impossibile est esse.*

Manifestat quæ sit demonstratio ducens ad impossibile. Et dicit, q demōstratio ducens ad impossibile, hoc modo se habet. Sit ita q oporteat demonstrare q a non insit b, accipiamus oppositum eius quod probare volumus. s. omne b est a & accipiamus q b sit in c per hanc propositionem, omne c est b, ex quibus sequitur conclusio, omne c est a, & sit ita q notum sit & cōcessum apud omnes quod est impossibile. Et ex hoc concludimus primam esse falsam scilicet omne b est a & ita oportebit vel q nullum b sit a, vel saltem q quodḍam b non sit a. Sed hoc tamen intelligendum est quod sequitur a non esse in b quando manifestum est b esse in c, quia si manifestum esset hanc esse falsam, omne c est a & si non esset manifestum hanc esse veram, omne c est b non esset per consequens manifestum hāc esse falsam, omne b est a, quia falsitas cōclusionis poterat procedere ex alterutra præmissarum, vt ex supra dictis patet. Deinde cum dicit.

Ad demon. ad impossibile sequi.

ARGY. *Termini igitur ordine simili disponuntur, verum differentia consistit in propositionum negatiuarum cognitione, vtra inquam istarum sit notior, vtrum hæc A nulli competit B, an ista A nulli competit C. Cum igitur conclusio notior est, tum ea sane fit demonstratio, qua deducitur in id, quod haud quaquam fieri potest. Sed cum ea propositio quæ in ratiocinatione sumitur notior est, tum recta nimirum efficitur demonstratio.*

ANTI. *Termini quidem similiter ordinantur. Differt autē in quo & qualis sit notior priuatiua propositio, vtrum igitur quæ est A B non inest, aut A C non inest. Cum igitur cō clusio notior, quoniam non est A in B ad impossibile sit demonstratio. Cum autē in syllogismo sit, demonstratiua est.*

Concludit comparationem vtriusque demonstrationis præmanifestatæ. Et primo ostēdit in quo conueniūt, quia in simili ordinatione terminorum. Nam sicut in demonstratione negatiua accipitur b medium inter a & c ita in ea, quę ducit ad impossibile. Secundo autem ostēdit differentiam, quia differt in vtraque demonstratione quæ negatiua propō sit notior, vtrum. s. ista propō, nullū b est a, vel ista nullū c est a, quia in demonstratione ducēte ad impoſe accipitur ista propō, c non est a, vt notior, quia ex hoc q est a non in c esse, ostenditur a non esse in b, vnde hæc c non est a sumitur vt notior. Sed quando illa, quæ ponitur vt præmissa in syllogismo accipitur vt notior, tunc est demonstratiua, id est ostensiua demonstratio negatiua. Deinde cum dicit.

ARGY. *At constat propositionem hanc, A nulli cōpetit B, priorem hac esse natura, A nulli competit C. Ea nanq; sunt cōclusione priora, ex quibus emergit ipsa conclusio. Atque patet hanc quidem, A nulli C competit, cōclusionem esse, illam autem A nulli C competit, id esse, ex quo emergit ipsa conclusio.*

ANTI. *Natura autem prior est, quæ est quòd A in B non sit quam A non in C. Priora enim & notiora natura conclusione sunt, ex quibus est conclusio. Est autem quę est A quidem in C non esse conclusio, A autem non in B ex quibus est conclusio.*

Ostendit propositum hoc modo. Ista propositio b nō est a est naturaliter prior quàm ista propositio, c non est a. Et hoc probat per hoc, q præmisse, ex quibus infertur conclusio sunt naturaliter priora conclusione. Sed in ordine syllogismi c non est a ponitur vt conclusio, sed b nō est a ponitur vt id, ex quo conclusio infertur, ergo b non est a est naturaliter prior. Consequenter cum dicit.

ARGY. *Non enim si fit vt quippiam tollatur, hoc quidem est conclusio, illa vero ex quibus, sed id quidem, ex quo fit ratiocinatio, sit se habet, vt aut totius ad partem, aut partis ad totum habeat rationem. At A C & A B propositiones, non sic inter sese habent, vt patet. Si igitur ea demonstratio, quæ ex notioribus, prioribusq; conficitur, semper est præstabilior, vtraque vero demonstratio dicta ex negatione quidem creditur, altera tamen ex priore, altera ex posteriore, negatiua demonstratio recta præstabilior est ea simpliciter demonstratione, qua deducitur ad id quod fieri nequit, quare patet affirmatiuam quoque demonstrationem rectam, quæ quidem negatiuæ præstat, vt patuit, præstabiliorem esse eadem.*

Non

ANTI. *Non enim si contingit remoueri aliquid hæc conclusio est, illa autem sunt ex quibus. Sed hoc quidem ex quo syllogismus est, quod vtique sic se habet, quoniam aut vt totum ad partem, aut vt pars ad totum se habet. Sed quæ sunt A in C & A B propositiones nō sic se habent adinuicē. Si igitur ex notioribus sit & credibilioribus dignior est. Sunt autem vtraque ex non esse credibiles. Sed hæc quidem ex priori, illa autem ex posteriori, potior simpliciter vtiq; erit ea, quæ est ad impossibile, priuatiua demōstratio quare & cum hac dignior prædicatiua, manifestum est quòd & ea, quæ est ad impossibile, potior est.*

Remouet quādam obuiationem. Posset enim aliquis dicere, q etiam ista negatiua c non est a est id ex quo cōcluditur in demōstratione ad impossibile q b non est a. Sed hoc excludit dicens, q per hoc q conclusio interimitur & ex eius interemptione interimitur aliquod præmissorū, non efficitur quod prius erat conclusio sit principium, & econuerso simpliciter & f̄m naturam, sed solum quo ad aliquid. Nam ista est habitudo conclusionis & principiorum, q interempta conclusione interimitur principium. Sed illud quidem est sicut principiū ex quo syllogismus procedit, quod se habet ad cōclusionem vt totum ad partem, & conclusio se habet ad principium vt pars ad totum. Nam subiectum conclusionis negatiuæ sumitur sub subiecto primę propositionis. Nō autem ita se habent a c & a b propositiones q a c comparetur ad b vt totum ad partem. Non enim b a accipit sub c a, sed potius econuerso. Vnde relinquitur q licet interempto c a concludatur interemptio eius, quod est b a, naturaliter tamen c a est conclusio & b a est principium, & per consequens b non est a est naturaliter notior, quàm c nō est a. Et ex hoc sic argumēratur. Illa demostratio est dignior, quæ procedit ex notioribus & prioribus. Sed demōstratio negatiua procedit ex notiori & priori quam demonstratio ducens ad impossibile. Vtraq; enim facit scire per aliquam negatiuam propositionem, sed demonstratio negatiua procedit ad faciendam fidem ex hac propositione negatiua, b non est a, quæ est naturaliter prior. Demonstratio autem ducens ad impossibile procedit ad faciendum fidem ex hac propositione negatiua c nō est a quæ est posterior naturaliter. Relinquitur ergo, q demonstratio negatiua sit potior ea, quæ ducit ad impossibile. Sed affirmatiua est potior negatiua, vt supra ostensum est, ergo demonstratio affirmatiua ostensiua est multo potior ea, quę ducit ad impossibile.

LECTIO XLI.

Modos tres exponit, quibus cōparantur scientiæ in certitudine, hinc de vnitate & diuersitate scientiarum tractat, quomodo item vna conclusio ex pluribus principijs possit probari docet.

ARGY. *Scientia autem est exactior, atque prior ea qua est eadem ipsius esse, atque propter quid est sed non ea, quæ est ipsius esse, siue ea, quæ est ipsius propter quid est. Et ea, quę nō est de subiecto, vt arithmetica ipsa musica. Et item ea, quæ est ex paucioribus, ea, quæ est ex additione, vt arithmetica ipsa geometria. Ex additione autem dico hoc pacto. Vnitas est substātia vacās positione, punctū vero est cū positione substantia Hoc igit ex additione esse dico.*

ANTI. *CErtior autem scientia est et prior quęcunq; ipsius quia & propter quid eadem est, sed non est ipsius quia, extra eam, quæ est propter quid. Et quæ non est de subiecto, illa quę est de subiecto, vt arithmetica harmonica. Et quæ est ex minoribus, ea, quæ est ex appositione. Dico autem ex minoribus, eam quæ non est ex additione, vt vnitas substantia est sine positione, punctum autem substantia posita. Hoc autem est ex appositione.*

Postquam Philosophus comparauit demōstrationes adinuicem, hic agit de comparatione scientiæ, quę est de mōstrationis effectus. Et diuiditur in duas partes. In prima parte comparat scientiam ad scientiā. In secunda cōparat scientiam ad alios modos cognoscendi, ibi ¶ Scibile autem & scientia differunt. ¶ Circa primum duo facit. Primo comparat scientiam ad scientiam f̄m certitudinē. Secundo f̄m vnitatem & pluralitatem, ibi ¶ Vna scīa aūt &c. Circa primum ponit tres modos, quibus vna scientia est certior alia. Prium modum ponit dicens, q illa scientia est prior & certior q̄ alia, quę. Eadem facit cognoscere, & quia, & propter quid. Non autē est illa certior, quæ est cognoscitiua solum ipsius quia separatim ab ea, quæ cognoscit propter quid. Hæc enim est dispositio scientiæ subalternantis ad subalternatam, vt supra dictum est. Nā scientia subalterna separatim scit quia, nescions propter quid. Sicut chyrurgicus scit q vulnera circularia tardius curantur, non autē scit propter quid. Sed huiusmodi cognitio pertinet ad geometram, qui considerat rationem circuli, f̄m quam partes eius non appropinquant sibi per modum anguli, ex qua propinquitate contingit q vulnera triangularia citius sanantur. Secundum modum ponit dicens, q illa scientia, quæ non est de subiecto, est certior illa, quę est de subiecto. Et accipitur hic subiectum pro materia sensibili, qa vt Philosophus docet in 2. Physic. quedam sunt scientiæ puræ mathematicæ, quæ omnino abstrahunt f̄m rationem à materia sensibili, vt geometria & arithmetica, quædam autem scientiæ sunt mediæ, quæ. s. principia mathematica applicāt ad materiam sensibilē, sicut perspectiua applicat principia geometriæ ad lineā visualem, & harmonica. i. musica applicat principia arithmeticæ ad sonos sensibiles. Vnde hic dicit q arithmetica est certior quàm musica & prior. Prior quidem, quia musica vtitur principijs eius ad aliud. Certior aūt, quia certitudo causatur per transmutationē materiæ sensibilis, vnde quanto magis accedit ad eā, tanto scientia est minus certa. Tertium modum ponit dicens. quæ est ex paucioribus, est prior & certior ea, quæ est ex appositione. i. quàm illa, quæ se habet additione. Et ponit exemplum, sicut geometria est posterior & minus certa quàm arithmetica. Habent enim se ea, de quibus est geometria, ex additione ad ea de quibus est arithmetica. Et hoc quidem planum est f̄m positiones Platonicas, f̄m quas hic Arist. exponit, vtens eis ad propositum ostendēdum. Sicut frequenter in libris Logicæ vtitur opinionibus aliorum Philosophorum ad propositum manifestandum per modum exempli. Posuit autem Plato, q vnum est substantia cuiuslibet rei, quia non distinguebat inter vnum quod conuertitur cum ente, quod significat substātiam rei, & quod est principiorum numeri, quod considerat arithmeticus. Hoc ergo vnū, f̄m q recipit additionem positionis in continuo, accipit rationem puncti. Vnde dicebat, q vnum est substantia non habens positionem. Punctum autem est substantia non habens positionem, & sic punctum supra vnitatem addit positionem. Et sicut ex vno causantur omnes numeri non habentes positionem, ita ex puncto f̄m Platonis causantur omnes quantitates continuæ. Nam punctus motus facit lineam, linea mota facit superficiem, superficies mota facit corpus. Et f̄m hoc quantitates continuæ, de quibus est geometria, se habent ex appositione ad numeros, de quibus est arithmetica. Vnde Platonici posuerunt numeros esse formas magnitudinum, dicentes formam puncti esse vnitatem, formam autem lineæ esse binarium, pro-

Te.c. 19. le. 3. tex. ex. 4. tex. cō. 20. expo. vlti.

Positio Pla.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter duo extrema, formam autem superficiei esse ternarium, propter primam superficiem triangularem, s. quæ tribus angulis terminatur, formam autem corporis ponebat quaternarium, propter hoc q prima figura corporea est pyramis triangularis, quæ quatuor angulos corporales habet, vnum quidē. Lin conum & tres in basim. Et f m hoc patet q comparatio certitudinis scientiarum accipitur hic f m duo. Nā primus modus accipitur f m q causa est prior & certior suo effectu. Alij autem duo modi accipiuntur, f m q forma est certior materia, vtpote quia forma est principium cognoscēdi materiam. Est autem duplex materia, vt dicitur in 7. Meta. vna quidē sensibilis, f m quā accipitur secūdus modus. Alia vero intelligibilis. Sipsa continuitas, & f m hanc accipit tertius modus. Et quamuis hic tertius modus expositus sit f m opinionem Platonis, tū etiā f m opinionē Arist. punctus se habet ex additione ad vnitatem. Nā punctū est quoddam vnum indiuisibile in continuo, abstrahens f m rationem à materia sensibili. Vnum autem abstrahit & à materia sensibili & ab intelligi. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 35. lect. expo. 3.

ARGY. *Vna autem est scientia, quæ vnius est generis.*

ANTI. *Vna autem scientia est, quæ est vnius generis.*

Tex. cō. 41. Comparat sciētias adinuicem f m vnitatem & diuersitatem. Et circa hoc duo facit. Primo. n. ostendit vnitatē & diuersitatem esse in scientijs & f m subiectū & principiū. Secūdo prosequitur & de subiectis & de principijs, ibi {Eius autem quod est à fortuna.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quid faciat ad vnitatē & diuersitatē scientiæ. Secundo ostendit quoddam necessarium, ad cognoscendum quid faciat ad pluralitatem sciētiarum, ibi {Plures autem demōstrationes.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quid faciat ad vnitatē scientiæ. Secundo quid faciat ad scientiarum diuersitatē, ibi {Altera autē sciētia.} Circa primum duo facit. Primo. n. ponit, q vnitas scientiæ consideratur ex vnitate generis subiecti. Secundo ostendit quale sit genus, quod ponit esse subiectū scientiæ, ibi {Quęcunq; ex primis.} Dicit ergo primo, q scientia dicitur vna, ex hoc q est vnius generis subiecti, Cuius ratio est, quia processus sciētiæ cuiuslibet est qua si quidam motus rationis. Cuiuslibet autem motus vnitas ex termino principaliter consideratur, vt patet in 5. Physicorum, & ideo oportet q vnitas scientiæ consideretur ex fine siue ex termino scientiæ. Est autem cuiuslibet sciētię finis, siue terminus, genus, circa quod est scīa, quia in speculatiuis scientijs nihil aliud quæritur quā cognitio generis subiecti. In practicis autem scientijs intenditur quasi finis constructio ipsius subiecti. Sicut in geometria intenditur quasi finis cognitio magnitudinis, quę est subiectum geometriæ. In scientia autem ædificatiua intenditur quasi finis constructio domus, quæ est huiusmodi artis subiectū. Vnde relinquitur q cuiuslibet scientiæ vnitas f m vnitatem subiecti est attendenda. Sed sicut vnius generis subiecti vnitas est communior, quam alterius, vtpote entis siue substantiæ ą corporis mobilis, ita vna scientia est communior quàm alia. Sicut Metaphy. quæ est de ente siue de substantia est cōmunior, ą Physica, quæ est de corpore mobili. Deinde cum dicit.

Sciētia vna vnitate subiecti.

Te. c. 35. le. 6. expo. 4. & te. cō. 40. le. 7. expo. 1.

Communitas scientiæ vnde.

ARGY. *Quæ componuntur ex primis, & sunt partes aut affectus horum per se.*

ANTI. *Quæcunque ex primis componuntur, & partes, aut passiones eorum sunt per se.*

Lectio. seq. immie.

Ostendit qualia sunt illa genera, de quibus possunt esse scientiæ, & ponit duas conditiones siue rationes. Quarum vnam ponit dicens. Quęcunq; ex primis cōponuntur. {Ista. s. sunt quorum vnius generis vna sciētia est. Ad cuius euidentiam considerandum est, q sicut iam dictū est, progressus scientiæ consistit in quodam motu rationis discurrentis ab vno in aliud, omnis autem motus à principio quodam procedit, & ad aliquid terminatur, vnde oportet q in progressu scientiæ ratio procedat ex aliquibus principijs primis. Siqua ergo res est, quę non habeat principia priora, ex quibus ratio procedere possit, horum non potest esse scientia, f m q scientia hic accipitur prout est demonstrationis effectus. Vnde scientię speculatiuæ non sunt de ipsis essentijs substantiarum separatarum. Non enim per scientias demōstratiuas possumus scire quod quid est in eis, quia ipsæ essentiæ harum substantiarum sunt intelligibiles per seipsas ab intellectu ad hoc proportionato. Non autem congregatur earum notitia, qua cognoscitur, quod quid est ipsarū, per aliqua priora. Sed per scientias speculatiuas potest sciri de eis an sint & quid non sunt, & aliquid f m similitudinem in rebus inferioribus inuentam. Et tunc vtimur posterioribus vt prioribus ad earum cognitionem, quia, quæ sunt posteriora f m naturam, sunt priora & notiora quo ad nos. Et sic patet, q illa, de quibus habet scientia per ea quæ sunt priora simpliciter, sunt cōposita f m se ex aliquibus prioribus. Quæcunq; vero cognoscuntur per posteriora, quę sunt prima quo ad nos, & si in seipsis sint simplicia, f m tamen q à nostra cognitione accipiuntur, componuntur ex aliquibus primis quo ad nos. Secundum cōditionem ponit cum dicit. {Et partes aut passiones eorum sunt per se.} Vbi considerandum est, q subiectum alicuius scientiæ duplices partes habere potest. s. partes ex quibus cōponitur sicut ex primis, vt dictum est ideſt ipsa principia subiecti, & partes subiectiuas. Et quamuis de vtrisque partibus possit intelligi quod hic dicitur, tamē magis videtur esse intelligendum de primo genere partiū. In qua libet enim scientia sunt quædā principia subiecti, de quibus est prima consideratio, sicut in scientia naturali de materia & forma, & in grammatica de literis. Est etiam in qualibet scientia aliquid vltimum, ad quod terminatur consideratio scientiæ, vt. s. passiones subiecti manifestentur. Sed vtrunque horum scilicet & proprietates, & passiones possunt alicui attribui & per se, & non per se. Nam ea quæ sunt per se principia & passiones trianguli, non sunt per se principia, & passiones isochelis, inquantum isocheles est, sed inquantum triangulus. Nec etiam sunt per se principia & passiones æris & albi, quamuis cōtingat aliquod æs triangulum esse, vel aliquod albū. Vnde si qua sciētia esset quæ ex principijs trianguli manifestaret passiones trianguli, huiusmodi scientiæ subiectum non esset isocheles, neque album aut æs, sed triangulus, cuius etiam per se subiectiuæ partes sunt isocheles æquilaterus & gradatus. Sed pro tāto dixi de his partibus hic ad prȩsens non ita cōuenienter accipi, quia magis accipere possumus documentum qualiter scientia se habeat ad hmōi partes subiectiuas, ex eo q se habet aliqualiter ad totum genus, quàm econuerso. Deinde cum dicit.

Prima conditio generis scibilis à nobis.

Quid potest sciri per scię. spe. de substātijs sepa.

1. Conditio. De quo gene. nece. partes intelligitur. Nota.

ARGY. *Diuersæ vero scientiæ sunt, quarum principia nō sunt ex eisdem nec ex vnius principijs principia proficiscuntur alterius.*

ANTI. *Altera autem scientia est ab altera, quorumcunque principia, neque ex eisdem, neque ex alterutris sunt.*

Ostendit cōnem diuersitatis scientiarū. Et primo ponit hanc rationem. Secundo manifestat eam, ibi {Hmōi autem signum.} Est ergo considerandum circa primū, q cum ratione vnitatis scientiæ acceperit ex vnitate generis

tis subiecti, rationem diuersitatis scientiarum non accipit ex diuersitate subiecti, sed ex diuersitate principiorū. Dicit. n. q vna scientia est altera ab alia, quarum principia sunt diuersa, ita q nec ambarum scientiarum principia procedāt ex aliquibus principijs prioribus, nec principia vnius scientię procedant ex principijs alterius, quia siue procedant ex eisdem principijs, siue alia ex alterius, non esset diuersa scientia. Ad huiusmodi ergo euidentiā sciendum est, q materialis diuersitas obiecti non diuersificat habitum, sed solum formalis. Cū ergo scibile sit prorium obiectum scientiæ, non diuersificabuntur scientiæ f m diuersitatē materialem scibilium, sed f m diuersitatem eorum formalem. Sicut autem formalis ratio visibilis sumitur ex lumine, per quod color videtur, ita formalis ratio scibilis accipitur f m principia ex quibus aliquid scitur. Et ideo quantumcunq; sint aliqua diuersa scibilia per suam naturam, dummodo per eadem principia sciantur, pertinent ad vnā sciam: quia non erunt iam diuersa inquantū sunt scibilia. Sunt. n. per sua principia scibilia. Sicut patet q voces humanæ multum differūt f m suam naturā à sonis inanimatorū corporū, sed quia f m eadem principia attenditur cōsonantia in vocibus humanis, & sonis inanimatorū corporum, eadem est scīa musicæ, quę de vtrisq; considerat. Si vero aliqua sint eadē f m naturam, & tñ per diuersa principia considerentur, manifestum est, q ad diuersas scientias pertinent, sicut corpus mathematicum non est separatum subiecto à corpore naturali. Quia tñ corpus mathematicum cognoscitur per principia quātitatis, corpus autem naturale per principia motus, non est eadem scientia geometriæ, & naturalis. Patet ergo, q ad diuersificandum scientias sufficit diuersitas principiorum, quæ comitatur diuersitas generis scibilis. Ad hoc autem q sit vna scientia simpliciter vtrunq; requiritur, & vnitas subiecti, & principiorū. Et ideo de vnitate subiecti supra fecit mentionē, cum dixit {quæ est generis vnius} de principijs autem cum dixit {Quæcunq; ex primis &c.} Sed vlterius considerandū est, q secunda principia virtutem sortiūtur à primis. Vnde requiritur diuersitas primorū principiorum ad diuersitatem scientiarū. Quod quidem non esset, si vel diuersorum principia ex eisdem principijs fluant, sicut principia trianguli & quadrati deriuantur ex principijs figuræ vel principia vnius deriuantur ex principijs alterius, sicut principia isochelis dependent à principijs trianguli. Nec tamen intelligendum est, q sufficiat ad vnitatē sciæ vnitas principiorū primorū simpliciter, sed vnitas, principiorum primorū in aliquo genere scibili. Distinguuntur autem genera scibilium f m diuersum modū cognoscendi. Sicut alio modo cognoscuntur ea, quæ diffiniunt cū materia, & ea quæ sine materia. Vnde aliud genus scibilium est corpus naturale, & corpus mathematicū. Vnde sunt diuersa principia prima vtriusque generis, & per consequens diuersæ scientiæ. Et vtrunq; horum generū distinguuntur in diuersas species scibilium f m diuersos modos & rationes cognoscibilitatis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Huius autem est signū, cū ad ea, quæ non demonstrantur, fuerit ventum. Oportet enim ipsa eodē in genere esse, in quo sunt ea, quæ sunt demonstrata. Est autem & huius signum, cum ea, quæ demonstrantur per ipsa, eodem in genere sunt, atque propinqua.*

ANTI. *Huiusmodi autem signum est cū in demonstrabilia veniant. Oportet enim ipsa in eodem genere esse his, quæ demonstrantur. Signum autem huius est, quando demonstrabilia per ipsa in eodem genere sunt, & congenea.*

Manifestat positam rationē. Et dicit, q signū huiusmodi est, q scientiæ sint alteræ f m principia, cū perueniatur resoluendo in prima principia, quæ sunt indemonstrabilia, quæ oportet esse eiusdem generis cum his, quæ demonstrantur, quia sicut supra ostensum est, non cōtingit ex alio genere procedentem demonstrare. Ad hoc autem q principia indemonstrabilia sint vnius generis, accipitur vt signum, cum ea, quæ demonstrantur per ipsa, sint in eodem genere, & congenea. i. cōnaturalia vel proxima f m genus sibiipsis, huiusmodi. n. habent eadē principia. Et hic patet, q vnitas generis scibilis, inquantū est scibile, ex quo accipiebatur vnitas scientię & vnitas principiorum, secundum quæ accipiebatur scientiæ diuersitas, sibi mutuo correspondent. Deinde cum dicit. Lc. 5. exp. 5.

ARGY. *Atq; fieri potest, vt plures eiusdem sint demonstrationes, non solum si ex eadem serie medium non cohærens accipiatur, vt si inter A B nunc C, nunc D, nunc E medium accipiatur, sed etiā si ex diuerso sumatur. Sit enim A mutatur C, mouetur C, mouetur, u voluptate afficitur. Verū. ĭgitur sit C de B & A de C prædicaueriē. Qui nanq; voluptate afficitur, mouetur, & qui mouetur mutatur. Rursus inter eosdem terminos medium D ponatur, in quo fit, quietem consequitur, Verum igitur identidem dices, si A de D & D de B prædicaueris. Qui nanque afficitur voluptate, is quietem consequitur, & quietem consequitur, is mutatur. Quareper diuersa media non ex eadē serie sumpta conficitur ratiocinatio. Non tamen adeo diuersa vt neutrum dicatur de altero. Necesse est enim ambo cuipiā eidem inesse. Considerandum autē est, quot modis per cæteras quoque figuras eiusdem ratiocinatio fieri potest.*

ANTI. *Plures autem demonstrationes esse eiusdem possibile, & non solum ex eadē ordine accipienti, sed sumendo non continuū medium, vt eorum quæ sunt A B C & D, sed ex altero, vt sit A transmutari, in quo autem D moueri, sed B lętari, & iterum E quiescere. Verum igitur est & D de B & A de D prædicari. Lætans enim mouetur, & quod mouetur transmutatur. Iterum A de E & E de B verum est prædicari. Omnis enim lætans quiescit, & quiescens transmutatur. Quare per altera media, & non ex eodem ordine syllogismus est. Quare & neutrum de neutro dici contingit mediorum. Necesse est enim eidem alicui vtraque inesse. Intendere autem est per alias figuras, quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum.*

Ostendit quomodo vna conclusio per plura principia demonstrari potest. Et hoc quidem contingit dupliciter. Vno quidem modo, quando ponuntur plura media in eadem coordinatione, & in vna demonstratione accipitur vnum illorum mediorum, & in alia demonstratione accipitur aliud ad eandem conclusionem, & sic oportet q accipiatur mediū non continuū, vt si sint duo extrema a b vtputa habere tres & isocheles, & sint eorum duo media coordinata, s. d c, vtputa triangulus & figura talis. Posset ergo demonstrari a de b duabus demonstrationibus, in quarū vna accipietur pro medio c, & in alia d in neutra accipienē mediū continuum extremis, quia in vna accipietur mediū continuū vni extremo, & disconti nuū ab altero, & in alia vero econuerso. Alio modo hoc contingit, quando accipiuntur diuersa media ex diuersa coordinatione, vtputa si a quod est maior extremitas sit transmutari, & b quod est minor extremitas sit delectari, & accipiantē diuersa media non existentia subinuicē, s. e, quod est quiescere & d quod est moueriu f m hoc eadē conclusio potest concludi per diuersa media nō vnius ordinis. & erit demonstratio vna talis. Omne quod qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

escit,transmutatur,quia eiusdem est transmutari & quiescere,& omne quod delectat quiescit,quia quies in bono desiderato causat delectationē,ergo omne quod delectatur transmutat. Alia demonstratio esset. Omne quod mouetur trāsmutatur, omne quod delectatur mouetur, quia delectatio est quidam motus appetitiuæ potentię, ergo omne quod delectatur transmutatur. Vel quod dicit. Omne quod delectatur mouetur, est ſm opinionem Platonis,& habet locum in delectationibus sensibilibus, quæ sunt cum motu. Aliud quod dicit, Omne quod delectatur quiescit, est verum ſm opinionē Arist. vt patet in 7.& 10. Ethicorū. Et hoc præcipue verificatur in delectationibus intelligibilibus. Deinde, dicit q̄ sicut hoc ostēsum est in prima figura, ita etiam potest in alijs figuris de facili considerari, q̄ eadem conclusio diuersis mediis possit syllogizari. Inducit autem hoc Philosophus ad ostendendum, q̄ diuersum medium demōstrationis quandoq; pertinet ad eandem sciētiam, puta cum est ex eadem coordinatione, quādoq; autem ad diuersas scientias, puta qñ est ex alia coordinatione. Sicut terrā esse rotundā per aliud medium demonstrat astrologus. ſ. per eclipsim solis & lunę,& per aliud naturalis. ſ. per motū grauiū tendentium ad centrū, vt dicitur in 2. Physicorum.

Sect. 1. 6. 7. 8. Patet ex prima expo.

Lect. 12. Lect. 10. Cap. 8.

Tex. 20. le. 8. expo. vlti. Lectio. seq. imme.

LECTIO XLII.

Eorum quæ sunt à fortuna, vel per sensum cognoscūtur, non esse scientiam docet, quam distingut necessario à sensu ostenditur, licet ad ipsam ordinem habeat.

ARGY. *Eius autem, quod proficiscitur à fortuna, non est per demonstrationem scientia. Quod enim fortuito fit, nec est vt necessarium, nec vt plerunque: sed est id quod fit præter ista. Demōstratio vero alterius est istorum. Omnis enim ratiocinatio, quæ fit, per propositiones, aut necessarias, aut eas quæ sunt plerunq;, conficitur. Atq; si necessariæ quidem sint, conclusio quoque necessaria est, sin plerunq; sint, conclusio quoq; talis efficitur. Quare si id, quod proficiscitur à fortuna, neq; plerunq;, neq; necessario fit, nulla prorsus ipsius erit sine dubio demonstratio.*

ANTI. *Eius autem, quod est à fortuna, non est scientia per demonstrationem. Neque enim sicut necessarium est, neq; sicut frequenter, quod est à fortuna, sed quod extra hoc fit. Sed demōstratio alterius horum est. Omnis enim syllogismus, est aut per necessarias, aut per eas, quæ sunt tanquàm frequenter propositiones. Et si quidē propositiones necessariæ sunt & conclusio necessaria est. Si vero sint vt frequenter & conclusio huiusmodi est. Quare si id, quod est à fortuna neq; est sicut frequenter, neq; sicut necessarium, neq; vtiq; ipsius erit demonstratio.*

Tex. 50. le. 8. tex. ex. 4.

Postquam Philosophus assignauit rationem vnitatis, & diuersitatis scientiarum ex parte generis subiecti, & ex parte principiorum, hic de vtrisque prosequitur. Et primo de subiectis de quibus est scientia. Secūdo de principijs, ibi {Eadem autem principia &c.} Circa primum considerandum est, q̄ supra duas conditiones posuit generis quod est subiectum scientiæ, quarum vna est, vt componatur ex primis, alia est vt partes & passiones sint eius per se. Quarū conditionem vna deest in his, quæ sunt à fortuna, quia non eueniunt per se, sed per accidens, & præter intentionē, vt probatur in 2. Physi. Alia vero conditio deest in his, quæ per sensum cognoscuntur, quæ sunt prima in nostra cognitione. Et ideo ostendit, q̄ scientia nō est eorum, quę sunt à fortuna. Secundo ostendit q̄ non est eorum, quæ cognoscūtur per sensum, ibi {Neque per sensum est scire.} Dicit ergo primo, q̄ demonstratiua scientia nō potest esse de eo, quod est à fortuna, quod est per accidens eueniens. Et hoc probat sic. Omnis syllogismus demōstratiuus, aut procedit ex propositionibus necessarijs, aut ex propositionibus, quæ sunt veræ vt frequenter. Ex propositionibus autē necessarij sequitur conclusio necessaria, vt supra probatū est. Et similiter ex propositionibus, quæ sunt veræ sicut frequenter, sequitur conclusio quæ est vera vt frequenter, vel forte etiam necessaria ſm q̄ ex contingenti pōt sequi necessarium, vt ex falso verum. Nunquam aūt ex propositionibus, quæ sunt verę vt frequenter, sequef propositio quę est vera vt in paucioribus, quia sequeretur q̄ aliq̄ propositiones essent veræ & conclusio falsa, quod est impossibile, vt ostensum est. Necesse est ergo q̄ conclusio syllogismi demonstratiui, vel sit necessaria, vel sit vera sicut frequenter. Sed id quod est à fortuna non est necessarium. neq; quod verum vt frequenter, sed accidit in paucioribus, vt in 2. Physi. probat. Ergo demonstratiua scientia non potest esse de eo, quod est à fortuna. Est autem considerandum q̄ de his quidem, quæ sunt sicut frequenter contingit esse demonstrationem, inquantum in eis est aliquid necessitatis. Necessarium autem vt dicitur in 2. Physi. aliter est in naturalibus quæ sunt vera vt frequenter, & deficiunt in minori parte & aliter in disciplinis, i. in mathematicis, quæ sunt semper vera. Nam in disciplinis est necessitas à priori. In naturalibus à posteriori, quod tamen est prius ſm naturā. ſ. à fine & forma. Vnde sic docet Arist. ostēdere propter quid, vt si hoc debeat esse, puta q̄ oliua generetur, necesse hoc præexistere. ſ. semen oliuæ, non autem ex semine oliuæ generatur ex necessitate oliua, quia potest impediri per aliquā corruptionē generatio. Vnde si fiat demōstratio ex eo quod est prius in generatione, nō concludit ex necessitate, nisi forte accipiamus hoc ipsum esse necessariū, semē oliuę vt frequenter esse gñatiuū oliuæ proprie, quia hoc facit ſm proprietatem suę naturę nisi impediat. Deinde cū dicit.

Lect. 13. tex. expa. 2. 3.

Lect. 16.

Te. c. 3. 4. 8. expo. 3. Demon. de his, quæ frequen. sunt. Tex. cō. 84. 89. 98. lect. vlti. expo. 4.

ARGY. *At vero neq; sit, vt per sensum sciamus. Nam si sensus talis, & non huius alicuius est, sentire tamen necesse est hoc aliquid, & aliquo in loco, & nunc. Vniuersale vero, & quod est supra omnia, fieri nequit vt sentiatur, quippe cum non sit hoc, neque nunc. Non. n. esset vniuersale. Quod. n. semper est, & vbique id vniuersa dicimus esse. Cum igitur demōstrationes quidem sint vniuersales, vniuersalia vero sentiri nequeant, perspicuum est fieri non posse, vt per sensum sciamus.*

ANTI. vide in annot. *Neq; per sensum est scire. Si. n. & est sensus talis qui dem huiusmodi, & non huiusmodi alicuius, sed tamen sentire necesse est hoc aliquid, & vbi & nunc. Vniuersale autem & in omnibus impossibile est sentire. Non. n. est hic neq; nunc. Non. n. vtiq; esset vniuersale. Quod enim semper est, & vbiq; est, vniuersale esse dicimus. Quoniā igitur demonstrationes vniuersales sunt, has autem non est sentire, manifestum est quòd neque scire per sensum.*

Dicit q̄ scientia non est eorum, quæ cognoscuntur secundum sensum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ scientia non consistit in sensu. Secundo ostendit quo modo sensus ordinatur ad scientiam, ibi { Sunt tamen quædam reducta. } Circa primum duo facit. Primo ostēdit scientiam non esse per sensum. Secundo præfert sciētiam sensui, ibi { Vniuersale autem honorabile &c. } Circa primum duo facit. Primo ostendit veritatem. Secūdo excludit errorem quorundam, ibi { Sed manifestum est &c. } Dicit ergo primo, q̄ sicut scientia non est eorū, quę sunt à fortuna, ita etiam scientia non cōsistit in cognitione, quę est per sensum. Et hoc probat sic. Manifestum est enim q̄ sensus cognoscit aliquid tale, & non hoc. Non enim

Obiectum sensus.

enim obiectū per se sensus est substantia, & quodquidest sed aliqua sensibilis qualitas, puta calidum, frigidum, album, nigrum, & alia huiusmodi. Huiusmodi autem qualitates efficiunt, singulares qualdam substantias in determinato loco & tempore existentes, vnde necesse est, q̄ hoc, quod sentitur, sit hoc aliquid. ſ. singularis substantia, & sit alicubi, & nunc. i. in determinato tempore & loco. Ex quo patet, q̄ id, quod est, vniuersale non potest cadere sub sensu. Non. n. quod est vlē determinatur ad hic & nunc, quia iam non esset vniuersale. Illud. n. vlē dicimus, quod est semper & vbiq;. Quod quidem non est ſm viā affirmationis intelligendum, q̄ hoc sit de ratione vlis, aut eius quod est vlē, q̄ sit semper, & vbiq;, puta de ratione hominis aut animalis, quia oporteret q̄ quodlibet singulare hominis, & animal esset semper & vbiq;, quia ratio hominis & animalis in in quolibet singularium inuenit. Si vero esset de ratione ipsius vniuersalis, sicut de ratione generis est, q̄ contineat sub se species, sequeretur, q̄ nihil esset vniuersale, quod nō esset, & semper, & vbiq; inueniretur, & ſm hoc oliua non esset, vel non haberet esse vniuersale, quia non in omni terra potest inueniri. Est ergo hoc intelligendum per modum negationis seu abstractionis, quia. ſ. vniuersale abstrahit ab omni determinato tempore & loco. Vnde quantum est de se, sicut inuenitur in quolibet vno loco vel tempore, sic natū est in omnibus inueniri. Sic igitur patet, q̄ vniuersale non cadit sub sensu. Quia igitur demonstrationes sunt vniuersales, præcipuè, vt ostensum est supra, manifestum est, q̄ scientia per demonstrationem acquisita, non consistit in cognitione sensus. Deinde cum dicit.

Quomodo intelligēdum sit vniuersale esse vbiq; & semper.

Le. 2. te. ex.

ARGY. *Quin vt patet si fieri posset, vt sensu triangulum angulos habere duobus rectis æquales perciperemus, quæremus vtiq; demonstrationem. Et non, vt inquiunt quidam, sciremus. Sentire nanq; necesse est singulare, at scientia in vniuersalis cognitione consistit. Quamobrem si in luna etiam essemus, terramq; videremus obicientem se lunæ, non profecto causam ipsam defectionis sciremus. Sentiremus enim lunam deficere, & non propter quid omnino sensu perciperemus. Non enim ipsius vniuersalis est sensus. Attamen cum ex eo, quia sæpe hoc accidere videremus, ipsum vniuersale venari possemus, demonstrationem vtique haberemus. Ex singularibus enim pluribus, vniuersale ipsum patefieri solet.*

ANTI. *Sed manifestum est quoniam, & si esset sentire triangulum duobus rectis æquales habere angulos, quæreremus vtiq; demonstrationem, & non sicut quidam fatentur, sciremus. Sentire quidem. n. necesse est singulariter, scientia autem est in cognoscendo vniuersale. Vnde & si in luna essemus, & videremus obiectam terram, non vtiq; sciremus causam defectus. Sentiremus enim, quoniam deficeret nunc sed nō propter quid omnino. Non enim esset vniuersalis sensus. Sed ex considerare hoc multoties accidere vniuersale venantes, demonstrationem habemus. Ex singularibus enim pluribus vniuersale manifestum est.*

Excludit errorem quorundam, qui credebant in ipsa perceptione sensus consistere scientiam. Et videtur hæc ratio pertinere ad illos, qui non ponebant intellectū differre à sensu, & per consequens nullam aliam cognitionē esse nisi sensitiuā, vt habetur in 3. de Anima, & in 4. Metaphy si. Et ad hoc excludēdum dicit, q̄ si etiam per sensum percipere possemus q̄ triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, adhuc oportere demonstrationē ad habendum scientiam, neq; per sensum perceptionem sciremus, quia sensus est singularium, scientia autem cō-

Tex. c. 150. & 51. l. 9. te. expo. p. 2. 3. Tex. cō. 21. lect. 1. te. ex. primæ. Lec. 16. tex. ex. 1. 2. & 3.

ARGY. *Vniuersale autem honorabilius est, quoniam ostendit causam. Quare de huiusmodi vniuersali scientia honorabilior est sensibus, & cognitione quorumcunque causa est. Sed de primis alia ratio est. Manifestū est igitur quòd impossibile sit sentiendo scire aliquid demonstratorum, nisi iam aliquis sentire hoc dicat scientiam habere per demonstrationem.*

ANTI.

Ostendit q̄ scientia est potior quàm sensus. Manifestum est. n. q̄ cognitio, quæ est per causam, nobilior est, causa autem per se est vniuersalis causa, vt iam dictū, est & ideo cognitio per vniuersalem causam, qualis est sciētia, est honorabilis. Et quia huiusmodi vniuersalem causam impossibile est apprehendere per sensum, ideo cōsequens est, q̄ scientia, quæ ostendit causam vniuersalem, non solum sit honorabilior omni sensitiua cognitione, sed etiam omni alia intellectiua cognitione, dummodo sit de rebus, quæ habēt causam, quia scire aliquid per causam vniuersalem, est nobilius quàm intelligere qualitercunque id quod habet causam sine cognitione suę causę. Sed de primis, quæ non habent causam est alia ratio. Illa enim per se intelliguntur, & talis eorum cognitio est certior omni scientia, quia ex tali intelligentia, scientia certitudinem habet. Vltimo autem cōcludit principale propositum, q̄. ſ. impossibile sit per sensum cognoscere aliquid demōstrabile, nisi forte æquiuoce aliquis vtatur nomine sensus, vocans demonstratiuam scientiam sensum, propter hoc q̄ scientia demonstratiua est determinatæ vnius ſm certitudinem, sicut & sensus. Propter quod & certæ extimationes scientiæ vocantur. Deinde cū dicit.

ARGY. *Sunt tamen inter ea, quæ proponuntur, nonnulla, quæ quidem ad sensus reducuntur defectionem. Nonnulla nāque non quæreremus, si illa visu perciperemus, non propterea quod scimus videndo, sed quod ex eo, quia videmus, habemus tandem ipsum vniuersale, veluti si vitrum perforatū esse, lumenque penetrare per meatus visu percipe remus, pateret etiam nobis propter quid post vitrum lumen efficitur, ex eo plane, quia videremus quidē seorsum id ipsum fieri in vnoquoque, intelligeremus autem simul in vniuersis hoc fieri pacto.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTI. *Sunt tamen quædam reducta ad sensus defectum in propositis. Quædam enim si videremus non vtique quæreremus, non tanquam scientes in videndo, sed tanquam habentes vniuersale ex eo, quod videmus. Vt si vitrum perforatum videremus, & lumen per transiens, manifestum vtique erit & propter quid. Et propter id quod, videmus quidem seorsum in vnoquoque, intelligere autem simul est, quoniam in omnibus sic est.*

Ostendit quo sensus ordinatur ad scientiã. Quædam enim problematicę dubitationes reducũtur sicut in causam ad defectũ sensus. Quędã etiam sunt de quibus non quæreremus dubitando, si ea vidissemus, nõ quidẽ eo ꝙ scientia consista in videndo, sed inquantũ ex rebus visis per viã experimẽti accipitur vniuersale, de quo est scientia. Puta si videremus vitrum perforatũ, & quomodo lumen pertrãsit per foramina vitri, sciremus propter quid vitrũ est trãsparens. Et vtitur hoc exemplo sm opinionem eorũ, qui ponebãt lumen esse corpus, & quædã corpora esse transparentia propter subtilia quædã foramina, quæ pori dicuntur, quos quia visu discernere non possumus propter paruitatẽ, dubitamus quare vitrũ sit transparens. Et potest simile exemplũ poni de quibuscũque rebus quæ habẽt causam sensibilẽ latentẽ. Et quia dixerat, ꝙ sciẽtia huiusmodi rei non est in videndo, manifestat hoc esse verũ. Nam in videndo cognoscimus seorsum vnũquodq; singularium, sed in sciendo, oportet omnia intelligere simul in vniuersali, vt s. intelligamus ita se habere in omnibus. Videmus. n. sigillatim de diuersis vitris, sed scientiam accipimus de omni vitro ꝙ sit tale.

LECTIO XLIII.

Non esse eadem principia omnium syllogismorum tam proprijs quam communibus rationibus ostendit.

ARGY. *At qui fieri non potest, vt omnium ratiocinationum eadem principia sint. Quod quidem prius differẽdi modo contemplabimur. Nam ratiocinationum aliæ veræ sunt, aliæ falsæ.*

ANTI. *Eadem autem principia esse omniũ syllogismorum impossibile est, primum quidem logicæ speculantibus. Hi quidẽ. n. veri sunt syllogismi, alij aũt falsi.*

Postquam Philosophus prosecutus est de illis, quorum est scientia, hic prosequitur de principijs scientiarũ, ostendens non esse eadem principia omniũ syllogismorum. Primo ostendit hoc logicę idest per rationes communes omnibus syllogismis. Secundo hoc ostendit analeticę, s. per rationes proprias demonstrationis, ibi {Si vero aliter &c.} Circa primũ tria facit. Primo ostendit propositum per differentiam syllogismorum falsorum à veris. Secundo per differentiam falsorum adinuicẽ, ibi {Postea neq; falsæ &c.} Tertio per differentiam syllogismorum verorum adinuicem, ibi {Neq; verorum.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositũ. Secundo excludit quãdam obuiationem, ibi {Et si nanq; sit verum.} Dicit ergo primo, ꝙ primo logicæ speculando manifestum est, ꝙ non possunt esse eadem principia omnium syllogismorum, propter hoc ꝙ quidam syllogismi sunt falsi. i. concludentes falsum, & quidam veri. i. concludentes verum. Syllogismorum autem falsorum & verorum sunt diuersa principia. Nam syllogismorum verorũ sunt principia vera syllogismorũ autem falsorum sunt principia falsa. Non ergo omnium syllogismorum sunt eadẽ principia. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quanquam enim fieri potest, vt verum cõcludatur ex falsis, tamen id semel efficitur, veluti si a quidem verę de c prædicetur, medium autem b falsum sumatur. Tum enim neque a competit ipsi b, neq; b competit ipsi c. Sed si inter has propositiones sumantur media, falsæ erunt, ex eo, quia conclusio omnis falsa, ex propositionibus proficiscitur falsis. Ex veris autem veræ conclusiones emergunt. At patet à falsis vera differre, ac esse diuersa.*

ANTI. *Et si nanque sit verum ex falsis sollogizare, sed semel hoc fit. vt si a de c verum ex falsis syllogizare, sed semel hoc fit. vt si a de c verum sit, medium autem b falsum. Neque enim a in b est, neque b in c. Sed si harum media accipiantur propositionum, falsæ erunt, ex eo quòd omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris. Alteræ autem sunt veræ & falsæ.*

Excludit quandam obuiationem posset. n. aliquis dicere, ꝙ etiam syllogismorum verorum sunt principia falsa, quia contingit ex falsis syllogizare verum. Sed hoc excludit dicens, ꝙ quamuis contingat syllogizare verũ ex falsis, tamen hoc solum cõtingit in primo syllogismo, quo ex falsis concluditur verum. Sed si oporteat aliquos syllogismos inducere ad probandum præmissas propositiones, necesse esset ꝙ illi syllogismi procedant ex falsis, quia ex veris non cõcluditur falsum, & ita in sola prima syllogizatione ex falsis concluditur verum. Et hoc manifestat per exemplum. Sit. n. hęc propositio vera, Omne c est a, accipiatur autem ad vtranq; extremitatem mediũ falsum, quod est b, ita. s. ꝙ neq; a insit b, neq; b insit c. Si accipiantur aliqua media ad probandum præmissas propositiones, omnes propositiones falsorum syllogismorũ erunt falsæ, quia omnis conclusio falsa concluditur ex falsis, conclusio autem vera potest cõcludi ex omnibus veris. Vnde quando propositiones præmissæ sunt veræ, ex quibus concluditur verum, non oportebit deuenire ad aliquod falsum. Sic ergo, cum aliq; sint propositiones veræ, aliæ falsæ, sequitur ꝙ alia sunt principia verorum syllogismorum, & alia falsorum. Deinde cum dicit.

ARGY. *Deinde neque ipsa falsa ex eisdem proficiscuntur. Sũt enim & talia falsa, vt inter se sint cõtraria, & simul esse non potest, vt iustitiam, & iniustitiam, vel fortitudinẽ esse, & hominem æquum, vel bouem, aut æquale maius, vel minus. Ex his autem, quæ iacent hoc pacto.*

ANTI. *Postea neque falsæ ex eisdem sunt. Est enim falsas adinuicem & contrarias & impossibile simul esse vt iustitiam esse iniustitiam, aut timorem, aut hominem æquum & bouem, aut æquale maius & minus. Ex positis autem sic est.*

Ostendit ꝙ neque falsorum syllogismorum sunt eadem principia, Contingit enim conclosiones falsas esse contrarias adinuicem, & incompossibiles sibi. Sicut hæc conclusio, Iustitia est iniustitia est incompossibilis huic conclusioni, Iustitia est timor, cum vtraque sit falsa. Timor enim sicut differt generaꝫ à iustitia, ita etiam ab iniusta. Similiter etiam hę duę conclusiones falsę sunt contrarię & incompossibiles, Homo est equus, & homo est bos. Et similiter hæ duę propositiones sunt incompossibiles, Equale est maius, & equale est minus. Oportet enim concludere sic esse ex aliquibus, quibus positis ista sequentur, vnde oportet ꝙ cum ista sint cõtraria & impossibilia, ita etiam principia ex quibus concluduntur.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Neque enim ratiocinationem veraru n omnium eadẽ principia sunt. Complurium nanque principia diuersa sunt generaꝫ, neque quibuslibet accommodantur quæuis. Vnitates enim non accommodantur punctis. Illæ nanque positione vocãt, his eadem competit. Necesse est autem*

tem vt ad media accommodari, aut supera ex parte aut infera, aut alios intra alios extra terminorum habere.

ANTI. vide in anot. *Neq; etiam verorum eadem principia omnium sunt. Alia. n. multorum genere principia sunt, neq; cõueniunt, vt vnitates punctis non conueniunt. Hæc quidem. n. non habent positionem, illa autem habent. Necesse autem est in media conuenire, aut ad sursum, aut ad deorsum, aut hos interius habere, illos autem exterius terminorum.*

Ostendit ꝙ nec syllogismorum verorum sunt eadem principia, quatuor rationibus, quarũ vna sumitur ex differentia principiorum propriorũ. Vnde dicit quòd {neq; etiam verorum syllogismorum sunt eadem principia.} Diuersorum. n. generum diuersa principia sunt, sicut patet quòd magnitudinũ principia sunt puncta, numerorum autẽ vnitates, quia nõ conueniunt adinuicem, quia vnitates non habent positionem, puncta vero habent. Si autem omnia principia syllogismorum cõuenirent adinuicem, necesse esset quòd vel cõuenirent in medio, vel sursum ascendendo versus maiorem extremitatem, vel deorsum versus minorem, quia in syllogismo necesse est ꝙ termini vel assumantur interius, vel exterius. Interius quidem qñ multiplicantur syllogismi ad probandũ propositiones inductas. Tunc. n. necesse est quòd accipiantur media quæ sunt inter prędicata propositionũ & subiecta, vtputa si sit talis syllogismus, Omne b est a, omne c est b, ergo omne c est a, si oporteat probari omne b est a oportet assumere aliquod medium inter b & a puta d. Et similiter si debeat probari minor oportet accipere aliquod mediũ inter c & b, puta e & sic semper termini assumpti interius habentur. Exterius autem assumuntur, qñ vel maior extremitas accipitur vt medium ascendendo, vel minor descendendo, puta si a cõcludatur de c per b, & iterum c concludatur de b per a. Et sic similiter etiã proceditur descendendo si b concludatur de e per c, necesse est ergo in syllogismis communicantibus in principijs, vel quòd accipiatur medium vnius syllogismi supra propositiones alterius syllogismi, vel accipiantur extrema vnius syllogismi supra extrema alterius syllogismi. Sed hoc non potest esse in rebus quarũ sunt principia diuersa, quia puncta nõ possunt accipi neq; vt media, neq; vt extrema in syllogismus in quibus cõcluditur aliquid de numero, neq; vnitates in syllogismis in quibus cõcluditur aliquid de magnitudinibus. Relinquitur ergo, ꝙ non possunt esse eadem principia omnium syllogismorum. Secunda ratio ponitur ibi.

ARGY. *At neq; fieri potest, vt principiorum communium vlla sint, ex quibus cuncta demonstrabuntur. Dico autem communia, veluti quoduis affirmandum, aut negandum est. Genera enim eorum, quæ sunt non eadem sunt, sed diuersa, atque alia solis competunt quantis, alia solis bisce, quæ rationem subeunt qualitatis, cũ quibus per communia demonstrationes conficiuntur.*

ANTI. *Sed neq; communium principiorum possunt esse aliqua, ex quibus omnia demonstrabuntur. Dico autẽ communia, vt omne affirmare & negare, genera. n. eorum sunt altera. Et alia quidem in quantitatibus, alia vero in qualitatibus sunt solis, cum quibus demonstratur per communia.*

Quę sumitur ex principijs communibus, & dicit, ꝙ non possunt esse aliqua principia cõmunia ex quibus solum omnia syllogizantur, sicut hoc principium commune, de quolibet affirmatio vel negatio, quod quidẽ communiter est verum in omni genere, non tñ est possibile ꝙ ex solis aliquibus taliter communibus possint omnia syllogizari, quia genera entium sunt diuersa. Et diuersa sunt principia, quę sunt solum quantitatum principia ab his, quę solũ sunt principia qualitatum, quæ oportet coassumere principijs communibus ad concludendum in qualibet materia. Puta si in quantitatibus oporteat ex dicto principio cõmuni syllogizare, oportet accipere, quod cum hæc sit falsa, punctus est linea, oportet hanc esse veram, punctus non est linea. Et similiter in qualitatibus oportet coassumere aliquid proprium qualitati. Vnde relinquitur, quòd impossibile sit esse eadem principia omnium syllogismorum. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea principia non multo sunt pauciora conclusionibus. Principia. n. ipsæ sunt propositiones. Propositione autem sunt, cum aut additur, aut interponitur terminus. Præterea conclusiones sunt infinitæ, termini vero finiti.*

ANTI. Vide in anot. *Amplius principia non multo minora sunt conclusionibus, Principia quidem enim propositiones sunt, propositiones autem assumpti termini, aut immissi sunt. Adhuc conclusiones infinitæ sunt, termini autem finiti.*

Quæ sumitur ex comparatione præmissarum ad conclusiones, & dicit quòd principia non sunt multum pauciora cõclusionibus. Sunt quidem pauciora, quia quantuis ad vnam conclusionem inferendam duo principia. i. duæ propositiones requirantur, quia vna conclusio non concluditur immediate nisi ex duabus, tamen vna propositione potest quis vti ad inferendũ plurimas conclusiones, secundum quòd sub subiecto aut sub prędicato multa accipi possunt. Nõ tamen sunt multo plura principia, quàm conclusiones, quia plurima eorum quæ principijs coassumuntur ad cõclusiones alias inducendas, sunt etiã conclusiones. Principia enim propositiones hic appellantur, propositiones autẽ aut assumpti termini, aut immissi sunt. i. propositiones in syllogismis multiplicantur, aut assumẽdo terminos extrinsecus, vel supra maiorem extremitatem & infra minorem, vt supra dictũ est, aut accipiendo terminos qui sunt in medio. Et ad hoc addendum est, quòd cõclusiones sunt infinitæ. Potest. n. quodlibet concludi de quolibet vel affirmatiue vel negatiuæ. Et ne vederetur hoc esse contrariũ ei quod supra ostenderat, prædicationes non procedere in infinitum, subiungit quòd termini sunt finiti, & ad hoc pertinent quod supra ostensum est, esse statum in prædicationibus, sed ex terminis finitis possunt infinitæ conclusiones fieri secundum diuersas combinationes, vt tamen accipiamus communiter cõclusiones tam quæ sunt per se, quàm quæ sunt per accidens. Loquimur. n. nunc cõmuniter de syllogismis. Si ergo conclusiones sunt infinitæ, principia aũt non sunt multo pauciora conclusionibus, sequitur quòd etiã principia syllogismorum sunt infinita. Non ergo sunt eadem principia syllogismorũ. Quartam rõnem ponit ibi.

Le. præced. Le. 34. & 35.

Deductio rationis.

ARGY. *Insuper principiorum alia sunt necessaria, alia contingentia. Hoc igitur modo considerantibus fieri non posse porro videtur, vt eadem sint principia, aut finita, si conclusiones sint infinitæ.*

ANTI. vide in anot. *Amplius principia hæc quidem ex necessitate, illa vero contingentia. Sic igitur in intentione his habitis impossibile est eadem esse principia, aut finita, cum infinitæ sint conclusiones.*

Quæ sumitur ex differentia necessarij & cõtingentis & dicit quòd principiorũ quibus vtimur in syllogismo, quædam sunt contingentia, & quædam necessaria, vt patet in libro Priorum, vbi docuit syllogizare ex necessarijs & contingentibus. Non autẽ eadem sunt necessaria & contingentia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& contingentia, ergo nõ ſunt eadem principia omnium ſyllogiſmorum. Et hoc eſt quod concludit ex his duabus vltimis rationibus, quod ſecundũ conſiderationem præmiſſorum cum infinitæ ſint concluſiones, impoſsibile eſt eſſe eadem principia omnium ſyllogiſmorum, aut etiam finita. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod ſi quiſpiam alio modo dicat, veluti hæc quidem geometriæ hæc autẽ arithmeticæ, & hæc medicinæ, principia eſſe, quid aliud erit quod dicitur, quam ſcientiarum principia eſſe? At ex eo dicere eadem eſſe, quia ipſa ſibipſis eadem ſunt, rediculum eſt. Hoc enim pacto cuncta eadem fiunt.*

ANTI. vide in annot. *Si vero aliter quodam modo dicat aliquis, quòd hæc quidem geometriæ, alia vero ſyllogiſmorũ, alia autem medicinæ, quid vtiq; erit aliud, quod dicitur, niſi quòd ſunt principia ſcientiarum? Sed eadem dicere deriſio eſt, quoniam eadẽ eiſdem eadẽ eſſent. Omnia.n ſic fiunt eadem.*

Oſtendit idem analeticæ.ſ. per rõnes proprias principijs quibus ſcientiæ demonſtrant. Et ponit tres rationes. Circa quarũ primam dicit ꝙ ſi aliquis nõ dicat omnium ſyllogiſmorũ eſſe eadem principia, ſed aliquo modo dicat aliter.ſ.ꝙ quædam ſunt principia geometriæ, & quædam logicæ, quæ dicuntur principia ſyllogiſmorum vel ratiocinationum, & quædam ſunt principia medicinæ, & ſic accipiendo principia omnium ſcientiarũ, iſta ſic accepta eadem ſunt principia omnium demonſtrationum hoc non facit ad propoſitum. quo quis vult ſuſtinere eadem eſſe principia, quia propter hoc dictum, nihil aliud dicitur, niſi ꝙ quelibet ſcientia habet ſua principia, & nõ ſint principia vnius ſcientię quæ ſunt alterius, quod oporteret ſi eadem eſſent principia omnium ſyllogiſmorum ſcientialium. Sed iſtud eſt impoſsibile & deriſibile, quia ſecundum hoc ſequeretur, ꝙ quæ ſunt in ſcientijs eſſent eadem, & ita omnes ſcientiæ eſſent vna ſcientia. Quę.n. eiſdem ſunt eadem, ſibi inuicem ſunt eadem. Sed principia cuiuslibet ſcientiæ ſunt quodammodo eadem cõcluſionibus, quia ſunt vnius generis. Nõ enim eſt ex vno in Lect.15. aliud genus demonſtrare, vt ſupra dictũ eſt. Si ergo principia ſunt eadem, ſequeretur, ꝙ omnia quę ſunt in ſcientijs eſſent eadem. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *At vero neq; hoc eſt, ex omnibus inquam quiuis demonſtrari, quærere omnium eadem principia eſſe. Eſt.n. inſignis ſtultitiæ ſane. Nam neque in manifeſtis hoc ſit ſcientijs, neque in reſolutione fieri poteſt. Propoſitiones enim vacantes medio principia ſunt, atque diuerſa plane concluſio ſit aſſumpta vacante medio propoſitione.*

ANTI. vide in annot. *At vero neq; quod eſt ex omnibus demonſtrare quodlibet horum eſt. Nam hoc quare omnium eadem eſſe principia. Multum enim inſipiens eſt. Neq; enim in manifeſtis mathematicis, neq; in reſolutione poſſibile eſt. Immediatæ enim propoſitiones principia ſunt. Altera autem concluſio fit, accepta propoſitione immediata.*

Quæ talis eſt. Si aliquis quærens eſſe omnium eadem principia, hoc intendebat dicere, ꝙ quodlibet demonſtretur ex quolibet, hoc eſt ſtultũ dicere, quia hoc neque eſt poſsibile in manifeſtis mathematicis, nec in reſolutione'. Et vocat manifeſta mathematica.i. conſiderationes vel diſciplinas, qñ ex aliquibus propoſitionibus manifeſtis ſtatim infertur cõcluſio. Vocat aũt reſolutionem, qñ propoſitiones aſſumptæ non ſunt manifeſtæ, ſed oportet eas reſolvere in alias manifeſtiores. Et ꝙ hoc ſit impoſsibile probat, quia vtroq; modo principia demonſtrationum ſyllogiſmorũ ſunt immediatę propoſitiones, quæ vel ſtatim aſſumuntur in manifeſtis mathematicis ſiue doctrinis, vel ad eas deuenitur per reſolutionẽ. Videmus autem ꝙ demonſtratur alia cõcluſio, coaſſumpta imme diata propoſitione alia. Et ideo nõ poteſt eſſe ꝙ ex quolibet demõſtretur quodlibet. Conſequenter cum dicit.

Quod ſi quiſpiam ipſas primas vacantes medio propoſitiones omnium eſſe dicat, principia ſciatis vnam in vnoquoque, genere eſſe. ARGY.

Si autem dicat aliquis primas immediatas propoſitiones eſſe principia, vnum in vnoquoq; genere eſt. ANTI. vide in annot.

Excludit quandam obuiationem. Poſſet enim aliquis dicere, quòd duplex eſt genus immediatarum propoſitionum, quædã enim ſunt immediatę propoſitiones primæ, & quædam.2. ita ꝙ accipiatur ordo immediatarum propoſitionum, ſecundum ordinem terminorum. Nam illæ propoſitiones quæ conſiſtunt in terminis primis & communibus, ſicut eſt ens & nõ ens, æquale & inæquale, totum & pars, ſunt primæ, & immediatæ poſitiones, vt non contingit idẽ eſſe & non eſſe, & quæ vni & idem ſunt æqualia ſubinuicem ſunt æqualia, & ſimilia. Immediatæ autẽ propoſitiones, quæ ſunt circa poſteriores terminos & minus communes, ſunt.2. reſpectu primarum, ſicut quòd triangulus eſt figura, vel ꝙ homo eſt animal. Poteſt ergo aliquis dicere, quòd.2. propoſitiones coaſſumuntur ad diuerſas concluſiones demonſtrandas, ſed primæ propoſitiones immediatæ ſunt eædem in omnibus demonſtrationibus. Et ideo ad hoc excludendum dicit Ex.cex. qui excludit ob. quòd ſi aliquis dicat primas immediatas propoſitiones has eſſe illa principia ex quibus omnia demonſtrantur, conſiderare oportet, quòd nihilominus in vnoquoq; genere oportet eſſe vnum principium vel vnam propoſitionem immediatam, primam illo genere, non primam omnino ſimpliciter. Et quòd ex illa quæ eſt prima ſimpliciter coaſſumpto iſto principio huiuſmodi generis oportebat in hoc genere demonſtrari. Et ita non ex ſolis communibus principijs poſſunt omnia demonſtrari, ſed oportet accipere propria quę ſunt diuerſorum generum. Conſequenter cum dicit.

Quod ſi neque eadem omnium principia ſunt hoc pacto, vt ex omnibus quoduis oporteat demonſtrari, neque ſunt adeo diuerſa, vt vniuſcuiuſque ſcientiæ ſint diuerſa, reſtat ſi principia omnium generis ſint eiuſdem, ex his tamen hæc, & ex his hæc demonſtrentur. ARGY.

Si vero neq; ex omnibus, vt opus eſt demõſtrari quodlibet, neq; ſic ex altera. Quare erunt vniuſcuiuſq; ſcientiæ altera. Relinquitur igitur ſi proxima ſunt principia omnium, ſed ex ijs quidem hæc, ex illis autem illa. ANTI.

Excluſo ſtulto intellectu propoſitionis contra quam diſputatur, concludit propoſitũ, & dicit quòd ſi non dicatur ꝙ quodlibet demonſtretur ex quolibet, ſicut opus eſt dicere propter præmiſſa, ſequitur ꝙ nec ſic ex principio, ex quo concluditur hæc concluſio cõcludatur altera, alioquin ex quolibet demonſtratur quodlibet. Vnde neceſſe eſt, ꝙ diuerſarum ſcientiarum ſunt diuerſa principia. Sed hæc oportet ꝙ omnium ſcientiarum ſint principia vnius generis his, quæ ex his demonſtrant, ſed oportebit quòd ex his demonſtrentur hæ concluſiones, & ex illis illæ ex diuerſis ſcilicet principijs demonſtratione facta in diuerſis ſcientijs, quæ ſunt de diuerſis generibus.

Tertiam rationem ponit ibi.

At patet & hoc eſſe non poſſe, & Demonſtratũ eſt.n. ſcientiarum, quæ genere differunt, principia diuerſa genere eſſe. Principia nanq; duplicia ſunt, ex quibus, et circa quod. Principia igitur ex quibus, communia ſunt, principia vero circa, quod, propria, vt vnitas, magnitudo. ARGY.

Manifeſtum

ANTI. *Manifeſtum aũt hoc eſt quoniam non contingit. Monſtratum eſt.n. quòd altera principia genere, ſunt differentium genere. principia.n. duplicia ſunt, ex quibus, & circa quæ, ex quibus quidem igitur communia ſunt, quæ autẽ ſunt circa quæ, propria ſunt, vt numerus, magnitudo.*

Et dicit ꝙ manifeſtum eſt etiã alio modo, quòd non contingit hoc.ſ. ꝙ eadem ſunt principia omnium ſcien- Lect.41. te. exp.4. & 5. tiarum, quia oſtẽſum eſt ſupra, ꝙ diuerſorum generum diuerſa ſunt principia genere. Vnde cum diuerſæ ſcientiæ ſint de diuerſis generibus, ſequitur quod diuerſa principia ſint diuerſarũ ſcientiarum. Sed quia quodammodo eadem principia communia ſunt quibus omnes ſcientiæ vtuntur, ideo conſequenter diſtinguit de principijs, & dicit ꝙ duo ſunt principia. Quædam prima, ex quibus demonſtratur, ſicut primæ dignitates, vt quod non ſint idem eſſe & non eſſe. Et iterum ſunt quædam, circa quæ ſunt ſcientiæ. ſ. ſubiecta ſcientiarum, quia diffinitionibus ſubiecti vtimur, vt principijs in demonſtrationibus. Illa ergo prima ex quibus demonſtratur, ſunt cõmunia omnibus ſcientijs, ſed principia circa quę ſunt ſcientię ſunt propria cuiuſlibet ſcientię, ſicut numerus arithmeticæ, & magnitudo geometrię. Principia aũt communia oportet ad hæc propria applicari ad hoc ꝙ demonſtretur. Et quia non ex ſolis communibus principijs demonſtratur, non poteſt dici eadem eſſe principia omniũ ſyllogiſmorũ demonſtratiuorũ, quod intendit probare.

LECTIO XLIIII.

Quomodo ſcientia ad opinionem cæterosque intellectuales habitus comparetur.

ARGY. *Intereſt autem inter id, quod ſub ſcientia, & id, quod ſub opinione cadit, & inter ſcientiam, & opinionem.*

ANTI. Tex. commen. 44. *Scibile autem, & ſcientia differunt ab opinabili, & opinione.*

Poſtquam Philoſophus oſtẽdit comparationem ſcientiarum adinuicem & ſecũdum certitudinem & ſecundum vnitatem & diuerſitatem, hic oſtendit comparationem ſcientiæ ad omnia, quæ ad cognitionem pertinent. Iit diuiditur in duas partes. In prima agit de comparatione ſcientiæ ad opinionem, quæ eſt verorũ & falſorum. In.2. de comparatione ſcientiæ ad aliquos habitus cognoſcitiuos, qui ſunt ſemper verorũ, ibi {Reliqua autem quomodo oportet, &c.} Prima autem pars diuiditur in duas partes. In prima determinat veritatẽ. In.2. excludit dubitationẽ, ibi {Qualiter ergo eſt idem, &c.} Circa primum tria facit. Primo enim proponit differentiam eſſe inter ſcientiam, & opinionem. Secundo oſtendit quid pertineat ad ſcientiam, ibi {Quoniam quidem ſcientia, &c.} Tertio quid pertineat ad opinionem, ibi {Sunt autem quædã vera, &c.} Dicit ergo primo, quòd ſcientia differt ab opinione, & ſimiliter ſcibile, quod eſt obiectum ſcientiæ differt ab opinabili, quod eſt obiectũ opinionis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nam ſcientia quidem vniuerſalis eſt cognitio, & per neceſſaria comparatur, neceſſarium autem aliter ſe habere non poteſt.*

ANTI. *Quoniam ſcientia vniuerſalis, & per neceſſaria eſt. Neceſſarium autem non contingit aliter ſe habere.*

Oſtendit quid pertineat ad ſciẽtiam, & ponit duo ad eam pertinere, quorũ vnum eſt ꝙ ſit vniuerſalis. Non.n. Lect. 42. ex. Secundę. eſt ſciẽtia de ſingularibus & ſub ſenſu cadentibus & hoc ſupra manifeſtatũ. Et aliud eſt ꝙ ſcientia eſt per neceſſaria. Et exponit quid ſit neceſſariũ. ſ. illud quod nõ contingit aliter ſe habere. Et hoc etiã eſt ſupra manifeſtũ, ꝙ Lect. 13. ex. 3.4. demonſtratio procedat ex neceſſarijs. Deinde cũ dicit.

At ſunt quædam vera quidem, & numerantur inter ea, quæ ſunt, tamen & aliter ſeſe habere poſſunt. Patet igitur circa hæc non eſſe ſcientiam. Nam ea non poſſent aliter ſe habere, quæ aliter ſe habere poſſunt. At vero neq; intellectum. Intellectum enim principium ſcientiæ dico, neq; ſine demonſtratione ſcientiam. Quæ quidem eſt exiſtimatio vacantis medio propoſitionis. Eſt autem intellectus verus, & ſcientia, & opinio, & id, quod per hæc dicitur. Quare reſtat opinionem eſſe circa id, quod verum quidem eſt, aut falſum aliter autem ſe habere poteſt. Hæc autem eſt exiſtimatio vacantis medio, & non neceſſariæ propoſitionis. ARGY.

Sunt autem quædam vera contingentia aliter ſe habere. Manifeſtum igitur eſt quòd circa hæc ſcientia non eſt. Eſſet, enim vtiq; impoſſibile aliter ſe habere, poſſibile aliter ſe habere. At vero neq; intellectus, Dico enim intellectum principium ſcientiæ, Neque enim ſcientia eſt indemonſtrabilis. Hæc autem opinio eſt immediatæ propoſitionis. Verus eſt enim intellectus & ſcientia & opinio, & quod per hoc dicitur. Quare relinquitur opinionem eſſe circa verum quidem, aut falſum ſed contingens eſt & aliter ſe habere. Hæc autem eſt acceptio immediatæ propoſitionis, & non neceſſariæ. ANTI. Vide in annot. vide in annot.

Oſtendit quid pertineat ad opinionem. i. quòd ſit circa contingentia aliter ſe habere, ſiue in vniuerſali ſiue in particulari. Et hoc probat tripliciter. Primo quidem per modũ diuiſionis ꝙ præter vera neceſſaria quæ non contingunt aliter ſe habere, ſunt quædam contingentia vera, quæ contingunt aliter ſe habere. Manifeſtum eſt autem hoc ex prędictis ꝙ circa huiuſmodi nõ eſt ſcientia, quia ſequeretur ꝙ contingentia non poſſent aliter ſe habere. Circa talia.n. eſt ſcientia, vt iam dictum eſt. Similiter etiã non poteſt dici, ꝙ eorum ſit intellectus, & accipimus hic intellectum non ſecundum ꝙ intellectus dicitur quædam potentia animę, ſed ſecundum ꝙ eſt principium ſciẽtiæ. i. ſecundum ꝙ eſt habitus quidam primorum principiorum ex quibus procedit demonſtratio ad cauſam ſcientiam. Et ideo ad exponendum quid ſit iſte intellectus, qui eſt principium, ſubdit {neq; ſciẽtia indemonſtrabilis eſt}. ſ. eorũ, quæ contingunt aliter ſe habere, ac ſi dicat ꝙ intellectus nihil aliud ſit, quàm quædam ſcientia indemonſtrabilis. Sicut.n. ſcientia importat certitudinem cognitionis per demõſtrationem acquiſitam ita intellectus importat certitudinem cognitionis abſq; demonſtratione, non propter defectum demonſtrationis, ſed quia id, de quo certitudo habetur, eſt indemonſtrabile, & per ſe notum. Et ideo ad hoc exponendũ ſubdit, ꝙ ſcientia demonſtratiua nihil aliud eſt, quàm certa exiſtimatio immediatæ propoſitionis. Quod autem intellectus ſit ſcientia indemonſtrabilis patet ex hoc ipſo, quod dicit, ꝙ eſt principium ſcientię. Cum.n. ſcientia ſit neceſſariorum, & neceſſaria nõ concludantur niſi ex neceſſarijs, vt ſupra probatum eſt, neceſſe eſt, ꝙ intellectus qui eſt principium ſcientiæ non ſit contingentiũ. Oſtenſo ergo, ꝙ neq; ſcientia neq; intellectus ſunt contingentium, ponit quandam diuiſionem. Et dicit, quòd contingit verum eſſe, & intellectum, & ſcientiã, & opinionem, & quod per hoc dicitur. i. quod enũtiatur voce per intellectum, & ſcientiam, & opinionem veram. Eſt.n. verum & in cõpoſitione & diuiſione intellecte, & in enunciatione exteriori inquantum ſignificant interiorem veritatem opinionis, ſcientiæ, vel intellectus. Si ergo cuiuſlibet veri vel eſt intellectus, vel ſciẽtia, vel opinio, & ſunt quædam vera contingentia, quorum non eſt neq; ſcien- Lect.13. Primo Peri Her. le.3.6. meth. le. vl. 3.de Anima lec.11.

tia

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia neq; intellectus, relinquitur ꝙ circa huiusmodi sit opinio, siue sint actu vera, siue sint actu falsa, dūmodo possint aliter se habere. Et ad exponendum quid sit opinio subiungit, ꝙ opinio est acceptio.i. existimatio quædam immediatæ propositionis & non necessariæ. Quod potest duobus modis intellig. Vno modo sic, quia propositio immediata in se quidem sit, necessaria, sed ab opinante accipiatur vt non necessaria. Alio modo vt sit in se contingens. Dicitur.n. immediata propositio, quæcunq; per aliquod medium probari non potest, siue sit necessaria, siue non necessaria. Ostensum est.n. supra, ꝙ non proceditur in infinitum in prædicationibus, neq; quantū ad media, neq; quantum ad extrema, & hoc nō solum analeticę in demonstrationibus, sed etiam logicæ communiter quantum ad syllogismos. Si ergo sit aliqua propositio contingens mediata, oportet ꝙ reducatur ad aliquas immediatas. Non aūt reducitur ad immediatas necessarias, quia necessaria nō sunt principia contingentiū, neq; ex necessarijs potest cōcludi cōtingens. Vnde relinquit, ꝙ sit aliqua propositio immediata contingens, & aliqua mediata. Sicut homo nō currit est mediata, potest.n. probari per hoc mediū. Homo nō mouetur, quæ etiam est cōtingens, sed immediata. Existimatio ergo talium propositionū cōtingentiū immediatarū est opinio, sed per hoc non excluditur quinetiam acceptio propositionis cōtingētis mediatę sit opinio. Sic.n. se habet circa cōtingentia, sicut scientia, & intellectus, circa necessaria. Secundo ibi.

ARGY. *Atque hoc consentaneum est etiam ijs, quæ apparent. Tam enim opinatio, quàm talis natura incertum est sane.*

ANTI. *Et confessum autem est sic apparentibus. Opinio enim incertum est, & natura huiusmodi est.*

Probat idem per id, quod cōmuniter apparet. Et dicit quòd id, quod dictū est. s. opinionem esse contingentium, est quoddam confessum.n. consentaneum his, quæ apparent. Opinio enim videtur sanare aliquid debile, & incertum, & videtur esse aliqua talis natura, quæ habeat in se imbecillitatem, & incertitudinem. Tertio ibi.

ARGY. *Nemo præterea tum opinari quippiam arbitratur, cū illud putat aliter se habere non posse, sed scire. Sed cū esse quidem sic putat, existimat aūt & aliter se habere posse, nihil prohibet illum tum opinari, propterea quod rei quidem talis opinio est, necessariæ vero scientia.*

ANTI. *Adhuc autem nullus opinatur probare, cum opinetur impossibile aliter se habere, sed scire. Sed aliquando quidem esse sic, sed tamen nihil aliter prohibet, tunc probare, tanquàm huiusmodi quidem opinionem esse, sed necessarij scientiam.*

Probat idem per experimentū. Nullus.n. qñ opinatur ꝙ impossibile sit aliter se habere, reputat se opinari, sed tūc reputat se scire. Qñ aūt opinatur ꝙ sic est, & ꝙ nihil prohibeat aliter se habere, reputat se opinari, ac si opinio sit talis.s. cōtingētis, scia aūt necessarij. Deinde cū dicit.

ARGY. *Quo igitur fit, vt idem vnus opinetur, alius sciat, & cur opinio non erit scientia, si quispiam posuerit fieri posse, vt de eodem omni opinio habeatur, quod scit? Proficiscetur enim & ipse qui scit, & ipse qui opinatur per media, quousq; peruenias ad ea, quæ medio vacant. Quare si ille scit, & qui opinabitur, scit. Fieri enim potest vt quemadmodum ipsum esse scit, & ipsum propter quid est opinetur. Hoc autem constat ipsum medium esse.*

ANTI. vide in annot. *Qualiter igitur est idē opinari, scire, & quare non erit opinio, scientia, & siquis posuerit esse. aut nihil cōtingere opinari, consequetur quòd hoc quidem sciens, ille vero opinans per media quousq; ad immediata veniat. Quare siquidem ille sciuit, & opinans sciuit. Sicut enim & quia est opinari, & propter quid. Hoc autem medium est.*

Mouet dubitationē circa præmissa. Et primo mouet dubitationes. Secūdo soluit, ibi {Aut siquidem sit, &c.} Circa primū mouet duas dubitationes, quarū vna est de opinabili, & scibili. Si opinio est cōtingentis, scientia vero necessarij, nō est idem necessariū & contingens. Ergo remanet dubiū qualiter possit homo aliquid idem opinari & scire. Secunda dubitatio est de scīa & opinione, quare opinio nō sit scientia. Si tū aliquis ponat ꝙ de omni cognito possit esse opinio. De quolibet.n. cognitio potest homo opinari ꝙ possit aliter se habere, nisi forte de primis principijs per se notis, quorū contraria nō cadunt in existimatione, de quibus tū non est scientia. Sed circa omnia mediata quorū est demonstratio, & scientia, potest aliquis existimare ꝙ possibile sit aliter se habere, & ita potest ea opinari. Non.n. opinio est solum de his, quæ sunt contingentia in sui natura, quia ſm hoc non omne quod quis nouit cōtingeret opinari. Sed opinio est de his, quæ accipiuntur vt cōtingentia aliter se habere, siue sint talia siue non. Hoc ergo suppposito, videtur ꝙ sit idem scientia & opinio quia tam sciens, quā opinans cōsequuntur scientiam & opinionem per aliqua media quousq; perueniant ad aliqua immediata, sicut ex dictis patet. Vnde si aliqs sit procedens per media ad immediata habet scientiam. Quod aūt opinio per media veniat ad immediata, manifestat per hoc, quia sicut contingit opinari quia ita est, ita contingit opinari propter quid sit ita. Hoc aūt quod dico propter quid, significat medium. Vnde patet, ꝙ opinio potest procedere per mediū ad immediata, siue opinio sit eorū, quæ in natura sunt contingentia, siue sit eorum, quæ accipiuntur vt cōtingentia. Deinde cū dicit.

ARGY. *An si existimauerit quidē ea, quæ aliter se habere nequeunt, perinde atq; habēt diffinitiones habere, per quas ipsæ demonstrationes conficiuntur, sciet, non opinabitur. Sin autem vera quidem esse crediderit, nō tamen hæc ipsis putauerit competere ratione substantiæ atque formæ, opinabitur, si vere sciet: Atq; si per ea quidem, quæ medio vacant processerit, ipsum esse, & propter quid est opinabitur. Sin vero non per ea, quæ vacant medio, tantum ipsum esse opinabitur.*

ANTI. *Aut siquidem sic arbitratur non cōtingentia aliter se habere, sicut habent diffinitiones, per quas sunt demonstrationes, non opinabitur, sed sciet. Si autem vera quidem esse, non tamen hoc ipsis inesse secundū substantiam, & speciem, opinabitur, & nō sciet vere, & quia, & propter quid, siquidem per immediata opinabitur. Si vero non per immediata, solum ipsum quia opinabitur.*

Dubium de opinabili & scibili.

Soluit prædictas dubitationes. Et primo secundā, quę est de identitate scientię & opinionis. Secundo primam, quæ est de idētitate sciri & opinati, ibi {Eiusdē aūt, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ si aliquis ꝓceedat per media ad immediata, ita ꝙ illa media nō arbitretur vt cōtingentia aliter se habere, sed arbitretur ea sic habere sicut diffinitiones, quæ sunt per media, per quæ demonstrationes procedunt, neq; erit opinio, sed scientia. Si aūt aliquis procedat vsq; ad immediata per aliqua media vera, quæ tū vel nō iam illis, de quibus dīt per se, sicut diffinitiones, quæ prædicantur substātialiter & significant speciem rei, vel nō accipiat ea, quæ sic insunt tunc habebit opinionem, & nō sciet vere, quia & ꝓpter quid simul, si tū procedat vsq; ad immediata, tunc.n. per immediata opinabitur, & nō sciet. Si vero nō procedat per immediata, sed per mediata, tunc nō opinabitur ꝓ quid, sed opinabitur solum quia.

quia. Nam & scientia, quę nō est propter quid & immediata, nō est scientia ꝓ quid, sed quia. Deinde cū dicit.

ARGY. *Opinio nanq; scientiaq; nō omnino eiusdem est. Sed ut est, & vera, & falsa, modo quodā eiusdem opinio, sic & scientia, & opinio est eiusdem. Et.n. quemadmodum quidem opinionē veram, ac falsam (inquiunt quidam) eiusdem esse accidunt, aliaq; absurda, & non opinari quempiam quod opinatur falso. Sed cū multipliciter idem dicatur, partim esse potest, partim esse non potest. Nam opinari vere diametrum commensurabilem esse, absurdū est sane, sed sic est eiusdem, quia diameter, circa quem sunt ipsæ opiniones est idem. Vtriusq; tamen ratio non eadem est. Pari modo scientia eiusdē esse, atq; opinio potest. Illa nanq; sic erit animalis existimatio, vt fieri nō possit, veluti si illa quidem existimatio sit homini substantiæ ratione competere. Hæc aūt homini quidem, sed non illo competere modo. Idem est.n. id circa quod vtraq; sit. Est.n. homo, sed modus nō est idem, vt patet. Ex his aūt emergit fieri non posse, vt simul idem opinetur quispiam ac sciat. Nam simul existimationem haberet, & aliter & nō aliter idem esse habere. Quod quidem fieri nequit. Etenim fieri quidem potest, ut in alio atq; alio sit eiusdem vtrunque, sicuti diximus, sed in eodem si hoc pacto fieri nequit. Haberet enim simul existimationem hominem per se animal esse, & non per se animal esse. Quorum primum est non posse, secundum sit posse hominem non animal esse.*

ANTI. vide in annot. *Eiusdem autem opinio & scientia non penitus est. Et sicut falsa, & vera eiusdem quodammodo est, sic & scientia & opinio eiusdem. Opinionem.n. verā, & falsam, sicut dicunt quidam, eiusdē esse, inconuenientia accidit appetere alia, & nō opinari quod opinatur falso. Quoniam autem idem multipliciter dicitur, est sicut contingit, est autem sicut non. Commensuratum.n. esse diametrū costæ vere opinari inconueniens est, sed quòd diametros, circa quam sunt opiniones, idem, sic eiusdem est. Sed quòd aliquid erat esse vnicuiq; secundum rationem non idem est. Similiter aūt & scientia, & opinio eisdem est. Hoc quidē .n. sic animal est, quòd non est contingere non esse animal, sed illa quidem quod est contingere. Vt si hoc quidē, quod vere hominis, illa vero hominis est quidē non autem veri hominis. Idem.n. est quia homo, hoc autem non sic idem. Manifestum aūt ex his est, quod neq; opinari simul idem & scire contingit. Simul.n. utiq; haberet opinionē aliter habendi & non aliter idem esse, quod vere nō contingit. In alio.n. unumquodq; esse cōtingit eiusdē, sicut dictū est, sed in eodē nihil sic pōt esse. Haberet.n. opinionē simul, ut quòd hō esset quòd vere est animal, hoc.n sic contingere.*

Soluit primam dubitationē, quæ est de idētitate sciti & opinati. Vbi cōsiderandū est, ꝙ non est inconueniens, id quod est scitū ab vno, esse opinatū ab alio, quia quod vnus accipit, vt impossibile aliter se habere quasi scitū, aliter accipit vt contingens aliter se habere quasi opinatum. Sed ꝙ idem homo de eodem simul habeat opinionem & scientiā, non est verū omnino, sed aliquo modo. Sicut.n. falsa opinio & vera opinio possunt esse de eodē quodammodo, sed non simpliciter, sic etiam est de opinione & scientia. Si quis.n. diceret, ꝙ opinio vera & falsa essent pēnitus de eodem, sicut aliqui dīt, puta illi qui dicebant ꝙ omne quod alicui vī est verū, vt dicitur in. 4. Metaphy. si ille qui sic diceret, vellet consequi aliqua inconuenientia, & multa quidē alia quę posita sunt in. 4. Metaphy. quæ consequuntur ex hoc, ꝙ aliquis dicit idē esse verū & falsum, & specialiter hoc inconueniens cōsequeretur ei, ꝙ nulla opinio esset falsa, & ꝙ ille qui opinat falsa, non opinaretur. Nō ergo pōt dici ꝙ vera opinio & falsa sint eiusdē simpliciter. Sed quia idem dī multipliciter, cōtingit quodammodo opinionem veram & falsam esse eiusdem, & quodāmodo non. Si.n. accipiatur idem subiectum ſm rem, de quo sunt opiniones, sic de eodē potest esse opinio vera & falsa. Si aūt accipiatur idē esse ipsum enunciabile opinatū, sic hoc est impossibile. Puta diametrum esse cōmensurabilem lateri quadrati opinatur aliquis falsa opinione, & incōueniēs est dicere, ꝙ hoc enunciabile aliquis opinetur vera opinione. Sed ſm ꝙ accipimus ipsum subiectū enunciabile diametrū, sic eiusdē potest esse opinio vera & falsa. Nam circa diametrū, vnus vere opinatur ꝙ sit vere incōmensurabilis, alius falsę, ꝙ sit cōmensurabilis. Et sic manifestū est, ꝙ id, de quo est opinio & scientia, & si sit idem subiecto, non tū est idem ſm rōnem. Est.n. idem subiecto diametrū commensurari, & diametrū nō cōmensurari, quia subiectū vtriusq; enunciabilis est idem, tū manifestū est, ꝙ ratione differt diameter, ſm ꝙ accipitur vt commensurabilis, & ſm ꝙ accipitur incommensurabilis. Et sic opinio vera & falsa possunt esse eiusdē subiecti, non aūt eiusdem ſm rōnem. Similiter est etiam de scientia & opinione. Nam scientia quidē est de hoc ꝙ aliquis sciat animal, ita tū ꝙ non contingat id non esse animal, sed opinio est de hoc ꝙ aliquis scit animal, ita tū ꝙ contingat illud nō esse animal. Puta si scīa sit ꝙ homo vere sit id quod est animal, & sic impossibile sit se hīe, opinio vero sit de hoc ꝙ homo nō vere sit id quod est animal, & per hoc cōtingat aliter se habere. Manifestū est.n. ꝙ idem est subiectū, & scitū, & opinatū quod est homo, sed nō est vt idem rōne. Sic ergo ex dictis manifestū est, ꝙ non cōtingit oīno simul idē scire & opinari, quia simul homo haberet existimationem ꝙ posset aliter se hīe, & ꝙ nō posset aliter se habere. Sed in alio homine hoc cōtingit, ꝙ de eodem vnus habet scientiam, & alius opinionem, sicut dictū est. In eodem vero homine nō contingit rōne iam dicta. Deinde cū dicit.

ARGY. *De reliquis autem, quo nam pacto distribuenda sint, de mente inquam, de intellectu, de scientia, de arte, de prudentia de sapientia, alijs in locis pertractabitur. Quædam enim ipsorum ad Naturalem, quædam ad morum magis pertinent contemplationem.*

ANTI. *Reliqua autem, quomodo oportet distribuere in rationem, & intellectum, & scientiam, & artem, & prudentiam, & sapientiam, hæc quidem physicæ, illa vero ethicæ speculationis magis sunt.*

Comparat scientiā ad aliquos habitus qui se hūt ad verum. Et primo ad illos habitus, qui sunt de conclusionibus. Secundo ad habitū qui specialiter respicit medium, ibi {Solertia autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ reliqua ab opinione ad cognitionem pertinentia, quomodo distinguantur in rōnem & intellectū, & scīam, & artem, & prudentiam, & sapientiā, quantum ad aliquid, pertinent ad considerationē Philosophiæ. i. vel etiam Philosophiæ naturalis, quantum aūt ad aliquid ad cōsiderationem Philosophiæ moralis, quæ dicitur ethica. Ad cuius euidentiam sciendū est, ꝙ Arist. in. 6. Ethi. ponit quinque, quæ se hūt semper ad verū. s. artem, scīam, sapientiā, prudentiam, & intellectū, subiungens duo, quæ se hūt ad verum & falsum. s. suspitionem & opinionē. Prima aūt quinq; se hūt solum ad verū, quia important rectitudinem rōnis. Sed tria eorū. s. sapientia, scientia, & intellectus importāt rectitudinem cognitionis circa necessaria. Scientia quidem circa cōclusiones, intellectus aūt circa principia, sapientia aūt circa altissimas causas, quę sunt causę diuinę.

Alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alia vero.s.ars & prudentia important rectitudinem rationis circa cõtingentia. Prudentia quidem circa agibilia.i.circa actus, qui sunt in operante, puta amare, odire, eligere & hmõi quæ pertinẽt ad actus morales, quorum etiã est directiua prudentia. Ars aũt importat rectitudinem rõnis circa factibilia.i.circa ea, quæ aguntur in exteriorẽ materiã, sicut est fecare & alia hmõi opera, in quibus dirigit ars. Hic aũt addit rõnem, quo pertinet ad deductionem principiorum in conclusiones. Determinare quidem de sapiẽtia quid sit, & quomodo se habeat & de scientia, & intellectu, & arte, pertinet aliqualiter ad Philosophiam primam. Prudentia vero pertinet ad considerationem moralem, intellectus, & ratio, s̃m quòd significant potentias quasdam, pertinent ad considerationem naturalem, vt patet in lib. de Anima. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Solertia vero bona quædã est coniectatio medij in tempore admodũ breui, veluti si quispiã hoc viso lunam eam partem, quę est versus solem, lucidam semper habere, cito perceperit, propterea id ipsum effici, quod lumen ex sole suscipiat luna, aut si viso paupere diuitem adeunte, hoc illũ propterea facere, quòd mutuo argentũ accipit, intellexerit, aut si cognouerit cur hi sunt amici quia sunt eiusdem hominis inimici. Omnes.n. medias causas qui vidit, extrema cognouit. Lucidam partem versus solem habere sit A. solis lucere lumine sit B, luna sit C. Igitur ipsum B, id est solis lucere lumine cõpetit C, ipsi inquam lunæ: at ipsum A lucidam inquã semper versus solem habere partem ipsi B inest, quare sit vt A per B medium ipsi competat C.*

ANTI. *Solertia autem est subtilitas quædam in non perspecto tempore medij inueniendi, vt si aliquis videns quòd splendorem semper habet à sole luna, statim intellexit propter quid hoc sit, quia propter id, quòd illustratur à sole, aut disputãtem cũ diutte, cognouit quoniã accõmodatus est, aut propter id quod amici sunt, quia inimici eiusdẽ sunt. Oẽs.n causas medias videns cognouit & vltimas. Splendidũ esse à sole sit in quo A, lucere à sole B, luna C. Inest aũt lunę quidẽ C ipsi B quod est lucere à sole, ipsi aũt B A, quod est hoc esse splẽdidũ à quo splẽdor, quare et ipsi C A per B.*

Facit mentionẽ de habitu, qui ipe aliter respicit mediũ. Et dicit, q̃ solertia est quædã subtilis & facilis coniecturatio medij, p̃p quod aliquid euenit, & hoc qũ nõ habet maximũ rẽpus ad perspiciendũ vel deliberãdũ, sicut si aliquis videns q̃ semper luna qũ conuertit̃ opposita ad solem, splẽdorẽ habet per totũ, statim intellexit p̃p quid hoc sit. s.quia illustrat̃ à sole. Et fit̃ in actibus humanis. Si aliquis videat aliquẽ p̃ superẽ altercantem cum aliquo diuite, cognoscit, q̃ ille diues accõmodauit ei aliquid, & altereatur de redditione. Vel si aliquis vidẽs aliquos, qui prius fuerant inimici, eos esse factos amicos, cognouit & p̃p quid hoc sit, quia .s. sunt inimici eiusdem. Et q̃ cognoscere mediũ sit cognoscere p̃p quid manifestat. 2. Primo quidẽ per rõnem, quia talis solers videns oẽs cãs, medias, cognouit & vltimas, in quas sit vltima resolutio, per quas cognoscitur p̃p quid. Secundo manifestat per exemplũ ordinatũ in syllogismo. Vt ponamus lunã esse c, i. minorẽ extremitatẽ, sed esse splendidũ per oppositionẽ ad solem sit a maior extremitas, sed illuminari à sole sit b, i. mediũ c.n. est b. i. luna habet lumen à sole, & a inest ipti b, quia quod habet lumen à sole splendet cõuersum ad solem, & sic probat̃ q̃ a insit ipti c per b. Vnde patet q̃ solertia est quædã perspicacitas velociter apprehẽdendit mediũ, qđ cõtingit ex naturali aptitudine, & ẽt ex exercitio. Possit aut diuersa exẽpla solertiæ, vt ostẽdat q̃ in oĩbus p̃dictis habitib. s. prudẽtia, & sapiẽtia, &c. possit esse solertia.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER SECVNDVS.

Cum S. Thomæ Aquinatis Expositione.

LECTIO PRIMA.

Quatuor eorum, quæ scimus, quæstiones esse, quæ omnes ipsius medij esse ostenditur.

ARGY. *EA, quæ quæruntur, tot sane profecto, quot sunt ea, quæ scimus. Quærimus aũt̃ quatuor, esse, propter quid est, si est, atque quid est.*



ANTI. vide in annot. Tex. comm. 1. *VARIATIONES Sunt æquales numero his, quęcunq; uere scimus. Quærimus aũt quatuor, quia, propter quid, si est, quid est.*

POstquam Philosophus in primo li. determinauit de syllogismo demonstratiuo, in hoc lib. intendit determinare de principijs eius. Est aũt duplex principium demõstratiui syllogismi. s. mediũ eius, & primæ propositiones indemonstrabiles. Diuiditur ergo liber iste in duas partes. In prima determinat de cognitione medij in demonstrationibus. In. 2. de cognitione primarum propositionum, ibi {De principijs aũt qua liter fiunt cognita, &c.} Quia.n. in primo libro habitũ est, quòd omnis doctrina & disciplina fit ex præexistenti cognitione, in demonstrationibus aũt cognitio conclusionis accipitur per aliquod mediũ, & per primas propositiones in demonstrabiles, residuũ erat inuestigare qualiter ista cognoscantur. Prima aũt pars diuiditur in duas partes. In prima inuestigat quid sit mediũ in demonstrationibus. In. 2. parte inquirit, quomodo illud mediũ nobis innotescat, ibi {Quomodo aũt quod quid est ostenditur.} Quia vero medium in demonstrationibus assumitur ad aliquid innotescendũ, de quo poterat esse dubitatio vel quęstio, ideo circa primum duo facit. Primo.n. ponit numerum quęstionum. Secundo, ex ipsis quęstionibus inuestigat propositũ, ostendens qualiter quæstiones pertineant ad medium demonstrationũ, ibi {Quærimus aũt, cum quæramus.} Circa primum tria facit. Primo enumerat quæstiones. Secundo manifestat compositas quæstiones, ibi {Cum quidem.n. vtrum hoc.} Tertio simplices, ibi {Quædam aũt alio modo.} Dicit ergo primo, q̃ æqualis est numerus quæstionum, & eorũ, quę sciuntur. Cuius ratio est, quia scientia est cognitio per demonstrationem acquisita. Eorum autẽ oportet per demonstrationem cognitionẽ acquirere, quæ ante fuerint ignota, & de his quęstiones facimus, quę ignoramus. Vnde sequitur quòd ea, quæ quæruntur sint æqualia numero his, quæ sciuntur. Quatuor autem sunt, quæ quæruntur. s. quia, propter quid, si est, & quid est, ad quę quatuor reduci potest quicquid est quæribile, vel scibile. Diuidit autem in. 1. Topicorum quæstiones siue problemata aliter in quatuor, quæ omnia cõprehenduntur sub vna harum quæstionum, quæ dicitur quæstio quia. Non enim intendit

Lectio. 1

Lectio. 2.

Capi. 8. Responsiua. 2. ob.

intendit ibi nisi de quæstionibus ad quas dialectice disputatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nam cum quærimus vtrum hoc, an hoc sit, plura complectentes hoc pacto, vtrum sol deficiat, an nõ deficiat, esse tum. quærimus. Cuius id indiciũ est. Hoc.n. inuento, solem inquã ipsum deficere, statim cessamus. Atq; si à principio solem deficere scimus, non quærimus vtrum deficiat sol.*

ANTI. *Cum quidem enim vtrum hoc, aut hoc sit quærimus in numerum ponentes, vt vtrum sol deficiat, aut non, ipsum quia quærimus. Signum est. Inuenientes enim quia deficit, pausamus. Et si in principio sciremus, quia deficeret, non quæreremus vtrum deficeret.*

Manifestat propositas quæstiones, & primo compositas. Ad cuius euidentiã considerandũ est, q̃ cum scientia non sit nisi veri, verum aũt significatur solũ per enunciationem, oportet solam enũciationem esse scibilem, & per consequens quæribilem. Sicut aũt in. 2. Peri hermenias dicitur, enunciatio dupliciter formatur. Vno quidẽ modo ex nomine & verbo absq; aliquo opposito, vt cũ dicitur homo est. Alio modo qñ aliquid tertiũ adiacet. vt cũ dicitur, homo est albus. Potest ergo ratio formata referri, vel ad primum modum enunciationis, & sic erit quasi quæstio simplex, vel ad s̃m modũ, & sic erit quæstio quasi compositа, vel in numerum ponens, quia videlicet est quæstio de compositione duorum. Circa hunc ergo modum enunciationis duplex quęstio formari potest. Vna quidem an hoc sit verũ quod dicitur. Et hanc quæstionem primo exponit dicens, quòd cũ de aliqua re quærimus, vtrũ illa res sit hoc aut illud, sic quodammodo ponimus in numerũ accipiendo. s. duo, quorum vnũ est prędicatum, & aliud subiectum. Puta cum quærimus vtrum sol sed deficiens per eclypsim, vel non, & vtrũ homo sit animal, vel non, tunc dicimur quærere quia, non ita q̃ hoc quod dico quia, sit nota, vel signum interrogationis, sed quia ad hoc quærimus, vt sciamus quia ita est. Cuius signũ est, quia cũ inueniremus per demonstrationem, quiescimus à quærẽdo, & si in principio hoc sciuissemus, nõ quæreremus vtrũ ita sit. Inquisitio aũt nõ cessat, nisi habito eo, qđ quęrebat. Et ideo cũ quæstio, qua quærimus vtrũ hoc sit hoc, cesset habito q̃ ita est, manifestum est, quid hmõi quęstio quærit. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Cum autem scimus esse, tum propter quid est dicere consueuimus, deficere nanq; solem, terramq; moueri scientes, cur deficit quærimus, aut mouetur. Atq; hæc pacto.*

ANTI. *Cum autẽ scimus ipsum quia, ipsum propter quid quærimus, vt scientes quia deficit luna, & quia mouetur terra, propter quid deficit, & propter quid terra mouetur, quærimus. Hoc quidem igitur sic.*

Manifestat consequentem quæstionem, quæ etiam in numerum ponit, & dicit q̃ cum scimus quia ita, est quęrimus propter quid ita sit, puta cum scimus quia sol est deficiẽs per eclypsim, & q̃ terra est mota in terremotu, quærimus propter quid sol deficiat, aut propter quid terra moueatur. Hoc ergo quærimus ponentes, scilicet in numerum. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quædam alio quærimus modo. Quærimus enim si sit, an non sit centaurus, aut Deus, si sit autem nec ne simpliciter dico, sed non si albus sit, aut non albus. Hoc præcepto, & Deum inquam esse, vel hominem, quid est postea quærimus, vt quid est Deus, quid homo. Hæc igitur, & tot sunt, quæ quærere conuenimus, & quæ iam scimus inuenta.*

ANTI. *Quædam autem alio modo quærimus, vt si est, aut non est centaurus, aut Deus. Hoc autem si est, aut non est, simpliciter dico, sed non si album est, aut non. Cognoscentes autem quia sunt quid est quærimus, vt quid est Deus, aut quid est homo. Quæ quidem igitur quærimus, & quæ inuenientes scimus, hæc, & tot sunt.*

Manifestat alias duas quæstiones, quę non ponunt in numero, sed sunt simplices. Et dicit q̃ quædam quærimus alio modo à prædictis quæstionibus. s. non ponẽtes in numerũ. Vtpote si quęramus an sit cẽtaurus, vel non, hic simpliciter quærimus de centauro an sit, non autem quæritur an centaurus sit hoc, puta album vel non, & sicut scientes quia hoc est illud, quęrebamus propter quid, ita etiam scientes de aliquo, quia est simpliciter, quærimus quid sit illud, puta quid est Deus, aut quid est homo. Hæc igitur & tot sunt illa, quæ quærimus, quæ cum inuenerimus, dicimur scire. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum autem quærimus esse, aut si est simpliciter, tum si sit, nec ne ipsius medium quærimus. Atque cognito vel esse, qui quidem modus aliqua ex parte rei complectitur quæstionem, vel si est, quod quidem simplex est rei quæstio rursus propter quid est, aut quid est quærimus, quid nam sit tunc ipsum medium quærimus.*

ANTI. *Quærimus autem, cum quæramus quia, aut si est simpliciter, vtrum sit medium ipsius, aut non. Cum autem cognoscentes aut quia est, aut si est, aut in parte, aut simpliciter, iterum propter quid quærimus, aut quid est, tunc quærimus quid sit medium.*

Ostendit qualiter prędictæ quęstiones se habeant ad mediũ. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod in intendit. Secũdo manifestat quod dixerat, ibi {Dico aũt quia.} Tertio probat propositum, ibi {Contingit autem itaq; in omnibus quæstionibus, &c.} Circa primũ sciendum est, q̃ prædictarum quatuor quæstionum, quarum duæ ponunt in numerũ & duæ non ponunt, primã vtrarumq; in vnam coordinat. s. quęstionem quia, & quęstionem an est. Et dicit, q̃ cum quęrimus, quia hoc est hoc, aut cum quęrimus de aliquo simpliciter si est, nihil aliud quærimus, quàm vtrũ aliquod medium ipsius, quod quęrimus, sit inuenire, vel non. Quod nõ dicitur s̃m ipsam formã quæstionis. Non.n. cum quæro an sol eclypsetur, vel an homo sit, ex ipsa forma quæstionis quæro an sit aliquod medium, quo possit demõstrari solem eclypsari vel hominem esse, sed si sol eclypsatur, vel homo est, consequens est, q̃ sit aliquod medium inuenire ad demonstrandũ ista quæ quæruntur. Non.n. fit quæstio de immediatis, quæ & si vera sunt, non tñ habent mediũ, quia huiusmodi cũ sint manifesta, sub quęstione non cadunt. Sic ergo qui querit an hoc sit hoc, vel an hoc sit simplex ex cõsequenti quærit an sit huiusmodi medium. Quæritur.n. in quæstione si est, vel quia est, an sit id quod est medium, quia id quod est medium est ratio eius, de quo quæritur an hoc sit hoc, vel an simpliciter, vt infra dicetur. Non tñ quæritur sub ratione medij. Contingit autẽ inuento quod quæritur per duas quæstiones, cognoscere aut quia est, aut si est, quorũ alterum est cognoscere esse simpliciter, alterum esse in parte, sicut cũ cognoscimus q̃ homo est albus, quia esse album nõ significat totaliter esse hominis sed significat ipsum esse aliquid. Et ideo cũ homo sit, albus non dicitur esse simpliciter, sed esse s̃m quid. Sed cũ dicit homo est, significatur ipsum esse simpliciter, & cum homo sit ens, dicitur generari simpliciter. Cum ergo cognito quia est, quærimus propter quid est, aut cognito si est, quærimus quid est, tunc quærimus quid sit medium. Et hoc similiter est accipiendum non secundum formã quæstionis, sed secundum inconcomitantiam. Nõ enim qui quærat causam propter quam sol eclypsatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eclypſatur, quærit ipſam vt medium demonſtrans, ſed quærit id quod eſt medium: quia conſequens eſt, vt hoc habito poſſit demonſtrare. Et eadem ratio eſt de quæſtione quid eſt. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque modũ tum aliqua ex parte rei queſtionem complecti dico, cũ hoc dicitur pacto. Deficit ne luna, aut accreſcit? tum enim, vt patet, ſi quippiam competat, inſitq; cuipiam, quæritur. Simplicem hanc quæſtionem appello, eſt ne luna, vel nox, vel dies?*

ANTI. *Dico autem quia aut ſi eſt in parte, aut ſimpliciter. In parte quidem igitur, vtrum deficit luna, aut augetur? Si enim eſt aliquid, aut non eſt aliquid in huiuſmodi inquirimus. Simpliciter autẽ eſt, ſi eſt aut non eſt luna, aut nox?*

Manifeſtat quod dixerat, ꝙ quia eſt, & ſi eſt, differunt ſicut in parte & ſimpliciter. Cum.n.quærimus vtrũ luna deficit, aut vtrum augetur, eſt queſtio in parte. In hmõi enim queſtione quærimus ſi luna eſt aliquid, puta ſi defi ciẽs, aut aucta, vel nõ. Sed cũ quærimus an luna ſit, ſiue an nox ſit, eſt queſtio de eſſe ſimpliciter. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Fit igitur, vt omnibus in quæſtionibus quæratur, aut ſi ſit medium, aut quidnam medium ipſum ſit. Cauſa enim eſt ipſum medium, atq; vniverſis hæc quæritur, deficit ne luna? eſt ne huius aliqua cauſa? Poſtea cognito hoc, cauſam inquam aliquã eſſe, quid nam ſit illa cauſa quærimus. Cauſa.n. tam eſſendi ſimpliciter, quàm eſſendi quippiam eorum, quæ vel per ſe, vel per accidens competunt, ipſum medium eſt. Atq; ſimpliciter eſſe dico ſubiectũ ipſum, vt lunam, aut ſolem, aut terram, aut triangulum quippiam eſſe, vt defectionem ſi in medio vniverſi conſiſtat, an non in eo conſiſtat, æqualitatẽ, inęqualitatem, & huiuſcemodi. In his.n.omnibus patet idem eſſe quid eſt, atque propter quid eſt. Quid eſt luna defectio? priuatio lucis ob interpoſitionem terræ, propter quid eſt defectio lunæ? aut cur deficit luna? quia lux eius deficit, obiiciente ſe terra. Quid eſt concentus? ratio numerorum inter acutum, & graue, cur inter ſeſe graue, atque acutum conſonæ ſunt? quia numerorum inter ſeſe ſuſcipiunt rationem acutum ipſum & graue. Eſt ne inter acutum & graue cõcentus? cum ſimilis ne ratio ipſorũ in numeris? Quod ſimul atq; percepimus, quænam ſit illa ratio quærimus.*

ANTI. vide in annot. *Contingit itaq; in omnibus quæſtionibus quærere, aut ſi eſt medium, aut quid eſt medium. Cauſa quidem.n. medium eſt. In omnibus autem hoc quæritur, vt vtrum luna deficiat, vtrũ ſit aliquod medium aut non. Poſt hoc ſcientes quia eſt, quid igitur hoc ſit quærimus. Cauſa.n. ipſius eſſe non hoc, aut hoc, ſed ſimpliciter ſecundum ſubſtantiã, aut non ſimpliciter ſed aliquid horum, quę ſunt per ſe, aut ſecundum accidens, medium eſt. Dico autem ſimpliciter quidem ſubſtantiam, vt lunam, aut terram aut triangulum, quid autem eſt defectum, æqualitatem, inæqualitatem, ſi in medio terra ſit, aut non. In omnibus enim his manifeſtum eſt quòd idem ſit, quod quid eſt, & propter quid eſt. Amplius quid eſt defectus, priuatio luminis à luna ex terræ obiectu. Propter quid eſt defectus, aut propter quod deficit luna? propter defectum luminis oppoſita terra. Quid eſt conſonantia? ratio numerorum in acuto & graui. Propter quid reſonat acutũ graui? propter id, quod rationem habet numeralem acutum & graue, vtrum ſit in numeris ratio ipſorum. Accipientes autem quia eſt quid igitur eſt ratio?*

Probat propoſitum. ſ. ꝙ prædictæ quæſtiones pertineant ad medium. Et primo probat per rõnem. Secundo probat per ſignum, ibi ⁊ Quòd autẽ ſit medij. ⁊ Concludit ergo primo ex præmiſſa manifeſtatione, ꝙ in omnibus prædictis quæſtionibus, vel quæritur an ſit mediũ. ſ. in quæſtione, quia, & in quæſtione ſi eſt, vel quærit quid eſt medium. ſ. in quæſtione propter quid, & in queſtione quid eſt. Et probat ꝙ quæſtio propter quid, quærat quid ſit mediũ. Manifeſtum eſt. n. ꝙ cauſa eſt medium in demonſtratione quę facit ſcire, quia ſcire eſt cauſam rei cognoſcere. Cauſa aũt eſt quod quæritur in omnibus prædictis queſtionibus. Quod primo manifeſtat in queſtione, quia. Cum.n.quæritur vtrum luna deficiat, quæritur ſ̃m modum ſupra expoſitum, vtrũ aliquid ſit cauſa defectus lunæ, vel non eſt. Et conſequenter hoc manifeſtat in quæſtione propter quid. Cum.n.ſcimus, quia eſt aliquid cauſa defectus lunæ, quæritur quid ſit cauſa, & hoc eſt quærere propter quid. Et eadem ratio eſt in alijs duabus quæſtionibus vt per ſequentiam manifeſtat. Dicit.n. ꝙ ſiue accipiamus aliquã rem eſſe non hoc aut hoc, puta cum dico, homo eſt albus aut grammaticus, ſed accipiamus ipſam ſubſtantiam ſimpliciter eſſe, ſiue etiã non accipiamus rem aliquã eſſe, & ſimpliciter, ſed rem aliquã eſſe aliquid ponendo in numerum, ſiue id aliquid ſit de numero eorũ, quæ prædicãtur per ſe, ſiue de numero eorum, quæ prædicantur per accidens, ſiue hoc modo, ſiue illo accipiamus rem eſſe, cauſa eius eſt mediũ ad demonſtrandum ipſum. Exponit aũt conſequenter quod dixit, ſimpliciter ſubſtantiam eſſe, cũ quærimus de luna, aut de terra, aut de triangulo, aut de quolibet ſubiecto an ſit, & ad hoc demonſtrandũ accipitur aliquod medium. Dico aũt rem eſſe aliquid, cũ quærimus eclyplim de luna, aut æqualitatem, aut inæqualitatem de triangulo, aut de terra vtrum ſit in medio mundi aut non. Et oſtendit ꝙ nõ differt quãtum ad propoſitum vtrolibet modo accipiatur rem eſſe, quia in omnibus prædictis idẽ eſt quid eſt, & propter quid. Et hoc manifeſtat primo in defectu lunæ. Si.n. quæratur quid eſt defectus lunæ? reſpondetur, ꝙ eſt priuatio luminis a luna propter terram, quæ obijci tur inter ipſam & ſolẽ. Et hoc idem reſpondemus ſi quę ratur ꝓpter quid luna deficit. Dicit.n. ꝙ luna deficit pro pter defectũ luminis ex oppoſitione terræ. Et idem manifeſtat in alio exemplo. Si.n. quæratur quid eſt cõſonantia? reſpondetur ꝙ eſt ratio. i. proportio numerorũ ſ̃m acutũ & graue. Et rurſum, ſi quæratur propter quid acutum conſonat graui? reſpondetur propter id, quod habent numeralem proportionem acutũ & graue. Sic ergo quæſtio quid eſt, & quæſtio propter quid, redeunt in idẽ ſubiecto, quamuis differant rõne. Vnde quia cum quæri tur propter quid, quæritur quid ſit medium, vt oſtenſum eſt, relinquitur ꝙ cum quæritur quid eſt, ſimiliter quæratur medium. Et idem oſtẽdit in quæſtione, quia. Vt. n. dictũ eſt, conſonantia eſt ratio in numeris acuti & grauis, cum ergo quæritur vtrum acutũ & graue conſonent, quæritur vtrũ ſit aliqua ratio numeralis acuti & grauis, & hoc eſt mediũ ad demonſtrãdum ꝙ acutum & graue conſonant. Relinquitur ergo ꝙ in quæſtione, quia, quęri tur an ſit medium. Cum aũt acceperimus quia eſt aliqua ratio numeralis acuti & grauis, quæremus quæ ſit rõ illa. Et hoc eſt quærere quid vel propter quid. Vẽ hic Ariſt. dicere ꝙ diffinitio paſsionis ſit mediũ in demonſtratione. Sed conſiderandum eſt, ꝙ diffinitio paſsionis perfici nõ põt ſine diffinitione ſubiecti. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ principia, quę continet diffinitio ſubiecti ſunt principia paſſionis. Nõ ergo demonſtratio reſoluet in primã cãm, niſi accipiatur vt mediũ demonſtrationis diffinitio ſubiecti. Sit ergo paſsionem cõcludere de ſubiecto per diffinitionẽ paſsionis, & vlterius diffinitionẽ paſsionis concludere de

Qõ quid & ꝓpter quid redeunt in idem ſubiecto.

Medium demonſt.

Lib. pri. Anal. t. ca. 2.

de ſubiecto per diffinitionẽ ſubiecti. Vnde etiã in principio dictum eſt, ꝙ oportet præcognoſcere quid eſt, nõ ſolum de paſsione, ſed etiam de ſubiecto, quod nõ oporteret niſi diffinitio paſsionis concluderetur de ſubiecto

Nota. per diffinitionem ſubiecti. Et hoc patet per exemplũ. Si velimus de triangulo demonſtrare, ꝙ habet tres angulos æquales duobus rectis, accipiamus primo pro medio qđ eſt figura habens angulum extrinſecum æqualem duobus rectis intrinſecis ſibi oppoſitis, quod eſt quaſi diffinitio paſsionis. Quod iterum demonſtrare oportet per diffinitionem ſubiecti vt dicamus. Omnis figura tribus rectis lineis contenta, habet angulũ exteriorem ęqualem duobus interioribus ſibi oppoſitis, ſed triangulus eſt huiuſmodi, ergo &c. Et idem patet ſi velimus demonſtrare ꝙ vox acuta & grauis conſonent, accipiamus diffinitionem paſsionis vt hic dicitur. ſ. ꝙ habent proportionẽ numeralem, ſed rurſus ad hoc demonſtrandum oportet accipere diffinitionem grauis acuti. Nam grauis vox eſt, quę in multo tempore nata eſt mouere ſenſum, acuta autem quę in modico tempore, modici aũt ad multum eſt proportio numeralis. Nec refert ſi aliter diffiniatur acutum & graue. Oportet.n. in eorum diffinitione ponere aliquid ad quantitatẽ pertinens, & ſic neceſſe erit concludere in eis proportionẽ numeralem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Indicat etiam circa ea, quorum medium ſenſu percipi non poteſt, nos ipſum medium quærere. Nam non ſentientes lunæ defectionem, eſt ne, an non eſt, defectionem quærimus lunæ. Quòd ſi eſſemus in ipſa luna, neq; ſi fit, neque cur fit defectio, vtiq; quæreremus, ſed ſimul vtrunque ſe nobis vltro offerret, atq; patefieret. Eſſe enim ex ſenſu perceptione, & ipſum vniverſale notum nobis fuiſſet. Senſu nanq; terram nunc ſeſe obijcere lunæ cognoſceremus. Pateret enim viſu nunc deficere lunam, atque ex hoc ipſum emerſiſſet vniverſale. Vt igitur dicebamus idem eſt ſcire quid eſt, & propter quid eſt. Et hoc, aut ſimpliciter, & non aliquid eorum, quæ inſunt, aut aliquid eorum, quæ competunt, veluti duo recti, aut maius, vel minus, & huiuſcemodi. Patet igitur omnia, quæ quæruntur, medij quæſtionem eſſe.*

ANTI. *Quòd autem medij ſit quæſtio, oſtenditur quãdocunq; medium ſenſibile eſt. Quærimus enim non ſentientes, vt defectum, ſi eſt. Si vero eſſemus ſuper lunam, non vtique quæreremus, neq; ſi fit, neque propter quid, ſed ſimul manifeſtum eſſet vtique, ex eo enim quòd ſentimus, & vniverſale nobis factũ eſt ſcire. Senſus quidem eſt eius quod nunc obycitur, & manifeſtum enim eſt quòd nunc deficit, ex his autem vniverſale vtiq; factũ eſt. Sicut igitur diximus, quod quid eſt ſcire idem eſt, & propter quid eſt. Hoc autem, aut eſt ſimpliciter, & non eorum, quæ inſunt aliquid, aut quę inſunt, vt quoniã duo recti ſunt, aut quoniam maius, aut quoniam minus eſt. Quod quidem igitur omnia, quæ quærunt, medij quæſtio ſit, manifeſtum eſt.*

Oſtendit propoſitum per ſignũ ſenſibile. Et dicit ꝙ ea, in quibus medium eſt ſenſibile, manifeſte oſtendunt ꝙ omnis quæſtio ſit quæſtio medij, quia. ſ. bene mediũ ſenſibile per ſenſum innoteſcit, nullus relinquitur quæſtioni locus. Tunc.n. quærimus in rebus ſenſibilibus ſecundum aliquam prædictarũ quæſtionum, qñ medium non ſentimus, ſicut quærimus an ſit defectus lunæ, vel ſi eſt defectus lunę, vel non, quia nõ ſentimus mediũ quod eſt cauſa faciens deficere lunam. Sed ſi eſſemus in loco, qui eſt ſuper lunã, videremus quomodo luna ſubintrando vmbram terræ deficeret, ideo circa hoc nihil quæremus, nec ſi eſt, nec propter quid eſt, ſed ſimul vtrunq; nobis fieret manifeſtum. Et quia poſſet aliquis obuiando dicere, ꝙ ſenſus eſt ſingularium, ea vero, quæ quæruntur ſunt vniverſalia, ſicut & ea, quæ ſciunt, & ita per ſenſum nõ videtur ꝙ poſſit nobis innoteſcere id, de quo eſt quæſtio. Ideo quaſi obuiationi reſpondens ſubiungit, ꝙ ex hoc ipſo ꝙ ſentiremus particulare. ſ. ꝙ hoc corpus lunæ nunc ſubintrat hanc vmbram terræ, ſtatim accideret nobis ꝙ ſciremus vniverſale. Senſus.n. noſter eſſet de hoc ꝙ nunc lumen ſolis obſtruitur per oppoſitionem terræ, & per hoc manifeſtũ eſſet nobis ꝙ luna nunc deficit. Et quia nos conijceremus quòd ſemper hoc modo accideret lunæ defectus, ſtatim in noſtra ſcientia ſenſus rei ſingularis fieret vniverſale. Et ex hoc exemplo concludit ꝙ idẽ eſt ſcire quod quid eſt, & propter quid. Nam ex hoc quod videmus terram interpoſitam inter ſolem & lunã, ſciemus & quid eſt defectus lunæ, & propter quid luna deficit, quorum vnum. ſ. ſcire quid eſt, refertur ad ſcientiam, qua ſcimus de aliquo ꝙ ſimpliciter ſit, nõ autem ꝙ aliquid inſit alicui, ſed propter quid refertur ad cognitionem eorum, quæ inſunt, ſicut cum dicimus ꝙ tres anguli ſunt æquales duobus rectis, aut maiores aut minores. Vltimo autem epilogando concludit principale propoſitũ, ſcilicet manifeſtum ex prædictis, in omnibus, quæ quæruntur eſſe medij quæſtionem.

LECTIO II.

Vtrum omnium, quorũ eſt demonſtratio, ſit diffinitio, & econuerſo, & vtrum alicuius eiuſdem ſit diffinitio, & demonſtratio.

ARGY. *His itaque determinatis dicendum eſſe videtur, quonam pacto oſtenditur ipſum quid eſt, quis reductionis eſt modus, quid eſt denique & quorum eſt diffinitio. Atque antea dubitandum eſſe videtur.*

ANTI. *QVomodo autem quod quid eſt demonſtretur, & quis modus introductionis, & quid eſt diffinitio, & quorum, dicemus, opponentes primũ de ipſis.*

Poſtquam Philoſophus oſtendit ꝙ omnis queſtio eſt quodammodo queſtio medij, quod quidẽ eſt quod quid eſt, & propter quid, hic incipit manifeſtare qualiter medium nobis innoteſcat, & diuiditur in partes duas. In prima parte oſtendit quomodo & quid eſt, & propter quid ſe habent ad demonſtrationem. In ſecunda parte oſtendit quomodo oporteat inueſtigare quod quid eſt, & propter quid: ibi ⁊ Quomodo autem oportet venari. ⁊ Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima manifeſtat quomodo ſe habeat ad demonſtrationem ly quid eſt. In ſecũda manifeſtat quomodo ſe habeat ad demonſtrationem ly propter quid, quod ſignificat cauſam: ibi ⁊ Quoniam autem ſcire opiniamur, cũ ſciamus cauſam. ⁊ Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo proſequitur propoſitum: ibi ⁊ Principium aũt futurorum. ⁊ Dicit ergo primo, quod quia omnis quæſtio ad cuius determinationem demonſtratio inducitur, eſt quæſtio medij, quod eſt quid, & propter quid, oportet primo dicere per quem modũ hoc ipſum quod quid eſt nobis oſtendatur, vtrum. ſ. per demonſtrationem vel per diuiſionem, vel quouis alio modo. Et iterum oportet dicere, quis ſit modus reducendi ea, quæ apparent de re ad quod quid eſt. Et quia diffinitio eſt oratio ſignificans quod quid eſt, oportet etiam ſcire quid ſit diffinitio, & quæ ſint diffinibilia. In his autem hoc ordine procedemus. Primo quidem opponendo. Secundo autem veritatem determinando. Deinde cum dicit.

Lect. 23.

Lect. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGY. *Idque initium faciendum, quod maxime dicendis erit accommodatum. Dubitauerit itaq; quispiam, vtrum fieri possit, ut idem ratione q; eiusdem, diffinitione, demonstratione que, sciatur, an idipsum fieri nequeat.*

ANTI. *Principium autem sit futurorum, quod vere sit magis proprium habitarum rationum. Dubit abit enim aliquis, vtrum sit idem, & secundum idem diffinitione scire, & demonstratione, aut impossibile.*

Exequitur proposita ordine prædicto. Vnde primo procedit circa præmissa disputatiue opponẽdo. Secundo
Lectio. 7. veritatem determinando, ibi {Iterum autem speculandũ si non dicitur bene.} Circa primũ duo facit. Primo procedit disputãdo de ipsa diffinitione, quæ significat quod quid est. Secundo de ipso quid est per diffinitionẽ significato, ibi {Ipsius autem quid est, vtrum syllogismus.}
Lect. seq. imme. Circa primũ tria facit. Primo inquirit disputatiue, vtrũ omnium quorum est demonstratio, sit diffinito. Secundo vtrum econuerso omnium quorum est diffinitio, sit demonstratio: ibi {Quid aũt cuius est diffinitio.} Tertio vtrũ alicuius eiusdem sit diffinitio, & demonstratio: ibi {Sed vtrum si non omnis.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum: ibi {Dubitabit enim vtiq; aliquis.} Dicit ergo primo, quòd inter ea, quæ in futurum dicenda sunt, principium oportet sumere ab eo, quod est conuenientissimum habitarum. i. consequentium rationũ. Quod quidem est de hoc quod posset aliquis dubitare, vtrum contingat idem & secundum idem scire per diffinitionem, & demonstrationem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Et enim diffinitio ipsius quid est esse videtur. Omne autem quid est, vniuersale est, atq; affirmatiuum. At ratiocinationes alias negatiuas, alias non vniuersales esse patet. Vniuersa nanque ratiocinationes secundæ figuræ sunt negatiuæ. Tertiæ autem vniuersales non sunt.*

ANTI. *Diffinitio quidem. n. quod quid est scire videtur, quod autem quid est omne vniuersale, & prædicatiuum est. Syllogismi autem sunt aly quidem priuatiui, aut non vniuersales. Sicut in secunda quidem figura priuatiui omnes sunt, in tertia vero non vniuersales.*

Probat q; nõ omnium, quorum est demonstratio, sit diffinitio. Et hoc quadrupliciter. Primo quidẽ, quia diffinitio est indicatiua eius quod quid est, omne aũt quod pertinet ad quod quid est, prædicat & affirmatiue & vniuersaliter: ergo diffinitio est solũ eorum contentiua, siue significatiua quæ prędicantur affirmatiue & vniuersaliter. Sed non oẽs syllogismi sunt demonstratiui cõclusionum affirmatiuarũ vniuersalium, sed quidã sunt negatiui, puta omnes qui fiunt in secunda figura, quidam vero particulares: puta oẽs qui sunt in tertia figura. Non ergo oĩum est diffinitio, quorũ est demõstratio. Secundo ibi.

ARGY. *Deinde nec eorum omnium est diffinitio, quæ per primam affirmatiuæ demonstrantur figuram, quale est hoc omnis triãgulus habet tres angulos duobus rectis æquales, aliaque similia. Huius autem ratio est, quia id scire quod demonstrari potest, nil aliud est, quam demonstrationem eius habere. Quare si est talium demonstratio, patet eorundem & diffinitionem non esse. Nam si esset, per diffinitionem etiam quispiam sciret demonstrationem non habens. Nihil enim vetat, vt non simul demonstratio, atque diffinitio habeatur.*

ANTI. *Postea neq; eorum, quæ sunt in prima figura, omnium est diffinitio, vt quod omnis triangulus duobus rectis æquales habet. Huiusmodi autem ratio est, quoniam scire demonstrabile, est demonstrationem habere. Quare si in talibus demonstratio est, manifestum est quòd non erit ipsorum diffinitio. Scit enim vtique aliquis & secundum diffinitionem non habens demonstrationem. Nihil enim* vide in annot. *prohibet non simul habere.*

Ostendit idem dicens, q; neq; diffinitio etiam potest esse omnium eorum, quæ cõcluduntur per syllogismos affirmatiuos, quod contingit esse solum in prima figura, sicut demõstratiue syllogizatur, q; triãgulus habeat tres angulos æquales duobus rectis. Huiusmodi autem quod dictum est. s. q; non omniũ, quæ syllogizantur possit esse diffinitio, ratio est, quia scire aliquid demõstratiue nihil aliud est, quàm demonstrationem habere. Ex quo patet, q; si omnium horũ sciẽtia solum per demonstrationem habetur, non est eorũ diffinitio. Ea. n. quorum est diffinitio, cognoscuntur per diffinitionem. Sequeretur ergo, q; aliquis nõ habens eorũ demonstrationem sciret ea, eo q; nihil prohibet aliquod habentẽ diffinitionem non simul habere demõstrationem, quamuis diffinitio sit demonstrationis principiũ. Nõ. n. quicunq; cognoscit principia, scit cõclusionẽ inducere demonstrãdo. Tertio ibi.

ARGY. *Inductione etiam idem satis ostendi, crediq; potest. Nihil enim vnquam eorum, quæ vel per se, vel per accidens in sunt diffinientes cognouimus.*

ANTI. *Sufficiens autem fides est ex inductione. Nihil enim aliquando diffinientes cognoscent, neq; eorum quæ per se insunt, neq; quæ insunt secundum accidens.*

Ostendit idem per inductionẽ ex qua potest fieri præmissæ conclusionis sufficiens fides quia demonstratio est eorũ, quæ per se insunt, vt patet de his, quæ in primo habita sunt. Nullus aũt vnquã cognouit per diffinitionem, Lect. 4. & seq. neq; aliquid eorum, quę, per se insunt, neq; etiam aliquid eorum quæ per accidens insunt, q̃n accidentiũ quæ per se vel per accidens iusunt, nõ possunt esse aliquæ diffinitiones, vt habetur. 7. Metaphy. Quare eius quod est inesse per se vel per accidens, quod syllogismus concludit, nullus vnquam dedit diffinitionem. Quarto ibi.

ARGY. *Præterea si diffinitio substantiam explicat, atq; declarat, patet talia nõ substantias esse. Perspicuum igitur est non omnis eius diffinitionem esse, cuius est demonstratio.*

ANTI. *Amplius si diffinitio substantiæ quædam est notificatio, huiusmodi manifestum est quòd non sint substantiæ. Quod quidem igitur non est diffinitio omnis, cuius est & demonstratio, manifestum est.*

Ostendit idem per rationem, quia diffinitio est notificatio substantiæ, tum quia substantia principaliter diffinitur, accidens autem per posterius diffinitione, quę est Text. cõ. 4. per additamentum, vt habetur in. 7. Metaph. tum etiam, quia accidẽs nõ diffinitur, nisi quatenus significatur per modum substantiæ per aliquod nomen. Hæc autem, de quibus sunt demonstrationes, non sunt substãtię, nec per modum substantiæ significantur, sed per modum accidentium scilicet secundũ inesse aliquid alicui. Vnde concludit non esse possibile, quòd diffinitio sit omnis eius, cuius est demonstratio. Deinde cum dicit.

ARGY. *At est ne eius omnis demonstratio, cuius est diffinitio? At videtur non esse, vna nanque & eadem de hoc etiam est ratio. Constat enim vnius ea ratione, qua vnum est, scientiam vnam esse. Quare si id scire, quod demonstrari potest, nil aliud est, quam demonstrationem eius habere, eueniet aliquid, quod fieri nequit. Sciet enim is, qui diffinitionem habet, sine demonstratione profecto.*

ANTI. *Quid autem, cuius est diffinitio, nunquid omnis est demonstratio, aut non? Vna quidem iam ratio, & de hac eadem*

eadem est. Vnius enim inquantum vnum, vna est scientia. Quare si vere scirs demonstrabile est scientiam habere, accidet quoddam impossibile. Diffinitionem enim habens sine demonstratione sciret.

Inquirit an econuerso demonstratio sit omnis eius, cuius est diffinitio. Et ostendit q; non, duplici ratione quarum prima supra tacta est. Vnius. n. inquantum est vnũ, Lect. præ. senti. videtur esse vna sciẽtia. i. vnus modus cognoscẽdi. Vnde si id, quod est demonstrabile, vere scitur per hoc, q; habetur demonstratio de eo, sequitur quoddã impossibile si per diffinitionẽ sciri possit, quia habens diffinitionẽ sciret aliquid demonstrabile absq; hoc q; haberet, demonstrationem, quod vr inconueniens. Et hæc ratio fuit secundo posita inter præmissas. Secundã rõnem ponit ibi.

ARGY. *Præterea demonstrationum principia sunt diffinitiones, quorum non esse demonstrationes antea demonstrauimus. Alioquin in infinitũ esset processio. Et enim aut principia demonstrantur, & principiorum sunt semper principia modusq; nullus vnquam occurrit, aut in primis stetur necesse est, quæ quidem & diffinitiones sunt, & demonstrari non possunt.*

ANTI. *Amplius principia demonstrationẽ diffinitiones sunt, quarum non esse demonstrationes monstratum est prius, aut erunt principia demonstratiua, & principiorũ principia, & hoc in infinitum abibit, aut primarum diffinitiones erunt indemonstrabiles.*

Diffinitiones. n. sunt principia demonstrationum, vt in primo habitũ est, sed principia nõ sunt demonstrabilia, quia sic sequeretur, q; principiorum essent principia, & q; demonstrationes in infinitũ procederent, quod est impossibile, vt in primo ostensum est. Vnde sequitur, q; diffinitiones sint indemõstrabiles, tanquam quędã principia prima in demonstrationibus. Et sic nõ omniũ quorum est diffinitio, est demonstratio. Deinde cum dicit.

ARGY. *At si non omnis eiusdem, cuiusdam ne saltem diffinitio ac demonstratio est, an neq; hoc esse potest? Non enim eius est demonstratio, cuius est diffinitio. Et enim diffinitio est ipsius quid est substantiamq; declarat, demonstrationes autem idipsum subycere, sumereq; videntur. Mathematicæ nanque quid est vnitas, quid par quid impar, accipiunt, cæteraq; demonstrationes similiter.*

ANTI. *Sed vtrum si nõ omnis eiusdem, sed cuiusdam eiusdem sit diffinitio & demonstratio, aut impossibile sit? Non est demonstratio cuius est diffinitio. Diffinitio quidem ipsius quid est, & substantiæ est sed demonstrationes videntur omnes supponere esse, & accipiẽtes quod quid est, ut Mathematice quid vnitas, & quid impar, & aliæ similiter.*

Inquirit vtrũ sit possibile quod alicuius eiusdem sit diffinitio & demonstratio, & si nõ omnis eius. Et ostendit quòd non, tribus rationibus. Quarũ prima est, quia diffinitio est manifestatiua eius quod quid est, & substantię id est essentię cuiuslibet rei. Demonstrationes autem hoc non manifestant, sed supponunt, sicut in mathematicis demõstrationibus arithmeticæ supponitur quid est vnitas, & quid est par, & simile etiam in alijs demonstrationibus. Ergo nõ est eiusdem demonstratio & diffinitio. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea omnis demonstratio aliquid demonstrat de aliquo, vt esse, aut non esse. At in diffinitione nihil de alio prædicatur, veluti neque animal de bipede, neque hoc de animali, nec item figura de plano. Non est enim planum figura, neque figura planum.*

ANTI. *Amplius omnis demõstratio aliquid de aliquo demonstrat, vt quia est, aut non est, in diffinitione autem nil alterum de altero prædicatur, vt quod animal de bipede, neque hoc de animali, neque de plano figura. Neq; enim planum est figura, neque figura planum.*

Quæ talis est. In eo, quod per demonstrationem concluditur prædicat aliquid de aliquo vel affirmatiuæ vel negatiuæ, sed in diffinitione non prædicatur aliquid de aliquo sicut in hac diffinitione. Homo est animal bipes, neq; prædicatur animal de bipide, neq; bipes de animali. Et similiter in hac diffinitione; Circulus aut triangulus est figura plana, nec planũ prędicatur de figura, neq; econuerso. Si. n. partes diffinitionis adiungerẽtur sibi invicem, oporteret q; prædicatio intelligeretur per modũ conuenientem diffinitioni. s. in eo quod quid est, hoc aũt non videmus. Nec. n. genus prædicatur in eo quod quid est de differentia, neq; econuerso. Non ergo eiusdem est diffinitio & demonstratio. Tertiam rõnem ponit ibi.

ARGY. *Præterea differt quid est, & esse ostendere. Ad diffinitio quidem quid est patefacit, demonstratio vero quippiam inesse cuipiam. vel non inesse, demonstrat. Diuersorum autem diuersa est demonstratio, nisi quid totius sit pars. Quod quidem propterea dictum est, quod si demonstratiu est triangulum omnem duobus rectis angulos tres æquales habere, demonstratum est etiam triangulum duorum æqualium laterem tres angulos æquales duobus rectis habere. Iste nanq; partis, ille totius rationem habere videtur. At quid est, & esse, non ita se habere videntur, quippe cum neutrum ad alterũ partis habeat rationem. Patet igitur nec eius omnis demonstrationem esse cuius est diffinitio, nec eius omnis diffinitionem esse, cuius est demonstratio. Quibus efficitur, vt omnino cuiusquam eiusdem vtrunque haberi non possit. Quare perspicuum est, neque idem esse diffinitionem demonstrationemque, neq; alterum in altero esse. Nam ea, quæ subiiciuntur similiter profecto se haberent. Sed de his hactenus, satis enim de hisce diximus dubitando.*

ANTI. *Amplius alterũ est quod quid est, & quia est demonstrare. Diffinitio quidem igitur quid est ostendit, sed demonstratio, quia si est hoc de hoc, aut non est. Alterius autem altera demonstratio est, nisi sit tanquam quædam pars totius. Hoc autem dico quoniam ostensum est quòd isocheles duobus rectis habet æquales tres si omnis ostensus est triangulus, pars enim est, hoc autem totum. Hæc autem adinuicem non se habent sic, & quia est, & quid est. Non enim alterum est alterius pars. Manifestum itaque est, quòd neq; cuius est diffinitio, omnis sit demonstratio neq; cuius omnis sit demonstratio, huius omnis sit diffinitio. Quare omino eiusdem nullius contingit habere vtrunque. Manifestum igitur est quòd neque diffinitio est demonstratio, neq; idem erunt, neq; alterum in altero. Et nanq; subiecta similiter se haberent. Hęc quidem igitur vsque ad hoc opposita.*

Et dicit quòd alterũ est manifestare quod quid est, & quia est vt patet in differentia quęstionũ suprapositа, sed diffinitio ostendit de aliquo quid est, demonstratio autẽ ostendit affirmatiuæ vel negatiuæ aliquid esse de aliquo vel non esse. Videmus autẽ quòd alterius rei alia est demonstratio, nisi illa duo se habeant adinuicem, sicut totum & pars, quia tunc vna, & eadẽ esset demonstratio de vtroque. Sicut demonstrato quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, similiter etiam ostensum est de ilochele, qui se habet ad triangulũ sicut pars ad totum, sed nõ ita est in his duobus, quia est & quid est, neutrũ. n. est pars alterius. Ostensum est igitur, q; nec omnis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius eſt diffinitio ſit demonſtratio, neque econuerſo. Et ex hoc vlterius concludi poteſt, ꝙ nullius eiuſdē ſint, & quod diffinitio & demonſtratio, neq; ſunt idem, neq; vnū ſit in alio, ſicut pars ſubiectiua in toto toto, quia oporteret, ꝙ etiam ea, quorū ſunt, ſe haberēt per modū totius & partis, ita. ſ. quòd omne diffinibile eſſet demonſtrabile, aut ecōuerſo, quod ſupra improbatū eſt. Vltimo epilogādo cōcludit uſq; ad hoc proceſſum eſſe opponendo.

Lect. præ. ſenti.

LECTIO III.

Quod quid eſt, ſeu ſignificatum diffinitionis demonſtrari minime poſſe oſtenditur.

ARGY. *Nunc inueſtigemus oportet, vtrum ipſius quid eſt ratiocinatio ſit, demonſtratioque, an non ſit, vt nunc ſermo noſter ſupponit.*

ANTI. Tex. cō. 3. *Ipſius autem quid eſt vtrum ſyllogiſmus ſit, an demonſtratio eſt, aut non, ſicut ratio ſupponit?*

Poſtquam Philoſophus diſputatiue inquiſiuit, vtrum diffinitio ſignificans quod quid eſt poſsit demonſtrari, hic procedit vlterius ad inquirendū diſputatiue, vtrū ipſum quod quid eſt, quod eſt diffinitionis ſignificatū poſſit demonſtratiue probari. Et primo proponit quod intendit. Secundo exequitur propoſitū, ibi {Syllogiſmus quidem.n.} Mouet ergo primo quæſtionem, vtrū poſsit eſſe ſyllogiſmus aut demonſtratio eius, quod quid eſt, ita ſcilicet quod concludatur hoc eſſe quod quid eſt, huius aut hoc nō ſit poſsibile, ſicut ſuppoſuit ratio immediate præmiſſa. Fuit autem neceſſaria hæc dubitatio poſt præmiſſa, quia in diffinitione attenditur non ſolum vt illud, quod ſignificatur, ſit quod quid eſt ſed etiā vt tali modo tradatur, qui competat ad manifeſtādum quod quid eſt, ita. ſ. quòd ſit ex prioribus & notioribus, & alia huiuſmodi habeat quæ in diffinitione ſunt obſeruāda. Signanter autem dicit, vtrum ſit ſyllogiſmus aut demonſtratio, nam rationum ſubſequentiū quædam concludunt quòd eius quod quid eſt nō ſit demonſtratio, quædam vero ꝙ eius omnino, non ſit ſyllogiſmus. Deinde cum dicit.

Expo. tex. & ſen.

ARGY. *Patet.n. ratiocinationem quidē aliquid per mediū de aliquo ſemper oſtendere, ipſum aūt quid eſt proprium eſſe, & hoc ipſo quid eſt prędicari. Hęc aūt cōuerti neceſſe eſt.*

ANTI. *Syllogiſmus quidē enim aliquid de aliquo demonſtrat per medium. Sed quid eſt propriū eſt, & in eo quod quid eſt prædicatur. Hoc autem neceſſe eſt conuerti.*

Procedit diſputatiue, ad oſtendendum ꝙ non ſit ſyllogiſmus vel demonſtratio eius quod quid eſt. Et primo excludit quoſdam ſpeciales modos, quibus poſſet videri ꝙ poſſet demonſtrari quod quid eſt. Secundo ponit rationes cōmunes ad hoc, ibi {Amplius ſcimus quomodo demonſtrabit.} Circa primum tria facit. Primo oſtēdit, quòd nō poteſt demonſtrari quod quid eſt per acceptionem conuertibiliū terminorum. Secundo ꝙ non poteſt demonſtrari per diuiſionem, ibi {At vero neq; per diuiſionis.} Tertio quòd nō poteſt demonſtrari accipiendo id, quod requiritur ad quod quid eſt, ibi {Sed vtrum ſit demonſtrare.} Circa primū tria facit. Primo præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad propoſitū oſtēdendum. Secundo inducit rationem, ibi {Si.n. ipſius c a proprium eſt.} Tertio manifeſtat inconueniens quod ſequitur, ibi {Oportet autem in duabus propoſitionibus.} Circa primum prę ſupponit duo, quorum primum pertinet ad ipſum ſyllogiſmū ſyllogiſmus probat aliquid de aliquo per aliud medium, vt ex ſuperioribus patet. Aliud autē pertinet ad ipſum quod quid eſt, quod eſt per ſyllogiſmum probandum, ad quod requiruntur duæ cōditiones, quarum vna eſt, quòd quod quid eſt ſit proprium. Quæli-

Lectio. 6. Lectio. 4. Lectio. 5.

bet.n. res habet propriam eſſentiam ſiue quidditatem. Et quia nō omne quod eſt proprium alicui, pertinet ad eſſentiam eius, ſicut riſibile homini, ideo requiritur ſecunda conditio, quòd prædicetur in quid. Et has duas conditiones neceſſe eſt ſequi tertiam. ſ. quod quid eſt ſit conuertibile cum eo cuius eſt. Deinde cum dicit.

Nam ſi A ſit proprium ipſius C patet B quoque ipſius C & A rurſus ipſius B proprium eſſe. Quo ſit omnia conuertantur, mutuamq; prædicationem ſuſcipiant. ARGY.

Si enim A ipſi C eſt proprium, manifeſtum eſt quod & A ipſi B & hoc ipſi C. Quare omnia ſunt adinuicem. ANTI.

Ponit rationem ad propoſitū oſtendendum. Et circa hoc tria facit. Primo dicit qualem oporteat eſſe ſyllogiſmum, qō concludit quod quid eſt, ſi hoc ſit poſsibile. Secundo cōcludit inconueniens, quod ex hoc ſequitur, ibi {Si ergo quod quid eſt.} Tertio exemplificat in terminis, ibi {Et omnino ſi eſt monſtrare.} Circa primū tria facit. Primo.n. oſtendit quid requiratur ad ſyllogiſmum concludentem quod quid eſt, ex eo quod eſt proprium. Secūdo quid requiratur ex eo quod prædicatur in quid, ibi {At vero & ſi a.} Tertio oſtendit, ꝙ ſine his, talis ſyllogiſmus eſſe non poſsit, ibi {Si vero aliquis.} Dicit ergo primo, quòd B a quod eſt probandum de c tanquā quod quid eſt eius, eſt ꝓprium ipſi C quod requiritur ad quod quid eſt, vt dictū eſt, oportebit quòd primum. ſ. a ſi proprium medij quod eſt b. Nam ſi a excedit b quod vniuerſaliter prædicatur de c, ſequitur quòd a multo magis excedat c. Et ſimiliter manifeſtum eſt, quòd oportebit b eſſe proprium ipſius c. Nam ſi b excedat c ſequitur quòd a quod vniuerſaliter prædicatur de b excedat c & ſic nō erit proprium eius, vt ſuponebatur. Relinquitur ergo, quòd ſi aliquis ſyllogiſmus ſit qui concludit quod quid eſt, oportet eſſe talem habitudinem terminorum eius, vt omnes adinuicem conuertantur. Deinde cum dicit.

At vero ſi tam A competit ipſi B vt quid eſt ipſius, quam B competat identidem ipſi C, neceſſe eſt tum A de C prædicetur vt quid eſt ipſius. ARGY.

At vero & ſi A in eo quod quid eſt in omni B & vniuerſaliter B de omni C in eo quod quid eſt dicitur, neceſſe eſt & A in eo quod quid eſt prædicari de C. ANTI.

Oſtēdit quid debet habere ſyllogiſmus prædictus ex eo, ꝙ concludit id, quod prædicatur in eo quod quid eſt. Et dicit, ꝙ oportet hoc modo ſyllogiſmū procedere, vt maior extremitas, quæ eſt a prædicetur in eo quod quid de medio, quod eſt b, & b ſimiliter prædicet in eo quod quid de minori extremitate, quę eſt c & ſic concluditur ꝙ a prędicet de c in eo quod quid eſt. Deinde cū dicit.

Quod ſi non hoc pacto bis illud quiſpiam ſumpſerit, nulla ſane neceſſitas omnino compellat, vt A de C vt quid eſt ipſius dicatur. Vt ſi A quidem vt quid eſt ipſius B competere dixeris, B vero non eodem modo de quolibet C prædicaueris. Quare non ſolum A de B dicatur oportet, vt quid eſt ipſius, ſed B quoque de C modo eodem prædicetur neceſſe eſt. ARGY.

Si vero aliquis non accepit ſic reduplicans, nō neceſſe eſt A in eo quod quid eſt de C prædicari. Si autem A quidem de B in eo quod quid eſt non de quibuſcunque B in eo quod quid eſt, ipſum autem quod quid eſt vtrunq; hoc habebit, erit itaq; & B de C in eo quod quid eſt. ANTI.

Oſtendit ꝙ prædictus modus ſyllogizādi requiratur. Et dicit ꝙ {ſi aliquis nō ita accipiat terminos duplicans} id eſt obſeruās duas cōditiones prædictas, vel potius accipiens quod quid eſt ex duabus partibus, nō ſequitur ex neceſsitate, quòd a prædicetur de c in eo quod quid eſt.

Sed

Sed & ſi ex vna tantum parte prædictæ conditiones obſeruentur, nō ſufficit ad propoſitū. Et ſi.n. detur ꝙ a prędicetur de b in eo quod quid eſt, nō propter hoc ſequitur ꝙ prædicetur in eo quod quid de quibuſcunq; prædicatur b & qualitercunque. Et ſic ſequitur ꝙ ex vtraq; parte oporteat accipere quod quid eſt, ita ſcilicet quòd non ſolum a ſit quod quid eſt ipſius b, ſed etiam ipſum b ſit quod eſt ipſius c cōuertibiliter & in eo quod quid prędicatum. Deinde cum dicit.

ARGY. *Hæc enim ita ſint. Si in vtroque ratiocinationis interuallo ipſum quid eſt, quidditas q; ſumatur, quidditas nimirum antea quàm concludatur, in ipſo medio ratiocinationis termino collocabitur.*

ANTI. *Si igitur quod quid eſt, & quod quid erat eſſe, vtraq; habent, in medio erit prius quod quid erat eſſe.*

Ducit ad inconueniens, quia ſi ſicut oſtenſum eſt ex vtraq; parte inuenitur nō ſolum prædicari aliquid in eo quod quid, ſicut genus prędicatur de ſpecie, ſed etiam ꝙ ex vtraq; parte ſit quod quid erat eſſe, quod ſignat diffinitio, ſequitur quod quid erat eſſe prius fuiſſe in medio termino. i. quòd medius terminus ſit quod quid erat eſſe minoris extremitatis, & ita ſupponitur ꝙ oportebat probare. ſ. quidditatem ipſius c. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atq; omnino ſi fieri poteſt, vt oſtendatur quid nam ſit homo, ſit C quidem homo, A vero quid eſt de ipſius, ſiue ſit animal bipes, ſiue aliquid aliud. Si igitur huiuſce ratiocinatio fit, neceſſe eſt A de quolibet B prædicetur. Hoc autē erit alia media inter A & C ratio, quæ quidem etiā quid eſt ipſius hominis erit. Sumitur igitur id profectò quod de monſtrare oportet. n. nanq; diffinitio ipſius hominis eſt.*

ANTI. vide in anot. *Et omnino ſi eſt monſtrare quid eſt homo, ſit C homo, A vero quod quid eſt ſiue animal bipes ſiue aliquid aliud. Si igitur ſyllogizatur, neceſſe eſt de B A omni prædicari, & huiuſmodi autem erit alia media ratio. Quare & hoc quod quid eſt homo.*

Manifeſtat qđ dixerat in terminis, puta {ſi volumus monſtrare quid eſt homo, ſit c}. i. minor extremitas {homo a vero}. i. maior extremitas ſit quod quid eſt hominis, puta {animal bipes, vel aliquid aliud hmōi.} Si ergo hoc oporteat per ſyllogiſmū probari, neceſſe eſt ꝙ diffiniatur aliquod mediū. ſ. b de quo omni, a prædicetur, & ad hoc medium pertinebit quædā alia media diffinitio, quæ. ſ. erat diffinitio minoris extremitatis. Vnde ſequeť, ꝙ hoc etiā medium ſit quod quid eſt hominis. Et ita qui ſic ſyllogizat, accipit ſupponēdo id, qđ oportebit oſtendere. ſ. ꝙ b ſit quod quid erat eſſe hoi. Deinde cū dicit.

ARGY. *Id autem ipſum in duabus propoſitionibus, & primis, medioq; vacantibus terminis, conſideretur oportet. Maxime autem id, quod dictum eſt, eluceſcit.*

ANTI. *Oportet autem in duabus propoſitionibus primis, & immediatis terminis conſiderare. Maxime autem manifeſtum eſt, quod dicitur ſic.*

Manifeſtat quomodo hoc incōueniens ſequiť ex præmiſsis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtēdit modū qūo hoc conuenienter manifeſtetur. Et dicit quòd id, quod dictū eſt oportet cōſiderare in duabus propoſitionibus, quæ ſint primæ, & habeant terminos immediate ſibi inherentes. Poſsibile.n. eſſet per plures propōes hoc oſtendere, ex quibus plures ſyllogiſmi conſtarent, vel etiā eſſe poſsibile duas ſolas ꝓpoſitiones accipiendo, accipere eas mediatas. Sed quia oportet ſemper deducere ad duas primas immediatas, ideo vt breuior & expeditior ſit conſideratio, aſſumamus à principio tales propoſitiones, & ſic maxime poterit manifeſtari propoſitum. Secundo ibi.

ARGY. *Qui igitur per ea cōuertuntur, quid ſit anima, quid homo, vel quoduis aliud conantur oſtendere, hi petūt id ſine dubio, quod initio quæruntur, demonſtrareq; nituntur. Vt ſi quis cenſuerit id animam eſſe, quod eſt ſibi viuendi cauſa, atque hoc numerum eſſe ſeipſum mouentem. Is.n neceſſe eſt poſtulet à Deo animam numerū eſſe ſeipſum motu cientem, vt idem ſit anima, numerus q; ſeipſum mouens.*

ANTI. *Qui quidem itaque per conuerſionem demonſtrantes quid eſt anima, & quid eſt homo, aut aliud quolibet eorum, quæ ſunt, quod eſt ex priucipio petunt. Vt ſi aliquis diffiniat animam eſſe eandem eidem cauſam viuendi, hoc autem numerum ſeipſum mouentem, neceſſe eſt repetere ſi conſequitur quòd vere eſt eſſe numerum ſeipſum mouentem ſic, ſicut idem.*

Proponit quod intendit, & dicit concludens ex præmiſsis, ꝙ illi qui volunt demōſtrare per terminos cōuertibiles quod quid eſt alicuius rei, puta {quid eſt anima, vel quid eſt homo, vel quodcūq; aliud hmōi} neceſſe eſt quòd incidant in hoc quòd petant principiū. Et inducit exemplū de diffinitione animæ ſ'm Platonem. Quia.n. anima viuit, & eſt corpori cauſa viuendi, ſequitur quòd differat à corpore per hoc quòd corpus viuit propter aliā cauſam, anima vero viuit per ſeipſam. Ponebat aūt Plato quòd numerus eſt ſubſtantia omniū rerū, eo quòd non diſtinguebat inter vnum quod cōuertitur cū ente, quod ſignificat ſubſtantiā eius, de quo dicitur, & vnū quod eſt principiū numeri, & ita ſequebatur quòd anima ſubſtantialiter ſit numerus ſicut & quælibet alia res multa in ſe cōtinens. Item ponebat Plato quòd viuere ſit quoddam moueri. Duobus.n. diſtinguitur viuum à nō viuente. i. ſenſu & motu, vt dicitur in. 1. de Anima, & ipſum ſentire ſiue cognoſcere dicebat eſſe quoddā moueri. Sic ergo dicebat animā eſſe numerum ſeipſum mouentem, dicebat etiam animam eſſe id, quod eſt ſibi cauſa viuendi. Si quis ergo velit probare quid eſt anima, quia. ſ. eſt id, quod eſt ſibi cauſa viuendi, & aſſumat pro medio, ꝙ anima eſt numerus ſeipſum mouēs, neceſſe eſt hoc petere. ſ. ꝙ anima ſit humerus ſeipſum mouēs, ita. ſ. ꝙ hoc ſit idem ipſi animæ, tanquā quod quid eſt eius. Alioquin non ſequeretur quòd ſi aliquid eſt quod quid eſt ipſius nnmeri mouentis ſeipſum ꝙ ſit quod quid eſt ipſius animæ. Tertio ibi.

Tex. cō. 19. Lect. 3. tex.

ARGY. *Non enim ſi A quidem ipſum B, B uero C ipſum ſequatur A diffinitio erit ipſius C, ſed de ipſo tantū vere dicetur, vt patet. Neq; ſi rurſus A ratione ſubſtantiæ competit & de omni B prædicatur A continuo diffinitio erit ipſius C. Quanquā. n. animalis eſſe, de hominis eſſe dicitur, omne. n. animal rationis particeps ſubſtantia vere eſt animalis particeps, quæ eſt principium ſentiendi, quemadmodum & omnis homo eſt animal, non tamen hoc dicitur pacto, vt vnum ſit. Si igitur quiſpiam nō hoc pacto terminos ſumpſerit, nunquam A ſane quidditatem ipſius C ſubſtantiamq; eſſe concluſerit. Si autem hoc acceperit modo, tum antea profectò B ipſius C diffinitionem ſumpſerit eſſe, quare non demonſtrabit. Sumit. n. id quod mitio quærebatur.*

ANTI. *Non ſi enim conſequitur A ipſi B & hoc ipſi C erit ipſi C A quod quid erat eſſe, ſed verū erat dicere quòd erit ſolū, neq; ſi eſt A quod quid eſt & de B prædicatur omni. Nam animalis eſſe prædicatur de hominis eſſe, ſicut & dicimus omnē hominem eſſe animal, ſed non ſic ſicut vnū eſſeſſe. Siquidē igitur nō ſic accipiat nō ſyllogizatur quod A ſit in C in eo quod quid erat in ſubſtātia. Si vero ſic acciꝑiat, tunc prius erat accipiens quòd in C eſt in eo quod quid erat eſſe B. Quare neque demonſtratum eſt. Quod enim erat in principio accepit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probat propositum.s. ꝙ talis probatio contineat petitionem principij, & dicit ꝙ non sequitur ꝙ maior extremitas quæ est à sit quod quid est minoris extremitatis quod est c, ex hoc ꝙ a sequitur ad b & b sequit ad c, sed sequitur simpliciter ꝙ a solũ insit c. Et si vlterius detur ꝙ ipsum a sit quod quid est alicuius, & prædicetur vniuersaliter de b nõ adhuc sequitur ꝙ a sit quod quid est ipsius c id est quod quid est animalis, prædicari de hoc qđ est homini esse, de eo quod est quod quid est hominis. Sicut.n. verum est, ꝙ animal vniuersaliter prędicatur de homine; ita verum est ꝙ diffinitio animalis vniuersaliter prędicetur de diffinitione hominis, non tũ vt sint omnino vnũ & idem. Sic ergo patet, ꝙ si aliquis non sic accipiat terminos, vt primũ sit omnino vnum & idem medio, & medium vltimo, nõ poterit, syllogizari ꝙ a quod est primum, sit quod quid est ipli c quod est vltimum ex essentia eius. Si vero accipiãtur termini modo prædicto, sequitur quod priusquã concludat, accipiatur in premissis quod quid est ipsius c scilicet ipsum b, ex quo sequit ꝙ non sit demõstratio, sed petitio vel acceptio principij.

LECTIO IIII.

Diffinitionem ipsam non posse per viam diuisionis demonstrari, ostenditur.

ARGY. *Atqui neq; per diuisionis viam fit ratiocinatio, vt in Priorum resolutiuorum diximus libro. Nunquam.n. in diuisione fit, vt cum hæc sint, necessario illa sequantur, sed fit perinde atq; cũ quispiam inducit. Non.n. demonstrat. Nam nõ interrogare cõclusionem oportet, nec quia data est, ideo ipsam esse oportet, sed necesse est ipsam esse cũ illa sint, & si hisce, qui respondet non dicit, nec assentitur. Etenim si quispiam hoc interrogat pacto, homo animal ne, an inanimatũ est? deinde accipit animal, nullam prorsus ratiocinationẽ facit vt patet. Rursus si omne animal gressibile esse, aut aquaticum dixerit, deinde gressibile ceperit, nullam ratiocinationem fecit profecto, nec hominem hoc esse totũ animal inquã gressibile necessario ex dictis emergit, sed hoc quoq; perinde vt illa sumit. Atq; nihil omnino refert siue in multis, siue in paucis hoc pacto fiat, est.n. idem. Fit igitur vt hisce, qui hoc procedunt modo, inutilis sit hic vsus, & ad ea, quorum fieri ratiocinatio potest.*

ANTI. Tex.cõ.4. *AT vero neq; per diuisionis viam est syllogizare, sicut in Resolutione circa figuras dictũ est. Nequaquam enim necesse est illam rem esse cum hæc sint, sed sicut, neq; inducens demonstrat. Non.n. oportet conclusionem interrogare, neq; in cõcedendo esse, sed necesse est esse cũ sint illa, & si non dicat respondens, vt homo animal est, aut inanimatũ, postea accipit animal, non syllogizatum est. Item omne animal aut gressibile, aut aquatile, & si accepit gressibile, & hominem totum animal gressibile, non necesse est ex dictis, sed accipit & hoc. Differt autẽ nihil in multis, aut in paucis sic dicere, idem enim est. Non syllogisticus, quidem igitur vsus sit sic procedentibus, & de conuenientibus syllogizari.*

Postquam Philosophus ostendit ꝙ nõ potest demonstrari quod quid est per terminos cõuertibiles, hic ostendit ꝙ non potest demonstrari per viam diuisionis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositũ. Secundo excludit quandam solutionem, ibi {Contingit soluere autem.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum per rationem communem omnibus, quæ syllogizari possunt. Secundo ostendit propositum quãtum ad ea, quæ sunt propria ei quod quid est, ibi {Quid enim prohibet, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ sicut nõ potest demonstrari quod quid est per terminos cõuertibiles, ita etiam non potest demonstrari per viam diuisionis, per quã etiã nihil syllogistice probatur sicut dictũ est in Resolutione circa figuras. i. in. 1. Priorũ analyt. Sicut.n. in Posterioribus analyticis docetur resolutione vsq; ad principia prima, ita etiam in Prioribus analyticis fit resolutio ad prima quædam simplicia pertinentia ad dispositionem syllogismi in modo & figura. Quòd autem per viam diuisionis nõ possit aliquid syllogizari probat per hoc, ꝙ via diuisionis non ex necessitate sequitur cõclusio existenti bus præmissis, quod requiritur ad rationem syllogismi. Sed ita se habet in via diuisionis, sicut & via inductionis. Ille enim qui inducit per singularia ad vniuersale, nec demonstrat, neque syllogizat ex necessitate. Cum.n. aliquid syllogistice probatur, non est necessarium vlterius ꝙ vel interroget de conclusione, nec ꝙ respondens ei det conclusionem, sed necesse est ꝙ conclusio sit vera præmissis existentibus veris. Hoc autem nõ accidit in via diuisionis sicut manifestat per exempla. Proceditur.n. via diuisionis, cũ accepto aliquo communi, quod per multa diuiditur, remoto vno concluditur alterum. Puta si entium aliud est animal, & aliud est inanimatum, habito ꝙ homo non sit inanimatum cõcluditur ꝙ sit animal, sed ista conclusio non sequitur, nisi respondens det ꝙ homo vel sit animal vel inanimatum. Et est attendendum, ꝙ satis conuenienter comparauit diuisionem inductioni. Vtrobiq; enim oportet supponere, quod accepta sint omnia, quæ continentur sub aliquo communi, alioquin nec inducens poterit ex singularibus acceptis concludere vniuersale, nec diuidens ex remotione quarundam partium poterit concludere aliã. Patet ergo ꝙ inducens facta inductione ꝙ Sortes currat, & Plato, & Cicero, non potest ex necessitate cõcludere, quòd omnis homo currat, nisi detur sibi à respondente ꝙ nihil aliud contineatur sub homine, quàm ista quę inducta sunt. Similiter etiam nec diuidens, si probauerit ꝙ hoc coloratum non sit album, nec palidum, non potest ex necessitate concludere ꝙ sit nigrum, nisi detur sibi à respondente, quòd nihil aliud cõtineatur sub colorato, nisi ea, quæ assumpta sunt in diuisione. Et quia inuestigantibus quid est homo, oportet accipere non solum genus quod est animal, sed differentiam, vlterius in suo exemplo procedit quòd si omne animal, aut gressibile est, aut aquaticum, & accipiat ꝙ homo qui nõ est animal quod est aquaticum sit totũ hoc quod est animal gressibile, non ex necessitate sequitur ex dictis, sed oportet quòd hoc etiam supponat datum sibi à respondente. s. ꝙ animal sufficienter diuidatur per gressibile & aquaticum. Et quia quandoque per plures diuisiones proceditur ad accipiẽdum quod quid est alicuius rei, ideo præmissis duabus diuisionibus in suo exemplo, subdit quòd nihil differt quòd sic procedatur in multis, aut in paucis. Eadem.n. est ratio in omnibus. Et sic vlterius cõcludit quòd procedentes per viam diuisionis, etiã circa ea, quæ contingit syllogizari, nõ vtuntur probatione syllogistica. Deinde cum dicit.

Cap.18.

ARGY. *Quid vero prohibet, vt illud totum vere quidem dicatur de homine, non tamen quid est, neque quiddatem declararet?*

ANTI. *Quid enim prohibet hoc verum quidem omne esse de homine, non tamen quod quid est, neque quod quid erat esse ostendens?*

Inducit duas rõnes proprias ei quod quid est. Quarũ prima est, quia nõ omne, quod vere prædicat de aliquo, prædicatur in eo quod quid est est, nec signat essentiam eius. Sit igitur detur quòd per viam diuisionis sufficiẽter probetur,

probetur, quòd totum hoc scilicet animal gressibile vere prædicetur de homine, non tamen propter hoc erit probatum ꝙ prędicetur de eo in eo quod quid est, vel ostendat quod quid erat esse id est ꝙ demonstrat essentiã rei.

Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Quid insuper obstat, vt aut addatur substantiæ quippiam, aut auferatur, aut prætermittatur?*

ANTI. vide in anot. *Amplius quid prohibet, aut apponere aliquid, aut auferre, aut supergredi substantiam? Hęc igitur dimittuntur quidem.*

Quæ talis est. Essentia.n. cuiuslibet rei declaratur per aliqua certa quibus nec addere oportet, nec subtrahi. Nihil aũt prohibet quin ille qui procedit per viam diuisionis, aut apponat aliquid supra ea, quę sufficiunt ad ostendendum quod quid est, aut auferat aliquid eorũ quæ ad hoc sunt necessaria, aut etiam ꝙ supergrediatur vel excellat essentiã rei, vtpote si sit cõmunius q̃ ipsa res, quod fit dum subtrahuntur differentiæ vltimæ quibus ea quæ sunt communia cõtrahuntur. Vnde per diuisionem non probatur sufficiẽter quod quid est. Et hoc est quod concludit, ꝙ in via diuisionis prętermittuntur, prędicę conditiones, vt scilicet id, quod cõcluditur prædicetur in eo quod quid est, & ꝙ nec excedatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque hæc quidem eueniunt, sed summam (quispiam dixerit) vniuersa ea, quæ hoc ipso quid est prædicantur. Et adhibita diligentia post primi diuisionem alterius ue postulationẽ, ipsius rursus postulare distributionẽ deinceps faciã. Atq; adeo, vt nihil prætermittatur quod quidem est necessariũ, si omne cadit in diuisione, & nihil deest. Id vero est necessariũ. Indiuiduũ.n. iam esse oportet.*

ANTI. *Contingit autem soluere in accipiendo in eo quod quid est omnia, & quid est consequenter per diuisionem facere quæ fiunt prius, & nihil relinquere. Hoc autem necessarium est. Indiuiduum enim specie oportet esse.*

Excludit quandam solutionem. Et primo proponit eam. Secundo concludit ipsam, ibi {Sed syllogismus tamen, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ contingit soluere ea, quæ obiecta sunt ex eo ꝙ aliquis dicat ꝙ diuidendo accipiat omnia quæ prædicantur in eo quod quid, & ita per consequẽtiam ad diuisionem faciat id, quod primo intendit, vt. s. constituat diffinitionem significantẽ quod quid est, & nihil relinquat eorum, quæ requiruntur ad diffiniendum. Et si hæc duo faciat. s. ꝙ omnia quæ accipit per diuisionem prædicentur in eo quod quid, & omnia hmõi cadant in diuisione, ita ꝙ nihil desit, necessarium est id quod est inuentum sit quod quid est. Et huiusmodi necessitatis ratio est, quia acceptis omnibus quę prædicantur in eo quod quid, nullo derelicto, iam id quod inuentum est, oportet esse quoddam indiuiduum. s. indiuiduã rationem talis rei, ita. s. ꝙ non indigeat vlteriori diuisione ad hoc ꝙ approprietur huic rei. Deinde cum dicit.

ARGY. *At quanquã id fieri potest, nulla tamen hoc pacto unquã efficitur ratiocinatio. Sed si noscere diuisio facit, alio quodam id facit modo. Atq; hoc quidem non est absurdũ. Neq; enim is, qui vitur inductione fortasse demonstrat. Notum tamen aliquid, facit ratiocinationem autem non dicit, qui diffinitionem ex diuisione dicit. Nam vt in conclusionibus, quæ sine medys inferuntur, si quispiam dixerit hoc necesse est esse, cũ ista sint, sit vt interrogetur propter quid, sic & in diffinitionibus cum per diuisionem inuestigantur fieri potest. Nam cum hæc conficitur diffinitio hominis, animal mortale pedes habẽs bipes ac alis vacans. Cur hoc? in vnaquaq; partium additione nimirum interrogatio fieri potest. Dicet.n. atq; ostendet per diuisionem, vt putat omne animal, aut immortale esse, aut mortale. Talis aũt oratio tota nõ per ratiocinationẽ esse ostenditur. Quare etiã si diffinitio per diuisionem demonstraretur, nunquam tamen per ratiocinationem conficitur.*

ANTI. *Sed syllogismus tamen non inest, & si vere alio modo cognoscere facit, & hoc quidẽ non est inconueniens. Neque.n. inducens fortasse demonstrat, sed tamẽ manifestat aliquid, syllogismum autem non dicit, ex diuisione dicens diffinitionem. Sicut.n. in conclusionibus quæ sine medys sunt, si aliquis dicat quoniam his existentibus necesse est hoc esse, contingit interrogare propter quid, sic & in diuisiuis terminis, quid est homo? animal mortale bipes habens pedes sine pennis, propter quid secundum vnamquanq; appositionem. Dicet enim & monstrabit diuisionem sicut opinatur, quòd omne animal aut mortale, aut immortale sit. Huiusmodi autem ratio non omnis est diffinitio. Quare quamuis diuisione demonstrauerit, sed diffinitio non syllogismus sit.* Vide in anot.

Excludit prædictam solutionem, & dicit ꝙ quamuis necesse sit prędictis existẽtibus aliquid indiuiduũ fieri, sicut expositum est tñ prædicta via non est syllogistica, quamuis cognoscere faciat quod quid est per alium modum, & hoc nõ est inconueniens. i. ꝙ aliquid alio modo manifestetur quam per syllogismũ. Ille.n. qui vtitur inductione non probat syllogistice, sed tñ aliquid manifestat. Quòd autem ille qui per diuisionem ad diffinitionem peruenit non faciat syllogismũ, ostendit per quoddã simile. Si.n. inducatur cõclusio ex maiori propositione, subtracta media, & concludens dicat, ꝙ necesse est sequi ex pręmissis, poterit interrogare respõdens, ꝓpter quid sit necessarium, quod non accidit in syllogistica probatione. Vnde talis modus argumentandi non est syllogisticus. Ita etiam in terminis diuisiuis nõ fit syllogismus, quia semper restat interrogatio propter quid. Puta si aliquis volens notificare quid est homo, accipiat per viam diuisionis ꝙ homo est animal mortale bipes, vel habens pedes sine pennis, ad quamlibet oppositionem prędicto rum poterit cõuenienter quæri propter quid sit necesse. Ille.n. qui ad manifestandum quod quid est conatur, nõ solum dicet, sed etiam probabit per diuisionem, secundum ꝙ ipse opinatur ꝙ omne quod est, sit mortale, aut immortale. Et quamuis detur ꝙ per hãc diuisionẽ possit demonstrare propositum, tamen nõ est necesse ꝙ ratio sic concluſa sit diffinitio, quia forte ea, ex quibus constat ratio talis, non prædicantur in eo quod quid est, vel excedunt substantiam diffiniti. Sed & si contingat, ꝙ talis ratio sit diffinitio, non tamen per syllogismum probatur ꝙ diffinitio sit, vt ex supra dictis patet.

LECTIO V.

Ex duobus modis ex his quæ ad quod quid est exiguntur, ipsum demonstrari minime posse ostenditur.

ARGY. *Sed ne fieri potest, vt ipsum quid est accommodatum substantiæ demonstraretur, ex suppositione tamen, hoc pacto, ut accipiatur id quidem proprium quod ex hisce constat, quæ hoc ipso quid est prędicantur, diffinitionem esse, hæc autem sola dictio prædicari modo, totumq; quod ex hisce constat proprium esse. Id est.n. illius nimirũ ratio.*

ANTI. Tex.cõ.5. vide in anot. *Sed vtrum sit demonstrare quod quid est secundum substantiam ex conditione accipiente quod quid erat esse, quod est ex his, quæ sunt in eo quod quid est propryś? Hæc autem in quod quid est sola, & proprium est omne. Hoc enim est esse illi.*

Postquam Philosophus ostendit, quòd nõ potest demonstrari quod quid est, nec per cõuertibiles terminos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec per viam diuisionis,hic ostendit vlterius ꝙ non potest quod quid est demonstrari, accipiendo id quod requiritur ad quod quid est. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositū. Secundo concludit ex omnibus præ dictis, ꝙ nullo modo quod quid est demonstrari possit, ibi {Qualiter igitur diffiniens,&c.} Circa primum duo facit. Primo inducit rationes proprias ad propositū. Secundo inducit quādam rōnem communem ad id, quod nunc dr̄,& ad id quod supra dictum est, ibi {Ad vtrosq; autem,&c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ non potest demōstrari quod quid est per hoc ꝙ accipiatur id,quod pertinet ad rationem eius quodquid est. Secundo ostendit, ꝙ non potest demōstrari quod quid est huiusmodi rei, ex hoc ꝙ accipiat quod quid est alterius rei,ibi {Ex suppositione aūt,&c.} Circa primū duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo argumentatur ad propositum,ibi {Aut iterum accipit,&c.} Quæritur ergo primo, vtrum cōtingat demōstrare quid sit aliquid s̄m suam substantiam,ex tali, suppositione,per quā accipiatur quod quid erat esse alicuius rei, ex illis conditionibus quæ sunt proprie ei quod quid est. Puta si aliquis probet,ꝙ animal gressibile bipes sit quod quid est homi nis, accipiens pro medio ꝙ hæc ratio conuertatur cū homine,& constat ex genere & differentia. Hęc autem sola requiruntur ad quod quid est, totum hoc quod dictum est, est ꝓpriū ei quod quid est, quia est esse illi.s.ei quod quid est,quasi dicat, ꝙ hoc quod est esse rationem conuertibilem ex genere & differentijs cōstantem, est omnino idem ei quod quid est. Deinde cum dicit.

ARGY. *An & hic rursus sumitur diffinitio? Necesse est enim per medium ipsum ostendere.*

ANTI. *An iterum accipit quod quid erat esse,& in hoc? Necesse est enim per medium monstrare.*

Obijcit ad prædictā quæstionem duabus rationibus, ostendens ꝙ nō potest quod quid est prædicto modo demonstrari. Quarum prima est,quia sicut præmissi modi demonstrādi deficiunt in hoc ꝙ accipiunt id quod quęritur,ita est in proposito. Accipitur.n.& in modo probationis quod quid erat esse , puta dum accipitur ꝙ omnis ratio conuertibilis constans ex genere & differentijs significat quod quid est: & ita inconueniens est probatio. Necesse est enim id,ad quod demōstratio inducitur non supponere quasi medium , sed potius per aliud medium demonstrare. Secundam rationem ponit ibi .

ARGY. *Præterea quemadmodum nec in ratiocinatione sumitur quid est ratiocinari, semper.n.tota, vel pars est propositio,ex quibus ratiocinatio constat, sic neq; diffinitionem oportet in ratiocinatione inesse, sed seorsum à propositionibus esse. Atq; vt si quis ambigat,si ratiocinatio sit confecta nec ne, obuiādum est asserendo ratiocinationem esse extructam,id.n.ratiocinatio,sic & ad eum,qui dicit non diffinitionem esse cōclusam, asserendū est diffinitionē esse cōclusam. Id.n.nobis supponebatur esse ratio diffinitione. Quare necesse est,& sine ratiocinationis, & sine diffinitionis ratione, aliquid per ratiocinationem cōclusum esse.*

ANTI. *Amplius sicut in syllogismo,neq; accipit quod quid est syllogizare. semper.n.totū, aut pars est ex quibus est syllogismus sic neq; quod quid erat esse oportet esse in syllogismo,sed seorsum hoc appositis esse, & ad dubitantē syllogizatum est,aut non, est hoc contradicere, quoniam hic erat syllogismus,& adhuc quòd neq; quid erat esse syllogizatum est,quoniam vtique est, hoc.n.positum est nobis quod quid erat esse. Quare necesse est sine eo quod quid est syllogismus,aut quod quid erat esse, syllogizare aliquid .*

Quæ sumitur ex similitudine syllogismi. Cum enim aliquis syllogizat,non oportet ꝙ accipiat diffinitionem syllogismi ad syllogizandum, quia ea ex quibus procedit syllogismus hoc modo se habent , ꝙ semper quodlibet eorum est aut tota propositio, id est vniuersalis, seu maior,aut est pars,id est particularis,seu minor, quæ sumitur sub maiori. Et ita diffinitio syllogismi non est aliquid eorum,ex quibus procedit syllogismus . Et similiter si aliquis velit syllogizare quod quid erat esse alicuius rei, nō oportet ꝙ accipiat quid sit quod quid erat esse, sed oportet hoc seorsum haberi in mente , præter ea, quæ ponuntur in diffinitione vel syllogismo. Huiusmodi enim rationes syllogismi & diffinitiones se habent in diffiniendo & syllogizādo,sicut regulæ artis,ad quas debet aspicere Artifex in operando. Artifex enim qui facit cultellum, non facit operādo regulam, secundum quam operatur, sed secundum regulam, quam habet in mente examinat an cultellus bene sit factus. Et ita etiam ille qui syllogizat non accipit rationem syllogismi in syllogizando, sed examinat syllogismum factum,an sit bonus. Vnde si aliquis dubitet de syllogismo facto an sit syllogizatum vel non,poterit syllogizans obuiare,ostendendo ꝙ syllogismus sit tale aliquid. Similiter etiam el qui intendit syllogizare quod quid erat esse , conuenit vt habeat seorsum in mente rationem eius quod quid erat esse , vt si aliquis dicat ꝙ non est syllogizatū quod quid erat esse,ipse dicat ꝙ immo , quia tale aliquid ponit quod quid erat esse. Sic ergo patet, ꝙ syllogizans quod quid erat esse,non debet sumere quid est syllogismus, neq; quid est quod quid erat esse . Deinde cum dicit.

At enim neq; sic bene sese habebit ipsius quid est probatio. si ex suppositione etiam quispiā ipsum ostendat,hoc pacto. si ratio mali est diuisibile esse,quibus autem est contrarium, eorum , & ratio contraria est rationi contrarij, atq; bonum est malo contrarium,& indiuisibile diuisibili, ratio boni nimirum est indiuisibile esse . ARGY.

Et si ex suppositione alia demonstret , vt si malo inest diuisibile esse,in contrario autem contrarij esse, in quibus est contrarium,bonum autem contrario malo, & indiuisibile diuisibili,est itaq; bonum esse indiuisibile . ANTI. Tex.cō.6. vide in annot.

Ostendit quòd nō potest demonstrari quod quid est vnius rei ex quod quid est alterius rei . Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit quod intendit. Secūdo probat propositum,ibi {Etenim hic accipiens,&c.} Dicit ergo primo. ꝙ etiam non probatur quod quid est si aliquis velit hoc probare ex suppositione quod quid est alterius rei . Puta si aliquis sic procedat accipiens ꝙ idem sit esse diuisibili & malo id est quòd diuisio sit quod quid est mali , & vlterius argumētetur sic. In omnibus quę habent contrarium,contrarij est contrarium quod quid est,sed bono est contrarium malum, & indiuisibile est cōtrarium diuisibili , sequitur ergo ꝙ indiuisibile sit quod quid est ipsius boni. Et sumuntur ista exempla secundum Platonem,qui posuit ꝙ eadem est ratio vnius & boni . Videmus.n.ꝙ vnumquodq; appetit vnitatem sicut proprium bonum,vnum autē est idem quod indiuisibile, & sic per oppositum sequitur ꝙ malum sit idem,quod diuisibile. Vnum enim refugit diuisionem,sui, quia per hoc tendit ad diminutum & imperfectum . Deinde cum dicit. Pla. posuit de ratione vnius & boni.

Et hic enim accipiens,diffinitionem ostendit . ARGY.

Et enim hoc accipiens,quod quid erat esse demonstrat. ANTI.

Probat propositum.s. ꝙ non possit demōstrari quod quid est . Et hoc duabus rationibus , quarum prima est, quia

quia etiam in hoc modo probationis demōstrat aliquis, accipiendo quod quid erat esse,& ita accipit quod oportet probare. Deinde cum dicit.

ARGY. *Sumit autem diffinitionem ad ostendendum diffinitionem. At sit aliquid aliud. Et in demonstrationibus enim aliquid de alio dici sumitur. Non tamen ipsum,neque id cuius est eadem ratio,atque conuertitur .*

ANTI. *Accipere autem ad demonstrationem quod quid erat esse alterum tantum sit. Et in demonstrationibus est,quoniam est hoc de hoc,sed nō ipsum, neque cuius eadem ipsa ratio. Et conuertitur .*

Et dicit,ꝙ non solum est inconueniens ꝙ accipiatur quod quid erat esse ad demonstrandum, sed & alterū inconueniens sit ꝙ accipitur quod quid erat ad demonstrādum quod quid erat esse, quia etiam in demonstrationibus,in quibus probatur hoc de hoc,puta passio de subiecto, accipitur pro medio quod quid erat esse , non tamen quod quid erat esse quod accipitur , est ipsum videlicet, quod debet concludi , vel aliquod quod habeat eandem rationem & cōuertatur. Eandem autem rationem habet ꝙ bonum sit indiuisibile , & malum diuisibile, & hæc duo conuertuntur , quia posito vno ponitur alterum , & econuerso . Deinde cum dicit .

ARGY. *Ad vtrosque autem,quorum alter diuisione,alter tali ratiocinatione ostendit,eadem est dubitatio cur homo simul animal bipes gressibile , sed non animal seorsum , & bipes erit seorsum. Nulla nanque necessitas cogit , vt ex ijs,quæ sumuntur, vnum efficiatur,quod prædicetur , sed erit forsitan perinde, atque idem homo , & musicus est, & grammaticus .*

ANTI. *Ad vtrosque autem & secundum diuisionem demonstrantem & ad sic syllogismum,est eadem oppositio , propter quid est homo animal & bipes gressibile, sed non animal,& bipes. Ex acceptis enim neque vna necessitas est vnum fieri quod prædicatur , sed vtique idem erit homo, & grammaticus, & musicus .*

Inducit rationem cōmunem contra eum, qui demonstrat ex suppositione & diuisione, & dicit ꝙ eadē oppositio habet locum contra vtrosque.s.contra eum , qui vult demonstrare quod quid est per diuisionē,& contra eum qui vtitur suppositione quod quid est in syllo. Manifestū est.n.ꝙ diffinitio significat vnum aliquid, vnde ea , quæ ponuntur in diffinitione , ad significādum vnitatem debent poni absq; copula, vt dicatur ꝙ hō est animal gressibile bipes , non autem debet dici ꝙ homo sit animal & bipes. Vnde si aliquis vult ꝓbare quod quid est, oportet ꝙ probet quæ assumunt fieri vnum. Sed non est necessariū s̄m prædictas vias diuisionis & suppositionis , ꝙ ex his,quæ accipiunt ad diffiniendum fiat vnum predicatū, sed poterit esse ꝙ sint multa, puta si dicatur ꝙ est grammaticus,& musicus. Videtur ergo, ꝙ s̄m vias prædictas, non probetur quod qui dett. Deinde cum dicit .

ARGY. *Hæc cum ita sint, quonam pacto is,qui diffinit substātiam , & ipsum quid est ostendet vel differendæ? Neque enim vt is,qui demonstrat,ex hisce,quæ conceduntur,notum faciet ipsum,vt cū illa sint,necessario aliquid aliud sit,hæc enim est demonstratio,neque etiam vt is , qui per singula nota inducit vniuersa ex eo sic se habere,quia nihil singulorum sese aliter habet. Non enim quid est , sed esse,aut non esse ostēdit. Quis igitur alius modus restat? Non enim sensu vel digito demonstrabitur.*

ANTI. *Qualiter igitur diffiniens demonstrabit substantiam, aut quod quid est? Neque enim sicut demonstrans ex certis esse,manifestū faciet quod necesse est,cum sint illa,alterum esse aliquod , demonstratio enim hæc est neque demonstrabit sicut inducens per singularia cum manifesta sint,quoniam omne sic,cui nihil aliter est. Non enim quid est demonstrat , sed quoniam est,aut non est . Quis igitur est modus relictus? Non.n monstrabit sensu,aut digito.* ARGY.

Concludit ex præmissis ꝙ nullo modo potest probari quod quid est,& dicit. Si igitur neq; per terminos cōuertibiles,neq; per diuisionem , neq; per suppositionem demonstratur quod quid est,quo modo igitur diffiniens poterit demonstrare substantiam rei, vel quod quid est? Iam enim ex præmissis patet ꝙ non probat, sicut manifestum faciens ex his , quæ sunt per se nota , ꝙ necesse sit alterum aliquid sequi per ea,quæ dicta sunt,ꝙ requiritur ad demonstrationē. Relinquitur autem præter tres modos quartus modus,qui est per inductionem. Sed nec cōtingit ꝓbare quod quid est per singularia manifesta.s.ꝙ aliquid prædicetur de omnibus , & nō sit aliquid eorum ꝙ aliter se habeat,quia sic inducendo non demonstrabit quod quid est, sed demonstrabit aliquid esse vel nō esse, puta ꝙ omnis hō est animal , vel nullus homo est lapis . Nullus autem alius modus relinquitur ad demonstrandū quodquid est, nisi forte modus demōstrationis qui est ad sensum,sicut cum demonstratur digito. Manifestum est autem ꝙ hic modus non potest competere in proposito, quia quod quid est non est obiectum sensus, sed intellectus, vt dicitur in 3. de Anima . Relinquitur ergo quod nullo modo possit demonstrari quod quid est. Tex.cō. 9: Lect.8. tex. expo.2.

LECTIO VI.

Ex communibus idem quod supra ratiocinatur,diffinitionem item esse nominis quidditatem tribus rationibus ostendit.

Præterea,quonam pacto ipsum quid est ostendet? Necesse est enim eum,qui scit quid est homo aliud quoduis,et esse etiam scire. Id enim quod nō est in ratione,nemo scit vnquam quid est,sed quid nam oratio vel nomen significat , vt cum dico hippocentaurus bene percipimus , fieri vero nequit , vt sciamus quid hippocentaurus est . ARGY.

Amplius autem quo modo mōstrabit quodquideſt? Necesse est enim quodquidest homo, aut aliquod quomodolibet,scire quia est. Quod enim non est, nullus scit quid est,sed quid significat diffinitio quidem, aut nomen, cum dico tragelaphus,quid autem est tragelaphus impossibile est scire . ANTI. Tex.cō.7.

Postquam Philosophus ostendit quod non contingit demonstrare quod quid est,inducendo per singulos modos,quibus aliquid demonstrari potest, hic ostendit propositum per rationes communes . Et circa hoc tria facit. Primo præmittit quoddā , quod est necessarium ad propositum ostendendum . Secundo ostendit propositum , ibi {At vero si demonstrabit quod quid est.} Tertio epilogat quæ dicta sunt,ibi {Ex his igit neq; diffinitio &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non videtur esse possibilis aliquis modus,quo aliquis demonstret quod quid est esse hominis,& hoc ideo, quia necesse est, ꝙ quicunque scit quod quid est esse hominis vel cuiuscunq; rei , ꝙ sciat rem illam esse . Quia enim non entis non est aliqua quidditas vel essentia, de eo, quod non est nullus potest scire quod quid est,sed potest scire significationem nominis vel rationem ex pluribus nominibus cōpositam , sicut potest aliquis scire quid significat hoc nomen tragelaphus vel hircoceruus,quod idem est, quia significat quoddā animal compositum ex hirco & ceruo , sed impossibile est sciri quod quid est hircocerui , quia nihil est tale in rerum natura. Deinde cum dicit.

At

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGY. *At vero si quid est ostenderit, & esse quoque ostendet. Et quonam modo ratione eadem ostendet. Nam vnũ quiddam diffinitio ipsa declarat, & demonstratio etiam vnum. Quid autem est homo, & hominem esse, diuersa sane, non eadem sunt.*

ANTI. *At vero si demonstrabit quid est, & quia est. Et qualiter eadem ratione monstrabit. Diffinitio enim quoq; vnũ aliquid manifestat, & demõstratio. Id autem quodquid est homo, & esse hominem aliud est.*

Ex eo, quod præmissum est procedit ad propositum ostendendũ. Circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ non potest ostendi, quodquidest demõstratione. Secundo ꝙ non potest ostendi diffinitione, ibi ❡ Si ergo & diffiniens demonstrat. Circa primum ponit tres rationes quarum prima talis est. Sicut diffinitio inducitur ad manifestandum aliquid vnum inquantum. ſ. ex partibus diffinitionis fit vnum per ſe, & non per accidens, ita etiam oportet ꝙ demonstratio, quæ vtitur diffinitione tanquã medio, vnum aliquid demonstret. Oportet enim conclusionem esse medio proportionatam. Et ita patet, ꝙ per vnam & eandem demonstrationem non possunt diuersa demonstrari ❡ sed aliud est quodquidest homo, & esse hominẽ. ❡ In solo enim primo essendi principio quod est essentialiter ens, ipsum esse & quidditas eius est vnum & idem, in omnibus autem alijs, quæ sunt entia per participationẽ, oportet ꝙ sit aliud esse & quidditas entis. Non est ergo possibile ꝙ eadem demonstratione demonstret aliquis quid est & quia est. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Deinde etiam dicimus omne quoduis, nisi sit substantia, necessario per demonstrationem esse ostendi. Esse vero rei nullius est, vt patet, substantia. Id enim quod est, nõ est genus. Demonstratio igitur id est, quippiam ostẽditur esse, quod quidem etiam nunc ipse scientiæ faciunt. Geometra nanque quid significat quidem triangulus sumpsit, esse autem ipsum demonstrat. Quo modo igitur ostendet ipse diffiniens quid est triangulus? Sciens ergo quispiam diffinitione quippiam quid est, si sit illud nescit. At nunquam fieri potest.*

ANTI. vide in annot. *Postea & per demonstrationem dico necessarium esse omne demonstrare quia est, nisi substantia sit, esse autem nulla substantia est. Non enim est genus quod est. Demonstratio vtique erit quod est, quod vere & nunc faciunt scientiæ. Quid enim significat triangulus accipit geometra, quod autem est, demonstrat. Quid igitur monstrabit diffiniens. Quid est, non quia est, vt triangulum. Sciens itaque aliquis diffinitione quod quid est, si est non sciet. Sed impossibile est.*

Quæ talis est. Secundum cõmune sapientum dictũ, necessarium est ꝙ omne. i. primum totum, quod per demonstrationẽ demonstratur, sit ipsum quia est, nisi forte aliqs dicat ꝙ hoc ipsum quia est sit substãtia alicuius rei. Hoc autẽ est impossi. Hoc. n. ipsum quod est esse, non est substantia, vel essentia alicuius rei in genere existentis. Alioquin oporteret ꝙ hoc, quod dico ens, esset genus quia genus est quod prædicat de aliquo in eo quod quid. Ens autem non est genus, vt probatur in 3. Meta. Et propter hoc ẽt, Deus qui est suum esse non est in genere. Si autem quia est esset substantia alicuius rei, simul cum aliquis ostenderet quia est, ostenderet quid est, & ita nõ totum quod demonstratio demonstrat, esset quia est. Illud autem est falsum. Ergo patet ꝙ demonstratio solum demonstrat quia est. Demonstrat. n. enunciationem aliquã quæ significat esse & non esse. Et hoc ẽt apparet in processu scientiarum. Geometra. n. accipit quid significat hoc nomen triangulus, & demonstrat ꝙ sit, puta cum demonstrat, super lineam rectã datã contingit triangulum æquilaterum constituere. Si igitur aliquis demonstraret solũ quid est triangulus, præter morem demõstrationũ, quibus vtuntur sciæ, non demonstraret hoc totum quod est triangulũ esse, sed demõstraret solum hoc quod dico triangulum. Sicut enim propter hoc ꝙ esse nõ est substantia rei, ille qui demonstrat esse, hoc solũ demonstrat. ita si aliquis demonstraret quid est, hoc solum demonstraret. Sequeretur igitur ꝙ aliquis sciens per diffinitionem in quid est, nesciret an est, quod est impossibile, vt ex prædictis patet. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Patet autem per ipsos etiam diffinitionũ, quæ nunc assignantur, modos, eos, qui diffiniunt, non ostendere esse. Nã & si est medio quid æquale, tamen cur est ipsum diffinitum, & propter quod hoc circulus est quæretur. Poterit enim illud dicere quispiam diffinitionem orichalci etiam esse. Neque enim id esse posse quod dicitur, ipsæ diffinitiones insuper faciunt manifestũ. Neque illud & non aliud esse, cuius inquiunt diffinitionem esse, sed propter quid semper dicere licet.*

ANTI. vide in annot. *Manifestum autem est secundum nunc modos terminorum, quod non demonstrant diffinientes quia est. Si. n. est ex medio aliquod æquale, sed propter quid est quod diffinitur, & propter quid est circulus. Esset enim vtique & montis æneci dicere ipsam. Neque enim quòd possibile sit esse quod dicitur, cum assignantur termini, neque quòd illud est, cuius dicunt esse diffinitionem, sed semper licet dicere propter quid.*

Per exempla consuetarum diffinitionum manifestat idem, quod in præcedẽti ratione est conclusum. ſ. ꝙ mõstrans quid est, non monstrat, quia est. Vnde dicit, manifestũ esse non solum ſm prædicta, sed etiam ſm modos terminorum, i. diffinitionũ, quæ nunc sunt in vſu, ꝙ illi qui diffiniunt, nõ manifestant quia est, puta qui diffinit circulum, dicens, ꝙ est aliquid ex cuius medio lineæ ad circunferentiã ductæ sunt æquales, adhuc restat quæstio propter quid oporteat poni esse id, quod diffinitur, puta propter quid oporteat poni ꝙ sit circulus qui prædicto modo diffinitur. Cõuenit. n. aliquam similem rationem dicere mõtis æneꝫ, puta ꝙ est corpus æneum in altum & vſquequaq; diffusum, & tamen adhuc restat quærere an sit aliquid tale in rerum natura. Et hoc ideo quia termini ideſt rationes diffinitiuæ non declarant ꝙ illud, de quo assignantur, aut sit, aut possibile sit esse, sed semper assignata tali ratione, licet quærere si oporteat tale aliquid esse. Sic igitur patet ꝙ impossibile est ꝙ simul demonstretur quid est, & quia est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Si igitur is, qui diffinit, aut quid est ostendit, aut quid ipsum nomen significat. Si diffinitio nullo pacto est ipsius quid est erit, ipsa profecto ratio idẽ, quod nomẽ significãs.*

ANTI. *Si ergo diffiniens demonstrat, aut quid est aut quid significet nomen, sed non est vllo modo eius quodquidest, erit vtique diffinitio, & ratio nominis idem significans.*

Ostendit ꝙ non potest ostendi quod quid est diffinitione, ducendo ad inconueniens, vnde primo proponit, secundo ostendit quid ex hoc sequatur, ibi ❡ Sed incõueniens &c. ❡ Dicit ergo primo, ꝙ cũ ille, qui diffinit, possit ostendere vel quid est, vel tantũ quid significat nomen, non propter hoc oportebit ꝙ diffinitio sit manifestatiua ipsius qđ quid est, quod proprie pertinet ad diffinitionẽ alioquin sequeꝫ ꝙ diffinitio significãs quod quid est nihil sic aliud ꝙ ratio significans idẽ quod nomen, nec. n. super talẽ rationem adeit aliqd diffinitio, nisi ꝙa significat essentiam

Tex. cõ. 10. Lect. 2. tex. expo. 10.

essentiã alicuius rei, vnde si nõ sit aliqua res, cuius essentiã diffinitio significet, nihil differt diffinitio à rõne exponere significationẽ alicuius nominis. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Ad hoc absurdum est sane. Primo nanque & non substantiarum, & eorum, quæ non sunt in ratione rerũ, erit vtique diffinitio. Nam & ea, quæ non sunt, significare nomine licet.*

ANTI. *Sed inconueniens est. Primum quidem & non substãtia vtique esset, & eorum quæ non sunt. Significare enim est etiam quæ non sunt.*

Ostendit inconueniens esse ꝙ diffinitio nihil aliud sit ꝙ ratio exponens nominis significationẽ. Et hoc tribus rõnibus. Quarũ prima est, ꝙ cõtingit ẽt ea, quæ nec sunt substantia, nec sunt vniuersaliter entia aliquo nomine significare. Quodlibet aũt nomen per aliquam interpretationẽ exponi potest. Si ergo nihil aliud esset diffinitio, ꝙ ratio interpretatiua nois, sequeretur ꝙ diffinitio eẽt non substantiarũ & totaliter nõ entiũ, quod patet esse falsum. Ostensum est. n. in 7. Meta. ꝙ diffinitio principaliter qui dem est substantiæ, aliorum autem inquantum se habẽt ab substantiam. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Deinde omnes orationes diffinitiones erunt sine discrimine vllo. Fieri nanque potest, & cuius orationi nomen ponatur. Quare diffinitionibus differemus omnes, atque loquemur. Et ilias ipsa diffinitio erit.*

ANTI. *Amplius diffinitiones omnes ratiões essent. Esset enim vtique nomen ponere cuilibet rationi. Quare omnes terminos vtique disputaremus, & ilias diffinitio sit.*

Quę talis est. Cuilibet rationi. i. orationi aliquid significanti est imponere aliquod nomẽ, quod est ei correlpõdens, quod per illã rationẽ manifestaꝫ. Si ergo nihil aliud est diffinitio, ꝙ ratio interpretatiua nominis, sequeꝫ ꝙ oẽs rationes essent diffinitiones, & ita sequetur, cum disputamus, vel colloquitur adinuicem ꝙ ipsę disputationes vel collocutiones nostræ sint quædam diffinitiones, & similiter sequetur ꝙ ilias. i. poema Homeri de bello Troiano sit quædam diffinitio. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea nulla scientia demonstrabit hoc nomen hoc indicare, ac significare, ergo nec diffinitiones idipsum indicant.*

ANTI. *Amplius neque vna scientia demonstrat vtique quòd hoc nomen eius quod quid est significat, neque diffinitiones igitur huius assignant.*

Quæ talis est. Nulla scia demonstrat ꝙ tale nomen significet talem rem. Nomina. n. significant ad placitũ, vnde oportet hoc supponere ſm voluntatem instituentis. Manifestũ est ergo, ꝙ diffinitiones non significãt hoc, ſ. solam nominis interpretationem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ex his igitur nec idem esse diffinitionem ratiocinationemq; videtur. Et insuper neque diffinitionem demõstrare quidnam sit quicquam, fieriq; non posse, vt ipsum quid est demonstratione diffinitionis ne vnquam percipiatur, aut cognoscatur.*

ANTI. *Ex his igitur neque diffinitio, neque syllogismus idem existens, neque eiusdem syllogismus & diffinitio est. Adhuc autem quòd neque diffinitio nihil demonstrat, neque monstratur. Neque quod quid est neque diffinitione, neque demonstratione cognoscere est.*

Epilogat quæ disputatiue præmissa sunt. Et dicit, ꝙ ex præmissis videtur sequi, ꝙ diffinitio & syllogismus nõ sunt idem, neque de eodẽ, & quòd diffinitio nihil demonstret, quia non est de eodem de quo est demonstratio. Et similiter videt esse ostensum, quòd nõ est possibile cognoscere quod quid est, neq; per diffinitionẽ, neque per demonstrationẽ, quia diffinitio solum ostẽdit quid, & demonstratio ostendit quia est. Sed ad cognitionem quod quid est requiritur cognitio, quia est, vt dictũ est.

LECTIO VII.

Nonnunquam ipsum quod quid est demonstratione ostendi posse demonstrat.

ARGY. *Verum considerandum est rursus quid istorum bene, & quid non bene, rectęque dicitur, & quid est diffinitio, & vtrum aliquo modo sit ipsius quid est demonstratio, diffinitioue, an nullo sit modo.*

ANTI. Tex. cõ. 8. *Iterum autem speculandũ est quid horum dicitur bene, & quid non bene, & quid sit diffinitio, & eius quod quid est, nunquid quodammodo est demonstratio, aut diffinitio, aut nullo modo.*

Lect. immediate seq. tex. expo. vlti.

Postquam Philosophus disputatiue inquisiuit qualiter cognoscatur diffinitio & quod quid est, hic determinat vtranque veritatem. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositũ, ibi ❡ Quoniã aũt sicut diximus. ❡ Tertio epilogat quæ dicta sunt, ibi ❡ Manifestũ est igitur ex dictis &c. ❡ Dicit ergo primo, ꝙ iterum post disputatiuũ processum considerandũ est veritatẽ, determinando quid prædictorũ dicatur bene & quid non bene, & hoc tam circa ipsam diffinitionẽ, vt consideremus qui sit ipsa diffinitio, ꝙ etiã circa ipsum quod quid est, vt consideremus vtrũ aliqualiter possit manifestari demonstratione, vel diffinitione, vel nullo mõ. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Cum itaque scire quid est, & scire causam ipsius si est, idem sit, vti diximus, fieri potest, vt quid est ostendatur. Cuius quidem hæc ratio est. Est enim quædam causa. Et hæc aut est eadem, aut alia. Et si sit alia, aut est demonstrabilis, aut indemonstrabilis. Si igitur alia sit, demonstrarique potest, cum causa sit medium, & prima figura ratiocinationis ostendatur, necesse est id quod ostenditur vniuersale esse, & affirmatiuum, vt patet. Vnius igitur is est modus, quem nũc inquisiuimus, per aliud inquã ipsum quid est ostendere. Nam mediũ ipsorum quid est, necesse est esse quid est, & proprium identidem proprium. Quare diffinitionum eiusdem rei alia ostendet, alia non ostendet. Atque hisce modus non est demonstratio ipsius quid est, (vt antea diximus) sed ratiocinatio ad differẽdi modum accommodata.*

ANTI. vide in annot. *Quoniam autem sicut diximus idem scire quod quid est, & scire causam ipsius si est. Ratio autem huius est quoniam est aliqua causa. Et hæc aut eadem, aut alia est. Et si vtique alia est, aut demonstrabilis, aut indemõstrabilis est. Si igitur est alia, & contingit demonstrare, necesse est medium causam esse, & in figura prima demonstrari. Vniuersale enim & prædicatiuum est, quod demõstratur. Vnus quidem igitur modus nunc exquisitus per aliud quod quid est monstrare, & horum enim quod quid est necesse est mediũ esse quod quid est, & proprioru proprium. Quare hoc quidem medium mõstrabit, illud vero non monstrabit eorũ, quæ quod quid erant esse eiusdẽ rei. Hic quidẽ igitur modus quòd non sit demonstratio dictũ est prius sed est logicus syllogismus ipsius quod quid est.*

Lect. immediate seq. tex. expo. 2.

Exequitur propositum. Et primo quantum ad ipsum quod quid est. Secundo quantum ad diffinitionem, quæ est ratio significatiua eius, ibi ❡ Diffinitio autem qm dicitur ratio &c. ❡ Circa primum ponit duos modos manifestandi quod quid est. Et primo ponit modũ logicæ probationis. Secundo modum demonstratiuæ probationis, ibi ❡ Quo autem modo contingat &c. ❡ Circa primum resumitur primo id, quod supra manifestatum est. ſ. ꝙ idẽ est scire quid est & scire causam quæstionis, an est, sicut

Lib. 2 lex.

idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem est scire propter quid, & causam scire quæstionis quia est. ¶ Ratio autẽ huiusmodi ¶ scilicet ꝙ idẽ est scire quid est, & scire causam ipsius si est ita, est, quia oportet quod eius quod est rem esse sit aliqua causa. Propter hoc enim dicitur aliquid causatum, quod habet causam sui esse. Hæc autẽ causa essendi, aut est eadem. s. cũ essentia ipsius rei, aut alia. Eadem quidem sicut forma & materia, quæ sunt partes essentiæ, alia vero, sicut efficiens & finis, quæ quidem duæ causæ sunt quodammodo causæ formæ & materiæ. Nam agens operatur propter finem, & vnit formam materiæ. Et si accipiamus causam, quæ est alia ab essentia rei, quandoq; quidẽ est talis, per quã posit fieri demonstratio, quãdoque autem non. Non. n. ex omni causa agẽte sequitur ex necessitate effectus. Ex suppositione autem finis sequitur ꝙ sit id, quod est ad finem, vt probatur in 2. Physico. Supponamus ergo ꝙ sit aliquis effectus, cuius esse causa sit non solum ipsa essentia rei, sed habeat etiam aliam causam, & sit talis per quã posit demonstrari, puta si dicamus, ꝙ si homo pertingit ad beatitudinem, necesse est præexistere virtutem. Accipiamus autem, quod essentia virtutis sit habitus operans ſm rationem rectam. Potest ergo demonstrari esse aliquem habitum ſm rectam rationem operantẽ, si sit aliquis habitus ad beatitudinem perducens. Accipiatur ergo pro medio illa causa alia, quæ est demõstratiua, & formetur syllogismus in prima figura, quod necesse est fieri quia oportet quod quid est vniuersaliter & affirmatiue prædicari de re, cuius est. Syllogizabatur ergo sic. Omnis habitus perducens ad beatitudinem, est habitus ſm rectam rationem operans, sed virtus est huiusmodi, ergo &c. Concludit ergo quod iste modus qui est nunc inquisitus est vnus modus ostẽdendi quod quid est per aliud, quod est causa. Et quòd ille modus sit conueniens patet, quia necesse est, sicut supra dictum est, quòd mediũ ad probandum quod quid est accipiatur ipsum quid est, & similiter medium ad probãdum aliqua propria accipiat aliquid proprium. Est aũt considerandũ quòd cum quid est sit causa ipsius rei, ſm diuersas causas eiusdẽ rei potest multipliciter quod quid est eiusdẽ rei assignari. Puta quid est domus potest accipi per comparationem ad causam materialem, vt dicamus quòd est artificiũ præparatum ad habitandum. Sic ergo continget quòd cũ sint multa quod quid est eiusdẽ rei, aliquod illorum mõstrabitur, & aliquod non monstrabitur, sed supponetur. Vnde non sequitur quòd sit petitio principij, quia aliud quod quid est supponitur, & aliud probatur. Nec tamẽ est modus probandi quod quid est demonstratiue, sed logice syllogizandi, quia non sufficienter per hoc probatur, quod id, quod concluditur sit quod quid est illius rei, de qua concluditur, sed solum quod insit. Deinde cum dicit.

Eiusdem rei quod quid est multipliciter assignari.

ARGY. *Quo autem modo fieri potest, vt quid est eliciatur ex demõstratione, deinceps dicamus oportet, hinc rursus initio sumpto. Nam vt quærimus propter quid est, prius habentes esse, interdum vero & simul nota nobis hæc fiunt, sed nunquam fieri potest, vt antea cognoscamus cur est, quàm perciptamus esse, sic pari ratione neq; quid est quærere, atque cognoscere possumus sine perceptione ipsius esse. Fieri enim nequit, vt quid est vnquam sciamus, si ignoremus si est.*

ANTI *Quo autem modo contingat dicemus, dicentes iterum ex principio. Sicut enim propter quid quærimus habentes quia, aliquando autem & simul manifesta fiunt, sed neq; prius propter quid possibile est cognoscere quàm quia, manifestũ est quòd similiter & quod quid erat esse non sine quia est. Impossibile. n. est scire quid est, ignorantes si est.*

Ostendit qũo per demonstrationẽ potest accipi quod quid est. Et circa hoc duo facit. Prima ostẽdit quomodo manifestatur quod quid est per demonstrationem in aliquibus. Secundo ostendit quòd non est ita in omnibus, ibi ¶ Est autem quorũdam &c. ¶ Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam, quæ sunt necessarie ad propositum ostendendum. Secundo manifestat propositũ, ibi ¶ Quorũ igit habemus &c. ¶ Tertio epilogat, ibi ¶ Qũo quidem igitur &c. ¶ Circa primum præmittit tria, quorũ primũ est cõparatio quędam ipsius quod quid est ad propter quid. Dicit ergo quòd ad ostendendum qũo contingat accipere quod quid est per demonstrationẽ, oportet iterum à principio resumere. Vbi considerandũ occurrit quòd dupliciter se habet aliquid ad cognoscendum propter quid. Quandoq; enim habemus quia in nostra cognitione, & quærimus adhuc propter quid, quandoq; autem simul manifestata sunt nobis vtraq; Tertium autem impossibile est, vt. s. prius cognoscat aliquis de aliqua re propter quid quam quia. Et similiter est de eo quod quid erat esse, quia aliquando scimus rem esse, nec tamen perfecte scimus quid sit, aliquando autẽ simul scimus vtrũque. Sed tertium est impossibile vt scilicet sciamus quid est, ignorantes si est. Secundum ponit ibi.

Lect. sequẽs.

Habemus autem si est nõnunquam per accidens, nonnunquam aliquid habentes ipsius rei, veluti tonitruum esse scimus, habentes ſmũ quendam nubium esse, & defectionem lucis esse quandam priuationem, hominem itẽ quoddam animal esse, & animã etiam id esse, quod ipsum se motu sciet.

ARGY.

Hoc autem si est aliquando quidem secundum accidens habemus, aliquando vero habentes quod quid est ipsius rei, vt tonitruum, quoniam sonus quidam nebulosum est, & defectum, quoniã priuatio quædam luminis, est, & hominem, quoniam animal quoddam est, & animam, quoniam seipsum mouens.

ARGY.

Et dicit quòd rem aliquam esse possumus scire absq; eo quòd sciamus perfecte quid est dupliciter. Vno modo, ſm quòd cognoscimus aliquod accidẽs eius, puta si velocitatẽ motu existimemus leporẽ esse. Alio mõ, per hoc quòd cognoscimus aliquid de essentia eius, quod quidem est possibile in substantijs cõpositis, vt puta si comprehendamus hominẽ esse per hoc quòd est rõnale nõdum cognitis alijs quæ cõplent essentiã hominis. In substantijs vero simplicibus hoc non contingit, quia nõ põt cognosci aliquid de substantia simplicis rei, nisi tota cognoscatur, vt patet. in 9. Meta. Oportet aũt quòd qui cognoscit aliquid esset, quòd per aliqd rei illud cognoscat, & hoc vel est aliqd præter essentiã rei, vel aliqd de essentia ipsius. Et de hoc ponit exemplũ, puta si cognoscamus tonitruũ esse propter hoc, quia percipimus quẽdam sonum in nubibus, quod quidem pertinet ad essentiã tonitrui, non ĩ est tota tonitrui essentia, quia non omnis sonus nubium est tonitruũ. Et similiter si cognoscamus de fectum. i. eclypsim solis, vel lunæ esse propter hoc, quòd est quædam priuatio luminis, cum tñ nõ omnis priuatio luminis sit eclypsis. Et eadem ratio est, si aliquis percipiat hominem esse propter hoc, quòd est quoddam animal, vel si percipiat animam esse, propter hoc, quòd est aliquid seipsum mouens. Tertium ponit ibi.

Tex. cõ. 2. Leã. 11. cõ.

Quæ igitur per accidens esse scimus, necesse est ad eorũ percipiendum quid est nullo modo nos quicquam habere.

ARGY.

Neque

Neque enim illa esse scimus. Atque quærere quid est non habentes esse, perinde atque est si nihil prorsus quæratur. Quorum autem habemus aliquid, eorum quid est facilius percipere possumus. Qua propter vt habemus ipsum esse, sic & ad ipsum quid est percipiendum sumus dispositi.

ANTI. *Sed quæcunque quidem secundũ accidens scimus quia sunt, necesse nullo modo habere se ad quid est. Neq; enim scimus quia sunt. Quærere autem quid est non habentes quia est, nihil quærere est. Sed cum habemus quia est, quid est facile est quærere. Quare quemadmodum habemus quia est, sic habemus ad id, quod quid est.*

Et dicit ꝙ illa de quibus scimus quia sunt per aliquod accidens ipsorum, nullo modo per hoc se habent ad hoc ꝙ cognoscamus de ipsis quid est, quia nec ẽt per huiusmodi accidens vere scimus ea esse. Scimus quidem esse eorum accidentia, sed quia accidentia non sunt ipsæ res, non propter hoc vere scimus ipsas res esse. Vanum autẽ est querere quid est, si aliquis nesciat quia est, sed illa, de quibus scimus ea esse per aliquid ipsorum facilius põt cognosci a nobis quid sunt. Vnde manifestũ est ꝙ sicut nos habemus ad cognoscendum quia est aliquis, ita nos habemus ad cognoscendum quid est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quarum igitur rerũ aliquid habemus ipsius quid est, earum hæc sint exempla. Sit defectus eo in loco quo ipsum est A, luna in eo quo ipsum est C, interpositio vel obiectio terræ, in quo est ipsum positum B. Quærere igitur vtrum luna deficiat, an non deficiat, nil aliud est, quàm ipsum a quærere si sit, nec ne. At idipsum nil ab hac quæstione differre videtur, sit ne ratio eius. Quod si sit, & illud dicimus esse. Vel quæratur vtrius partium cõtradictionis sit ratio, vtrum habendi duobus rectis æquales, an nõ habendi. Quod cum inuenerimus, & esse simul, & propter quid scimus, (si modo sit medium.) Quod si non sit, esse quidem scimus, propter quid autem nescimus. Atque idipsum hoc exemplo patefieri potest. Sit nanque C luna, A defectio, B non posse, cum est tota referta lumine, vmbrã efficere intercedente manifesto corpore nullo. Si igitur B quidem ipsi C insit, A vero competat ipsi B, lunam quidẽ deficere notum sit nobis, cur autem deficit nondum est notum. Atque defectionem quidem esse scimus, sed quid est defectio nescimus. Atque cum A quidem ipsi inesse C patet, quæritur autem propter quid inest, nil aliud tum quæritur, quàm quid. Nam sit ipsum B vtrum obiectio terrę, an conuersio lunæ, an lucis eius extinctio. Hoc autem alterius extremi ratio est, vt hoc in exemplo ipsius A. Est enim defectus obiectio terrę. Præterea quid tonitruum est? extinctio ignis in nube, propter quid tonat? quia ignis in nube extinguitur. Nubes sit C, tonitruum A, ignis extinctio, B. Igitur ipsi C, nubi inquam B ipsum inest, extinguitur enim ignis in nube. At huic A ipsum inest tonitruũ seu sonus. Atque B ratio ipsius est A primi inquam extremi. Quod si rursus huius aliud medium sit, id ex hisce rationibus erit, quæ restant.*

ANTI. *Quorum igitur habemus aliquid ipsius quod quid est, primum quidem sit defectus in quo A, luna in quo C, oppositio terræ in quo B. Vtrum quidem igitur deficit, aut non B, quærere est vtrum est, aut non. Hoc autem nihil differt quærere, quàm si est ratio ipsius, & sit hoc, & illud dicimus esse. Aut qualis contradictionis est ratio? vtrum habendi duos rectos, aut non habendi? Cum autem inueniamus simul quia & propter quid est, scimus si per media sit. Si vero non, quia, propter quid autem non. Sit igitur luna C, defectus A lunam plenam, vmbram non posse facere, nullo nostrũ medio existente manifesto in quo B. Si igitur in C est B, quod est lunam non posse facere vmbram, cum nullus nostrum medius sit, in hoc autem A quod est deficere, quia deficit quidem manifestum est, sed propter quid nondum, & quia defectus est quidem scimus, quid autem est nescimus. Cum manifestum autem est, quia A in C sit, sed propter quid est quærere B est quærere quid est, vtrum si obiectio, aut conuersio lunæ, aut extinctio. Hæc autem est ratio alterius termini, vt in his, quæ sunt ipsius A, est enim defectus obiectio. Quid est tonitruumẽ ignis extinctio nube. Sit nubes B, tonitruum A, extinctio ignis B. In C igitur nube est B, extinguitur enim in ipsa ignis, hoc autem est sonus, & est B ratio ipsius A primi termini. Si autem iterum huius aliquid medium sit, ex reliquis erit rationibus.*

Manifestat propositũ ſm præmissa, & dicit ꝙ in his, quæ scimus esse per hoc ꝙ cognoscimus aliquid essentię eius accipiamus primo tale exemplũ. Sit defectus. i. eclypsis in quo A, quæ est maior extremitas, luna in quo C, quæ est minor extremitas, oppositio terræ directa inter lunã & solẽ in quo b, quod est medium. Idem igitur est quærere vtrũ deficiat luna vel non, & quærere aũt vtrũ b sit vel nõ, nihil differt, q̃ quærere si est aliqua rõ ipsius defectus. Nã b, i. oppositio terræ est ratio defectus lunæ, & si sit oppositio terræ, ẽt tunc dicimus esse. s. defectũ lunæ, aut non. Sĩr si quæramus qualis sit rõ contradictionis, vtrũ. s. in habendo duos rectos vel non habendo sit contradictio. Cum aũt inueniamus esse id quod quærimus, puta esse defectum, simul scimus quia, & propter quid, si inueniatur propositũ per mediũ debitũ quod est causa. Si vero non, sed per aliquod extrinsecum, sciemus quia, sed non propter quid, puta si sit luna c & defectus a accipiamus pro medio ꝙ est b, hoc est ꝙ luna non põt facere vmbrã aliquo nostrũ medio nõ existente cum sit pleniluniũ. Luna. n. quandocunque non deficit facit vmbram interposito aliquo corpore, sed hoc quod est non posse facere vmbrã nisi aliquis nostrũ existat in medio, non est causa defectus, sed potius effectus. Si ergo b præ dicetur de c, quia. s. luna põt in plenilunio facere vmbrã aliquo nostrum medio existente, & iterum si in hoc medio sit a, i. si accipiatur ꝙ quãdo hoc accidit luna deficit, manifestũ erit lunã deficere, sed propter quid luna deficiat nondum erit manifestũ, & similiter sciemus quia est defectus, sed nescimus quid est defectus. Quando aũt manifestum est ꝙ a est in c, i. ꝙ luna deficit sicut in prędicto exẽplo, nec scitur propter quid est, nec scitur quid est, tunc querere propter quid est, nihil. n. aliud est q̃ quærere quid est, puta si quæramus quare deficit luna vtrum deficiat propter hoc quod obijcitur terra in medio inter solem & lunã vel hoc fiat per conuersionẽ lunæ, vt tunc vertatur versus nos superficies lunæ quæ est tenebrosa vt quidam dixerunt, vel etiam lumen extinguatur in ali quo humido. Quærere autem vtrum propter aliquã harum causarum fiat defectus lunæ, nihil est aliud q̃ quærere vtrum defectus lunæ sit obiectio terre, aut conuersio lunæ, aut extinctio luminis eius. Et hoc mediũ est rõ alterius extremitatis sicut in præmissis exẽplis est ratio ipsius a qd̃ est maior extremitas, quia defectus lunæ nihil est aliud, quã obiectio facta lunari lumini a terra. Ponit ẽt aliud exẽplũ, vt si quæramus quid est tonitruũ? & dicamus ſm opinionẽ Anaxagoræ, & Empedoclis, ꝙ est extinctio ignis in nube. Secundũ vero opinionẽ eius in 2. Metheororũ tonitruũ fit ex pcussura exhalationis siccæ in fraternitate ad nubes. Vtitur aũt multoties in exẽplis opinionibus aliorũ. Si ergo ſm prædictam opinionem

quæratur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mediū ostēdēs propter quid.

ratur propter quid tonat? respōdetur, propter hoc ꝙ extinguit ignis in nube. Sit igit̄ nubes c quod est minor extremitas, tonitruum aūt a quod est maior extremitas, extinctio ignis sit b, qđ est mediū. Syllogizet ergo sic. In c est b, i. in nube est extinctio ignis, sed ois extinctio ignis est sonus tonitrui. Et sic patet ꝙ accipiēdo propter quid, per demōstrationē, accipimus quid est, quia ipsum mediū ostēdens propter quid, est nō diffinitiua primi termini. i. maioris extremitatis. Sed si oporteat accipere aliquod aliud mediū ad hoc demōstrandū, hoc assumet ex reliquis rōnibus. i. ex diffinitione minoris extremitatis, & aliarū causarū extrinsecarū. Cum. n. subiectum sit cā passionis, necesse est ꝙ diffinitio passionis demōstretur per diffinitionem subiecti. Et hoc patet in exemplo proposito. Quia enim luna est corpus natū sic moueri, ideo necesse est quòd obijciatur certo tempore terra inter solem & ipsam. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quo igitur pacto sumitur ipsum quid est, & sit notū, satis iam diximus. Quare ratiocinatio quidē ipsius quid est, demonstratioq; non fit, per ratiocinationē tamē innotescit & demonstrationem. Quo circa neque sine demonstratione fieri potest, vt cognoscatur ipsum quid est cuius est alia causa, neque rursus ipsius est demonstratio, vt in dubitationibus etiam diximus.*

ANTI. *Quomodo quidem igitur accipitur quid est, & sit notum, dictum est, quare syllogismus quidem ipsius quid est non fit, neque demonstratio, manifestum tamē est per syllogismum & demonstrationē. Quare neq; sine demonstratione est cognoscere quid est, cuius est causa aliqua, neque est demōstratio ipsius, sicut & in oppositionibus diximus.*

Epilogat quod dictum est, & dicit. Dictum est {quo modo accipiatur & innotescat quod quid est}. s. per hoc ꝙ accipitur propter quid. Dictum est etiam ꝙ nō est syllogismus, neq; demonstratio ipsius quid est vt, s. proprie syllogizetur vel demonstretur quod quid est, & tamen manifestatur quod quid est per syllogismum & per demonstrationem, inquantum scilicet medium demonstrationis propter quid est quod quid est. Vnde manifestum est ꝙ neque sine demonstratione potest cognosci quod quid est, cuius est altera causa, nec tamen est demonstratio ipsius quod quid est sicut probatur in obijciendo. Et secundum hoc obiectiones inductæ sunt veræ.

Obiectiões inductæ.

LECTIO VIII.

Non in omnibus posse quod quid est demonstratione ostendi, quomodo item definitio demonstrationem ipsam respiciat exemplis manifestat.

ARGY. *Est autem quorundam quidem alia quædam causa, quorundam autem non est. Quare patet vt ipsorum quid est quædam vacare medio principiaq; esse. Quidem & esse, & quid sunt supponere, vel alio modo facere manifesta oportet. Quod arithmeticus facit. Nam & quid sit vnitas, & vnitatem esse supponit. Eorum autem, quæ mediū habent, & quorum est aliqua causa, alia à substantia sit, vt per demonstrationem ipsum quid est (vt diximus) declaratur, non demonstretur.*

ANTI. Nota litera hæc diffinitiones vsq; ad quarē nō esse ex. tex. sed glo. Tex. cō. 7.

EST autem quorundam quidem quædam altera causa, quorundam autem non est. Diffinitiones quidem secundum species facta nullum habent mediū, quo demonstrentur, sed diffinitiones secundum materiam facta possunt habere medium. Quare manifestum est quoniam eorum, quæ sunt quid est, alia quidem sine medio, & principia sunt, quæ & esse, & quia sunt supponere oportet, aut alio modo manifesta facere, quod vere arithmeticus facit, & namque quid est vnitas supponit, & quia est sed habentiū mediū, quorum est quædam altera causa substantiæ, & ipsius esse, est per demonstrationem, (sicut dictum est,) ostendere, non quod quid est demonstrantes.

Postquam Phylosophus ostēdit ꝙ in quibusdam per demonstrationē accipitur quod quid est, hic ostendit ꝙ hoc non est possibile in omnibus. Et ad hoc ostendendū præsupponit ꝙ quorūdam est quædam altera causa, quorundam autem non. Quia igitur quod quid est accipitur per demonstrationem, cuius medium est causa, manifestum est ꝙ sunt quædam, quorum quod quid est oportet accipere sicut quoddam immediatum principium ita ꝙ oportet supponere de tali re & esse & quid est, vel manifestare aliquo alio modo q̄ per demonstrationē, puta per effectum, vel per simile, vel aliquo tali modo. Est autem considerandum ꝙ hoc quod dicit {quorundam non esse aliam causam}, potest intelligi tripliciter. Vno modo ꝙ simpliciter & absolute causam non habet sui esse. Et hoc competit soli primo principio quod est causa esse & veritatis in omnibus rebus. Nihil enim prohibet etiam eorum, quæ ex necessitate sunt, esse aliquam causam necessitatis, vt patet in 5. Metaph. Et ideo cū hic Phylosophus pluraliter loquatur, non sic est intelligendū quod hic dicitur, ꝙ aliqua sint quæ nullam habent causam sui esse. Alio modo potest intelligi f̄m ordinem causarum eiusdem rei. Manifestum est. n. in rebus habentibus quatuor causas, ꝙ vna causa est quodāmodo causa alterius. Quia enim materia est propter formam & non econuerso, vt probatur in 2. Phy si. diffinitio quæ sumitur ex causa formali est causa diffinitionis, quæ sumitur ex causa materiali eiusdem rei. Et quia generatum consequitur formā per actionem generantis, consequens est ꝙ agens sit quodam modo causa formæ, & diffinitio diffinitionis. Vlterius autem omne agens agit propter finem, vnde diffinitio, quæ à fine sumitur, est quodam modo causa diffinitionis, quæ sumitur à causa agente. Vlterius autem nō est procedere in generibus causarum, vnde dicitur ꝙ finis est causa causarum. Potest tamen in singulis causarū generibus fieri demonstratio à posterius ad priora, sed diffinitiones vel demonstrationes debent dari per causas primas. Et f̄m hunc sensum in quibusdam libris interponitur ꝙ diffinitiones f̄m speciem factæ nullum habent medium, quo demonstrentur, diffinitiones autem f̄m materiam factę possunt habere medium, quia scilicet diffinitiones quæ dantur f̄m causam meram materialem possunt demonstrari per diffinitiones quæ dantur secundū causam formalem. Diffinitio autem quæ datur f̄m causam formalem non pōt vlterius demonstrari per aliquod principiū intrinsecū rei quod proprie pertinet ad quod quid est, vtpote intrans essentiam rei. Sed & si demōstretur per causam efficientem & finalem, dicendum erit ꝙ semper causa superior se habet vt formalis respectu inferioris. Prædicta tamen verba non habentur in libris græcis. Vnde magis videtur esse glosa quæ per errorem scriptorum introducta est loco textus. Tertio modo potest intelligi inquantum aliqua sunt, quæ non habent causam in genere subiecto alicuius scientiæ, sicut in genere numeri, de quo est arithmetica est deuenire ad vnitatem eius. In hoc enim genere non est accipere aliud principiū. Et hic sensus concordat exemplo, quod Philosophus subiungit dicens, q. arithmeticus supponit quid est vnitas, & quia est. Et sicut illa, quorum nō est alia causa, ita etiam illa, quę possunt habere medium, & quorū est altera causa potest manifestari quod quid est, ita tamen ꝙ non demonstretur ipsum quod quid est, sed magis vt medium demonstrationis.

Pri. modus soli primo princip. conueniens. Tex. cō. 8. Lect. 5. ex. vlt. & 8. Phy. Tex. cō. 2. lec. 3. ex. vlt. 2. modus. Vnam causam esse causa alterius. Tex. cō. 29. lec. 3. ex. 3.

No. circa literā diff. est.

Quæ verba non habent in græco. 3. modus

demonstrationis. quod quid est accipiatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum autem diffinitio dicatur esse ratio ipsius quod est, patet quandam diffinitionem rationem esse, quæ id explicat, quod nomē significat, vel quæ nominis interpretationem complectitur, veluti quid significat triangulus nomine, quem habentes esse, quærimus, deinde propter quid est. Difficile autem est hoc pacto sumere ea, quæ nescimus* Tex. cō. 10. *esse causamq; difficultatis antea diximus. Nam neque si sint, an non sint scimus nisi per accidens. At enim oratio est vna dupliciter. Alia nanque coniunctione est vna, vt ilias, alia quia vnum de vno declarat, non per accidens. Vna igitur hæc est diffinitio diffinitionis, quam diximus.*

ANTI. *Diffinitio autem quoniam quidem dicitur ratio ipsius quod quid est, manifestum est, quoniā aliqua ratio ipsius quod quid est significat nomen, aut erit ratio altera nomina ponens, vt quidem significans quid est secundum quòd triangulus est, quod vero habētes, quia est, quærimus propter quid est. Difficile autem est sic accipere quæ non scimus quia sunt. Causa autem prius dicta est difficultatis, quia neque si est, neque si non, scimus, sed aut secundum accidens. Ratio autem vna est duplex, hæc quidem coniunctio est, vt quæ est ilias, alia vero vnum de vno ostēdens non secundum accidens. Ratio autem vna quidem igitur terminis est termini, quæ dicta est.*

Ostenso qualiter se habeat quod quid est ad demonstrationē, ostendit quo se habet diffinitio. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter diffinitio se habeat ad demōstrationem. Secundo manifestat quod dixerat per exēplum, ibi {Differt. n. dicere propter quid.} Circa primum tria facit. Primo proponit vnū modū diffinitionis quid est. Secundo proponit alium modū diffinitionis significātis propter quid, ibi {Alia vero terminus. Tertio ostendit qualiter se habeat vtraq; diffinitio ad demōstrationē, ibi {Quare prima quidem. Circa primum supponit primo ꝙ diffinitio sit ratio significatiua illius quod quid est. Si autem nō posset haberi aliqua ratio rei quàm diffinitio, impoſe esset ꝙ sciremus aliquā rem esse, quin sciremus de ea quid est, quia impossibile est ꝙ sciamus aliquam rem esse nisi per aliquam illius rei rationem. De eo enim quod est nobis pœnitus ignotum non possumus scire si est, aut non. Inuenitur autem aliqua alia ratio præter diffinitionem, quæ quidem vel est ratio expositiua significationis nominis, vel est ratio ipsius rei nominatæ, altera tamen à diffinitione, quia non significat quid est sicut diffinitio, sed forte aliquod accidens. Sicut forte inuenitur aliqua rō, quæ exponit quid significat hoc nomen triangulus, & per huiusmodi rationem habētes quia est, adhuc quærimus propter qđ est, vt sic accipiamus quod quid est. Sed sicut supra dictum est, hoc est difficile accipere in illis, in quibus nescimus an sit. Et huiusmodi difficultatis causa superius est assignata, quia. i. q̄ nescimus rem esse per aliquid rei, non absolute scimus si est vel nō sed solū f̄m accidens, vt supra expositum est. Ad distinguendū aūt rōnem significantē quid est ab alijs, subiungit ꝙ dupliciter aliqua rō pōt dici vna. Quædam. n. est vna sola coniunctione, per quem modum ēt habet vnitatem ilias. i. poema de historia troiana. Et per hunc ēt modum dicitur esse vna rō, quæ est expositiua nominis, vel manifestatiua ipsius rei nominatæ per aliqua accidentia, vt si dicatur ꝙ hō est animal risibile susceptibile disciplinæ. Alia vero rō est vna inquantum simpliciter significat vnum de vna re, cuius ratio est, & hoc non f̄m accidens. Et talis ratio est diffinitio significans quid est, quia

Duplex ratio inuenit̄ præter diffi.

Leg. præce.

essentia cuiuslibet rei est vna. Sic ergo concludit ꝙ illa, quæ dicta est, est vna diffinitio diffinitionis, s. quod diffinitio est ratio ipsius quod quid est. Deinde cum dicit.

Alia autem est diffinitio, ratio, quæ declarat propter quid est. ARGY.

Alia vero terminus est demonstrās propter quid est. ANTI.

Ponit alium modum diffinitionis, & dicit ꝙ alia diffinitio diffinitiōis est, vt sit ratio manifestās propter quid.

Deinde cum dicit.

Quare prior significat quidem, sed non ostendit, posse ARGY. *riorem autem patet quasi demonstrationē esse ipsius quid est, positione differentem à demonstratione.*

Quare prima quidem significat quod quid est, demon ANTI. *strat autem non. Quæ vero posterius est, manifestum est quoniam erit vt demonstratio eius quod quid est, positione differens à demonstratione.*

Ostendit qūo vtraq; diffinitio se habeat ad demōstrationem concludens ex præmissis ꝙ prima diffinitio solū significat quod quid est, sed nō demōstrat ipsum. Secunda vero diffinitio est quasi demōstratio quædam ipsius quod quid est, & nō differt à demōstratione nisi sola positiōe, i. ordine terminorū & ꝓpositionū. Deinde cū dicit.

Inter est enim cum propter quid tonat, atq; quid est to ARGY. *nitruum dicitur, quippe cum ad primum hæc accommodetur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur, ad secundum hoc competat, sonus cum extinguī in nubibus ignis. Quare eadem ratio diuerso dicitur modo. Et illo quidem modo continua est demonstratio, hoc autem est diffinitio. Præterea est tonitrui diffinitio, sonus in nubibus, atq; hoc est demonstrationis ipsius quid est positio. Est igitur diffinitio vnaquidem ratio ipsius quid est conclusio.*

Differt enim dicere propter quid tonat, & quid est to ANTI. *nitruum. Dicet enim siquidem propter id, quod extinguitur ignis in nubibus, quid autem tonitruum est? sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem ratio alio modo dicitur. Et sic quidem demonstratio continua, sic autem diffinitio. Amplius est terminus, continuus sonus in nubibus. Hoc autem est, quæ est ipsius quid est demonstrationis conclusio.*

Manifestat qđ dixerat ꝓ exēpla. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat per exēpla, quæ dicta sunt. Secūdo colligit ex præmissis diuersitatē diffinitionum, ibi {Immediatorum aūt diffinitio.} Dicit ergo primo ꝙ differt dicere propter quid tonat, & quid est tonitruū, quia f̄m opinionē illorum, qui dicunt ꝙ extinctio ignis in nube est causa tonitrui, dicit aliquis propter quid, cum dicit tonitruū esse propter hoc, ꝙ ignis extinguitur in nube. Ille autē dicit quid est tonitruum, qui dicit ꝙ sonus ignis extincti in nubibus. Vtrum autem horum significat eandem rationem, sed per alium modum. Nam cum dicitur tonat propter hoc ꝙ extinguitur ignis in nube, significatur per modum demonstrationis continuæ. i. non distinctæ per diuersas propositiones, accipiuntur tñ continuæ omnes termini demonstrationis. Cum autem dicitur ꝙ tonitruum est sonus extincti ignis in nubibus, significatur per modum diffinitionis. Sed si dicamus ꝙ tonitruū est sonus in nubibus nulla mentione facta de extinctione ignis, erit diffinitio significans quid est, & erit solum demonstrationis conclusio. Deinde cum dicit.

Eorum autem diffinitio, quæ medijs vacant, indemon- ARGY. *strabilis, est ipsius quid est positio. Est igit̄ diffinitio vna quidem ratio ipsius quid est indemonstrabilis, alia vero ratiocinatio ipsius quid est à demonstratione differēs casu, & tertia demonstrationis ipsius quid est conclusio.*

Immediatorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTI. *Immediatorum autem diffinitio positio est ipsius quid est indemonstrabilis. Vna vero syllogismus ipsius quid est, cuius differens à demonstratione. Tertium autem est, quæ est ipsius quid est conclusio.*

Colligit est præmissis quot sunt modi diffinitionum per respectum ad demonstrationem. Et primo resumit quoddã quod supra dixerat, ꝙ eorum quæ non habent causam, diffinitiones sunt accipiendę, sicut quædã immediata principia. Et ideo dicit hic, ꝙ diffinitio immediatorum, i. rerum non habentium causas, est sicut quædã indemonstrabilis positio eius quod quid est. Ex hoc concludit ꝙ triplex est genus diffinitionis per cõparationẽ ad demonstrationem. Quædam.n. est diffinitio, quæ est indemonstrabilis ratio eius quod quid est. Et hæc est illa, quã dixerat esse immediatorũ. Alia aũt diffinitio est, quę est quasi quidã syllogismus demonstrativus eius quod qd est, & non differt à demonstratione nisi casu, i. ſm diuersam acceptionem & positionem dictionũ, vt cũ dicitur tonitruũ est sonus extincti ignis in nubibus. Tertia aũt diffinitio est quæ solũ est significativa ipsius quod quid est, & est conclusio demonstrationis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet igitur ex hiſce, quæ diximus, quo pacto est, quo pacto non est ipsius quid est demonstratio, & quorum est, & quorum non est. Quot q; modis præterea dicitur diffinitio, quoq; pacto ipsam quid est ostenditur, & quo pacto etiam non ostenditur atque quorum est, & quorum non est. Insuper quomodo se habet ad demonstrationem, quoque modo fieri potest, & quomodo fieri nequit, vt eiusdẽ sit diffinitio demonstratione.*

ANTI. *Manifestum igitur ex dictis est, & qualiter est ipsius quod quid est demonstratio, & quomodo non est. Et quorum est, & quorum non. Amplius autem diffinitio quot modis dicitur, & qualiter quod quid est demonstretur,*
Tex.cõ. 11. *& quomodo non, & quorum est, & quorũ nõ est. Adhuc autem & ad demonstrationem quomodo se habet, & quo modo contingere quomodo non.*

Epilogat quæ dicta sunt, & dicit manifestum esse ex prædictis per quem modũ est demonstratio ipsius quod quid est, & per quem modum non, quia. s. quod quid est põt accipi ex ipsa demonstratione, non aũ põt demonstrari. Dictum est ẽt in quibus potest esse demonstratio eius quod quid est ſm modũ prædictũ, quia in habentibus cãm, & in quibus non, quia in nõ habẽtibus causam. Dictũ est ẽt quot modis dicitur diffinitio, quia. s. quędã significat quod quid est, quædã aũt ẽt manifestat propter quid. Dictũ est ẽt qũo quid est demõstratur, inquantũ. s. significat per diffinitionẽ significantẽ solũ quod quid est & qũo non demonstratur inquantũ. s. per diffinitionem accipitur non solũ quid, sed ẽt propter quid. Dictũ est ẽt quomodo diffinitio se habeat diuersimode ad demonstrationẽ, & quomodo contingat ꝙ eiusdem sit demonstratio & diffinitio, & quomodo hoc non contingat.

LECTIO IX.

Quonã mõ demõstrari cõtingat ex quatuor generibus cãrum.

ARGY. *Cum autem tum arbitremur scire, cum cognoscimus causam, quatuor vero causę sunt, vna quidem quidditas, alia autem, quæ cum sit, hoc esse necesse est, & tertia, quæ primam mouit, & quarta, gratia cuius cætera fiunt, omnes hæ per demonstrationis medium ostenduntur.*

ANTI. *Quoniam autem scire opinamur, cum scimus causam, causæ autem quatuor sunt, vna quidẽ quod quid erat esse, vna vero, cum hæc sit, necesse est hoc esse, altera autem aliquid primo mouet, quarta vero, causa cuius omnes hæ per medium monstrantur.*

Postquam Philosophus ostendit qualiter ipsum quid est se habeat ad demonstrationẽ, hic ostendit qũo ad demonstrationem, se habeat propter quid, quod significat causam. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quomodo causæ assumantur in demonstratione 2. quomodo diuersimode in diuersis rebus, ibi {Eadem autem causa est.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit 2. manifestat propositum, ibi {Et hoc enim existẽte.} Dicit ergo primo, ꝙ quia scire opinamur, cum sciamus causam, vt in primo habitum est, demonstratio autem est syllogismus faciens scire, ita consequens est ꝙ medium demonstrationis sit causa. Sunt autẽ quatuor genera causarum, vt in 2. Physi. & in 5. Meta. plenius manifestatur, quarum vna est quod quid erat esse. i. causa formalis, quę est completiua essentiæ rei: Alia aũt est causa, qua posita necesse est causatum poni, & hęc est causa materialis, quia ea, quæ sequuntur ex necessitate materiæ sunt necessaria absolute, vt habetur in 2. Physi. Tertia autem causa, est quæ est principium motus. i. causa efficiens: Quarta cã est, cuius gratia fit aliquid. s. causa finalis. Et ita patet ꝙ per medium demonstrationis omnes hæ causæ manifestantur, quia quælibet harum causarum potest accipi vt medium demonstrationis. Deinde cum dicit.

Lect. immed. seq. Lc. 4. 18. ex. 2. 4. genera causarum. Physic. tex. com. 28. 29 & 30. lect. 5. Meta. tex. c. 2. lect. 2.

ARGY. *Nam id, quod cum sit, necesse est hoc esse, non est vna propositione sumpta, sed saltem duabus. Hoc autem est cũ vnum medium habent. Hoc igitur vno sumpto necesse est conclusionem esse.*

ANTI. *Et hoc enim quòd cum, sit hoc necesse est esse, vna quidem propositione, accepta nõ est, duabus autem ad minus. Hoc autem est cum vnum medium habeant. Hoc igitur vno accepto, conclusionem necesse est esse.*

Manifestat quod dixerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qũo diuersæ causæ sumuntur vt mediũ demonstrationis in diuersis rebus. 2. ostendit qũo vnius & eiusdem rei possunt esse diuersæ causæ, ibi {Contingit autem ibidem.} Circa primum quatuor facit. Primo manifestat quomodo causa materialis accipiatur in demonstratione. 2. manifestat propositum in causa formali, ibi {At vero ipsius.} Tertio ostendit idem de causa efficienti, ibi {Propter quid aut mediorum.} Quarto autem in causa finali, ibi {Quorũcunque autem.} Circa primum duo facit. Primo proponit modum, quo causa, materialis assumitur in demonstratione, qui etiam competit in alijs causis. Secũdo ponit exemplum, ibi {Manifestum est autem.} Dicit ergo primo, ꝙ illud, quo existẽte necesse est aliud esse scilicet causa materialis, non contingit accipi sic, vt ex necessitate aliquid sequatur, si accipiatur vna sola propositio, sed oportet accipere ad minus duas hoc modo se habẽtes, ꝙ cõmunicent in vno medio. Si ergo accipiatur in duabus propositionibus vnũ mediũ quod est causa materialis, ex necessitate sequitur conclusio necessaria. Puta si dicamus, omne compositum ex contrarijs est corruptibile, lapis est huiusmodi, ergo &c. Oportet autem accipere duas propositiones, non solũ propter exigentiam formæ syllogisticæ, sed etiam quia non omnia, quæ sunt ex materia, habent ex materia necessitatẽ, vt probatur in 2. Physi. Et ideo præter propositionem in qua sumitur hoc habere talem materiam oportet ꝙ sumatur alia propositio quæ declaret ꝙ ex tali materia aliquid ex necessitate sequatur. Deinde cum dicit.


Tex.cõ 87. lc. 15. & 88.

Non omnia quę ex materia habẽt ex materia necẽ. Tex.cõ 88. lex. 15. tex. expo. ARGY.

Patet autem & hoc pacto. Cur rectus is angulus est, qui in semicirculo designatur, quid cum sit, rectus est illæ? Sit itaq; rectus A, dimidium duorum rectorum B, angulus denique qui est in semicirculo designatus C. Vt igitur A adest rectus competat ipsi C, adest angulo, qui est in semicirculo designatus, causa est ipsum B. Nam duorum quidem rectorum dimidium æquale est ipsi A. ipsum autẽ C æquale est ipsi B. Angulus enim in semicirculo designatus duorum rectorum dimidium est. Cum igitur B duorum rectorum dimidium sit A comperit ipsi C quod quidem est rectum eum angulum esse, qui est in semicirculo designatus. Quidditas autem est idem quod hoc, & eo sane quia hoc significat ipsa ratio.

ANTI. Vide in annot. *Manifestum autem est, & sic propter quid recta in medio circulo, quo existente recta est? Sit igitur recta in quo A, duorum rectorum in quo B, quæ est in medio circulo in quo C. A igitur rectam esse in C, quæ est in medio circulo cã, B est, hoc enim ipsi, A æquale est, quod vero est C ipsi B, duorum enim rectorum medium est. Existente igitur B medio duorum rectorum A, in C est, hoc autem erat in semicirculo rectam esse. Huic autem idẽ est quod quid erat esse, cum hoc significet ratione.*

Tex.cõ. 3. lect. 4. Proponit exemplum in mathematicis. Nec est contra id, quod dicitur in 3. Metaphy. ꝙ mathematicæ scientę non demonstrat per causam materialem. Mathematica enim abstrahit quidem à materia sensibili, non autem à materia intelligibili, vt dicitur in 6. Met. quę quidẽ materia intelligibilis consideratur ſm ꝙ aliquid diuisibile accipitur vel in numeris vel in continuis. Et ideo quandocunque in mathematicis aliquid demonstratur de toto per partes, videtur esse demonstratio per causam materialem, partes enim se habent ad totum ſm rationem materiæ, vt habetur in secundo Phy. Et quia materia magis propriè dicitur in sensibilibus, propter hoc noluit eã nominare causam materialem, sed causam necessitatis. Ad euidentiam autem exempli quod in litera ponitur, sciendum est ꝙ omnis triangulus cadens in semicirculo est rectus, vt probatur in 3. Euclidis. Est autem probatio talis. Sit semicirculus a b c, corda autem eius, quæ est diameter circuli, diuidaſ in pũcto d quod est centrũ circuli. Erigaẽ ergo super punctũ d, linea perpẽdicularis, quę attingat circunferentia circuli in punẽto b a quo ducantur duæ lineæ ad duo puncta a & c, dico ergo, ꝙ angulus a b c, cadens in semicirculo, est rectus. Probatio. Triangulus b d c habet tres angulos æquales duobus rectis, sed angulus eius b d c est rectus, quia linea b d est perpendicularis, ergo duo alij anguli. s. d b c & b c d sunt ęquales vni recto. Sed hi duo anguli sunt ęquales, eo ꝙ duę lineę d b & d c sunt ęquales, quia cõtrahunt à cẽtro ad circunferẽtiã, relinquit ergo ꝙ angulus d b c sit media pars recti anguli. Pari quoque modo probatur ꝙ angulus a b d sit media par recti. Ergo totus angulus a b c d est rectus.



Hac ergo probatione vtitur hic Philosophus dicens, ꝙ manifestũ est per hunc modũ, ꝙ est recta quæ in semicirculo. i. rectus angulus, qui cadit in semicirculo, dũ accipit illud, quo existẽte sequitur ꝙ sit rectus. Sit ergo rectus angulus in quo à quod est maior extremitas, medietas duorũ angulorum sit mediũ in quo q, angulus cadens in semicirculo sit extremitas in quo est c. Hoc ergo, quod est a esse in c. i. ꝙ angulus in semicirculo sit rectus, causa est. Ly ꝙ angulus semicirculi est mediũ duorum rectorũ. Hoc.n. mediũ est æquale per conuertionẽ ipsi a & ipsum c est simili mõ æquale ipsi b. Nam b est esse mediatatem duorũ angulorum rectorum. Hoc ergo existente necesse est ꝙ a sit in c, quod nihil aliud est quam angulũ semicirculi esse rectum. Subiungit autem hic ꝙ modus demonstrationis potest etiam ad formalem causam pertinere, quam nominauerat quod quid erat esse, eo ꝙ esse mediũ rectorum potest accipi, vt ratio significãs quod quid est recti anguli. Deinde cum dicit.

At vero quidditatem etiam causam esse mediam, antea demonstrauimus. ARGY.

At vero & ipsius quod quid erat esse, causa monstrata est media. ANTI.

Remittit ad præmissa, & dicit ꝙ in superioribus monstratũ est qũo causa formalis, quę est, quid erat esse, pertineat ad medium demonstrationis. Deinde cum dicit.

Idem fit, cum quæritur, propter quid aduersus Athenienses perfidũ bellũ exarsit? quæ causa fuit, vt Athenẽses bello vexentur? quia contra Sardos ipsi cum Eritriensibus irruerunt. Hoc.n. primum mouit. Sit itaq; bellũ A: priores irruisse B: athenienses C. B igitur, priores in quã irruisse ipsi C ideſt Athenienses, A quoq; B ipsi competit, Mœdi nanq; lacessiti, bellum aduersus eos agunt, qui priores iniuriã intulerunt. A igitur, ideſt bellum, vexanique bello B ipsi inest, ideſt ipse qui priores bellum gessere: B ipso ipsi C, ideſt Athenienſibus inest. Hi nanque tractare bellum cæpere. Medosq; lacessiuere. Medium igitur & hoc in loco causa est, atque ea, quæ primum mouit. ARGY.

Propter quid aut Mœdorum bellum factum est Athenis? quæ causa est præliari athenienſes? quoniam in Sardos cõmiſcerunt. Propter hoc.n. motum est primum. Sit bellum in quo A: prius committit B. Athenienſes C. Est igitur B in C prius est cõmittere athenienſibus, A autem in B debellari enim prius iniuſtos. Et itaque in B A debellari prius incipientes, B autem prius in Athenienſibus, prius enim inceperunt. Medium itaq; hic causa est primum mouens. ANTI. Vide in annot.

Ponit exemplum de causa mouente tangẽs quandam græcam historiam, videlicet, ꝙ athenienſes quondam adiunctis sibi quibuſdam alijs græcis inuaſerunt Sardẽſes, qui erant subiecti regi Mœdorum, & ideo Mœdi inuaſerunt Athenienſes. Dicit ergo primo ꝙ quæri potest propter quid bellum medorum factum est cum athenięſibus, & hoc propter quid est causa quare athenienſes impugnati sunt à mœdis, quia. s. ipſi simul cum quidam alijs. s. eritrijs fecerunt inſultum in Sardenſes. Hoc enim est quod fuit motiuũ belli. Sit ergo bellũ in quo a; quod est maior extremitas: ꝙ priores inſultum fecerunt sit b, ideſt medium, sed athenienſes sit c, ideſt minor extremitas. Ergo b est in c, inquantum scilicet athenienſibus conuenit ꝙ priores fecerunt inſultum. A autem est in b, quia scilicet illi, qui prius alijs iniuſtitiam intulerunt sunt debellati. Sic ergo a est in b inquantum debellantur illi, qui prius incæperunt. Hoc autem scilicet b quod est mediũ pertinet ad Athenienſes, qui prius bellum incæperunt. Et sic patet ꝙ hic accipitur quaſi medium causa, quę primo mouit. Deinde cum dicit.

Ea vero quorum causa est id, quod alicuius est gratia ARGY. *eundem subeunt modum, ceu propter quid deambulat, vt valeat, cur domus est? vt conseruetur ſupellex. Nempe valitudinis deambulatio, ſupellectilis conseruandæ,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

domus est gratia. Atque inter hæc propter quid post cœnam ambulare oportet, & cuius oportet gratia, nihil interesse videtur. Sit itaque deambulatio post cœnam c; nõ natare cibum, cũ occupet locum, in quo est b: valere sit a. Competit igitur de ambulationi post cœnam id efficere, cibum inquam sumptum in ore ventris non supernatare, atque idipsum sanitatem conseruet. Sic enim videtur. B igitur cibum inquam haud natare c ipsi inest, idest deambulationi post cœnam. At a, valitudinem inquam conseruare b ipsi competit. Quę igitur est causa, vt a gratia cuius cætera fiunt, ipsi competat c? Nempe b ipsum est: non supernatare inquam cibum. Atque hoc est tanquam ipsius ratio. Nam a hoc assignabitur pacto. Cur autem b competit ipsi c? Quia sanum esse id nimirum est sic inquam se habere. Verum mutentur ratiocinationes oportet. Magis enim hoc pacto singula elucescent.

ANTI. vide in annot. *Quorũcunque autem causa est propter aliquid, vt propter quid ambulat? vt sanus fiat, & propter quid fabrica est domus? vt saluet vasa. Hoc ergo vt sanet, illud vero propter id quod saluet, propter quod post cœnam oportet ambulare, & cuius gratia oportet, nihil differt. Ambulare post cœnam in quo c: non eminere cibos in quo b: sanari in quo a. Sit igitur in eo quod post cœnam ambulat esse facere non supereminere cibos iuxta os ventris, & hoc esse sanum. Videtur enim inesse ipsi ambulare quod est c b, quod est non eminere cibos, in hoc autem a quod sanatiuũ est. Quę igitur causa est in c quod a sit propter quid, est b non eminere cibos. Hoc autem est sicut illius ratio. A enim sic demonstrabitur. Propter quid a in c est? quoniam hoc est sanari. Oportet autem commutare rationes, & sic magis vnaquæque apparebit.*

vide in annot. vide in annot.

Manifestatã idẽ in causa finali. Et circa hoc duo facit. Primo proponit exemplum in causa finali. Secundo ostẽdit differentiã inter causam finalẽ, & cãm, quæ est principiũ motus, ibi ¶ Generationes autem econtrario. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ similiter se habet cum prædictis in quibuscũq; accipitur. q. causa finis cuius causa sit aliquid. Puta si dicamus propter quid aliquis ambulat post cœnam? vt. s. fiat sanus, & iterum propter quid est domus? ad hoc vt. s. vasa, i. supellectilia hominis saluentur. i. cõseruentur. Sic ergo hoc. s. ambulatio post cœnam sit gratia sanandi, hoc autem. s. ædificatio domus est gratia seruandi supellectilia. Sic ergo nihil differt dicere propter quid oportet post cœnã ambulare, & cuius gratia hoc oporteat. Sic ergo ambulare post cœnam in quo c minor extremitas, sed non eminere cibos in ore stomachi sit mediũ in quo est b: sanari vero sit maior extremitas in quo est a. Sit ergo b in c, quia ambulatio post cœnam facit vt non emineant cibi in ore stomachi, & propter hoc prouenit sanitas quod est a esse in b. Videtur enim ꝙ ipsi ambulare qđ est c insit b, quod est nõ eminere cibos in ore stomachi. Ad hoc aũt sequitur a quod est esse sanatiuum. Sic ergo patet ꝙ b, s. non eminere cibos in ore stomachi est causa quare c est a, i. quare ambulare post cœnam sit sanatiuũ, & hoc. s. nõ eminere cibos in ore stomachi est ratio eius quod est esse sanatiuum. A. n. idest esse sanatiuum sic assignabitur & notificabitur. Quod aũt a sit in c est b propter quid, quia. s. sic se habere vt nõ emineant cibi in ore stomachi est sanari. Et ad hoc ꝙ singula fient magis manifesta, oportet transumere rationes, vt. s. accipiatur medium quasi ratio maioris extremitatis, sicut in præmisso exemplo apparet. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ordo autem generationis, ac ortus verso modo sese habet in his, & in mouentibus causis. In illis enim primo medium fiat oportet, in his autem c ipsum extremum primo, deinde id vltimum, gratia cuius cætera fiunt.*

ANTI. *Generationes autem econtrario hic, & in causis secundum motum. Ibi quidem enim medium oportet primum fieri, hic autem ipsum c vltimum. Vltimum autem est propter quid est.*

Ostẽdit qũo ad eundẽ effectum possunt accipi plures prædictarum causarũ. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat plures causas esse eiusdẽ. 2. ostẽdit in quibus habeat locum quod dictũ est, ibi ¶ Plurima aũt hmõi sunt. ¶ Dicit ergo primo ꝙ contingit vnũ & eundẽ effectũ esse propter aliquẽ finẽ siue gratia eius, & ex necessitate alicuius prioris cauſę, sicut hęc quo est lumen apparere per pellem lucernæ, ex necessitate prouenit. Necesse est. n. ꝙ corpus minorũ partiũ transeat per poros largiores. Dicit aũt hoc ſm opinionẽ ponentiũ ꝙ lumẽ sit corpus quod dam subtile, & ꝙ apparẽtia luminis per diaphanum fiat propter magnitudinem pororum quasi quorundã foraminum. Corpus autẽ subtile videtur esse paruarum partium. Et quia hoc non est ſm suam opinionẽ, subiungit ꝙ ex tali necessitate hoc prouenit, si tñ lumen appareat disgrediendo. i. per ægressum partium eius per poros diaphani. Hoc autem, quod est apparere lumẽ per pellem lucernæ, est propter aliquem finem, vt. s. ambulantes in nocte beneficio luminis non offendamur. In talibus ergo possibile est dupliciter argumentari. Vno mõ a cã pręexistente, vt dicamus si esse contingit hoc, & hoc erit, puta si lumen impositum est lucernæ, sequitur ꝙ diffundatur per poros pellis, alio modo à cã posteriori, quæ est posterior in fieri, & ſm hoc argumentabit, ꝙ si fieri cõtingit finem

finem vltimum oportet præcedere ea per quæ peruenit ad finem. Sicut patet in tonitruo, ꝙ si est ignis extinctus necesse est sceptire. i. fulminare, & facere fremitum quẽdam ignis extincti, & sonum quendã. Et si opinio Pythagoricorum est vera ꝙ tonitruum fiat ad cõminuandum his qui sunt in tartaro, oportet dicere ꝙ tonitruũ fiat ad hoc ꝙ hoſes qui sunt in tartaro timeãt. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Atq; plurima talia sunt, præsertim in hisce, quæ natura talia fiunt, & constant. Altera nanq; natura alicuius gratia facit, altera necessitate. Necessitas autem est duplex. Alia enim est secundum naturam, & appetitionẽ, alia violenta, quæ quidem est præter appetitionem. Hæ necessitates extant, cum lapis nunc sursum, nunc deorsum mouetur. Nam tametsi necessitate lapis vtroq; motu cietur non eadem tamen necessitate.*

ANTI. *Plurima autẽ huiusmodi sunt, & maxime in his, quæ natura subsistunt, & constantibus. Hoc quod propter hoc natura fecit, alia vero ex necessitate. Necessitas autem duplex est. Hoc quidem enim secundum naturam, & motum, sicut lapis ex necessitate & sursum, & deorsum defertur, sed non propter eandem necessitatem.*

Ostendit in quibus cõingat hoc, quod dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit qũo hoc se habeat in his, quæ sunt à natura. 2. qũo se habeat in his, quæ sunt à proposito, ibi ¶ In his aũt quæ sunt. ¶. 3. infert quoddã corollarium, ibi ¶ Quare finis bonus. ¶ Dicit ergo primo ꝙ plurima hmõi, quæ. s. sunt ex necessitate & sunt propter finem, maxime inueniuntur in his quæ subsistunt à natura, & in his, quæ sunt per naturam constructa. Natura. n. quædam facit propter finem, quædã vero facit ex necessitate priorum causarum, quę quidem est duplex. Vna ſm naturam, quæ est ſm conditionem materiæ, alia ſm causam mouentem, sicut lapis mouetur quidem ex necessitate quandoq; sursum, quãdoq; deorsum, sed nõ propter idem genus necessitatis, sed deorsum mouetur propter necessitatem naturæ, sursum autem propter necessitatem mouentis ideſt proijcientis. Deinde cum dicit.

ARGY. *In his autem, quæ proficisci solent à mente, quædam nunquam sunt à casu, vt domus vel statua, neque necessitate, sed alicuius gratia. Quædam sunt etiam à fortuna, vt sanitas atque salus, maxime vero in quibus fit, vt sic, & aliter se habeant, cum generatio non est à fortuna.*

ANTI. *In his autem, quæ sunt ab intelligentia, alia quidem nequaquam sunt ab eo, quod per se frustra est, vt domus, aut effigies, neque ex necessitate sunt, sed propter hoc vero sunt à fortuna, vt sanitas, & salus. Maxime autem in quibuscunque contingit, sic & aliter, cum non à fortuna generatio fit.*

Ostendit qũo se habeat in his, quæ sunt à proposito, & dicit ꝙ in illis, quæ fiunt per rationem, sicut sunt opera artis, quædam talia sunt ꝙ nunquam fiunt a casu, sicut domus, & statua, nec ẽt possunt vnquam fieri ex necessitate naturæ, sed semper fiunt propter finem, quia semper fiunt à rõne, quæ non operatur nisi intendes finem. Quędam vero quæ possunt quidem fieri à ratione artis, tamẽ possunt ẽt quandoque fieri à fortuna, sicut patet de sanitate, quæ quandoque fit per artem medicinæ, sed tamen, quia põt prouenire ex aliqua causa naturali, põt contingere ꝙ aliquis sanetur præter intentionem, sicut si leprosus sanetur ex esu serpẽtis, quem comedit, vt moreretur. Et similiter contingit de salute, cum. s. aliquis intrans domum propter aliquid aliud liberatur de manu inimicorum quærentium ipsum. Et hoc maxime cõtingit in omnibus rebus, in quibus contingit ꝙ aliquid fit & sic & aliter, cum non à fortuna fit. i. contingit eundem effectum nõ fortuito ex diuersis causis prouenire. Puta potest aliquis intrare domũ non à fortuna vt saluetur à manu hostium, vel vt comedat, vel vt quiescat. Vnde si intendendo vnum eorũ eueniat aliud, erit à fortuna. Sed domus, & statua non fiunt nisi propter easdem causas, & ideo talia non contingit fieri à fortuna. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quare si finis sit bonus, ea quæ ad illum consequendum efficiuntur, alicuius gratia fiut, & aut à natura, aut ab arte. A fortuna vero nihil cuiusquã fieri gratia solet.*

ANTI. *Quare finis bonus propter aliquid sit, & aut natura, aut arte. A fortuna autem nihil propter aliquid fit.*

Concludit ex præmissis ꝙ peruenire ad bonũ est aut à natura, aut ab arte. Ars. n. & natura similiter operantur propter finem, vt habetur in 2. Phy. Sed à fortuna nõ fit aliquid gratia hmõi. Quod ideo dicitur, quia & si fortuna contingat in his, quæ fiunt propter aliquid, vt dicitur in 2. Phy ti. illud tamen, quod dicitur à fortuna fieri, non est intentum tanquam finis, sed præter intẽtionẽ accidit.

Tex.cõ. 37. lect. 13. tex. Tex. cõ. 25. lect. 8. tex.

LECTIO X.

Quomodo demonstrari cõtingat aliquid ex causis quæ simul sunt & non sunt cum sui effectibus, exponit, quomodo itẽ à priori ipsum posterius non syllogizetur docet.

ARGY *Eadem autem causa est in his, quæ sunt, & in his, quæ fiunt, & in his, quæ fuere, & in his item, quæ fient, futuraq; sunt. Medium enim ipsum causam esse conflat. Verum differentia quædam esse videtur. Eorum enim quæ sunt, est, eorum, quæ fiunt, fit, eorum quæ fuere, fuit, eorum denique quæ fient erit.*

ANTI. *Eadem autem causa est in his, quæ fiunt, & factis, & futuris, quæ vere est his, quæ sunt. Mediũ enim causa est in his, quæ sunt, quæ est ipsis autem, quæ fiunt, quæ fit, factis autem facta, & futuris, futura.*

Postquam Philosophus ostendit quomodo quatuor genera causarum in demonstratione pro medijs assumũtur, hic ostendit qũo in diuersis demõstratur aliquid per causam. Est autem circa hoc duplex differentia consideranda. Prima quidem ſm ꝙ causa simul est cum effectu vel non simul. 2. prout causa producit effectum semper, aut sicut frequenter. Et de hac agit, ibi ¶ Sunt autem quidem quædam quæ fiunt vniuersaliter. ¶ Circa primũ duo facit. Primo ostendit qũo aliquid demonstretur per causam, quæ est simul cum eo, cuius est causa. 2. quo modo demonstratur aliquid per causam, quę non est simul cum eo, cuius est causa, ibi ¶ In his autem quæ non simul. ¶ Circa primum considerandũ ꝙ quia in motu necesse est considerare prius & posterius, in causis motus est accipere causam, & causatum se habere ſm prius & posterius. Sicut patet ꝙ causa agens naturalis mouendo perducit ad suum effectum. Et sicut per totum motum perducit mobile ad terminum motus, ita per primam partem motus perducitur ad 2. & sic deinceps. Vnde sicut motus est cã quietis consequentis, ita pars prima motus est causa subsequentis, & sic deinceps. Et hoc indifferenter siue hoc consideretur in vno mobili, quod mouetur continue à principio vsque ad finẽ, siue in diuersis mobilibus quorum primũ mouet. 2. & 2. 3. Licet simul dum primum mouens mouet, primum motum moueatur, tñ primũ remanet mouens postquã desijt moueri, quo mouente simul mouet. 2. mobile. Et ita succesiue mouent mobilia quorũ vnũ est cã motus alterius, sicut de his quæ proijciuntur manifestat Philosophus in 8. Phy. Per hunc ergo modũ contingit ꝙ eã non est simul cum eo, cuius est cã, inquantum. s. prima pars motus est causa. 2. vel primum

Lec. 12. tex.

Tex. cõ 28. lect. 21. tex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

motum mouet.2. Quamuis autem motus in suis partibus successione habeat,tñ simul est cum causa mouente. Simpl.n.dum mouens mouet,mobile mouet, eo ꝙ motus nihil est aliud quàm actus mobilis à mouente, ſm quem mouẽs dicitur mouere,& mobile moueri. Et multo magis in his,quę sunt extra motum oportet causam simul esse cum suo causato,siue accipiat aliquid, vt terminus motus sicut illuminatio aeris simul est cũ solis exortu,siue aliquid accipiatur in his, quæ sunt penitus immobilia &causis essentialibus,quę sunt causę ipsius esse.Circa primũ ergo duo facit.Primo proponit quod intendit. 2.manifestat.propositum per exẽpla,ibi {Vt propter qd factus defectus.} Dicit ergo primo ꝙ quãdoq; causa est simul cũ suo effectu,oportet eandẽ causam accipere quãtum ad hoc,quod est fieri,vel factũ esse,& futurum esse, quæ accipitur quantum ad hoc quod est esse,quia si cã simul cũ suo causato,sicut necesse est ꝙ qñ est cã, est effectus,ita necesse est ꝙ qñ fit causa,fiat effectus,& qñ est facta ꝙ sit factus essectus, & qñ est futura sit futurus effectus. Nec est instantia ꝙ dum fit ædificator addiscendo artem ædificatiuam nondum sit ędificium,cuius ipse est causa per artem ædificatiuam,quia ædificator non noiat cãm ædificij in actu, sed cãm in potentia, vel in habitu. Sed ædificans noiat cãm in acto,quam oportet simul esse cum eo,cuius est cã,vt dicitur in 2.Phy. Est aũt idem Tex.cõ. 37. lec.6.tex. tas quantũ ad hoc,ꝙ in oibus medium est cã.Sed hoc accidendum est ſm debitã proportionem,vt.s.ipsum esse causæ,proportionetur ipsi esse effectus, & fieri causæ fieri causati,& factum esse causæ facto esse causati, & futurum esse causæ futuro esse causati. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nam vt hæ pateſiãt exemplo, cum interrogamur cur fuit vel ſit, vel erit, vel eſt,defectio lunæ,quia fuit, vel ſit vel erit, vel eſt terra inter ſolem,& lunam,accommodatiſſime reſpõdemus. Q uid eſt glatieſ? & accipiatur aquã congelatam ipſam eſſe. Atque ſit aqua quidem C congelata autẽ A cauſa deinde collocetur in medio quod ipſum occupat B abſentia penitus caloris. B igitur ipſis C meſt A quoque B ipſi competit. Atque ſit glatics,cum ipſum B fit,& fuit,cum fuit,eritq; cum erit. Ea igitur,quæ hoc pacto eſt cauſa fit,& eſt,& fuit,& erit vna cum eo, cuius eſſe cauſa dicitur.*

ANTI. *Vt propter quid factus eſt defectus? propter id. quod in medio facta eſt terra,ſit autem propter id,quod fit,erit autem & propter id,quod erit in medio,& eſt propter id quod eſt ſimiliter. Et quid eſt cryſtallus? Accipiatur igitur quoniam aqua denſata eſt. A qua C,denſata in quo A, cauſa media in quo B defectus caloris pœnitus. Eſt igitur in C quidem B,in hoc autem denſatum eſſe quod eſt in quo A ſit autem cryſtallus cum fiat B factum eſt A facto B erit autem futuro B. Siquidem cauſa & cuius eſt cauſa ſimul fiunt,cum fiant,& ſunt,cum ſint,& in eo quod factum eſt,& in futuro ſimiliter eſt.*

Manifestat quod dixerat per duo exempla, quorum primum est de eclypsi lunæ. Dicimus.n.ꝙ heri factus est defectus lunæ pp hoc ꝙ heri facta est interpositio terræ inter solem & lunã, & ꝙ nunc fit defectus lunæ propter hoc,ꝙ nunc sit talis interpositio terrę,& ꝙ cras fiet defectus lunæ propter id,quod terra ponetur in medio, & ꝙ nunc est defectus lunæ propter id quod nunc est interpositio terræ. Secundũ aũt exẽplum de cryſtallo,puta ſi dicamus quid est cryſtallus? & accipiatur hoc pro eius diffinitione,ꝙ sit aqua cõdensata vehemẽter. Sit ergo aqua c.i.minor extremitas,& dẽsatum esse sit a.i.maior extremitas,& accipiatur pro medio b.i.ꝙ penitus caret calore.Exhalante.n.calido inspissatur humidum.Vnde qñ intense exhalat calidũ,consequens est ꝙ intense inspissetur humidum.Reducendo ergo ad formam syllogisticã dicemus ꝙ b est in c quia.ſ. cristallus habet perfectam exhalationem calidi,in b autem est a, quia ille quod perfecte caret calido densatum est.Sicut igiẽ hmõi ꝙ est cryſtallum esse plenũ aqua densata est causa ꝙ habeat defectum caloris,ita etiam causa ꝙ fiat cryſtallus causa est ꝙ fiat b.Et eadem ratio est in factum esse, & in futurũ esse. Et sic concludit,ꝙ si sic accipiatur causa & causatũ oportet ꝙ similiter sint simul in fieri & in esse, & in factum esse,& in futurum esse. Deinde cum dicit.

Sed in hiſce,quæ non ſunt ſimul, ſit ne vt in continuo tempore? ARGY.

In his autem,quæ non ſimul ſunt,nunquid ſunt in continuo tempore? ANTI. Tex. cõ. 15.

Ostendit qũo cã, quæ non est simul cum cãto accipiatur medium demõstrationis. Et primo in his quæ fiunt indirectum.2.in his quę fiunt circulariter,ibi {Q ñ aũt videmus.} Circa primum tria facit. Primo proponit qõnẽ Lect. 12.1. 2.interponit quoddã quod est necessariũ cognoscere ad solutionẽ qõnis,ibi {Est igit à posterius facto.}.3. soluit qõnem,ibi {Speculandũ est igitur quid est contingens.} Circa primũ duo facit. Primo proponit qõnem. 2.manifestat eam,ibi {Sicut videtur nobis.} Mouet ergo primo Lect.immo. seq. qõnem vtrum in causis, quæ non simul fiunt cum causatis, fit dicere ꝙ causatum ſm tempus continuum consequatur ad causam vel non? Deinde cum dicit.

Quemadmodum nobis videtur alia aliorum ſint cauſa,ceu factum facti,fiens fientis futurumq; futuri. ARGY

Sicut videtur nobis alias aliorum cauſas eſſe, hoc eſt facti eſſe, altera facta,& futura,futuri,eius autem quod fit ſi aliquid antea factum eſt. ANTI.

Manifestat qõnem. Videmus.n.ꝙ aliæ sunt causæ aliorũ non simul cum eis existentes,sicut eius quod factũ esse,est alia causa præcedens quod est fieri,& ipsius fore.i. ꝙ aliquid sit futurum causa est aliquod futurum fieri, & iterum ipsius fieri causa est aliquid quod prius factũ est. Est igitur qõ vtũ istæ causæ se consequentes sint in tpe continuo,vel non? Hoc.n.necessariũ est scire demonstratori, quia si non sit continuatio in hmõi causis, non erit accipere immediatum,quia semper inter duo non contnuata est accipere aliquod medium. Et ideo si illud nũc, in quo est effectus non sit continuum ad illud nunc, in quo est causa,erit in medio aliquid accipere quod sit causa media,& sic in infinitum. Deinde cum dicit.

At conſtat in his, ab eo ratiocinationem extruendam eſſe,quod poſtea fiat, principia autem & eorum ea ſunt, quæ prius fuerunt. Quapropter idẽ & in hiſce,quæ fiũt, ſeruandus eſt modus. Sed ab eo quod ante fuit, non extruitur ratiocinatio, vt quoniam hoc fuit, hoc quod eſt poſterius ortum eſt,ſimiliter & in futuro. AGRT.

Eſt igitur à poſterius facto ſyllogiſmus principium, igitur & horum eſt,quæ facta ſunt. Vnde & in his quæ fiunt ſimiliter eſt. A priori autem non eſt, vt quoniã hoc factum eſt,quare hoc poſterius factum eſt, & in futuro ſimiliter. ANTI.

Manifestat quoddã quod est necessariũ ad solutionẽ præmissæ qõnis. Et primo proponit quod intẽdit.2.probat propositũ,ibi {Neq;n.determinati. Circa primũ cõsiderandũ est,ꝙ sicut linea est quoddã continuũ,punctus quoddã indiuisibile, quod terminat & diuidit lineã, ita ẽt ipsum fieri vel moueri est quoddã cõtinuum, ipsum aũt quod est motũ esse vel factum esse est quoddã indiuisibile,

uisibile,quod potest accipi,vel vt terminans totum motum,vel vt diuidens motum tanquam finis primæ partis motus,& principiũ secundæ, sicut patet de puncto quod diuidit lineam. Sic igitur ipsum factum esse est causa præcedens ipsum fieri,cuius est principiũ,& est effectus cõsequens illud fieri cuius est terminus. Si ergo debeamus demõstrare, oportet fieri syllsum demonstratiuũ à posteriori factũ esse ad fieri præcedens vt si dicamus hoc factum esse,ergo illud prius fiebat. Sed quia & ipsum factũ esse est principium fie.i, siue quæ facta sunt eorum quæ fiunt, consequens est vt similiter se habeant in his quæ fiũt, vt.s. à posteriori fieri syllogizetur ad prius factum, puta si dicamus sol mouet ad punctum medij cœli,ergo prius motus est ad punctũ orientis. Sed à priori non potest fieri syllus ad posterius, vtputa si dicamus ꝙ quia hoc prius factũ est, ideo sequitur ꝙ illud quod est posterius fiat,aut factũ sit. Et quæ ratio est de fieri & de factũ esse,eadẽ rõ est de fore,& futurũ fieri. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Siue nanque determinatum, ſiue indeterminatum fuerit tempus,non erit vnquam, vt cum hoc fuiſſe verè dicatur, poſterius inquam ipſum. In medio enim tẽpore falſum erit profecto hoc ortum fuiſſe dicere,altero iam orto. Eadem eſt & in futuro penitus ratio, neque quoniam hoc fuit hoc erit.*

ANTI. *Neque enim determinati aut non determinati erit tẽporis. Quare neq; quoniam hoc verum eſt dicere factum eſſe,hoc verum eſt dicere factum eſſe poſterius. In medio enim falſum eſſet dicere hoc,iam altero facto. Eadem autem ratio eſt & in futuro.*

Probat quod dixerat. Et circa hoc duo facit. Primo probat propositũ ratione accepta ex parte temporis absolute considerati.2.ex parte tẽporis,quod conuenit esse medium inter causam priorem & effectũ posteriorẽ,ibi {Amplius.n.neq; indeterminatũ.} Dicit ergo primo,ꝙ ideo à priori non potest syllogizari ad posterius,quia posito priori non oportet ꝙ sequatur posterius,neq; ſm aliquod determinatũ tempus, neq; simpliciter non determinati. Et hoc primo manifestat quãtum ad determinatum tempus,puta si dicamus bibit infirmus potionẽ, ergo tali die sanabitur. Si.n.à priori facto syllogizari posit posterius ſm determinatũ tempus, poterit concludi, ꝙ quia verũ est dicere hoc factũ esse puta infirmũ bibisse potionem,ꝙ ẽt verum sit dicere hoc factũ esse quod posterius est,puta eum esse sanatum. Sed hoc non sequitur, quia põt dari aliquod tempus in quo verũ est eum potionem bibisse,& tñ nondum verum est eum sanatum esse, sicut in intermedio tempore inter sumptionem medicinæ & sanitatem adeptam. Et hoc est quod dicit, ꝙ ideo prædicta conclusio non sequitur, quia in medio tempore falsum erit ꝙ hoc sit factum.i. hunc esse sanatũ, quàmuis alterum iam sit factum.ſ. eum medicinã bibisse. Et eadem ratio est etiam respectu futuri. Non.n.possumus cõcludere,iste nunc medicinã bibit, ergo erit sanatus pro aliquo tempore determinato, quia hoc non erit verũ in quolibet tempore futuro.ſ.in tpe medio. Secundo ibi.

ARGY. *Medium enim ſimul habeat ortum,oportet, vt ſit factum factorum,futurorumq; futurum,& cæterorum ſimiliter. Ad id quod fuit,& id quod erit,fieri nequit, vt ortum habeant ſimul.*

ANTI. *Neque quoniam hoc factum eſt,hoc erit. Mediũ enim homogeneum oportet eſſe, factorum factum, futurorum vero futurum,cum his quæ fiunt fieri,cum his,quæ ſunt eſſe. Sed futurũ eſſe & eſſe non contingit eſſe homogeneũ.*

Probat idem quantum ad tempus indeterminatũ, puta si dicamus iste medicinam bibit,ergo sanabitur. Non Lib.2.le.16. enim sequitur, ꝙ quia hoc factum est.ſ. ꝙ iste medicinã bibit,hoc erit.ſ.sanabitur. Iam enim supra dictum est, ꝙ causa quæ ex necessitate infert effectum,est simul cũ effectu. Et accipitur quasi mediũ homogeneum. i. vnius generis,sicut ad probandũ aliqua esse facta in præterito accipitur pro medio & causa aliquid quod est in præterito & similiter futurorum,id quod est futurum,& eorũ,quę sunt in fieri id quod est in fieri, & eorum.ſ.quæ existunt id quod existit. Sed quando sic syllogizatur,hoc factum est,ergo hoc erit, non accipitur medium vnius generis, sed vnũ est prius & aliud posterius. Vnde posito priori non sequit ex necessitate posterius in illis in quibus effectus causarum impediri possunt. Deinde cum dicit.

Præterea fieri nõ poteſt, vt aut indeterminatum, aut determinatum ſit ipſum medium tempus. Falſum enim erit in medio illud dicere tempore. ARGY.

Amplius enim neque indeterminatum contingit eſſe tempus medium,neque determinatum. Falſum enim erit dicere in medio. ANTI.

Ponit aliã rõnem, quæ sumitur ex parte temporis medij,& dicit, quod sicut ex parte temporis absolute considerati manifestũ est ꝙ non pot syllogizari à priori ad posterius,nec ſm tẽpus determinatum, neq; ſm tẽpus indeterminatũ, ita ẽt nec ex parte medijs tẽporis contingit accipi aliquod determinatũ, aut indeterminatum, in quo.ſ. pot concludi posterius à priori. Iam.n.dictum est, ꝙ in toto tpe intermedio falsum est dicere, id quod est posterius esse, quamuis id quod est prius iam præcesserit.

LECTIO XI.

Factum esse non continuũ esse ipsi fieri,nec alio facto esse ostẽditur,quanquam etiam in vno fieri infinita facta esse intelligantur, tamẽdum tamen esse in his medium aliquod docet.

Conſiderandum eſt autem quid nam ſit quod continet, vt in rebus poſt factum eſſe ſit fieri. An patet facto fiens non hęrere? nec enim facto factum etiã hærut. Sunt enim fines, ac indiuidua. Nam vt punctum puncto non hæret ſic neque facto factum. Ambo nanque ſunt indiuiſibilia Nec igitur ob idipſum facto fiens hærere poteſt. Fiens.n. diuiſibile,factum indiuiſibile conſtat eſſe. Vt igitur linea ſe habet ad punctum,ſic fiens ad factum. Nam in eo,quod fit,infinita ſunt facta. Magis autem de hiſce clarius eſt dicendum in vniuerſalibus libris de Motu. ARGY.

Speculandum igitur quid eſt contingens, vt poſt, id quod factum eſt,ſit fieri in rebus. Aut manifeſtum eſt quòd non eſt habitum cum facto eſſe quod fit. Neque enim factum cum poſt facto eſſe termini enim ſunt & atomi, ſicut neque puncta adinuicem ſunt habita, neque quæ facta ſunt. Vtraque enim indiuiſibilia ſunt. Neque igitur quod fit cum eo,quod factum eſt propter id. Quod quidem enim fit,diuiſibile eſt,quod autem factum eſt,indiuiſibile eſt. Sicut igitur linea ad punctum ſe habet, ſic id,quod fit,ad quod factum eſt. Sunt enim infinita facta in eo quod fit. Magis autem manifeſtum in vniuerſalibus de Motu oportet dicere de his. ANTI. Tex. cõ. 14.

Postquam Philosophus quæsiuit vtrum in his quæ non simul fiunt, posterius ſm cõtinuitatẽ tpis sequatur ad prius,& interposuit quoddã necessarium.ſ. ꝙ à priori ad posterius non syllogizatur, hic accedit ad determinãdum quæstionem motam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qũo se habeãt fieri & factum esse ſm temporis continuitatem.2.ostendit propositum,ibi {De hoc quidem igitur &c. Dicit ergo primo,ꝙ ad ostendendũ,propositum,oportet speculari quid est coniungens, vel con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinuans factum esse ei,quod est fieri, vt post vnum'continue sequatur aliud. Et circa hoc dicit primo manifestum esse ꝙ fieri cum eo,quod est factum esse, non est habitū idest consequenter se habens. Dicuntur autem consequēter se habentia,quorum nihil est medium eiusdem generis,sicut duo milites in acie,vel duo clerici in choro. Habitum autem supra id,quod est consequenter,addit contactum,sicut dicitur in 5.Physi. Sic ergo dicit ꝙ fieri nō potest esse consequenter se habens & cōtiguum cū hoc, quod est factum esse. Et hoc probat,quia neque etiam factum esse est contiguum scilicet vt consequenter se habens cum alio factum esse,eo ꝙ duo facta esse hoc modo se habent, vt quædam vltima & indiuisibilia in tempore,sicut duo puncta in linea. Vnde sicut duo puncta non sunt consequenter se habentia adinuicem, ita etiam neq; duo facta esse,quia tam puncta quàm facta esse sunt sicut indiuisibilia,& talia non se habent consequenter in continuis,vt probatur in 6. Physi. Et quia duo facta esse non sunt consequenter se habentia, propter hoc etiam manifestum est ꝙ fieri & factum esse non consequenter se habēt. Fieri enim est diuisibile sicut & moueri, sed factum esse est indiuisibile sicut & pūctus. Sicut igitur se habet linea ad punctū, sic se habet fieri ad factū esse. Sunt.n. infinita facta esse in eo,quod est fieri, sicut & infinita pūcta potentialiter sunt in linea. Et hęc est causa quare in linea nō possunt esse duo puncta cōsequenter se habentia,quia inter quęlibet duo puncta est accipere aliud punctum,& similiter inter quælibet duo facta esse est accipere aliud. Vnde duo facta esse non se habent consequenter. Et quia factū esse est terminus eius quod est fieri,sequitur consequenter ꝙ nec fieri se habeat cōsequenter cū eo quod est factum esse,quia tunc duo facta esse se haberent cōsequēter adinuicem. Sed fieri immediate terminatur ad factū esse,sicut linea ad pūctum. ⁋De his autem oportet &c.⁋ idest de his patebit magis in vltimis de motu. 1. in libro Physi. Tractat.n.de hoc in sexto illius. Deinde cū dicit.

Tex.cō.25. & 24. Lect. 5. tex. expo. 4.

Tex.cō. 2. Lect. 1. tex. expo.

Tex.cō. 2. & inde. Lect. 1. tex. Expo. 4.

ARGY. *De eo igitur ipso quomodo sese habet medium cū deinceps fit generatio,hæc eo vsque sumantur. Nam & in his ipsis medium,& primum necesse est medio vacare,velut* A *fuit cum sit factum.* C. *Antea autem fuit* A. *Atque* C *principium est ex eo,quia propinquius est ei puncto, quod est principium temporis. Item* C *fuit,quoniam* D *fuit. Ortogitū* D *necesse est* C *fuisse,* C *vero orto,necesse est* A *prius ortum fuisse. Atque si medium hoc acceperis modo, ad id tandem accesseris,quod medio vacat.*

ANTI. Vide in annot. *De hoc quidem igitur quòd quomodo cum eo,quod consequenter se habeat,media causa,in tantum acceptum sit. Necesse enim & in ijs mediam,& primam et sine medio esse,vt* A *factum est, quoniam* C *factum est, ante autem est* A. *Principium igitur est* C *propter id quod proximum est,ipsi nunc,quod est principium temporis, sed* C *factum est,quoniam* D *factum est* D. *Igitur cum fiat* A *necesse est factum esse. Causa autem est* C. D *enim facto necesse est* C *factum esse,* C *autem facto necesse est* A *prius fuisse. Sic autem accipiens aliquod mediū, habit alicubi immediatū.*

Ostendit f'm prædicta quo accipi possit immediate, vel mediate effectus causæ in his,quæ non simul sunt. Et primo ostēdit propositum. 2. manifestat per exempla,ibi ⁋Habet autem sic se in operibus &c.⁋ Circa primū duo facit. Primo ostēdit propositum in præteritis. 2. in futuris,ibi ⁋Similiter autem in eo,quod erit &c. Circa primū duo facit. Primo ostendit propositum. 2. excludit quandam obuiationem,ibi ⁋Aut semper intercidet. Dicit ergo primo,ꝙ ex prȳmilsis accipi potest,quo causa,quę accipitur vt medium in demonstratione, se habeat consequenter ei. s. quod est in fieri vel generari,quia etiā in his demonstrationibus, quæ syllogizant de his, quæ sunt in fieri, necesse est accipere esse aliquod medium, & primū quod sit sine medio, sicut si cōcludamus ꝙ a factum est propter hoc ꝙ c,factum est, ita. s. ꝙ posterius factum sit c,& prius a. Puta si dicamus, iste sanatus est ergo bibit medicinam,a priori enim non consequeretur syllsus, vt supra dictū est, sed ipsum c accipitur vt id quod est magis proximum ipsi nunc præsenti quàm a. Præsens autē nūc est principiū temporis, quia f'm ipsum distinguitur præteritum & futurum,& sic oportet præsens nunc accipere vt principium notificandi temporis successionem. In præteritis.n. tanto aliquid est posterius in fieri, quanto proximus est in præsenti nunc, in futuris aūt est econuerso. Sicut igitur accipitur vt principium syllogizandi quod est posterius in fieri quàm a, & propinquius præsenti nunc, ita & accipiamus d propinquius præsenti nūc quàm c,& concludimus ꝙ si factum est d, ꝙ prius factū est c. Puta si perficit opus sani hois, prius sanus est. Possumus ergo concludere ꝙ si factū est d necesse est ꝙ prius factū sit a,& accipitur pro causa id quod erat in medio. s. c. Facto enim d necesse est ꝙ prius factum fuerit c,& facto c necesse est ꝙ prius factum fuerit a, ergo & facto d necesse est ꝙ prius factum fuerit a, puta si hic homo iam perficit opus sani hominis, sequitur ꝙ prius sit sanatus,& si est sanatus necesse est ꝙ prius biberit medicinam. Sic igitur semper accipiendo medium, puta aliquid aliud inter c & a, sicut c acceptum est medium inter d & a, stabitur alicubi ad aliquod immediatum. Deinde cum dicit.

Lect. præc. expo. 5.

ARGY. *Aut semper ob infinitionem medium cadet? Non enim factum facto hæret, vt diximus. Attamen à medio incipiendum est, & ab eo,quod nunc est primum.*

ANTI. vide in annot. *Aut semper intercidet propter infinitum? Non enim contiguum factum cum facto,quemadmodum dictum est. Sed incipere tantum necesse est à medio, & ab ipso nunc primo.*

Ponit quandam obuiationem. Potest enim aliquis dicere ꝙ nunquam veniatur ad immediatum, sed semper erit accipere aliquod mediū inter duo facta esse, propter hoc ꝙ in ipso fieri sunt infinita facta esse, eo ꝙ factū esse non consequenter se habet ad aliud factum esse, vt dictū est. Sed hanc obuiationem excludit ipse, quia quāuis sint infinita facta esse in vno fieri, tamen necesse est incipere ab aliquo medio. s. ab ipso nunc tanquàm à primo. Dictū est.n. ꝙ id quod est posterius, est principium syllogizandi. Respectu autem omnium in præterito factorum, postremum est ipsum præsens nunc, vnde necesse est ipsum præsens nunc accipere vt primum & immediatum principium. Quodlibet autem aliorum factorum accipitur vt principium mediatum. Deinde cum dicit.

Lect. præc. tex. expo. 11

Lect præc. tex. expo. 5.

ARGY. *Idem & in futuris seruandum est. Nam si verum est* D *fore, verum sit prius oportet* A *fore. Huius autem causa est ipsum* C. *Etenim si erit* D *prius* C *ipsum erit. Et si* C *rursus erit* A *prius erit. Similiter autem & in ijs ipsis infinitio diuisionis existit. Futurū nanque futuro non hęret. Atque principiū & in ijs est sumendū, quod medio vacet.*

ANTI. *Similiter autem est & in eo quod erit. Si enim verum est dicere quoniam erit* D *necesse est prius verum dicere, quoniam* A *erit. Huius autem causa est* C. *Siquidem enim* D *erit, prius* C *erit, si vero* C *erit, prius* A *erit. Similiter autem est decisio infinita & in ijs. Non enim sunt talia quæ erunt contigua adinuicem. Principium autem & in ijs immediatum, sine medio accipiendum est.*

Manifestat

Manifestat idem & in futuris, & dicit ꝙ sicut se habet in eo quod factum est, similiter se habet & in eo, quod factum erit, quia si verū est quod erit d necesse est ꝙ prius verificetur ꝙ sit a & hmōi causa accipietur c quæ cadit mediū inter d & a. Quia si erit d necesse est ꝙ prius erit c, & fieri c necesse est ꝙ prius fit futurum a. Et similiter etiam in his potest fieri obiectio de infinita diuisione futuri in instantia, vel motus in momenta, quia sicut in præteritis ita & in futuris non consequenter se habent indiuisibilia, & tamen etiam hic accipiendum est aliquid sicut immediatum principium, sicut dictū est in his quæ facta sunt in præterito. Licet enim non sit accipere duo facta esse se consequenter habentia, neq; in præterito, neque in futuro, potest tamen accipi aliquid vltimum vtrobique, & hoc accipietur vt principium immediatum.

Lect. præce.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Hæc autem in ipsis operibus ita se habent, vt diximus. Nam, si domus extructa est, lapides incisos fuisse necesse est. At id quamobrem? quia necesse est fundamenta fuisse, si domus est facta. Si vero fundamenta iacta fuere, necesse est lapides ante fuisse. Rursus si domus erit, pari ratione lapides prius erunt. Quod quidem per medium modo demonstratur eodem, iacientur enim antea fundamenta.*

ANTI. *Habet autem sic se & in operibus. Si facta est domus necesse est decisos esse lapides, & factum esse hoc propter quid? quoniam necesse est fundamentū factum esse, si domus facta est. Si vero fundamentum est, prius lapides esse sectos necesse est. Iterū si erit domus, similiter prius erunt lapides. Demōstrantur autem per medium similiter. Erit enim fundamentum prius.*

Manifestat quod dixerat per exēpla, & dicit ꝙ prædictus modus argumentandi pōt considerari circa opera humana. Accipiamus.n. factū esse domus tāquā quoddā postremum, ex quo concludit sicut quoddā primū ꝙ necesse est lapides prius fuisse decisos, & accipiemus ꝙ medio constructionē fundamēti, quia si domus facta est, necesse est ꝙ prius sit fundamentū factū, & si factū est fundamentū, necesse est ꝙ prius sint lapides decisi. Et quod dictū est in præterito accipiēdū est in futuro, puta si erit domus, necesse est ꝙ prius futura sit decisio lapidum, & hoc demōstret per mediū qđ est cōstructio fundamēti.

LECTIO XII.

Quo in his, quæ circulariter & vt frequēter fiūt propter quid & medium sumendū sit docet, præmissa eorū quę sunt diuisione.

ARGY. *Sed quoniam in hisce, quæ fiunt, generationem quandā modo circuli cōuerti videmus, fieri potest, vt idipsum sit, si medium, & termini mutuo se sequantur. In ijs enim consistit ipsa conuersio. Atque idipsum in sermonibus primis ostendimus, conuerti inquam ipsas conclusiones, hoc est enim circuli modo ratiocinationem conuerti.*

ANTI. vide in annot. Tex. cō. 15.

Quoniam autem videmus in his, quæ fiunt, circulo quandam generationem esse & contingit hoc esse. Si enim consequatur adinuicem medium, et termini. Iis enim conuerti est. Ostensum est autem hoc in prioribus, quòd conuertatur conclusiones, circulo autem esse hoc est.

Postquam Philosophus ostendit quo accipiēdum sit medium quod est causa in his quæ fiunt in rectum, hic ostendit quo debeant accipi in his, quæ fiunt f'm generationē circularē. Et primo ostendit propositum. Secundo manifestat per exēpla, ibi ⁋In operibus aūt videtur sic.⁋ Circa primū considerandū est, ꝙ quia motus cœli circularis causa est generationis in illis inferioribus, ideo dicitur in secundo de Generatione ꝙ quædam circulatio in generationibus inuenitur, puta ꝙ ex aqua generatur terra, & ex terra iterum aqua. Dicit ergo, quia videmus esse quandam generationem in his, quæ circulo generantur, in his etiam contingit obseruari hoc quod supra dictum est, ꝙ. s. syllogizetur à posteriori, si hoc modo accipiātur termini demonstrationis, ꝙ mediū & extremi termini se inuicem consequuntur, quia in his, quæ sic generantur est quædam conuersio circularis, dum. s. à primo generato deuenitur ad vltimū, & ab vltimo redit ad primū, non idē numero, sed idē ipse specie, vt patet in 2. de Generatione. Et ita non sequitur ꝙ idem numero sit prius & posterius, effectus, & causa. Et hoc ipsum cōpetit processui demonstrationum, eo ꝙ vt in præcedentibus dictum est, quandoque conclusiones conuertuntur, vt ex eis. s. syllogizentur aliquæ præmissarū, hoc.n. est circulo demonstrare. Quod quāuis non competat, si omnino sit vnū & idē quod prius fuit conclusio, & postea est principiū, respectu eiusdē numero, ne sit idē notius & minus & notū, si tñ non sit omnino idem sicut accidit in his, quæ circulo generant, nullū incōueniens est. Deinde cū dicit.

Tex. cō. 70. le. vlt. te. expo. vlti.

Demon. circularis.

ARGY. *In rebus autem ipsis hoc videtur fieri modo. Humida facta pluuia terra, vapor necesse est oriatur. Quo quidem orto, nubem constare necesse est. Qua facta fieri aquam. Qua orta, terra pluuia necesse est humectetur. Hoc autē id erat, quod initio sumpsimus. Quare modo circuli conuersio fuit. Quicquid enim ex hisce sumpseris, aliud sequitur quidem, cum sit aliud. Quod quidem cum sit, aliud itē est. Quod rursus cum sit, primum ipsum emergit.*

ANTI. *In operibus autem videtur sic. Compluta enim terra, necesse est vaporem fieri, hoc autem facto, nubem, hac vero facta, necesse est terram complutam esse. Hoc aūt erat ex principio. Quare circulo circuiuit. Cum enim vnum horum quodlibet est, alterum est, & cum illud est, alterum, & cum hoc primum.*

Manifestat quod dixerat per exēpla, & dicit ꝙ in ipsis operibus naturæ videtur sic euenire, ꝙ fit quidā circularis processus, quia si terra sit compluta, necesse est ꝙ per actionē solis vapor ex ea resoluatur, quo resoluto, & sursum eleuato necesse est ꝙ generetur nubes, & hac generata necesse est ꝙ generetur aqua pluuiæ, qua generata, necesse est ꝙ cadat, cadens super terram compluat eam. Et hoc est quod accipimus quasi primū, non tamen est eadem cōplutio terræ ad quā vltimo peruenitur, & à qua primo incipiebatur. Et sic manifestū est ꝙ factus est quidam circuitus, inquantū vno eorum existēte fit aliud, & illo existente fit aliquod aliud, quo existente redditur ad primum, non idem numero, sed idem specie. Iste tamen causarum circuitus inueniri nō potest f'm ordinem, qui inuenitur in causis per se. Sic.n. necesse est peruenire ad vnum primum in quolibet genere causarum, vt probat in secundo Metaph. Quòd autem aqua generet ex igne, & ignis iterato ex aqua, hoc non est per se, sed per accidens. Non.n. ens per se generat vt ex ente in actu, sed ex ente in potentia, vt dicitur in 1. Physi. Procedendo ergo in causis per se non erit circulatio. Natura complutionis terrę causam agētem accipiemus calorem aeris, qui causatur ex sole, & non econuerso. Causam vero materialē aquam, cuius materia non est vapor, sed materia communis elementorum. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 5. le. 2. te. exp. vlt. & te. c. 6. le. 3. tex. ex. primæ tex. cō. 77. lect. 14. te. ex. 2.

AGRY. *Sunt autem verum nonnullæ quæ fiunt vniuersaliter, semper enim & omnes, aut eodem modo se habent, aut eodem fiunt pacto. Nonnullæ sunt rursus, quæ semper quidē non fiunt eodem modo, fiunt tamen plerunque. Nam non*

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnis quidem mas homo barbam emittit, fit autem plerũque, vt homo mas barbam emittat, talium igitur & medium esse plerunque necesse est.

ANTI. Tex.cõ.26. *Sunt autem quædam, quæ fiunt vniuersaliter semper quidem, & in omni, aut se habent, aut fiunt semper. Alia vero semper quidem non, sed sicut frequenter sunt, vt non semper omnis homo masculus barbatus, sed est sicut frequenter. Talium igitur necesse est & medium sicut frequenter esse.*

Ostendit qualiter diuersimode demõstretur per causam in his, quæ sunt semper, & in his quę sunt vt frequenter. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit 2. probat propositum, ibi. {Si enim a de b.} Tertio epilogat quę dicta sunt, ibi {Quo modo quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quædam sunt quæ vlr fiunt, & quantum ad tempus, quia semper, & quantum ad subiectum, quia in omnibus {aut se habẽt,} sicut immobilia, quibus non expedit proprie fieri, {aut fiunt} sicut mobilia quæ semper eodem mõ se habẽt, vt patet in motibus cœlestibus. Quędã vero non fiunt sicut semper, sed sicut frequẽter. Et ponit de his exẽplum. Sicut ꝙ omnis hõ masculus efficitur quandoq; barbatus, nõ accidit semper, sed sicut frequenter. Sicut igit eorũ, quæ sunt semper, oportet accipere mediũ semper, ita & taliũ, quæ sunt sicut frequenter oportet accipere mediũ sicut frequẽter. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Nam si tam a de n, quàm n de c vniuersaliter prædicetur, & a de c necesse est, & semper, & de quolibet prędicari. Id enim est vniuersaliter prædicari, de omni, semperq; dici. At supponebatur a plerunque de c prędicari. Necesse est ergo medium etiam ipsum n conditionem eandem subire, ac esse plerunque. Erunt igitur & eorum, quę sunt plerunque, ea principia vacantia medys, quæ plerunque sic sunt, vel fiunt.*

ANTI. *Si.n. a de n prædicatur vniuersaliter, & n de c vniuersaliter, necesse est & a de c semper, & de omni prædicari. Hoc enim erat vniuersaliter, & de omni, & semper. Sed suppositum est sicut frequenter esse. Necesse ergo est medium sicut frequenter esse, quod est in quo est n. Erunt igitur & eorum, quæ sunt frequenter, principia sine medio, quæcunque frequenter sunt sic aut fiunt.*

Probat ꝙ ad concludendum id quod est sicut frequẽter, necesse sit accipere mediũ ꝙ sit sicut frequenter. Detur enim oppositum, ꝙ accipiatur medium quod sit vniuersaliter, & semper, puta si a, quæ est maior extremitas, prædicetur vniuersaliter de b, quod est medium, & b de c, quod est minor extremitas, ex necessitate sequitur ꝙ a prædicetur de c vniuersaliter, & quantum ad tempus, & quantũ ad subiectũ, quod est semper & de omni prędicari. Vnde idẽ nunc dicimus vlr prędicari, quod prędicari de omni, & semper. Sed suppositum erat ꝙ a prædicaretur de c, sicut frequẽter. Necesse est ergo, ꝙ mediũ quod est b accipiatur sicut frequenter existens. Sic ergo, patet ꝙ possunt accipi quædam itmediata principia eorum, quæ sunt frequenter, ita ꝙ ipsa principia sint, aut fiant sicut frequenter. Huiusmodi tamen demonstrationes non faciunt simpliciter scire verũ esse quod concluditur, sed scm quid. s. ꝙ sit verum vt in pluribus, & sic etiam princi-
Vides. 8. in prio. lec. 16. tex. exp. vlr. pia, quæ assumuntur, veritatem habẽt. Vnde huiusmodi scientiæ demonstrati à scientijs, quæ sunt de necessarijs absolute quantum ad certitudinem demonstrationis.

Deinde cum dicit.

ARGY. *At.n quonã pacto ipsum quid est ad rõcinationis terminos accõmodatur, & quo mõ, vel est ipsius, vel non est demonstratio diffinitione, satis antea pertractauimus.*

ANTI. Tex. cõ. 1. *Quomodo quidem igitur quod quid est inter terminos assignatum est, & qualiter demonstratio, aut diffinitio sit ipsius aut non, dictum est prius.*

Epilogat quę dicta sunt, & dicit ꝙ iam supra dictũ est quomodo quod qd est, quod est aliqualiter idẽ ei, quod propter quid, assignatur inter terminos syllogisticos, dũ ostensum est qualiter singula causarum genera & in singulis diuersitatibus rerum, sint media demonstrationũ. Dictum est etiam qualiter eius quod quid est sit vel non sit demonstratio, vel diffinitio. Notandum epilo.

LECTIO XIII.

Diffinitionem substantialem ex his quæ semper insunt constare, quorum quodlibet in plus est, non tamen extra genus, & tot quousque omnia non sint in plus.

ARGY. *Nunc dicendum esse videtur, quo nam pacto venari nos oportet, quę hoc ipso quid est prædicantur.*

ANTI. *Quomodo autem oportet venari in eo quod quid est venientia, nunc dicamus.*

Postquam Philosophus ostendit qualiter quod quid est, & propter quid se habeant ad demonstrationẽ, hic ostẽdit quo posint inuestigari. Et primo quo inuestigẽt quod qd est. Secundo quo inuestigẽt propter qd, ibi {Ad habendũ aũt &c. Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo est intẽtio. Secũdo exequitur propositũ, ibi {Eorũ aũt igit, quæ insunt semper &c.} Dicit ergo primo ꝙ postquã dictũ est qualiter quod qd est cognoscaẽ, & qualiter quod qd est vel propter qd accipiaẽ vt mediũ in demõstratione, nunc dicendũ est quo oporteat inuestigare ea, quæ ponũtur in eo quod quid est. Deinde cum dicit. Lect. 13. Expo. text.

ARGY. *Eorum itaque, quæ semper cuique competunt, quædam extendunt se quidem ad plura, non tamen genus egrediuntur. Atque ea se ad plura extendere dico, quæ quãquam vniuersaliter cuique competunt, non tamen soli, sed etiam alij insunt. Est enim quoddam, quod omni competit trinitati. Id enim quod est, trinitati, & etiam num numero competit. At impar in est & ipsum quidem trinitati, & alijs etiam pluribus. Quinario nanque competit, non tamen genus egreditur. Quinarius enim numerus est, & nihil est extra numerum impar.*

ANTI. *Eorum igitur, quæ insunt vnicuique, quædam extenduntur in plus, non tamen erunt extra genus. Dico autem in plus esse quæcunque insunt quidem vnicuique vniuersaliter, at vero, sed & alij, vt est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati. Sicut quod est inest trinitati, sed & non numero. Sed impar in est omni trinitati, & est in plus. Et nanque ipsis quinque inest, sed nõ extra genus. Quinque enim numerus est impar, nullum autem impar extra numerum est.*

Ostendit propositum & manifestat qualia oporteat esse illa quę accipiuntur ad ostendendum quod quid est. Secundo quomodo sunt inquirenda, ibi {Congruum autem est cum totum aliquod &c.} Circa primum tria facit. Primo prẽmittit quandam diuisionem. Secundo ponit qualia oportet esse quæ accipiuntur ad constituendum quod quid est, ibi {Huiusmodi accipiẽda sunt &c.} Tertio probat, ibi {Quoniam autem ostensum est &c.} Circa primum considerandum est, ꝙ ea, quæ ponuntur in eo quod quid est, oportet ꝙ semper & vniuersaliter prædicentur, vt supra habitum est, & ideo accipiens ea, quæ prædicãtur, de vnoquoque vt semper, dicit ꝙ inter ea, quædam inueniuntur, quæ extenduntur in plus q̃ id, cui insunt, non tamen ita ꝙ inueniantur extra genus illud. Et exponit quid sit esse in plus, & dicit ꝙ in plus esse dicuntur quæcunq; vniuersaliter insunt alicui, non tamẽ ei soli, Lect. immẽ seq. Lect. 2. tex. exp. 3.

ei soli, sed etiam alij. Datur autem per hoc intelligi aliud membrum oppositũ, quia. f. est aliquid quod extenditur in plus, & est extra genus. Et de hoc primo, ponit exemplum dicens, ꝙ est aliquid quod inest omni ternario, sicut patet de ipso ente quod quidem vniuersaliter inest, non tantum trinitati, sed et iam alijs, & non solum in genere numeri, sed etiã in his, quæ sunt extra genus numeri, impar vero inest omni ternario, & est in plus, qa etiã inest ipli quinario, nõ tamen inuenitur extra genus ternarij, quod est numerus, quia etiam quinarius in genere numeri inuenitur, nihil autem quod sit extra genus numeri potest dici impar. Deinde cum dicit.

ARGY. *Talia igitur eousq; sumenda sunt, quousque tot fuerint sumpta primo, vt vnumquodq; quidem illorum pluribus competat, cuncta autem simul nõ ad plura sese extendant. Hanc enim necesse est substantiam rei diffiniendæ.*

ANTI. *Huiusmodi autem accipienda sunt vsq; ad hoc, quousque tot accipiantur, quorum vnumquodq; quidem in plus sit, omnia autem non sint in plus. Hanc enim necesse est substantiam rei esse.*

Ostendit qualia debent esse, quæ accipiuntur ad constituendum quod quid est. Et primo, proponit quod intendit. 2. manifestat per exemplum, ibi {Vt trinitati omni, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ad manifestandũ quod quid est, accipienda sunt talia, quæ quidem sunt semper & in plus, non tamen non extra genus, vsq; ad talem terminũ, vt primo quidẽ vnumquodq; quod accipitur sit in plus, omnia autem non sint in plus, sed conuertantur cum re, cuius quæritur quod quid est. Eius enim rationem necesse est significare quod quid est rei. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Velut omni trinitati competit numerus impar primum vtroque modo, & quia non mensuratur numero, & quia non ex numeris constat. Id igitur iam ipsa trinitas est, numerus inquam impar primus, atq; hoc pacto primus. Horum.n. prima cæteris etiam vniuersis imparibus insunt, vltimum dualitati etiam cõpetit. At vniuersa simul nulli præter trinitatem numero competunt.*

ANTI. *Vt trinitati omni inest numerus impar primus vtrobique, & sicut quod non est non mensurari numero, & sicut non componi ex numeris. Hoc itaq; iam trinitas est, impar numerus primus, & sic primo. Horum enim vnumquodque, aliud quidem in imparibus omnibus inest, vltimum autem dualitati, omnia autem nulli.*

Manifestat quod dixerat per exemplum. Accipiamus enim ista quatuor, numerus, impar, primus vtroq; modo. Dupliciter.n. dicitur aliquis numerus primus, vno modo, quia non mensuratur aliquo alio numero, sicut per oppositũ patet, ꝙ quaternarius non est numerus primus, quia mensuratur dualitate, ternarius autem est numerus primus, quia non mensuratur aliquo numero, sed
2. modus. sola vnitate. Alio modo, dicit aliquis numerus primus, quia non cõponitur ex pluribus numeris, sicut patet per oppositum, de septenario, qui primo modo est primus, non.n. mensuratur nisi vnitate, nõ autem est primus secundo modo, componitur enim externario & quaternario, sed ternarius non componitur ex pluribus numeris, sed ex sola vnitate, & dualitate. Sic ergo patet, ꝙ quodlibet prædictorũ quatuor conuenit vniuersaliter trinitati, quodlibet autem eorũ conuenit etiam alijs in genere numeri. Nam hoc quod dicitur numerus & impar conuenit omnibus numeris imparibus, vltimum autem. f. ꝙ sit primus vtroq; modo conuenit etiam dualitati, quæ nec mensuratur alio numero, nec cõponitur ex numeris, sed ex solis vnitatibus, vnde omnia ista simul juncta significant quod quid est ternarius. Sed videtur ꝙ non requiratur ad diffinitionem ꝙ quælibet particula sit in plus, quàm diffinitum. Dicit.n. Philosophus in. 7. Metaph. ꝙ qñ peruenitur ad vltimas differentias erunt æquales differentiæ speciebus, nõ ergo oportet ꝙ differẽtia sit in plus quàm species. Quod etiam ratione videtur. Dicit enim Philosophus in. 8. Metaph. ꝙ ratio quæ est ex differentijs videtur esse speciei & actus. i. formæ, quia sicut ibidẽ dicitur, differentia respondet formæ, cuilibet autem speciei est propria forma quæ nulli alij cõuenit. Videtur igitur ꝙ differentia vltima non excedat speciem. Dicit etiã Philosophus in. 7. Meta. ꝙ nihil est aliud in diffinitione quàm genus & differentiæ, ꝙ possibile est diffinitionem ex duobus constitui, quorũ vnum sit genus, aliud differentia. Differentia autẽ non inuenitur extra propriũ genus, alioquin non esset diuisiua generis per se, sed per accidens, videtur ergo ꝙ differentia non excedat speciem. Sed dicendum est ꝙ fr accipi posset differentia, quæ notificaret ipsam formam substantialem speciei, nullo modo differentia vltima esset in plus quàm species, vt rationes probant. Sed quia formæ essentiales non sunt nobis per se notæ, oportet ꝙ manifestentur per aliqua accidentia quæ sunt signa illius formæ. vt patet in. 8. Metaph. nõ autem oportet accipere accidentia propria illius speciei, quia talia oportet per diffinitionem speciei demonstrari, sed oportet notificare formam speciei per alia accidentia communiora, & f'm hoc differentiæ sumptæ dicuntur quidem substantiales, inquantum inducuntur ad declarandum formam essentialem, sunt autem cõmuniores speciei, inquantum assumuntur ex aliquibus signis, quæ sequuntur superiora genera. Deinde cum dicit. Dubium. Tex. cõ. 43. Lect. 12. tex. expo. 6. Tex. com. 6. Lc. 12. t. ex. 8. Tex. cõ. 42. lc. 12. t. ex. 5. Solu. Tex. cõ. 43. Lec. 12. tex.

ARGY. *Cum autẽ necessaria quidem sint ea, quæ hoc ipso quid est prædicantur, vt antea patefecimus, vniuersalia nanque necessaria sunt, trinitati vero, vel cuius alij sic competunt ea, quæ sumuntur, hoc modo necessario quidem trinitas ea, quæ diximus, erit.*

ANTI. vide in annot. *Quoniam autem ostensum est à nobis in superioribus, quòd necessaria quidem sunt in eo quod quid est prædicantia, vniuersalia aũt necessaria sunt, in trinitate autem, & in vnoquoq; alio, sic accipiuntur in eo quod quid est accepta, sic autem erit ex necessitate quidem trinitas hoc.*

Ostendit quod supra dixerat. Et primo, ꝙ oporteat prædicta vniuersaliter & ex necessitate prædicari de ternario. 2. ꝙ ex prædictis constituatur ipsa essentia ipsius ternarij, ibi {Quòd autem substantia ex his, &c.} Dicit ergo primo quod quia superius ostensum est ꝙ ea, quæ prædicant in eo quod quid est ex necessitate insunt, quęcunque autem ex necessitate insunt vniuersaliter prædicantur, necesse est quòd siue de ternario siue de quocunque alio accipiantur prædicto modo ea, quæ prædicantur in eo quod quid, quòd ex necessitate & vniuersaliter prædicentur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Substantiam autem hæc eius esse rationemúe, ex hisce patere potest. Nam si id, quod assignauimus, non sit ipsius ratio trinitatis, necesse est ipsum quasi genus quoddam ipsius esse, aut nomine uocitatum, aut nomine carens. Igitur non trinitati modo, sed præter ipsam alijs etiam competet. Genus enim huiuscemodi ponatur esse naturæ, vt insit potentia pluribus, atq; ad plura sese extẽdat. Quod si istud præter indiuiduas alij nulli competit rei, id erit profectò ipsa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam supponatur, id cuiusq; substantiam esse, quod vltimum de indiuiduis tali dicitur modo. Quare similiter & in quibusuis alijs inerit cuiusq; ratio, quod hoc ostenditur modo.*

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTI. *Quòd autem substantia sit ex his, manifestum est. Necesse autẽ est nisi hoc esset trinitati esse, vt genus aliquod esse. Hoc autem nominatum, aut non nominatum erit. Igitur in plus quàm trinitati inesse. Concessum est enim huius esse genus, quod est secundũ potentiam in plus. Si itaq; nulli inerunt alij, quam atomis trinitatis, hoc vtique erit trinitatis esse. Supponatur enim hæc substantia vniuscuiusque esse, quæ est in illius atomis vltimum prædicamentum. Quæ similiter & alij cuilibet sic demonstratiuorum eidem esse inerit.*

Ostendit q̃ ex his quæ prædicto modo accipiuntur, cõstituatur essentia ternarij vel cuiuscunq; alterius, quia necesse est si hoc, quod supra positũ est, nõ esset ipsa substantia ternarij, cũ prædicetur in eo quod quid est, quod esset quoddam genus, vel nominatum, vel innominatũ. Non.n. cuilibet rationi est nomen impositũ. Et inde est q̃ multa sunt innominata, tam in generibus, quàm in speciebus. Ideo aũt oportet q̃ prædicta ratio sit genus ternarij si nõ significet essentiam eius, quia omne quod prędicatur in quid, aut est genus, aut diffinitio significans essentiam. Non est aũt possibile q̃ sit genus, quia sequeretur q̃ esset in plus quàm ternarius, ho .n. supponimus esse genus, cuius potentia sub se cõtinet plures species. Habitum est autem q̃ prædicta ratio nõ conuenit nisi atomis. i. indiuiduis sub ternario cõtinentis. Relinquitur ergo q̃ prędicta ratio sit diffinitio significans essentiã ternarij. Hęc.n. supponitur esse essentiam vniuscuiusq; quę inuenitur in indiuiduis illius speciei. Similiter f̃m prædictum modum prædicationis, sicut dictũ est de ternario, ita etiã est intelligendũ de quibuscunq; alijs, quibus demonstretur aliquid esse idem per modum prędictum.

LECTIO XIIII.

Modus venandi quod quid est ponens, cur diuisiuo vtatur processũ ostendit, cum ipsum reprobauerit, ordinem item particularis diffinitionis docet.

ARGY. *Oportet autem, cum totum aliquod quispiam tractat, genus in ea dividere, quæ sunt prima, atq; indiuidua specie, veluti numerum in dualitatem, trinitatemue, deinde illorum eniti diffinitiones accipere, vt rectæ lineæ, circuli, atque anguli recti.*

ANTI. Tex. commen. 18. *Congruum autem est, cũ totum aliquod aliquis negocietur, departiri genus in atoma specie prima, vt est numerus in trinitatem, & dualitatem, postea sic illorum diffinitiones accipere tentare, vt rectæ lineæ, & circuli, & anguli.*

Postquam Philosophus ostẽdit qualia oportet esse ea, quæ cõstituunt diffinitionẽ significantem essentiam rei, hic ostẽdit qualiter debeãt inuestigari. Et circa hoc duo facit. Primo proponit modum maxime cõuenientem ad inuestigãdum ea, quæ sunt in diffinitione ponenda. s̃, per diuisionem generis. 2. ponit quendam aliũ modum per similia & differentia, ibi {Quærere autem oportet, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit q̃ oportet vti diuisione generis ad inuestigandum particulas diffinitionis. 2. quid oporteat in tali inuestigatione obseruari, ibi {Ad consequendum aũt termini, &c.} Circa primũ duo facit. Primo ostendit veritatem. 2. excludit errorem, ibi {Nihil aũt oportet diuidentem, &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit qualiter per diuisionẽ generis inuestigentur diffinitionis particulæ. Secũdo quomodo processus diffinitionis sit vtilis ad propositum, ibi {Diuisiones autẽ quæ sunt, &c.} Tertio quomodo sunt cauenda ea, quæ circa hunc processum defectũ inducere possunt, ibi {Differt autem, &c.} Circa primũ duo facit. Primo

Lect. 16.

Lect. imme. seq. tex. expo. 6. Vbi supra tex. primæ.

ostendit q̃ oportet vti diuisione generis ad diffiniendũ. Secũdo quomodo oportet accipere differẽtias, ibi {Post autem accepto, &c.} Dicit ergo primo quòd cũ aliquis vult negotiari ad diffiniendum aliquod totum. i. vniuersale, congruũ est vt primo diuidat genus in primas partes illius generis, quæ sunt indiuisibiles secundum speciem, puta quòd diuidat numerũ in binarium & ternarium, & hac diuisione pręmissa, per quã cognoscitur genus, tentet postea accipere diffinitionem singularum specierum, sicut etiam fit in alijs, puta in linea recta, & in circulo, & in recto angulo. Omnia n. hæc cõgrue diffiniuntur præmissa diuisione generis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Post hoc sumpto quid nam sit genus, vtrum quantitas, an qualitas, proprios affectus per communes primos contemplari. Nam ea, quæ ijs accidunt, quæ componuntur ex indiuiduis, ex diffinitionibus innotescent, propterea quòd diffinitio simplex, quæ principium est omnium & ea quæ simplicibus accidunt, per se quidem ipsis solis, per ipsa vero cæteris competunt.*

ANTI. vide in annot. *Post hæc autem accipiendum quid genus sit, vtrum quantitatis sit, aut qualitatis, & proprias passiones speculari per communia prima. Compositis enim ex atomis conuenientia ex diffinitionibus erunt manifesta, propter quod principium est omnium diffinitionum quod simplex est, & simplicibus per se inesse conuenientia solum, alijs autem secundum illa.*

Ostendit qualiter sint accipiendæ, & dicit q̃ postquã acceperimus per diuisionẽ generis in species quid sit genus, puta vtrum sit in genere qualitatis, vel quantitatis, oportet ad inuestigandũ differentias cõsiderare proprias passiones, quæ sicut dictum est, sunt signa manifestantia formas proprias specierum. Et hoc oportet primũ facere per aliqua communia. Si.n. nos congregemus accidentia ex generibus cõmunioribus, quæ hic dicuntur indiuisibilia, quia non resoluuntur in aliqua priora statim ex diffinitionibus eorũ erunt manifesta ea, quæ quærimus. Oportet.n. omnium diffinitionũ esse principiũ id, quod simplex est. i. genus cõe, hmõi simplicibus solũ per se insunt accidẽtia, quæ communiter inueniuntur in multis, omnibus aũt alijs conueniunt f̃m illa. Sicut albũ & nigrum per se quidẽ conueniunt corpori terminato, & f̃m hoc cõmune conueniunt & homini, & æquo, & quibuscunq; alijs. Vnde si oporteret accipere diffinitionem alicuius cui vniuersaliter conueniret albũ, puta diffinitionem niuis, oporteret recurrere ad genus communius, qd est corpus terminatũ, & ex eo inuestigare causam albedinis, & f̃m hoc ostẽderetur nobis quare nix vniuersaliter sit alba. Et ista causa poterit pertinere ad quod quid est niuis, puta inspissatio huiusmodi quę facit humidum terminari cum conseruatione lucis. Deinde cum dicit.

Lect. prec. expo. 4.

ARGY. *At qui diuisiones quæ per differentias proficiscuntur, vtiles sunt ad diffinitiones hoc pacto inuestigandas. Ipsas tamen non ostendere dictum est antea. Vtiles autẽ erunt hoc pacto solum ad ratiocinandum ipsum quid est. Atq; videbitur ipsa diuisio nihil facere prorsus, sed vniuersa statim accipere perinde atque si eadem ab initio sine diuisione, quispiam sumeret.*

ANTI. Tex. commen. 19. *Diuisiones autem quæ sunt secundum differentias, vtiles sunt in his, vt sic adeamus. Sicut tamen demonstrant, dictum est in prioribus. Vtiles autem sunt vtique sic solum ad colligendum quod quid est, & etiã videtur vtiq; nil vtile, sed mox videntur accipere omnia, tanquam si ex principio acceperit aliquis sine diuisione.*

Ostendit

Ostendit quomodo prædictus processus conferat ad diffinitiones, & dicit q̃ ad hoc quod aliquis in prædicto modo procedat ad diffiniendum. i. diuidendo genus in species vtile est quod homo accipiat diuisionem generis per differentias. Sed tñ quo modo per hoc manifestetur quod quid est, dictũ est in præcedentibus. Sunt quidem vtiles prædictæ diuisiones ad accipiendũ quod quid est solum, sicut dictũ est, sed ad syllogizandũ quod quid est nihil videntur facere vt prius dictum est. Sed vñ quod diuidentes statim accipiant oĩa syllogizata, sicut si prius aliquis accepisset, antequã diuideret. Deinde cum dicit.

Lect. præc. Item supra lect. 4.

ARGY. *Refert autem, ea, quæ prædicantur primum, & posterius prædicari, veluti si animal mite bipes, animal bipes mite dicatur. Etenim si ex duobus omnis diffinitio constet, & vnum quid sit ipsum animal mansuetum, atque rursus ex hoc, & differentia fiat unum, homo inquam uel quicquid tandem id sit, quod vnum efficitur, necesse est diuidentem petere semper.*

ANTI. vide in annot. *Differt autẽ aliquod prius, & posterius prędicamentorum prædicari, vt est dicere animal mansuetum bipes, & bipes animal mansuetũ est, & iterum ex hoc & differentia est homo aut quodlibet esse vnum sic. Vnde necesse est diuidentem repetere.*

Ostendit quid oporteat cauere ne circa prædictũ processum defectus accidat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod oporteat cauere inordinationẽ. 2. q̃ oporteat cauere diminutionem, ibi {Amplius aũt ad nil relinquendum, &c.} Dicit ergo primo, q̃ multũ differt quid prius, & quid posterius prædicetur inter ea, quæ ponuntur in diffinitione. Potest.n. vno modo sic dici q̃ homo est animal mansuetũ bipes. Alio modo potest ordinari, vt dicatur q̃ homo est bipes animal mansuetũ. Et quòd hoc differat ad diffiniendum patet per hoc, quia oportet q̃ omne quod diffinitur constituatur ex genere & differentia. Sic igitur si mansuetũ accipitur vt differentia animalis oportet q̃ animal mãsuetum sit aliquid vnũ quod accipiatur vt genus ex quo & alia differentia quæ est bipes constituitur homo. Et eadem ratio est de quocunq; alio quod fit vnũ ex pluribus per se, & non per accidens. Sicut igitur differt q̃ accipiatur hoc vel illud pro genere vel differentia, aut q̃ accipiatur aliquid vt est differentia constitutiua generis & diuisiua eiusdẽ, ita differt ad diffiniendum q̃ sic vel aliter partes diffinitionis ordinẽtur. Si.n. dicam q̃ homo est animal mansuetum bipes, accipietur animal vt genus, mansuetum autem vt differẽtia constitutiua eius, bipes aũt vt differentia diuisiua ipsius. Econuerso autẽ erit si dicatur q̃ homo est animal bipes mansuetũ. Quia igitur differentia ordinis facit differentia in quod quid est, consequens est q̃ ille, qui diuidit, nõ solum supponat ea, quæ accipiuntur ad diffiniẽdum, sed etiam petat ordinem eorundem. Et sic manifestũ est q̃ diffinitio nõ syllogizat quod quid est. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Præterea hoc pacto duntaxat fieri potest, vt nihil eorũ prætermittatur, quæ sunt in diffinitione ponenda. Sumpto nanq; genere primo, si accipiatur aliqua diuisionũ inferiorum, non omne cadet in illam, ceu non omne animal, aut continuarum, aut diuisarum alarum est, sed volatile animal omne. Huius est.n. hæc differentia. Prima autem animalis ea est differentia, in quam omne animal cadit, & cuiusq; cæterorum similiter generum, & eorum, quæ sunt extra animal, & eorum quæ sub ipso sunt collocata, ceu volucris ea est differentia prima, in quam omnis volucris cadit, & piscis itidem ea, in quã omnis piscis. Hoc igitur si proficiscatur quispiam pacto, sciat nihil prorsus prætermisisse. Quod si non hoc modo procedat, & prætermittere eum necesse est, & idipsum quoque nescire.*

ANTI. *Amplius autem ad nil relinquendum in eo quid est, sic solum modo contingit. Cum enim primum accipitur genus, si quidem infertorum aliquam diuisionem accipiat, non incidet omne in hoc. Vt non omne animal aut totalũ est, aut diuisum pennis, sed pennatum animal est omne. Huius enim differentia hæc est. Prima autem est differentia animalis, inquam omne animal incidit. Similiter autem est in vnoquoque aliorum, & in his quæ extra genus, & quæ sub ipsis sunt, vt in aue, in qua est omnis auis, & in pisce, in quo est omnis piscis. Sic igitur cum ambulans est, quid est scire, quando nil relictum est. Aliter autem relinquere est necesse, & non scire.*

Docet cauere diminutionẽ ostendens quomodo fieri possit vt nihil prætermitatur eorum, quæ requiruntur ad quod quid est, & dicit q̃ hoc cõtingit fieri solum isto modo, quo dicetur. Ad cuius euidentiã considerandum est q̃ omnes differentię superiorum generum pertinent ad quod quid est alicuius speciei. Nam inferus genus constituitur per differentiam diuisiuam superioris generis. Ad vitandum ergo diminutionem, oportet q̃ nulla huiusmodi differentiarum prætermittatur. Prætermittitur aũt si aliquis accepto supremo genere, accipiat cõsequenter aliquã differentiã diuisam, nõ quidem ipsius supremi generis, sed alicuius inferioris. Quod quidem hoc modo cognosci potest, quia cum animal accipiatur aliquod supremum genus, si postea aliquis accipiat diuisionem alicuius de inferioribus generibus, non totũ quod continetur sub genere superiore cadet sub illa diuisione. Et ponit ad hoc exemplum, sicut non omne animal est vel totalum, vel diuisum pennis. Dicitur autem animal totalũ quod habet totas alias integras, & cõtinuas, sicut verspertilio. Diuisum pennis autem dicitur animal, cuius alę distinguũtur per diuersas pennas, sicut accipitris vel corui. Animali autem non habenti alas neutrum horum conuenit, sed omne animal volatile continetur sub altera harum differentiarum, quia f̃m prædictas differentias diuiditur hoc genus, quod est animal volatile. Sed prima, & immediata differentia animalis attendit ex hoc quòd omne animal cadit sub diuisione. Et ita est etiã de omnibus alijs generibus, siue accipiamus genera quę sunt extrinseca animali, sicut lapis & planta, siue illa, quę sub animali continentur, sicut auis piscis. Prima tamen differentia auis attenditur f̃m differentiam, inquam incidit omnis auis, & eadem ratio est de pisce. Concludit ergo q̃ si aliquis sic procedat in diuidendo. s. q̃ totũ diuisum contineat sub partibus diuisionis, poterit homo cognoscere q̃ nil est relictũ de his, quę sunt necessaria ad diffiniẽdũ. Si aũt aliter procedatur, necesse est q̃ aliqua relinquantur, & q̃ homo non cognoscat se integraliter diffinisse.

Animal totalũ vel diuisum pennis.

LECTIO XV.

Non oportere diffinientem ac diuidentem omnia scire ostendit, quæ item obseruari oporteat diffinientem docet.

ARGY. *Non autem oportet eum, qui diffinit, ac diuidit, omnia scire, quæ sunt.*

ANTI. *Nihil autem oportet diffinientem omnia scire, quæ sunt.*

Postquam Philosophus ostendit veritatẽ circa diuisionem generis, quę sumitur ad diffiniendũ, hic excludit duos errores. Secundum, ibi {Omne aũt incidere.} Circa primum tria facit. Primo proponit exclusionem erroris, & dicit q̃ non est necessarium q̃ ille, qui diuidendo diffinit sciat omnia quæ sunt in mundo. Secundo ibi.

Quanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGY. *Quanquam nonnulli censent fieri non posse, vt quisquam vnquam differentia ad vnumquodq; cuiusq; sciat, nisi scierit vnumquodque. Sine vero differentijs nunquã fieri posse, vt quicquam sciatur. A quoque nanq; non differt quispiam, idem quod illud inquiunt esse, à quo vero differt, ab eo diuersum esse.*

ANTI. *Et tamen impossibile quidam dicunt esse differentias cognoscere, quæ sunt ad vnumquodq;, non cognoscentem vnumquodque. Sine autem differentijs non esse vnumquodque scire. A quo enim non differt, idem esse huic, à quo autem differt, alterum ab hoc.*

Narrat opinionem errantiũ. Dicebant.n.quidam ꝙ nõ potest agnosci differẽtia alicuius ad omnia alia entia, nisi omnia alia entia agnoscant, vt patet in aliquibus duobus, quorum differentiam cognoscere nõ possumus, nisi vtrunq; cognoscamus. Addebant aũt ꝙ non est posibile ꝙ aliquid sciatur qd est, nisi cognoscatur dria eius ad omnia alia. Id.n.à quo aliquid non differt est idẽ ei, illud aũt à quo differt est alterũ ab ipso. Non aũt possumus scire quid sit vnumquodq;, nisi sciamus quid sit idem ei, & quid alterum ab eo. Et ſm hoc cõcludebant ꝙ non põt aliquid cognosci nisi omnia cognoscantur. Tertio ibi.

ARGY. *Primo igitur hoc est falsum. Non.n.quauis differentia res sunt diuerse. Complures enim insunt rebus eisdem specie differentiæ, sed non per substantiam, neque per se.*

ANTI. *Primum quidem igitur hoc falsum est. Non enim secundum omne differentiam alterum est. Multę enim sunt differentiæ in eadem specie, sed non secundum substantiam, neque per se.*

Improbat quod dictũ est dupliciter. Et primo quidẽ interimit hoc quod dictũ est, ꝙ illud à quo aliquid differt est alterũ. Loquimur.n. nunc de eodẽ & altero ſm essentiam, quã significat diffinitio. Manifestũ est autẽ ꝙ etiam in eadem specie sunt differentiæ multæ accidentales, quæ non diuersificant substantiam speciei, quã significat diffinitio, nec per se insunt. Vnde cõsequens est ꝙ non omnis differentia facit talem alteritatem, quam necessarium sit cognoscere ad diffiniendum. Secundo ibi.

ARGY. *Deinde, cum quispiam acceperit ea, quæ opponũtur, & differentiam & omne, aut in hanc partẽ, aut in illam cadere, sumpserit q; in altera parte rem eam, quam quærit esse, & idipsum cognouerit, nihil refert si sciat, nec ne, de quibus alię differentiæ prædicantur. Patet.n. eum habiturum esse rationẽ substantiæ, si sic proficiscens ad ea tandem peruenerit, quorum non est vlterius differentia.*

ANTI. *Postea cum accipiant opposita & secundum differentiam, & cum omne incidat hinc, aut inde, & accipiat in altero quod quæritur esse, & hoc cognoscit, nihil differt scire, aut nescire, in quibuscunque prædicantur de alijs differentiæ. Manifestum enim quoniam si sic vadens veniat in hæc, quorum non amplius est differentia, habebit rationem substantiæ.*

Improbat quæ dicta sunt alio modo. Cum.n.illę qui vult diffinire diuidẽdo accipiat oppositas differẽtias hoc modo ꝙ omne quod cõtinetur sub diuiso cadat sub hoc membro diuisionis, vel sub illo, & accipiat sub altero membrorũ id, cuius diffinitio quæritur, si hoc quod intendit diffinire, cognoscat sub illo mẽbro diuisionis contineri, nõ differt ad propositũ, vtrum sciat, vel nesciat ꝙ de quibusdam alijs rebus prædicentur oppositæ differentiæ. Puta si diuidã animal per rationale & irrationale, & accipiam propositũ sic hominẽ cõtineri sub rõnali, non requiritur ꝙ scientia, de quibus irrationale prædicetur, nec qualiter illa adinuicem differant. Manifestum.n. est quòd si aliquis sic procedat. s. diuidẽdo genus per primas differentias eius, & accipendo propositũ sub altero membro diuisionis quousq; perueniatur in illa, quæ vlterius diuidi nõ possunt essentialibus differentijs, sic procedens habebit diffinitionem substantię, quam quærebat. Decipiebãtur ergo prædicti homines ex eo ꝙ non distingue bant inter cognoscere aliquid in cõmuni & in speciali. Oportet enim ꝙ quicunq; scit quid est aliquid, cognoscat omnia alia in communi, non autem in speciali. Puta qui scit quid est homo, oportet ꝙ sciat hominẽ per hoc quod est animal distingui ab omnibus, quæ non sunt animalia, & per hoc quod est rationale distingui ab omnibus quę nõ sunt rationalia. Non enim oportet ꝙ illa cognoscat nisi secundum hoc commune, quod est animal, vel rationale. Deinde cum dicit.

ARGY. *Omne autem in ipsam diuisionem cadere, si sint ea opposita, quorum non est medium quicquam, non est postulatio. Necesse est enim omne in altero ipsorum esse, si illius est differentia.*

ANTI. *Omne autem incidere in diuisionem, si sunt opposita, quibus nihil interest, non est repetitio. Necesse.n. est omne in altero ipsorum esse, siquidem illius differentia est.*

Excludit secundum errorem. Posset.n. aliquis credere ꝙ quicunq; vtitur diuisione ad diffiniẽdum, indigeat petere ꝙ totũ diuisum cõtineatur sub membris diuisionis, sed ipse dicit ꝙ hoc non est necessarium si opposita, per quæ fit diuisio sint immediata, quia ſm hoc necessarium est, ꝙ totum diuisum sub altero oppositorũ contineatur dum tñ accipiantur primæ differentiæ alicuius generis. Differentiæ.n. quæ sunt immediatæ si cõparentur ad genus inferius, nõ sunt immediatæ si comparentur ad genus superius. Sicut par & impar sunt immediata si cõparentur ad numerũ, cuius sunt propriæ differentiæ, non aũt si comparentur ad quantitatem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ad extruendam autem, probandamue per diuisiones diffinitionem, hæc tria sunt obseruanda. Primũ vt ea sumantur, quæ, hoc ipso quid est prædicantur. Secundum vt hæc adeo disponatur, vt primum in primo, secundum in secundo loco ponatur. Tertium vt hæc omnia sint.*

ANTI. Tex. commen. 21. *Ad construendum autem terminũ per diuisiones tria oportet coniecturari accipientem prædicantia in eo quod quid est, & hæc ordinare quid primum, aut secundum, hæc omnia sunt.*

Postquam exclusit ea, quæ non requiruntur ad diuisiones diffiniti, hic ostendit quę ſm rei veritatem requirantur. Et primo ponit quod intendit. 2. manifestat propositum, ibi ⁋Est autem horum vnum.⁋ Dicit ergo primo ꝙ ad hoc quòd aliquis constituat terminum. i. diffinitionem per viam diuisionis, tria oportet considerare, quorum primum est, vt ea, quæ primo accipiuntur, prędicentur in eo quod quid est, secundo vt ordinetur quid sit primum & quid secundum, tertium est ꝙ accipiantur omnia, quæ pertinent ad quod quid est, & nihil eorum prętermittatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque primum istorum erit, si possumus quemadmodum ad accidens ratiocinari, ipsum inquam competere, & per genus probare.*

ANTI. *Est autẽ horum vnum primũ per id, quod possumus sicut ad accidẽs colligere, quoniã est, & per genus probare.*

Manifestat propositum. Et primo ostẽdit quomodo tria prædicta possunt obseruari. Secundo ostendit ꝙ prędicta tria obseruata sufficiãt, ibi ⁋Manifestum est aũt.⁋ Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo obseruatur primum, & dicit ꝙ vnum horum, quòd. s. accipiantur

piantur ea, quæ prędicantur in eo quod quid est obseruatur, primo quidem per hoc ꝙ homo potest inducere syllogismos quòd id, quod assumitur insit, sicut cum disputatur ad problemata de accidente. Secundo, vt ostendatur quod prædicatur in eo quod quid per ea, quibus disputatur ad problemata de genere. Secundo ibi.

ARGY. *Secundum fiet si ipsum primum sumpserimus. Hoc autem erit, si id accipiatur quod tale est, vt ipsum quidem omnia sequatur, omnia autem ipsum non econtra sequatur. Necesse est.n. aliquid esse tale, quo sumpto idem iam erit, & in inferioribus modus. Id.n. erit secundũ quod cęterorum est primum. Et id etiam tertium, quod est hærentium primum. Supero nanq; sublato, id, quod hæret cæterorum erit primum, vt patet. Et in cæteris eodem modo.*

ANTI. *Ordinare autem sicut oportet, si primum accipiat. Hoc autem erit, si primum accipiatur, quod omnibus inhæret, illi autem non omnia. Necesse est.n. aliquod esse huiusmodi. Accepto autem hoc, erit idem in omnibus inferioribus modus. Secundum autem aliorum primũ erit & tertium habitorum. Remoto enim quod est sursum habitum, aliorum primum erit. Similiter autem est & in alijs.*

Manifestat quomodo obseruetur ſm. s. debita ordinatio partium, & dicit ꝙ tunc ordinantur partes diffinitionis sicut oportet, si aliquis primo accipiat id, quod est primũ, & hoc erit si aliquis homo primo accipiat id, qđ consequitur alia posterius accepta, & nõ econuerso. Hoc enim est cõmunius & prius. Necesse est aũt aliquid huiusmodi accipi in diffinitionem tanquã genus, puta cum dicitur homo est animal grẽsibile bipes. Si.n. est grẽsibile bipes, est animal, sed nõ econuerso. Cũ ergo iam acceperimus animal tanquã primũ, idem modus obseruandus est in ordinatione inferiorũ. Accipietur.n. quasi ſm in diffinitione i lud, quod ſm rationem præmissam erit primũ inter omnia sequentia, & similiter accipietur tertium id, quod est primum respectu habitorum. i. consequentiũ. Semper.n. remoto superiori, illud quod est habitum. i. immediate consequens, erit primum oium aliorum. Et ita est etiã in omnibus alijs, puta in quarto, & in quinto si tot oporteat partes diffinitionis esse. Tertio ibi.

ARGY. *Patebit aũt hæc omnia esse, quod erat tertium, si sumpserimus primum ipsum per diuisionem omne, aut hoc, autem hoc animal esse. Esse autem hoc, & rursus totius differentiam iuius extremi vero non vlterius differentiam esse, vel etiam tlatim cum vltima differentia ab ipso toto, non differre id specie.*

ANTI. *Quòd aũt hæc omnia sint manifestum est ex hoc, quod recipimus primum quidem secundũ diuisionem, quoniam omne est aut hoc, aut illud. Est autem hoc, & iterum totius differentia, à toto nil differre specie amplius hoc.*

Manifestat qualiter possit tertiu obseruari, & dicit ꝙ manifestum erit omnia, quæ pertinent ad quod quid est accipi in diffinitione ſm modum supra dictũ ex hoc ꝙ diuidendo aliquod genus accipimus primas differentias sub quibus diuisum vniuersaliter cõtinetur, sicut omne animal est hoc, vel illud, puta rationale vel irrationale, & accipiamus quod intẽdimus diffinire esse hoc, puta rationale. Et iterũ accipiemus hoc totum. i. animal rationale, & diuidemus ipsum per differentias proprias, sed qñ iam deuenimus ad vltimã differentiã, iam nõ erit diuidere per alias differentias specificas, sed statim vltima dria addita, hoc, cuius diffinitio quęritur, in nullo differret specie à suo toto. i. rõne congregata ab oibus partibus acceptis, sicut homo nõ differt specie ab aliquo eorũ, de quibus prędicatur animal rõnale mortale. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Patet enim neq; plus oportet quicquam additum esse. Omnia nanq; sumpto hoc ipso quid est prædicantur, neq; quicquam deesse. Nam aut genus, aut differentia esset. At genus est ipsum primum, & hoc cũ differentijs simul est sumptum. Differentiæ etiam vniuersæ sunt sumptæ, nulla enim prorsus posterior est. Specie nanque differret ipsum extremum. At hoc dictum est non differre.*

ANTI. *Manifestum enim est, quoniam neq; plus hoc apponitur. Omnia enim in eo quod quid est accipiuntur horum neq; deficere nihil. Aut enim genus, aut differẽtia vtiq; esse. Genus quidem igitur est, primum, & cum differentijs prius acceptum est, differentiæ autẽ omnes continentur. Non enim amplius sunt vltima. Specie enim differret & vltimum. Hoc autem est dictum non differre.*

Ostendit ꝙ tria prædicta obseruata sufficiant ad diffiniendum, ꝙ diffinitio neq; superfluum neq; diminutũ habebit. Quòd aũt non apponatur aliquid plus quàm debeat, manifestum est per primum trium prędictorũ, quia scilicet accepta sunt solũ ea, quę prædicantur in eo quod quid, & talia necesse erat accipere. Similiter etiam manifestum est ꝙ nihil deficit. Aut.n. deficeret genus, aut differentia. Sed ꝙ genus non deficiat, patet ex. 2. trium dictorum. Acceptum est.n. primum id, sine quo non sunt alia, & potest esse sine alijs, & hoc est genus, & cum genere postea acceptæ sunt differentiæ. Sed ꝙ differentiæ omnes sunt acceptę patet per tertium prædictorũ trium, quia nõ amplius potest accipi posterior differentia post illam cuius diximus non esse etiã differentiam, quia iam sequeretur ꝙ vltimum acceptũ adhuc differret differentia essentiali, cum tamen dictum sit, ꝙ nõ differat. Similiter etiam ex præmissis patet ꝙ nõ intermittatur aliqua differentia in medio, per hoc. s. ꝙ semper accipiuntur primæ differentiæ. Vnde relinquitur ꝙ sufficiant tria prædicta ad diffiniendum obseruari.

LECTIO XVI.

Verus venandi quod quid est modus exponitur, diffinitionem item vi metaphoris nequaquam conuenire ostenditur.

ARGY. *Quærere autem oportet inspiciendo, primũ ad ea, quæ sunt similia, & nullum inter se differentiam habent, quid nam idem habeant vniuersa. Deinde ad alia, quæ sub eodem cum illis genere collocãtur, & sunt quidem eiusdem inter se speciei, ab illis autem, specie sunt diuersa. Atq; si in ijs accipiatur aliquid penitus idem, & in alijs simili modo. Rursus considerandum est si in ijs, quæ sunt sumpta, sit aliquid idem, quousq; ad vnam rationem fiat accessio. Hæc enim erit ipsius diffinitio rei. Quod si non ad vnã rationem, sed ad duas, vel plures itur, patet id quod quæritur, non vnum quid esse, sed plura.*

ANTI. Tex. commen. 21. *Quærere autem oportet intendẽtem in similia & in differentia. Primum quidem omnia idem habeant, postea iterum in alteris, quæ in eodem qui dem genere sunt cum illis, sunt autem ipsis quidem idem specie, illorũ autem altera. Cum autem in his accipiatur quid habeãt omnia idem, & in alijs similiter, in acceptis iterum similiter intendendũ, si idem sit, quousq; in vnam conueniunt rationem. Hæc aũt erit diffinitio. Si vero non vadit in unam, sed in duas, aut plures, manifestũ est quòd vtiq; non est vnum aliquod, quod quæritur, sed plura.*

Postquã Philosophus docuit inuestigare quod quid est ſm modum maxime cõgruum, qui est per diuisionẽ generis, hic docet inuestigare quod quid est alio modo. Et circa hoc tria facit. Primo docet prædictum modum inuestigandi. 2. manifestat per exemplũ, ibi ⁋Vtputa dico,⁋ Tertio probat hunc modum esse cõuenientem, ibi

⁋Semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

{Semper autem est omnis diffinitio.} Dicit ergo primo quòd si aliquis inquirit diffinitionem alicuius rei, oportet ꝙ attendat ad ea, quæ sunt similia illi, & etiam ad ea, quæ sunt differentia ab illa re, quod quidem qualiter fieri debeat ostendit subdens, quod primo oportet circa similia considerare quid idem in omnibus inueniatur, puta quid idē inueniatur in omnibus hominibus, qui omnes conueniunt in hoc, quod est esse rōnale. Postea considerandum est iterum in alijs, quæ conueniunt cum primis in eodē genere, & sunt subijnuicē idem specie, sunt autem altera specie ab illis, quæ primo accipiebantur, sicut æqui ab hominibus, oportet etiam accipere quid sit idem in his. s. equis, puta hinnibile. Cum ergo accipiatur quid sit idem in omnibus his. s. hominibus, quia rationale, & quid sit idem similiter in omnibus. s. equis hinnibile, iterum considerandum est si aliquid est idem in istis duobus acceptis. s. in rationali, & quia hinnibili. Et ita est considerandum, quousq; perueniatur ad aliquam vnam rationem communem. Hæc. n. erit diffinitio rei. Si vero talis consideratio non inducat in vnam rationem cōmunem, sed inducat in duas rationes diuersas, aut etiā in plures, manifestum, erit, ꝙ id, cuius diffinitio quæritur non erit vnum f̄m essentiam, sed plura, & ita non poterit habere vnam diffinitionem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Veluti si quæratur, quid nam sit magnitudo animi, considerandum est in aliquibus, quos quidem scimus esse magnanimos, quid nam habeant vnum omnes quo pacto tales esse dicuntur. Ceu si Alcibiades fuit magnanimus, & Achilles, ac etiam Aiax, quid vnum omnes habebant? Atqui id est eos effectos contumelijs non perferre. Nam primus intulit bellum, secundus iratus se à socijs defendis seiunxit, tertius sibi mortem conscijt. Rursus in alijs considerandum est, vt Lysandro ac Socrate, quid nam & istis inerat vnum? Atqui id est æqualiter sese habere in secundis atque aduersis rebus fortunæ. His sumptis considero quidnam idem habeant hæc, æquabilitas inquam in rebus fortunæ, & non patientia, cum contumeliæ afferuntur. Quod si nihil habeant idem, duæ profectò magnanimitatis species erunt.*

ANTI. vide in annot. *Vtputa si quid est magnanimitas quærimus, intendendum est in quosdam magnanimos, quos scimus quòd habeant vnum omnes inquantū sunt huiusmodi. Vt magnanimus Alcides est, aut Achilles, aut Aiax, quid vnum omnes habent? non tolerare iniuriam. Hic quidem enim dimicauit, ille vero insaniuit, hic autem interfecit seipsum. Iterum idem est in alteris, vt in Lysandro, & Socrate, si iam differentes prosperitati, & improsperitati, hæc duo accipiens intendendo quid idem cōmune habent? aut impossibilitas quæ est circa fortunæ, aut non tollerantiam iniuriarum. Si vero nullum sit, duæ species vtiq; erunt magnanimitatis.*

Manifestat quod dixerat per exemplum, & dicit, ꝙ si quæramus quid est magnanimitas? debemus attendere ad quosdam magnanimos, vt sciamus quid vnum habēt in seipsis inquantū magnanimi sunt. Sicut Alcides. i. Hercules dictus est magnanimus, & etiam Achilles, & etiam Aiax, qui omnes habent vnum quid commune quod est non sustinere iniurias. Cuius signū est, quia Alcides non sustinens iniurias dimicauit, Achilles vero in insaniā versus est propter iram, Aiax autem interfecit seipsum. Iterum debemus considerare in alijs, qui dicuntur magnanimi, sicut in Lysandro, aut Socrate. Habent. n. hoc commune ꝙ non mutabantur propter prosperitatem fortunæ, & per infortunium, sed indifferenter se habebant in vtrisque. Accipiamus ergo hæc duo. s. impossibilitatem à fortuitis casibus, & non tolerare iniurias, & consideremus si est aliquis commune eis. In hoc. n. consistit ratio magnanimitatis. Sicut si dicamus ꝙ vtrunque contingit propter hoc, ꝙ aliquis existimat se dignum magnis. Ex hoc enim contingit ꝙ homo non patitur iniurias, & ex hoc cōtingit ꝙ & continuit mutationem exteriorū bonorum tanquam minimorum. Si autem nihil commune inueniretur illis duobus acceptis, nō esset vna species magnanimitatis, sed duæ. Vnde non posset dari vna communis diffinitio. Deinde cum dicit.

ARGY. *Omnis autem diffinitio vniuersalis est semper. Medicus enim non diffinit salubre cuidam oculo, sed aut omni, aut specie determinato.*

ANTI. *Semper enim omnis diffinitio vniuersalis. Non enim in quodam oculo dicit sanabile medicus, sed aut in omni, aut in specie determinans.*

Ostendit præmissum modum inueniendi quod quid est esse conueniente. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit hunc modum cōuenientem. Secundo ostendit quid oportet in hoc modo vitare, ibi {Si autē neq; disputare.} Circa primū duo facit. Primo ostendit prædictum modum esse conuenientem quantum ad terminum, prout. s. peruenitur ad aliquid cōmune. 2. quātum ad processum, prout. s. procedit in prædicto modo à particularibus, ibi {Facilius quę est singulare.} Dicit ergo primo ꝙ conuenienter dictum est, ꝙ oportet inquirentes quod quid est peruenire ad aliquod cōmune, quia omnis diffinitio datur de aliquo secundum quòd consideratur in vniuersali, non autem f̄m quòd cōsideratur in hoc singulari, vel in illo. Non enim medicus diffinit quid sit sanum in hoc oculo huius hois, sed vel in vniuersali simpliciter quantum ad omnes, vel distinguit sanum secundum diuersas species, puta cum dicit hoc esse sanum cholericis, illud autem flegmaticis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque facilius est singulare diffinire, quàm vniuersale. Quapropter, à singularibus ad vniuersalia oportet ascendere, æquiuocationes enim in vniuersalibus magis latent, quam in ijs, quæ non differunt.*

ANTI. *Facilius enim est singulare diffinire quàm vniuersale. Vnde oportet ex singularibus in vniuersalia ascendere. Nanque æquiuocationes latent magis in vniuersalibus, quàm in differentibus.*

Ostendit prædictum modū esse conuenientem quantum ad processum quo. s. proceditur à minus communibus ad maius commune. Et hoc dupliciter. Primo ratione facilitatis. Proceditur. n. disciplina à facilioribus. Facilius autem est diffinire singulare. i. aliquod minus commune, quam vniuersale quod est magis cōmune, inquantum. s. in vniuersalibus qua sunt minus determinata magis latent æquiuocationes, quàm in illis quę sunt indifferentia, & quæ non diuiduntur per differentias specificas. Et ideo oportet à singularibus diffiniendo ascendere ad vniuersalia. Secundo ibi.

ARGY. *Vt autem in demonstrationibus ratiocinandi forma, sic in diffinitionibus diluciditas insit oportet. Quæ quidem fuerit, si seorsum id diffinias quispiam, quod in pluribus generibus est, per ea, quæ in vnoquoq; dicuntur, veluti simile nō omne, sed id, quod in coloribus est, & figuris, & acutū similiter, quod est in voce, & sic ad ipsum commune proficiscatur, cauens ne æquiuocationem offendat.*

ANTI. Vide in annot. *Sicut in demonstrationibus oportet syllogizari esse, sic & in terminis certa. Hoc autem erit, si per ea, quæ singulariter dicuntur, sit in vnoquoque genere diffinire separatim,*

ratim, vt simile non omne, sed in coloribus, & figuris, & acutum quod in voce est. Et sic necesse ire timentem, ne æquiuocatio contingat.

Ostendit idem ex ratione euidentiæ. Sicut. n. in demonstrationibus oportet syllogizari præsupponendo aliquid, quod est euidens & manifestum, sic etiam & in terminis. i. in diffinitionibus. Non. n. potest aliquis deuenire in cognitionem alicuius ignoti nisi per aliquod notum, siue aliquis intēdat cognoscere quia est, quod fit per demonstrationem, siue quid est, quod fit per diffinitionem. Hoc autem contingit, vt. s. præexistat aliquod euidens, si hi. i. contingat separatim diffinitionem diffiniri per ea, quæ singulariter dicuntur. i. quæ proprie conueniunt, distincte huic, vel illi, sicut si aliquis velit notificare quid est simile, non considerabit ad omne id, quod potest simile dici, sed de quibusdā similibus, puta quomodo dicatur simile in coloribus, & quomodo dicatur simile in figuris. Dicitur. n. simile in coloribus ex vnitate coloris, dicitur aūt simile in figuris ex eo ꝙ anguli sunt æquales, & latera proportionabilia. Similiter etiam in alijs si velit diffinire acutum non respiciet ad omne quod dici potest acutum, sed respicit ad acutum f̄m quod dicitur in voce. Et per hunc modum patet quòd aliquis diffinire intendens refugit statim ne contingat æquiuocatio. Et per hoc patet esse cōuenientem modum diffiniendi, quo ex inferioribus proceditur ad commune, inquantū. s. in specialibus specialia diffinire facilius est, & magis in talibus potest esse nota vniuocatio. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod si neque differere translationibus oportet, patet neque diffinire oportere, aut translationibus, aut hisce, quæ per translationem dicuntur. Erit enim necessitas vt translationibus differatur.*

ANTI. *Si autem neque disputare in metaphoris, neque quæcunque dicuntur in metaphoris. Disputare enim necesse erit in metaphoris.*

Excludit modū procedendi in diffinitionibus. Et dicit quòd sicut non oportet disputare per metaphoras, ita etiam nō oportet diffinire per metaphoras, vtpote si dicamus ꝙ homo est arbor inuersa, nec oportet diffinitionibus assumere quæcunq; metaphorice dicūtur. Cum. n. diffinitiones sint principia & efficacissima media in disputationibus, si diffinitiones darentur per metaphoras, sequeretur qđ oporteret ex metaphoris disputare. Hoc autem fieri non debet, quia metaphora accipitur f̄m aliquid simile, non autem oportet vt id quod est simile secundum vnum, sit simile quantum ad omnia.

LECTIO XVII.

Quomodo inuestigari oporteat ipsum propter quid, tribus quasi regulis docet.

ARGY. *Vt autem facultatem habeamus mediorum ad ea demonstranda, quæ proponuntur, perueſtigare oportet, & ea quæ animantibus apertis inſpiciuntur, & ipſas quoq; diuiſiones, atq; ſic perueſtigare oportet ſuppoſito genere communi omnium, ceu ſi animalia ſint ea, quæ conſideran tur, quæ nam omni competunt animali. Quibus ſumptis rurſus idemtidem perueſtigare oportet, quę nam cæterorū primo cuilibet inſunt, veluti ſi id ſit auis, quę nam omnem auem ſequuntur. Et ſic ſemper quæ nam propinquiſſimo competunt. Patet enim nos poſſe iam dicere propter quid inſunt ea, quę competunt hiſce, quę ſub ipſo communi ſunt collocata, vt propter quid homini cōpetunt, aut æquo. Sit autem animal quidem B, in A vero ponantur ea, quæ animal omne ſequuntur, his autem in locis, in quibus C E D, litere deſignantur, animalia ſingula collocentur. Patet itaque propter quid A competit ipſi C propter B nanque competit. Et ſimiliter cæteris.*

ANTI. *Ad habendum autem problemata, eligere oportet deciſiones, & diuiſiones. Sic aūt eligere ſubiectū genus cōmune omnium conſimilium, vt ſi animalia ſunt, quę cōſiderantur, qualia omni animali ſunt. Acceptis aūt his reliquorum omni qualia inhærent, vt ſi hoc eſt auis, qualia inhæreant omni aui, & ſic ſemper proximo. Manifeſtū. n. & quoniam habebimus iam dicere propter quid inſunt inhærentia is quæ ſunt ſub communi: vt propter quid homini, aut æquo inſunt. Si autem animal in quo A, B autem inhærentia omni animali in quibus autem ſunt C D E, ſint quædam animalia. Manifeſtum igitur eſt propter quid eſt B in D: propter A enim, ſimiliter & in alijs, & ſemper in alijs deorſum eadem ratio eſt.*

Postquam ostendit Philosophus qūo oportet inuestigare quod quid est, hic ostendit qūo oportet inuestigare propter quid. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qūo oporteat inuestigari propter quid. 2. mouet quasdā quæstiones circa ipsum ꝓpter quid: ibi {De causa, aūt & cuius est causa.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo alicuius quæstionis propositæ possit inuestigari propter quid. 2. ostendit quomodo diuersæ quæstiones cōmunicant in propter quid: ibi {Eadem aūt problemata} Circa primū duo facit. Primo docet accipere ꝓp quid accipiendo cōmune vniuocum. 2. accipiendo commune analogum: ibi {Amplius aūt alius modus.} Circa primum duo facit. Primo docet inuestigare ꝓp quid accipiendo cōmune vniuocum, quod est genus nominarū 2. accipiendo quodlibet aliud cōmune: ibi {Nunc quidē igit, &c.} Dicit ergo primo ꝙ ad hoc ꝙ habeamus propter quid circa singula problemata, quæ ponuntur, oportet considerare diuisiones & subdiuisiones, & sic ad singula procedere disputādo suppoſito cōmuni genere. Vt si aliquis velit cōsiderare propter quid aliquid cōueniat aliquibus animalibus oportet accipere qualia sunt quæ cōueniunt omni animali. Quibus acceptis, oportet iterato accipere f̄m diuisionem qualia sunt, quæ consequuntur primo ad aliquod cōmune, quæ sub animali continent, puta qualia cōsequuntur ad oēm auem, & sic semper debemus ꝓcedere accipiendo id quod est primū, in quod. s. fit immediate diuisio, quod supra obseruabatur in diuisionibus, quibus ꝓceditur ad inuestigandū quod quid est. Sic ergo procedendo manifestū est ꝙ semper poterimus dicere propter quid aliqua insunt his, quæ continentur sub aliquo cōmuni, vt si velimus scire ꝓpter quid aliqua insunt homini & æquo: puta somnus & vigilia. Sit ergo animal in quo est a, quod est medium: b aūt, i. maior extremitas accipiatur pro his quę inhærent omni animali, sicut somnus & vigilia, quædam aūt animaliū species, puta homo, equus, bos, accipiantur vt minor extremitas. s. c d e. Sic ergo manifestum est ꝓp quid b, id est somnus, vel vigilia sit in d, puta in homine, quia propter a, id est propter hoc quòd homo est animal. Et similiter est faciendum in alijs, & in omnibus est eadem ratio obseruanda. Huiusmodi autem documenti ratio est, quia subiectū est causa propriæ passionis. Et ideo si volumus inuestigare causam alicuius passionis, propter quam insit quibusdam rebus inferioribus, oportet accipere commune quod est proprium subiectū, per cuius diffinitionem accipitur causa illius passionis. Deinde cum dicit.

Le. imme. seq.

Lect. 14.

ARGY. *Eadem autem est semper, & in alijs ratio, atque nunc sic, dicimus per tradita nobis nomina communia rebus. Oportet aūt non ſolum in ijs ipſis dicto modo conſiderare,*

ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed etiam si aliquid aliud videatur commune competens, & idipsum accipere, deinde sumere & ea, quæ ipsum sequuntur, & ea, quæ hoc sequuntur, veluti cornigeris competit sericium habere, superioribusq; vacare dentibus. Sumantur igitur hæc, & rursus accipienda sunt ea, quibus competit, sequiturq; genere cornua. Patet enim propter quid illis competunt ea, quæ diximus. Nam ob idipsum illis inerunt, quia cornua gerum.

ANTI. Tex. commen. 23. *Nunc quidem igitur secundū ea, quæ assignantur communia nomina, dicimus. Oportet autem non solum sic considerare, sed & si aliud aliquid accipitur commune, accipientes si aliquibus hoc inhæreat, & qualia hoc sequantur. Vt cornua habentia hoc habere ventres, nō vtrobiq; dentes esse. Iterum cornua habere quædam sequuntur. Manifestum est enim propter quid est in illis quod dicitur, propter id sunt quod cornua habent.*

vide in annot.

Ostendit quomodo oportet inuestigare p̄p quid est reducendo in aliquod cōmune, quod nō sit genus nominatum, & dicit q̄ ea, quæ supra dicta sunt, dicuntur ſm illa cōmunia, quibus nomina sunt assignata, sed oportet non solū sic in talibus cōsiderare, sed & si quid aliud appareat cōmune quod insit aliquibus etiam si nō sit genus, vel si non sit nominatū. Deinde oportet cōderare ad quæ hoc cōmune consequatur, & quæ sunt quæ consequantur ad hoc cōmune innominatum acceptum. Sicut habere cornua est quoddā commune, cui non est nomen impositū, & quod nō est genus. Ad hoc aūt commune sequuntur, duo quorū vnum est, q̄ omne animal habens cornua habet multos ventres propter necessitatem ruminationis, quorum vnū vocatur echinus in interioribus existens, asper & capedinem habens, vt dicitur in libro de Historijs animalium. Aliud aūt quod consequitur ad animalia habentia cornua est q̄ non habeāt dentes in vtraq; mandibula, sed solū in inferiori, quia materia dentium cōuertitur in cornua. Item considerandū est ad quæ animalia consequātur habere cornua, puta bouem, & ceruū. Sic.n. manifestum erit propter quid hæc animalia habent illas proprietates, quia ſ. habent cornua. Deinde cum dicit.

ARGY. *Et insuper alius modus pernestigandi per similitudinem rationis. Non enim potest vnum quippiam idem sumi, quod quidem sepium, & spina, & os appellare oportet. Inerunt autem & ijs, atque sequenter aliqua, quasi talis sit vna quædam natura.*

ANTI. *Amplius autem alius modus est secundum analogum. Eligere.n. vnum idem non est accipere quod oportet vocare sepion, & spinam, & os. Sunt autem quæ sequuntur, & hoc, tanquam natura vna huiusmodi existente.*

Ostendit inuestigare propter quid reducendo ad aliquod cōmune analogum, & dicit q̄ alius modus inuestigandi propter quid est eligere cōmune ſm analogum. i. proportionem. Contingit.n. vnū accipere analogū quod est idem ſm speciem, vel genus, sicut os sepiarum quod vocatur sepion, & spina pisciū, & ossa animalium terrestrium. Omnia.n. ista conueniunt ſm proportionē, quia eodem modo se habent spinæ ad pisces, sicut ossa ad terrestria animalia. Ad hoc autem cōmune analogum, quędam consequuntur propter vnitatem proportionis, sicut si cōmunicarent in vna natura generis vel speciei, sicut esse coopertum carnibus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Eadem autem sunt nonnulla eorum, quæ proponuntur multipliciter. Quædam enim ex eo sunt ea, quia medium idem habent, veluti quia sunt omnia antiparistasis. Atq; horum nonnulla sunt eadem genere, quæcunque differentias habent, ex eo, quia sunt diuersorum, vel alio modo, vt propter quid resonat, aut propter quid apparet, & propter quid iris existit. Vniuersa enim hæc idem sunt propositum genere, omnia nanque sunt plane reflexo, sed specie sunt diuersa.*

Eadem autem problemata sunt, quæ quidem idem medium habent. Amplius vt quoniam omnia antiparistasis, horum autem quædam genere sunt eadem, quæcunq; habent differentias, ex quo aliorū, aut aliter sunt, vt propter quid echo, aut propter quid forma apparet, & propter quid iris. Omnia enim hæc vnum problema sunt genere, omnia enim repercussio sunt, sed specie altera.

ANTI. Tex. commen. 24.

Ostendit quomodo multa problemata conueniunt in eo quod est propter quid. Et primo, quantum ad vnitatem medij. 2. quantum ad ordinem mediorū, ibi {Alia autem.} Dicit ergo primo, q̄ quædam problemata sunt eadem, inquantum. i. conueniunt in eo quod est propter quid, ppter hoc q̄ habent idem medium. Sicut per hoc mediū est antiparistasis. i. contra resistentia, vel repercussio multa demonstrantur. Sunt autem quædā eadem non simpliciter, sed genere, quæ quibusdam differentijs diuersificantur, quæ sumuntur vel ex diuersitate substantiorū, vel ex diuersitate modi essendi. Sicut si quæratur ppter quid sit echo, aut propter quid apparet. ſ. alicui in speculo, vel propter quid generatur iris. Omnia enim ista sunt idem problema quātum ad medium propter quid, quod est idem genere. Omnia.n. causantur ex repercussione. Sed repercussiones differunt specie. Nam echo fit per repercussionem aeris moti à corpore sonante ad aliquod corpus concauum. Apparitio autem rei in speculo fit propter hoc q̄ in mutatio medij repercutitur ad speculum. Iris autem fit propter hoc quòd radij solares repercutiunt ad vapores humidos. Deinde cū dicit.

ARGY. *Quædam autem differunt ex eo, quia medium est sub alio medio, veluti propter quid Nilus, decrescente mense, magis affluat aquis? quia mensis decrescens similis magis hyemis est. Propter quid mensis decrescens, similis magis hyemis est? quia luna decrescit. Hæc enim sic inter sese habent, vt patet.*

ANTI. vide in annot. *Alia autem ex eo quòd medium, quod sub altero medio est differunt problemata. Vt propter quid Nilus, sinente mense, magis fluit? propter id, quòd vernior est finis mensis. Propter quid autem est vernior finis mensis? propter id, quòd luna deficit. Hæc quidem enim se habent adinuicem.*

Ostendit quomodo problemata conueniunt in propter quid ſm ordinationem mediorum, & dicit, q̄ quędam alia problemata sunt, quæ differūt adinuicem eo q̄ habent diuersa media, quorum vnum est sub altero, & ponit exemplum. Vtpote si quæratur propter quid Nilus in fine mēsis. ſ. lunaris magis inundat. Huiusmodi.n. ratio est, quia finis mensis magis est pluuialis. Quare autem hoc sit accipitur per aliud medium, propter hoc. ſ. q̄ tunc deficit luna, quæ habet dominium super humores, & ideo deficiente lumine eius magis cōmouentē vapores in aere, ex quo causatur pluuia. Et sic patet q̄ ista duo media sic se hūt adinuicē, q̄ vnū eorū est sub altero.

LECTIO XVIII.

An Causa & effectus simul sint, & non sint inquirit.

ARGY. *Ambiget autem quispiam de causa, & de eo, cuius est causa, est ne tum causa, cum est id, cuius est causa. veluti, cū frondes decidunt: est ne tum ipsa causa defluendi frondes latitudo inquam foliorum, si idipsum illius, sit causa. Vel cum deficit luna: est ne tum interpositio terræ.*

De

ANTI. Tex. commen. 35. *De causa autem, & cuius est causa dubitabit aliquis nunquid, & cum causatum est, & causa est. Vt si folia fluunt, aut deficit luna, & causa deficiendi, etiam folia cadendi erunt. Vt si huius est lata habere folia, deficiendi autem terram esse in medio.*

Le. imme. seq. Postquā Philolophus ostendit quo oportet inuestigare p̄p quid hic mouet duas quęstiones circa ipsum propter quid, quarū prima est de eo existentia causæ ad causatum, secūda pertinet ad vnitatē causæ, ibi. {Vtrum aūt cōtingat.} Circa primū tria facit. Primo ꝓponit quęstionem. Secundo obijcit: ibi {Si.n. non est} Tertio soluit: ibi {Aut cōtingit vnius.} Dicit ergo primo, q̄ de causa, & causato pōt aliquis dubitare, vtrū qñ est vnum eorū, sit & aliud. Quę quidē quæstio nō est intelligēda quantum ad simultatem ꝓpis, sed quantū ad simultatē consecutionis, vtpote si posito vno consequaē aliud simul tpe, vel posterius. Et ponit duo exempla, in quorū vno causa præcedit causatū. Nā lata folia hre est ca q̄ fluant folia alicuius arboris, no aūt hre lata folia & folia fluere sunt simul tpe. In alio aūt exēplo cā, & causatū sunt simul tpe, sicut interpō terrę simul tpe, est cū defectu lunę. Est ergo qō vtrū ad vnū illorū cōsequaē aliud. Deinde cū dicit.

ARGY. *Nam si nō est, aliqua alia erit, ipsorū causa: sin simul sunt causa, & id cuius est causa, ceu si intercedit terra, deficit luna, aut si latitudo est foliorū, defluunt frondes.*

ANTI. vide in annot. *Si.n. nō aliqua alia erit causa ipsorū. Si vero causa sit, simul & causatum, vt si in medio est terra, deficit, aut si latum folium est fluit. Si igitur non sit, simul itaq; erunt.*

Obijcit ad propositam quæstionē, ostendens q̄ causa & causatū semper simul sunt ſm cōsequentiam, & ponit ad hoc duas rōnes, quarū prima sumitur ex rōne causę & causati, & dicit q̄ omne causatum oportet q̄ habeat aliquā cām. Vnde si posito isto causato, nō simul ponitur q̄ ista eius causa sit, sequitur q̄ sit eius aliqua alia cā, & hoc ideo, quia necesse est q̄ causatū simul sit cū aliqua causa. Sicut ad hoc, q̄ est terrā esse in medio, sequit̄ q̄ luna deficiat, & ad hoc qđ est arborē hre lata folia, sequit̄ quod folia eius fluant. Si igitur nō est dare aliā causam, sequitur q̄ simul sit cū hac causa. Secundā rōnem ponit ibi.

ARGY. *Tum mutuo profecto demonstrabuntur. Sit.n. A frondes deponit, B planta, cuius sunt folia lata, C vitis. Si igitur A cuilibet cōpetit B. Omnis.n. planta, cuius folia sunt lata, frondes deponit, B vero C ipsi cōpetit. Latas.n. frondes quęlibet vitis habet A etiam ipsi C competit. Omnisq; vitis frondes suas deponit. Atq; causa B mediū est, vt patet. At licet etiam per foliorū defluxum lata vitem habere folia demonstrare. Sit.n. D lata habere folia: abijcere frondes E, vitis aūt F. E igitur cuilibet inest F. Omnis.n. vitis abijcit suas frondes, D vero cuilibet cōpetit E, omnis nanq; planta, quę frondes deponit, habet folia lata: omnis ergo vitis habet folia lata, atq; causa est foliorū defluxus.*

ANTI. *Et sit demonstrentur per altera. Sit.n. folium fluere in quo A, latum aūt folium in quo B, vitis vero in quo C. Si aūt in B est A omne.n. latum folium folio fluit, in C aūt B, omnis.n. vitis est habens latū folium, in C igitur A omnis.n. vitis folio fluit. Causa aūt est B mediū. Sed quoniam latis folijs vitis sit, est propter id quod folio fluit demonstrare. Sit.n. D quidem latū folium, E aūt folio fluere, vitis vero in quo. z. In 2 igitur est E folio.n. fluit omnis vitis, in E aūt D omne.n. fluens folio latum est foliū, omnis itaq; vitis latum est folium. Causa autem est folio fluere.*

Quę quidē sumit ex hoc, q̄ causa, & causatū per inuicem demonstrantur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rōnem. Secundo remouet errorē, qui posset consequi, ibi {Si aūt non contingit, &c.} Tertio probat quoddā quod supposuerat, ibi {Quod aūt nō deficere.} Circa primum dicit, q̄ etiā manifestum est, q̄ causa & causatū simul se cōsequunt, si hoc verū est quod per inuicē demonstrent, quia ad medium demōstrationis de necessitate sequitur conclusio. Quod aūt per inuicem demōstrentur probat in prædicto exemplo. Sit.n. folū fluere in quo a, quę est maior extremitas, latū folium hre in quo b, quod est mediū, vites vero accipiant in quo c quod est minor extremitas. Sic igitur in b est a: quia omne, quod habet latū foliū, folio fluit, in c aūt est b quia omnis viris habet folia lata, & sic cōcluditur q̄ a est in c. i. q̄ omnis vitis folio fluit. Et in toto hoc processu causa accipit pro medio, & sic causatū per causam demonstratur. Cōtingit aūt econuerso demonstrare causam per causatum. ſ. q̄ vitis habet lata folia per hoc q̄ fluit folio. Accipiatur.n. lata folia hre quasi maior extremitas, quæ est d fluere folia quasi medium, quod est e, vitis vero minor extremitas, quæ est z. Sic igitur c est in z, quia oīs vitis fluit folio, d aūt est in e quia. ſ. omne quod fluit & lata habet folia folio fluit, ex hoc concluditur q̄ omnis vitis sit lati folij, & accipit pro causa in consequendo folia fluere. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod si fieri nequit, vt sint sibi mutuo causa, causa nanque prior est eo, cuius est causa, & deficiendi quidem causa est in medio terram esse, huius autem non est, causa deficere lunam. Atq; demonstratio, quæ fit per causam, est propter quid, demonstratio vero, quæ non per causam fit, est ea, qua quippiam tantū esse ostenditur. Qui per defectum terram in medio esse percepit, is scit quidem in ipsum esse, propter quid autem est non cognoscit.*

ANTI. vide in annotatione. *Si autem non cōtingit causas esse adinuicem, causa. n. prius est eo, cuius est causa, & deficiendi quidem causa est terram esse in medio, non est causa deficere. Si igitur quidem per causam est demonstratio, propter quid est, si vero non per causam, ipsius quia, quoniam in medio est cognouit, propter quid autem non.*

Excludit quędam errorē qui posset sequi ex præmissis, vt. ſ. eadem rōne vnū prædictorū demonstret ex alio. Sed ipse excludens hoc dicit, q̄ si nō contingit q̄ aliqua duo sint sibijnuicem causæ. ſ. in eodē genere, eo q̄ causa est prior eo, cuius est causa, nō aūt cōtingit idē esse prius & posterius, eodē modo cū causa defectus lunæ sit terrā esse in medio, nō est possibile q̄ defectus lunæ sit cā eius q̄ terra sit in medio. Si igitur demonstratio, quæ est per causam, est demonstratio p̄p quid, quæ aūt non est per cām est ipsius quia, vt in Primo habitū est, sequit̄ q̄ ille, qui per defectū lunę demonstrat q̄ terra sit in medio, cognoscit quidem quia, non p̄p quid. Deinde cum dicit. Lect. 24. & 25.

ARGY. *Atq; deficere lunam non esse cām vt sit in medio terra, sed econtra causam esse, vt deficiat luna, inde perspici pōt. In rōne nanq; deficiēdi inest, in medio terra esse. Quare patet per hoc illud, sed non per illud hoc innotescere.*

ANTI. *Quod autem non deficere causa sit in medio esse, sed hoc deficiendi causa, manifestum est. In ratione enim deficiendi est quod est in medio. Quare manifestū est quòd per hoc illud cognoscitur, sed non hoc per illud.*

Probat quod supposuerat. ſ. qđ interpositio terræ sit causa defectus, & nō econuerso, & dicit manifestū esse q̄ lunā deficere nō est causa eius, quod est terrā esse in medio, sed econuerso, quia in ratione eclypsis ponitur q̄ terra sit in medio, vt supra dictum est. Cum igitur quid & propter quid sint idem, manifestum est q̄ defectus cognoscitur per interpositionem terræ, sicut per medium propter quid, & non econuerso. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGY. ...n fieri potest, vt vnius plures sint causæ? Et.n.si sit, videm primo de pluribus prædicetur, sit A quod quidem tam a quàm c competat primo: quorum alterũ insit D, alterũ si cõpetat E. Inerit igitur ipsum A illis vtrisq;, E inquam & D. Atq; vt insit quidem ipsi D causa est ipsum B, vt competat aũt ipsi E causa est ipsum C. Quare si causa est, necesse est & rem esse. Si vero res est, nõ est necesse id esse, quod est causa, sed cãm quidẽ esse, nõ tñ oẽm,

ANTI. *Aut cõtingit vnius plures causas esse? Et nanq; si est idem de pluribus primum prædicari, sit A in B primo esse, & in C alio primo, & hoc sit in D, & illud in E. Erit itaq; A in D & E vtraque. Causa autem est in D quidem B, in E autem C. Quare cum causa, sit, necesse est rem esse, sed res cum sit, non necesse est quidem quòd sit causa. Causam quidem necesse est esse, non tamen omnem.*

Soluit primã quæstionẽ ostẽdens in quibus verũ sit ꝙ causa, & causatũ se sequant, & in quibus nõ. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit in quibus nõ sit verũ. Secundo in qbus sit verũ, ibi ¶ Aut si semper. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ contingit vnum cõe hñe plures causas f'm ꝙ cõuenit diuersis, sicut esse vituperabile cõuenit audaci p̃p excessum, timido aũt p̃p defectũ. Accipiatur ergo ꝙ aliquod vnum prædicet de pluribus primo, & immediate, vt prædicet a de b primo, & sit.r de c sicut esse vituperabile de superabundãtia & defectu, & ista duo.s.c, & b prædicentur de d & e, sicut superabundantia cõuenit audaci, defectus aũt timido. Prædicabitur itaq; a de d & e, quia tam audax.q̃ timidus est vituperabilis. Causa aũt ꝙ a sit in d est ipsum b. Est.n.audax vituperabilis p̃p superabundantiã. Quod aũt a insit ipsi e causa est ipsum c. Timidus.n. vituperabilis est p̃p defectũ. Patet ergo ꝙ cũ causa sit necesse est rem esse, quia siue a sit superabundãtia siue defectus, necesse est aliquid esse vituperabile. Sed existẽte re, necesse est quidem ꝙ aliqua causarũ sit, nõ tñ necesse est quãlibet cãm esse. Sicut posito ꝙ aliqd sit vituperabile, nõ est necesse ꝙ sit in superabundantia, sed necesse est ꝙ sit vel in superabũdãtia, vel in defectu. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Aut si semper id quod proponitur, vniuersale est causa quoq; tota quædã est, & id, cuius est causa, vniuersale etiã est. Veluti foliis spoliari, toti cuidã inest determinato, & si species sunt illius, & his vniuersaliter, aut plantis, aut huiusmodi plantis competit. Quare & medium in his, & id, cuius est causa, æqua sint oportet, & cõuertantur, ueluti propter quid arbores folus spoliantur? Quid si id ipsum ob congelationem esse oportet? & si congelatio nõ cuiuis inest, sed arbori? foliis arborẽ spoliari oportet.*

ANTI. *Aut si semper est vniuersale propositũ, & causa quoddam totum est, & cuius est causa vniuersaliter, vt folio fluere in toto quodam determinatum est, & si species ipsius sint multæ, & vniuersaliter igitur, aut plantis, aut huiusmodi plantis. Quare medium æquale oportet esse in ijs, & cuius est causa, & conuerti, vt propter quid arbores folia fluunt? Si ergo propter densitatem huiusmodi folio fluit arbor, oportet esse densitatem, si densitas est, non in qualibet, sed in arbore, folio fluit.*

Ostendit in quibus necesse sit simul se consequi cãm & causatũ, & dicit ꝙ si aliquid quæraꝫ in vl', accipiat tam causa q̃ id, cuius causa, & quærit in vl', tũc oportet ꝙ ad cãm semper sequat effectus, & ad effectũ causa. Sicut hoc quod est fluere folio nõ cõuenit primo pluribus, vt erat in prẽmisso exẽplo, sed determinate vni primo cõi, quanuis illius cõis sint multæ species, quibus vl' conuenit, ꝙ fluunt folio, puta si accipiamus plantas, vel plantas tales. s. lata folia habentes. Vnde in oĩbus illis oportet accipere æquale mediũ, ita ꝙ cõuertatur causa, & id cuius est causa. Sicut si quæramus quare arbores fluant folio? si accipiatur causa hmõi esse p̃p hoc ꝙ humidũ est condẽsatum & sic facilius desiccabile, sequet quòd si causatũ sit, ꝙ etiam causa sit, puta si fluit arbor, quòd sit cõdensatio humoris. Et ecõuerso oportet ꝙ posita causa in tali subiecto ponatur effectus, vtputa si cõdensatio humoris est nõ in quacunq; re, sed in arbore, sequẽ quòd folia fluat.

LECTIO XIX.

An ad vnitatem causæ vnitas effectus sequatur, & econuerso.

ARGY. *At quæret quispiam rursus, si fieri possit, vt non eadem eiusdem sit vniuersis causa, sed diuersa, nec ne?*

ANTI. *VTrum autem contingat nõ eandem causam eiusdem in omnibus, sed alteram, aut non?*

Postquam Philosophus determinauit quẽstionẽ motam vtrũ ad existentiã effectus sequaꝫ existẽtia causæ, & ecõuerso, hic inquirit vtrũ ad vnitatẽ causæ sequaꝫ vnitas effectus, & ecõuerso. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit qũo ad vnitatẽ effectus sequaꝫ vnitas causę. Secundo ex hoc manifestat cõsecutionẽ causæ, & effectus, ibi ¶ Habet aũt sic cõsequi. ¶ Circa primũ tria facit. Primo ꝓponit quæstionẽ quę est vtrũ cõtingat ꝙ eiusdẽ effectus nõ sit eadẽ causa in oĩbus, sed alia & alia, vel nõ. Videbaꝫ.n. in solutione præmissæ qõnis supponi ꝙ contingat vnius effectus in diuersis rebus esse diuersas causas. Secundo.

ARGY. *An si per se quidem est demonstratum, & non per signum aut per accidens, id fieri nequit, quippe cum ipsum medium extremi sit ratio. Si vero non hoc pacto est demonstratum, fieri potest.*

ANTI. vide in annot. *Aut si quidem per se demonstretur, & non secundum signum, aut accidens, non potest autem esse. Ratio enim vltimi medium. Si verò non sic est, contingit.*

Soluit quæstionẽ distinguendo. Contingit.n. aliquid assignari pro causa alicuius effectus tripliciter. Vno mõ accipiendo cãm per se, & sic demonstratiue cõcludendo effectũ. Alio modo accipiẽdo signũ. Tertio modo accipiendo aliquod accñs. Si ergo accipiaꝫ pro causa id, quod per se est mediũ demõstrationis, nõ põt esse nisi vna causa vnius effectus in oĩbus. Et hoc ꝓbat, quia hoc mediũ per se in demõstrationibus est rõ vltimi. i. diffinitio maioris extremitatis. Quę tñ si demõstrari indigeat de subiecto, demõstrabiẽ per diffinitionẽ subiecti, vt supra habitum est. Manifestũ est aũt, ꝙ vnius vna est diffinitio. Vnde oportet ꝙ vnius effectus nõ accipiatur nisi vna cã, q̃ est mediũ demonstrationis. Si vero non accipiaꝫ quali causa inferẽs id, quod est per se medium demõstrationis, sed accipiaꝫ pro medio aliquod signum vel aliquod accidens, tunc cõtingit vnius effectus accipi quasi plures cãs in diuersis, sicut patet in exẽplo superius posito. Per se.n. causa ꝙ aliquid sit vituperabile est præter rectã rationẽ. Sed ꝙ aliquid sit superabundans, vel deficiens est signũ eius quod est præter rectam rationem. Tertio ibi.

Lib. 2. le. 1 ex. 6. in. 8.

ARGY. *Fit aũt id cuius, & id, cui est causa, per accidens consequentur. Non tñ ex numero eorum esse videtur, quę proponuntur. Quod si ita nõ est similiter habebũt & mediũ. Si.n. æquiuoca sint, mediũ habebunt æquiuocũ. Si sint vt in genere, mediũ habebunt similiter, veluti propter quid etiã mutuo ordine similitudinem subeunt rõnum. Est.n. alia causa in lineis, & in numeris. Atq; eadẽ alia quidẽ est, ut linearum rõnem subit. Eadem aũt vt tale habet incrementũ, & eodẽ in omnibus modo. Vt color aũt colori, figuraq; figuræ sit similis, alia erit alij causa. Simile nãq; in his est æquinocum. In figuris.n. in similitudine forsitan rationum, consistit, quæ inter latera sunt, & angulorum*

æqualitate.

æqualitate. In coloribus autẽ in vnitatem ipsius sensus, aut aliquo tali, ea vero, quæ similitudine rõnum eadem sunt, mediũ identidẽ similitudine rõnum idem habebunt.

ANTI. vide in annot. *Est aũt & causam, & cuius causa, in quo considerare secundum accidens, immo videntur problemata esse. Si autem non, similiter se habebit medium. Siquidem æquinocum, & æquiuocũ medium est, si vero sicut in genere sit, similiter se habebit, vt propter quid vicissim analogum. Alia.n. est causa in numeris, & in lineis, & eadem. Inquantum aũt linea est non eadem est, inquantum autẽ habens augmenta huius, eadem sicut in omnibus. Similẽ autem esse colorem colori, & figuram figuræ, aliam causam esse, æquiuocum.n. est simile in omnibus. Hoc quidem est fortassis secundum analogiam habere latera æqualia, & æquales angulos. In coloribus aũt vnum sensum esse, aut aliquod aliud huiusmodi. Secundum autem analogiam eadem sunt, & medium se habet secundum analogiam.*

Manifestat posita solutionẽ ostendens membra diuisionis posita esse possibilia, & dicit ꝙ contingit & id, qd est causa, & id, cuius est causa considerare f'm accidens, sicut musicus per accñs est causa domus, cuius per se est causa ædificator, qui tñ est causa receptaculi latronũ per accidens, si hoc contingat in domo fieri, quinimmo etiã ipsa problemata vñ esse per accidens. Si vero nõ accipiatur per accidens causa & causatũ, oportet ꝙ mediũ quod accipitur pro causa sit se habeat cũ effectu, cuius demonstratio quæritur, vtpote si aliqua sunt æquiuoca, & medium cõe quod accipitur erit æquiuocũ. Si aũt non sint æquiuoca, sed cõueniant quasi in genere, & medium erit cõe sicut genus, sicut vicissim analogũ. i. cõmutatim proportionari vniuoce in multis inuenitur, puta in numeris, & lineis, in quibus habet quodammodo aliam causam, & quodãmodo eandem. Aliã quidem f'm speciẽ, inquantum. s. alij sunt numeri, & alij lineę, sed est genere eadem inquantũ. s. tam lineę, quã numeri cõueniũt in hoc ꝙ hñt tale augmentũ, ex quo in eis cõmutata ꝓportio demonstratur. Aliud aũt exemplũ subiungit in æquiuocis, & dicit ꝙ eius quod est simile, alia causa est in coloribus, & in figuris, quia æquiuoce dr vtrobiq;. In figuris.n. nihil est aliud esse simile, q̃ ꝙ latera habeant analogiã. i. ꝙ sint adinuicem proportionabilia, & ꝙ anguli sint æquales. Sed in coloribus esse simile est ꝙ faciãt eandem immutationem in sensu, vel aliquid aliud hmõi. Tertio aũt dicit de his, quæ cõueniunt f'm analogiã, qm̃ in his oportet esse mediũ vnum f'm analogiã, sicut supradictũ est, quia tam iris q̃ echo est quædam repercussio. Deinde cum dicit.

ARGY. *Causa autem, & id cuius est causa, atq; id, cui est causa, ita se habent ad mutuo se sequendum. Nam si hoc sumas, per singula, id, cuius est causa, ad plura se extendit, velut externos angulos quatuor rectis æquales habere extendit triangulũ atq; quadratum. Quod si omnia sumas, æquatur. Sunt.n. quæcunq; quatuor rectis æquales externos angulos habent. Similiter sese habet & medium. Est aũt ipsum medium extremi ratio primi. Quo circa scientiæ omnes per diffinitionẽ fiunt, veluti spoliari frondibus simul sequitur vitem, atq; excedit. Et sicũ item atq; excedit, sed non omnis superat, sed æquatur. Si igitur primũ medium sumpseris, ratio illud erit abyciendi folia. Erit enim primum quidem medium versus extremum alterũ, tales inquã vniuersis esse, deinde medium huius succum congelari, vel aliquid aliud tale. At si quispiam interrogaverit quid est defluere folia? congelari respondebimus eius succum, qui in seminis coniunctione consistit.*

ANTI. *Habet autẽ sic consequi causam adinuicem, & cuius*

Vide in annot. *est causa, & in quo est causa. Vnumquodq; quidem accipienti, & cuius est causa, & causa in plus est, vt in quatuor æquales qui sunt extra, in plus sunt, quam in triangulis, aut quadrangulis, in omnibus aũt & in æque. Quæcunq;. n. quatuor rectis æquales quę sunt extra, & mediũ similiter est. Est aũt medium ratio primi termini. Ex quo omnes scientiæ sunt per diffinitiones, vt folio fluere similiter sequitur vitem, & excellit ficum, & non omnia, sed æqualiũ est. Si uero accipiat aliquis primũ medium, ratio fluendi folium est. Erit.n. primum quidem quod in altera mediũ, quoniam huius sunt omnia. Sit huiusmodi medium quoniam succus densatur, aut aliquid huiusmodi, quid autem est folio fluere? densari in contractu seminis succum.*

Ostendit f'm præmissa qualiter sibi inuicẽ causę consequant. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit qualis sit cõsecutio causę & effectus. Secundo ordinat hmõi consequentiã in figura syllogistica, ibi ¶ In figuris aũt. ¶ Tertio mouet quandã dubitationẽ ex præmissis, ibi ¶ Si autẽ in athomũ. ¶ Dicit ergo primo ꝙ talis modus cõsequentiæ inuenitur inter causam, & causatũ & subiectũ cui inest illud causatum, ꝙ si aliquis accipiat f'm vnũ aliquid particulare id, cuius causa quæriẽ, erit in plus q̃ causa vel subiectũ, sicut hñe angulos extrinsecos æquales quatuor rectis cõueni triangulo eadem rõne, quia tres anguli eius extrinseci simul cũ tribus intrinsecis sunt æquales sex rectis. Cũ igitur tres intrinseci sint æquales duobus rectis, sequiẽ ꝙ tres extrinseci sint æquales quatuor rectis. Etiã quadrãgulus habet quatuor angulos æquales quatuor rectis, sed alia rõne. Anguli.n. eius intrinseci & extrinseci sunt æquales octo rectis, sed anguli intrinseci quadranguli sunt æquales quatuor rectis, ergo anguli extrinseci sunt æquales quatuor rectis. Sic igitur hñe angulos exteriores æquales quatuor rectis est in plus quã triangulus, aut quadrãgulus, sed si simul accipiantẽ æqualiter se habebũt. Q uęcunq;. n. figuræ cõmunicãt in hoc ꝙ habeãt angulos exteriores æquales quatuor rectis, oportet ꝙ siñ cõmunicent in medio, quod est causa æqualitatis ad quatuor angulos rectos. Et hoc ꝓbat sicut, & prius, per hoc ꝙ mediũ est diffinitio maioris extremitatis. Et inde est quod oĩs scię fiunt per diffinitionem. Probat aũt hoc per exemplũ in rebꝰ naturalibus. Hoc.n. qd est folio fluere, cõsequit ad vitẽ, & pera ex pluribus consequit etiã ad ficũ excedit ipsam, tñ est excelsiuũ oĩm qbus conuenit, sed est eorũ sicut æqualiũ. Si ergo aliquis velit accipere id, qd est primũ mediũ respectu oĩum, erit hæc diffinitio eius, quod est folio fluere, quæ quidẽ diffinitio erit primũ medium ad alia, eo ꝙ oĩa talia sunt. Et iterũ huius accipietur aliquod aliud mediũ, puta, ꝙ succus densatur per desiccationẽ, vel aliquid aliud hmõi. Vnde si quęraꝫ quid est folio fluere dicemus, ꝙ nihil aliud est q̃ cõdensari succũ seminis in contactu, i. folij ad ramum. Deinde cum dicit.

ARGY. *In figuris aũt hoc pacto quispiam assignabit, quærentibus quonam pacto se sequuntur causa, & id cuius est causa. Ponatur A cuilibet inesse B, ipsum aũt B cuiq; competat corũ quæ sunt D. A igitur vniuersale hisce fuerit, quæ sunt D. Etenim id vniuersale dico, quod non cõuertitur. Id aũt vniuersale vocito primum, cum quo vnumquodq; quidem nõ conuertitur, vniuersa autem cõuertuntur atq; æquantur. B igitur causa est, ut A cunctis hisce competat, quæ sunt D. Oportet ergo ipsum A ad plura sese extendere, quàm ipsum B. Quòd si ita non est, cur magis hoc erit illius causa? Quod si B non omnibus competit, E erunt universa illa vnum quid aliud ab ipso B. Alioquin quo nam pacto dicere licebit, A quidem ipsum omni cõpetere B, ipsum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tum aũt B *non omni competere* A*? Cum vero non erit aliqua causa, nam ipsum* A *cunctis competit* D*: at ipsis etiã* B*, & ipsa igitur vnum quid erunt, atque id considerare oportet, & sit* C*. Fieri igitur potest, vt eiusdem, sed non eiusdem specie plure sint causæ, veluti vt longæ sint vitæ quadrupedes quidem causa est ipsas bili vacare, volucres autem ipsas esse siccas, aut aliquid aliud.*

ANTI. vide in annot.

In figuris aũt sic assignabit quærentibus consecutionẽ causæ, & cuius est causa, sit.n. A *quidem, in* B *omni,* B *autem in vnoquoq; eorũ quæ sunt* D B *quidem vniuersaliter vtiq; in ipsis erit* D*. Hoc aũt dico vniuersale, quod nõ conuertitur, omnia aũt conuertuntur & exceduntur. In ipsis igitur esse causa ipsius,* A B *est. Oportet itaq;, in plus quã* B *extendi. Si vero non, quid magis erit causa hoc illius? Si ergo in omnibus,* E *est* A*, erit aliquod vnum illa omnia aliud* A B*. Si.n.non, qũo erit dicere, quoniam in quo est* E *fit* A *omni, in quo aũt* A *non omni sit* E*? Propter quod.n. erit aliqua causa, vt* A *sit in omnibus* E*. Si itaq; quæ sunt* E *erunt, aliquod vnũ cõsiderare oportet, & sit* C*. Contingit igitur & plures causas esse eiusdem, sed non eiusdem specie, vt longæ vitæ esse quadrupedia, causa est non habere cholerã, volatilia autem sicca esse, aut aliqua alia.*

Ordinat modũ prędictæ cõsecutionis in figura syllogistica, & dicit q̃ si quæraẽ cõsecutio causę & causati, sic poterit assignari ſm figuras syllogismorũ. Si.n.à in omni b, b aũt in vnoquoq; eorũ, quæ sunt d, sed in plus q̃ d. Sic igitur b vniuersaliter erit in his quę cõtinentur sub d ſm quod vniuersaliter dr̃ inesse, quod non conuertit, sed primũ vẽ est, cui vnumquodq; quidẽ cõtentorũ sub eo non cõuertitur. Oĩa aũt simul accepta cõuertuntur cum primo vẽ, sed excedunt quodlibet eorũ, quæ sub eo continentur. Sic igitur quod à sit in ipsis, quę cõtinentur sub d causa est b. Oportet ergo q̃ a extendaẽ in plus quã d. Si aũt nõ, sed se haberet ex æquo, quare magis b esset causa in inferendo q̃ a sit in d quam econuerso? Potest.n.ex vtroq; conuertibiliũ concludi aliud. Ponatur igitur vltrius q̃ à prædicetur de omnibus in quibus est e, sed non cõuertitur, oportet.n.dicere q̃ illa oĩa, quæ cõtinentur sub b, sint aliquid vnũ diuersum ab eo quod est b. Si.n. non esset aliud e quam b, qũo esset verũ dicere q̃ a inesset omni b, & nõ econuerso, cum a nõ sit nisi in e & in b? ita sequeretur si e & b nõ essent aliud quam a, non esset in plus quam e. Supponaẽ ergo q̃ a sit in plus quã d, & quam e. Quare ergo nõ poterit inueniri aliqua causa propter quã insit oĩbus quæ sunt in d. Et hæc causa est b. Sed adhuc quærendũ est vtrum & omnia quæ cõtinentur sub e, habeant aliquã vnam causam, & sit talis causa c. Igitur concludit q̃ cõtingit eiusdem esse plures causas, sed nõ eiusdem ſm spẽm. Sicut eius quod est a, causa est b & c, sed b est causa q̃ a insit his quę cõtinentẽ sub d, c aũt est causa q̃ a insit his, quæ cõtinentur sub e. Et ponit exemplũ in his rebus naturalibus. Sit.n.hoc, quod est esse longe vitæ, quasi a, quadrupedia quasi d, sed non habere cholerã .ſ. superfluam, sit quasi b, quod est causa in quadrupedibus longe vitæ, volatilia aũt quasi e: siccum aũt esse vel aliquid aliud hmõi quod est in eis causa longe vitæ, aut aliquid aliud huiusmodi sit quasi c. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod si non statim accidunt ad indiuiduum, & si non solum vnum, sed plura sunt media, plures etiam & causæ sunt. Vtrum autem mediorum sit singulis causa, vtrũ id, quod est versus vniuersale primũ, an id, quod versus singula collocatur? Patet igitur ea esse, quæ propinquissima sunt vnicuiq;: cuius est causa. Nam vt primum sit sub vniuersali, hoc est causa, veluti vt* A *cõpetat ipsi* D *causa est ipsum* C*. Vt igitur* A *cõpetat ipsi* D *causa ipsum* C*, vt aũt* A *competat ipsi* C*, causa est ipsum* B*, at vt huic insit, idipsum. At enim de ratiocinatione quidem demõstrationis quidnam vtrunq; sit, & quo fit modo satis iam patuit, & simul etiam demonstratiua scientia. Est enim idem.*

Si autem in atomũ non statim veniunt non solũ vnum medium est, sed plura, & causæ plures sunt. Et qualia est causa mediorum, quæ ad vniuersale prima est, aut quæ ad singulare singularium? Manifestum igitur est quòd magis proxime vnicuiq; proxima est causa. Primum quidem sub vniuersali esse, hæc est causa, vt in D *quod est* C*, ipsius* B *causa est. In* D *quidem igitur esse* O*, causa est ipsius* A*, in* C *autem* A B*, in hoc autem eadem est. De syllogismo & demonstratione quid vnumquodq; sit, & quomodo sit, manifestum est. Similiter autem & de scientia demonstratiua. Idem enim est.* ANTI. vide in annot. Tex.co.21.

Mouet quandã dubitationẽ ex prẽmissis. Dictũ est supra q̃ nõ statim à principio venir in aliquod atomũ. i. indiuisibile, in quo inueniat illud, cuius causa quæritur, sed statim inueniunt multa & indiuisa, in quibus illud vnũ inueniẽ, & non est vnũ medium per quod de oĩbus illud vnũ demonstretur, & causæ possibiles sunt. Est ergo dubitatio si illorũ mediorum oporteat aliquã causam accipere, vtrũ oporteat eam accipere ex parte vlis primi, puta ex parte ipsius a, vel ex parte singularium. i. eorũ, quæ sunt minus cõia? sicut supra accipiebatur e & d vel quadrupedia, & aues? Et ad hoc respondens dicit quod oportet semper media accipere quę sunt propinquiora subiecto, in quo quæritur causa illius cõis causati & fic oportet procedere quousq; perueniatur ad id, quod est immediatũ cõmuni causato. Et huius rõnem assignat, quia illud quod est ex parte eius quod cõtinet sub aliquo communi, est ei causa q̃ sit sub illo cõmuni, sicut d est sub b, & si c sit causa d, q̃ b insit ei. Et ex hoc sequitur vlterius q̃ c sit causa q̃ a insit d, & q̃ a insit c, b est causa. Ipsi aũt b ineſt a, per seipsum & immediate. Vltimo autẽ epilogat ea, quæ dicta sunt in tota doctrina Analyticorum, & dicit q̃ manifestum est ex præmissis tam in libro Priorum, quã in libro Posteriorum de syllogismo, & demonstratione quid sit, & quomodo fiat vtrunque, & similiter manifestũ est de scientia demonstratiua, quomodo fiat in nobis. Hoc.n.ad idem pertinet, quia demõstratio est syllogismus faciens scire, vt supra in primo habitum est.

LECTIO XX.

Quomodo prima ac communia demonstrationis principia à nobis cognoscantur, determinat.

De principijs autem quonã pacto nota nobis euadunt, & quis habitus ea cognoscit, hinc patefiet, si antea dubitabimus. ARGY.

DE principijs autem quomodo fiunt cognita principia, & quis est cognoscens habitus, hinc est manifestum, dubitantibus quidem primum. ANTI.

Postquã Philosophus ostẽdit qũo cognoscaẽ id, quod est principiũ demonstrationis sicut mediũ, ſ. quid, & ꝓp quid, hic ostendit qũo cognoscãtur prima principia demonstrationis cõia. Et primo dicit, de quo est intentio. Secundo exequitur propositum, ibi {Quod quidem igitur, &c.} Dicit ergo primo q̃ ex his, quæ sequentur manifestum erit de principijs primis in demonstrabilibus qualiter eorum cognitio fiat in nobis, & quo habitu cognoscantur. Hoc tamen ordine obseruato, vt prius circa hoc dubitationes ponamus. Deinde cum dicit.

Fieri itaque non posse, vt demonstrationem quisquam scientiam consequatur, si non cognoscat prima principia ARGY. Lect.4. vacantia

ANTI. Tex.commen.27. *vacantia mediis, prius est dictum, ac explicatum.*

Quod quidem igitur non contingit scire per demonstrationem, non cognoscentem prima principia immediata, dictum est prius.

Exequitur propositum. Et circa hoc duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi {Necesse itaq; est habere, &c.} Circa primum tria facit. Primo præmittit quoddam, ex quo ostenditur necessitas huiusmodi inquisitionis. Secundo mouet quæstiones, ibi {Immediatorum aũt, &c.} Tertio obijcit ad quæstionem, ibi {Si quidem, &c.} Dicit ergo primo quod dictum est q̃ non contingit aliquid scire per demonstrationem, nisi præcognoscantur prima principia immediata. Et ideo ad scientiam quæ est demõstratione, vtile est vt sciatur qualiter prima principia cognoscantur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Dubitauerit autem quispiam, vtrum cognitio eorum, quæ medijs vacant, sit eadem, an autem non eadem, & vtrum scientia sit vtriusque, an autem non sit, sed alterius quidem scientia, alterius autem aliquid aliud genus, & vtrum habitus eorum non insint, sed fiant, ac acquirantur, an insint quidem, sed lateant.*

ANTI. *Immediatorum autem cognitio vtrum eadem est, aut non eadem dubitabit vtique aliquis, & vtrum scientia vtriusque: aut est, aut non est, aut huius quidem scientia, illius autem alterum aliquod genus sit, & vtrum cui non insint, habitus fiant, aut dum insint, lateant.*

Mouet dubitationes tres circa prædictam cognitionem principiorũ, quarum prima est, vtrũ omnũ immediatorum principiorum sit eadẽ cognitio, vel non. Secunda dubitatio, est vnum omnium immediatorũ sit scientia, vel nullorum, aut sit scientia quorundam, aliorũ vero aliud genus cognitionis. Tertia vero quæstio est, vtrũ habitus istorum principiorum fiat in nobis cũ prius non fuerunt, vel in nobis fuerunt, sed tamen nos lateat.

ARGY. *Si igitur ipsos habemus, absurdum est sane. Fit enim vt latet nos habentes certiores demonstratione cognitiones has habere.*

ANTI. vide in annot. *Siquidem igitur habemus ipsos, inconueniens est. Contingit enim & certissimas habitas cognitiones demonstrantem latere.*

Obijcit ad quæstionem vltimã, ad quã aliæ ordinantur. Et primo obijcit ad vnam partem, & dicit, q̃ est inconueniens dicere q̃ habeamus habitus horũ principiorum, & lateat nos. Manifestũ est.n. q̃ illi, qui habent cognitionẽ principiorum, hãt certiorem cognitionem cognitione, quæ est per demonstrationẽ. Non.n. potest haberi ita q̃ lateat habentem. Dictũ est.n. in principio libri, q̃ illæ, qui habet scientiam, scit q̃ impossibile est aliter se habere. Ergo multo minus potest esse q̃ aliquis habeat cognitionẽ principiorum immediatorum, & lateat ipsum. Quod tamen inconueniens sequeretur, si habitus huiusmodi ineſſent, & laterent. Secundo ibi. Lec.4.tex. 8.expo.

ARGY. *Si vero nõ habentes prius acquirimus, quonam pacto cognoscamus, atq; discamus, ex nõ antecedenti cognitione? Id.n. fieri nequit, ut de demõstratione ẽt diccbamus.*

ANTI. *Si aũt accipimus non habentes prius, itaq; qualiter cognoscimus, & addiscimus, ex non præexistenti cognitione? Impossibile enim est sicut in demonstratione diximus.*

Obijcit ad cõtrarium. Si.n. aliquis dicat q̃ accipimus de nouo habitus principiorũ, cum prius eos non habuerimus, relinquitur vlterius dubitatio qualiter possimus huiusmodi principia de nouo cognoscere & addiscere, & hoc non ex aliqua præexistenti cognitione. Impossibile est.n. aliquid addiscere nisi præexistẽti cognitione, sicut etiam supra circa demonstrationẽ diximus. Immediata aũt principia ideo ex præexistenti cognitione addiscere nõ possumus, quia præexistens cognitio est certior. cum sit causa certitudinis his, quæ per eam innotescunt. Nulla autẽ cognitio certior est cognitione huiusmodi principiorum. Vnde non videtur, quòd possumus ea cognoscere, cum prius non cognouerimus. Tertio ibi. Lib.1.lec.1. tex.cx.1. & le.6.t. ex.2.

Constat igitur fieri non posse, vt aut habeamus ipsos, non enim sane ignoraremus, aut ignorari, nullumq̃ue habentes habitum, consequamur. ARGY.

Manifestum igitur est, quoniam neque habere possibile est ignorantibus, & neq; non habitũ habitum fieri. ANTI.

Concludit ex præmissis duabus rationibus quod neq; possibile est semper hãe cognitionẽ horũ principiorum, quæ nos lateant, neque etiam possibile est quod in nobis generetur de nouo talis cognitio, omnino ignorãtia præcedente, & non aliquo alio habitu. Deinde cum dicit. Expo.5.

Necesse est itaq; vim quidem nos aliquã, potentiamq̃; habere, non tamen talem, vt his ipsis exactior sit, ac certitudine præstabilior. ARGY.

Necesse itaq; est habere quandam quidem potentiam, non huiusmodi autem habere, vt sit his honorabilior secundum certitudinem. ANTI.

Soluit præmissas quæstiones. Et primo soluit vltimã. Secundo soluit duas primas, ibi {Q̃m aũt eorũ, quæ circa intellectum, &c.} Circa primum duo facit. Primo soluit dubitationẽ. Secundo manifestat solutionẽ positam, ibi {Quod aũt dictum est eium, &c.} Circa primũ tria facit. Primo proponit q̃ oportet aliquid cognoscitiuũ in nobis præexistẽte. Secundo ostendit quid sit illud, ibi {Vt aũt, &c.} Tertio ostẽdit qũo ex præexistenti cognoscitiuo principio fiat in nobis principiorũ cognitio, ibi {Ex sensu quidẽ, &c.} Dicit ergo primo q̃ necesse est à principio in nobis esse quandã potentiã cognoscitiuã, quæ. ſ. præexistat cognitioni principiorum, nõ tã talem quæ sit potior quantũ ad certitudinẽ cognitione principiorum. Vnde nõ eodem modo principiorũ cognitio fit in nobis ex præexistẽti cognitione, sicut accidit in his, quæ cognoscuntur per demonstrationẽ, quia cognitio eorũ, quæ cognoscunt per demonstrationẽ. i. cognitio conclusionũ fit in nobis ex præexistenti cognitione intellectiua principiorũ. i. ex habitu, sed cognitio principiorũ fit in nobis ex præexistenti cognitione sensitiua. Deinde cum dicit.

Videtur aũt idipsum animalibus cunctis ineſſe. Nam habent vim quandam insitam discernendi, quam quidem vniuersi sensum appellant. ARGY.

Videtur aũt hoc inesse omnibus animalibus. Hãt.n. naturalem potentiam indicatiuam, quam vocamus sensum. ANTI.

Ostendit quid sit illud principiũ cognoscitiuum præexistens. Et quantũ ad hoc ponit tres gradus in animalibus, quorũ primus est hoc quod videtur in esse cõmuniter omnibus animalibus, quod omnia hãt, quandã connaturalem potentiam ad iudicandũ de sentibilibus, quæ vocatur sensus, quę nõ acquiritur de nouo, sed ipsam naturam consequitur. Secundum gradum ponit ibi.

Insito autem animalibus sensu natura, in quibusdam fit formæ sensibilis mansio, in quibusdam non fit. In quibus igitur non fit, hisce, præter ipsum sentire, non est cognitio, aut omnino, aut eorum, circa quæ non fit formæ mansio. In quibus autem fit, vt cum sentiunt vnum quid anima habeant. ARGY.

Cum autem insit sensus animalibus, in his quidem animalium mansio est sensibilis, in alijs autem non fit. In quibuscunque igitur non fit, aut omnino, aut circa quæ ANTI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sit, non est in his cognitio, vltra quam sentiunt. In quibuscunque autem sentientibus est habere vnum quoddam in anima.

Et dicit ꝙ cum sit sensus in omnibus animalibus, in quibusdam eorũ remanet aliqua impressio sensibilis abeunte re sensibili, sicut cõtingit in omnibus animalibus perfectis. In quibusdam aũt non contingit hoc, sicut in quibusdam animalibus imperfectis, sicut patet in his quę non mouentur motu progressiuo. Et forte contingit ꝙ circa aliqua animalia remanet aliqua impressio quãtum ad aliqua sensibilia, quæ sunt vehementiora, non autem quantum ad aliqua quæ sunt debiliora. In quibuscunque igitur animalibus omnino nulla impressio remanet sensibilis, huiusmodi animalia nullam cognitionem habẽt, nisi dum sentiunt. Et similiter animalia, in quibus nata est remanere talis impressio, si circa aliqua sensibilia in eis nũ remanet, nõ possunt habere aliquam cognitionem nisi dũ sentiunt. Sed animalia in quibus inest huiusmodi remansio impressionis cõtingit adhuc habere, quandam cognitionem in anima præter sensum, & ista sunt, quę habent memoriam. Tertium gradum ponit ibi.

ARGY. *In his, cũ multa talia fiunt, differentia quædam emergit, vt quibusdam ex talium mansione ratio fiat, quibusdam non fiat.*

ANTI. vide in annot. *Multis igitur factis huiusmodi, iam differentia quædam fit. Quare in his quandam est fieri rationem ex talium memoria, in alijs vero non.*

Et dicit quòd cum multa sint talia animalia habentia memoriam, inter ea vlterius est quædã differentia. Nam in quibusdam eorum fit ratiocinatio, de his, quæ remanent in memoria, sicut in hominibus, in quibusdam autem non, sicut in brutis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ex sensu igitur fit memoria quemadmodum diximus, ex memoria vero sæpius eiusdem facta, experientia nascitur. Plures enim memoriæ numero vna experientia est. Experientia vero, aut ex omni vniuersali quietam iam in anima consecuto, quod est vnum præter multa, quodq; in omnibus illis vnũ inest, idemq; principiũ artis atq; scientiæ, pullulat. Artis, si sit circa generationẽ, scientiæ, si sit circa id, quod est. Neq; igit̃ determinati habitus insunt, neq; ab alijs ad cognoscendũ magis aptis habitibus, sed à sensu fiunt (vt diximus) veluti in prælio facta fuga, si stetit unus, stetit, et alius, deinde alius, donec ad principiũ est peruentum. Anima autem est talis, vt possit id pati.*

ANTI. vide in annot. *Ex sensu quidem igitur fit memoria sicut dixiumus, ex memoria autem multoties facta, experimentum. Multæ enim memoriæ numero, experimentũ est vnum. Ex experimento autem, aut ex omni quiescente vniuersali in anima vno præter multa, quod cum in omnibus vnum sit & idem, illud est artis principiũ, & scientię. Siquidem circa generationẽ artis est, si vero circa esse scientię. Neq; igitur determinati habitus, neq; ab alijs habitibus fiunt notioribus, sed à sensu, vt inuersione pugnæ. Vno.n. stante alter stetit, postea alter, quousque in principium veniat. Anima autem cum huiusmodi, sit qualis possit pati hoc.*

Ostendit ꝑm prædicta qũo in nobis fiat cognitio primorũ principiorũ, & concludit ex præmissis ꝙ ex sensu fit memoria, in illis. s. animalibus in qbus. s. remanet impressio sensibilis, sicut supra dictũ est. Ex memoria aũt multoties facta circa eandẽ rẽ in diuersis tũ singularibus fit experimẽtum, quia experimentũ nihil aliud videtur, quã accipere aliquid ex multis in memoria retentis. Sed tũ experimentũ indiget aliqua ratiocinatione circa particularia, per quã confertur vnum ad aliud, quod est prium rõnis. Puta cũ talis recordatur ꝙ talis herba multoties sanauit multos à febre, dicitur experimẽtum ꝙ talis sit sanatiua febris. Ratio aũt non sistit in experimento particulariũ, sed ex multis particularibus in quibus expertus est, accipit vnum cõmune quod firmatur in anima, & considerat illud absq; considerationе alicuius singulariũ, & hoc accipit vt principiũ artis & scientiæ. Puta diu medicus considerauit hanc herbã sanasse Sortem febrientem, & Platonem, & multos alio singulares homines, cum aũt sua cõsideratio ad hoc ascendit, ꝙ talis species herbę sanat febrientem simpliciter, hoc accipitur vt quędam regula artis medicinæ. Hoc est ergo quod dicit ꝙ sicut ex memoria fit experimentũ, ita etiam ex experimento, aut etiã vlterius ex vniuersali quiescente in anima, quod. s. accipitur ac si in omnibus ita sit sicut est experimentum in quibusdã. Quod quidem vniuersale dicitur esse quiescens in anima inquantum. s. considerатur prꝫter singularia in quibus est motus. Quod etiam dicit esse vnũ prꝫter multa, non quidem ꝑm esse, sed ꝑm considerationem intellectus, qui considerat naturã aliquam puta hominis, non respiciendo ad Sortem, & Platonem. Quod & si ꝑm considerationem intellectus sit vnũ prꝫter multa, tñ ꝑm esse est in omnibus singularibus vnum & idem, non quidem numero, quasi sit eadem humanitas numero omniũ hominum, sed ꝑm rationem speciei. Sicut. n. hoc albũ est simile illi albo in albedine, nõ quasi vna numero albedine existente in vtroque, ita etiã Sortes est similis Platoni in humanitate, nõ quasi vna humanitate numero in vtroq; existente. Ex hoc igitur experimento & ex tali vniuersali per experimẽtum accepto est in anima id, quod est principium artis & scientiæ. Et distinguit inter artem, & scientiã, sicut etiã in. 6. Ethic. vbi dicitur ꝙ ars est recta ratio factibilium. Et ideo hic dicit, ꝙ si ex experimẽto accipiatur aliquod vniuersale circa generationẽ. i. circa quæcunq; factibilia, puta circa sanationem, vel agriculturã, hoc pertinet ad artem. Scientia vero vt ibidem dicitur est circa necessaria, & ideo si vniuersale cõsideretur circa ea, quę semper eodem modo sunt, pertinent ad scientiã, puta circa numeros vel figuras. Et iste modus, qui dictus est competit in principijs omnium scientiarum & artium. Vnde concludit ꝙ neq; præexistunt in nobis habitus principiorum quasi determinati & completi, neq; etiam fiunt de nouo ab aliquibus notioribus habitibus præexistentibus, sicut generatur in nobis habitus sciẽtiæ ex precognitione principiorum, sed habitus principiorum sunt in nobis à sensu præexistente. Et ponit exemplũ in pugnis quæ fiunt per reuersionẽ exercitus deuicti fugati. Cum. n. vnus eorũ perfecerit statum. i. immobiliter ceperit stare & non fugere, alter stat adiungens se ei, & postea alter, quousque tot congregentur, ꝙ faciunt principium pugnæ, sic etiam ex sensu & memoria vnius particularis, & iterũ alterius, & alterius quandoq; peruenitur ad id, quod est principium artis & scientiæ, vt dictum est. Posset autem aliquis credere ꝙ solos sensus, vel memoria singulariũ sufficiat ad causandum intelligibilem cognitionem principiorũ, sicut posuerunt quidam antiqui non discernentes inter sensum, & intellectum, & ideo ad hoc excludendum Philosophus subdit, ꝙ cũ sensu oportet præsupponere talem naturam animæ, quæ posset pati hoc. i. sit susceptiua cognitionis vniuersalis, quod quidem fit per intellectum possibilem, & iterũ quòd possit agere hoc per intellectum agentem, qui facit intelligibilia in actu per abstractionẽ vniuersalium à singularibus. Deinde cum dicit.

Experimentum quid.

Lectio. 3. com. 4.

Quod

ARGY. *Quod autem dictum est antea, sed non dilucide dictũ est, id rursus dicemus. Nam cum steterit vnum, quæ non differunt, primum vniuersale tum in anima nascitur. Etenim sentit illud quidem singulare. Sensus autẽ est ipsius vniuersalis, vt hominis, sed nõ Calliæ hominis. Rursus in his ipsis stat, quousq; ad ea stet quæ partibus uacant, atq; ad ipsa vniuersalia, veluti tale animal, donec stet animal, & in hoc modo eodem. Necesse est igitur nobis, vt ex hisce pateat, ipsa prima inductione cognoscere. Sic enim & sensus efficit in nobis ipsum vniuersale.*

ANTI. *Quod autem dictum est olim alibi, non autem plane dictum est, iterũ dicamus. Stante enim vno indifferentium, primum quidem vniuersale in anima est. Et nanq; sentire quidem singulare est, sensus autẽ vniuersale est, vt hominis, non Calliæ hominis. Iterum in his statur, quousq; vtiq; impartibilia stent, & vniuersalia, vt huius animalis, quousq; animal, & in hoc similiter. Manifestum est, quoniam nobis prima inductione cognoscere necessarium est. Et Nanq; sic sensus vniuersale facit.*

Manifestat quod dictum est in præcedenti solutione, quantũ ad hoc, ꝙ experimento singulariũ accipitur vniuersale, & dicit ꝙ illud, quod supra dictũ est, & nõ plane, qũo. s. experimẽto singularium fiat vniuersale in anima, iterum oportet dicere, vt planius manifestetur. Si. n. accipiantur multa singularia, quæ sunt indifferentia quãtum ad aliquid vnũ eis existens, illud vnum ꝑm quod nõ differũt, in anima accepto, est primum vniuersale, quicquid tic illud, hoc. s. pertineat ad essentiam singulariũ, sive nõ. Quia. n. inuenimus Sortem, & Platonem, & multos alios esse indifferẽtes, quantum ad albedinem, accipimus hoc vnum. s. albũ. q. vniuersale, quod est accidens. Et similiter quia inuenimus Sortem, & Planẽ & alios esse indifferentes quantum ad rationabilitatem, hoc vnum, in quo non differunt. s. rõnale accipimus quasi vniuersale, quod est differentia. Qualiter aũt hoc vnum accipi possit, manifestat cõsequenter. Manifestũ est. n. ꝙ singulare sentitur proprie & per se, sed tñ sensus est quodãmodo & ipsius vniuersalis. Cognoscit. n. Calliam, non solũ inquantũ est Callias, sed etiam inquantũ est hic homo, & similiter Sortem inquantũ est hic homo. Et inde est ꝙ tali acceptio ne sensu præexistente, anima intellectiua põt considerare hominem in vtroq;. Si aũt ita esset, ꝙ sensus apprehenderet solum id, quod est particularitatis, & nullo modo cũ hoc apprehẽderet vniuersale in particulari, nõ esset possibile quod ex apprehensione sensus causaret in nobis cognitio vniuersalis. Et hoc idem manifestat consequẽter in processu, qui est à speciebus ad genus, & subdit ꝙ iterum in his. s. in homine, & equo. anima stat per considerationẽ, quousq; perueniatur ad aliquid impartibile in eis, quod est vniuersale. Vtputa consideramus tale, & tale animal, puta hominẽ & equum, quousq; peruenitur ad cõmune animal quod est genus superius. Quia igitur vniuersaliũ cognitionẽ accipimus ex singularibus cõcludit manifestũ esse, quod necesse est prima vniuersalia principia cognoscere per inductionẽ. Sic enim. s. per viam inductionis sensus facit vniuersale intus in anima, inquantũ considerantẽ oĩa singularia. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum aũt mentis habituum, quibus verum perspicimus quidam veri perpetuo sint, vt intellectus, atq; scientiam, quidam interdum falsum suscipiantur, vt opinio, subducendæq; rationis principium, nullumq; aliud genus exactius sit scientia, quam intellectus, atq; principia notiora sint demonstrationibus, scientiaq; cum ratione sit omnis, hæc inquam cuncta sint, scientia quidem principiorũ non erit. Sed, cũ fieri nequeat, vt aliud quicquam verius scientia sit, quã intellectus ipse, intellectus profectò principiorum habitus erit. Quod ex eo quoq; perspicuũ fuerit, quia demonstrationis principium non est demonstratio. Quare neq; scientia, si igitur præter scientiam nullũ aliud genus verum habemus, quam intellectũ, intellectus sane scientię principium erit, atq; principium quidem est ipsius principij. Scientia autem ad rem omnem sese habet similiter.*

ANTI. vide in annot. *Quoniam autem eorum, qui circa intelligentiam habituum, quibus verũ dicimus, alij quidem semper ueri sunt, alij aũt recipiunt falsitatem, vt opinio, & ratio veri aũt sunt semper scientia, & intellectus, & nihil est scientia certius aliud genus, quã intellectus, principia demonstrationum sunt notiora, scientia autẽ omnis cum ratione est, principiorum quidem scientia non vtiq; erit. Quoniam aũt nihil verius contingit esse scientiæ, quam intellectus, intellectus vtiq; erit principiorũ, ex his considerantibus. Et quòd quidem demonstrationis principiũ non sit demonstratio, quare neq; scientiæ scientia est. Si igitur nil aliud secundum scientiã genus habemus verũ, intellectus vtiq; erit scientiæ principium, & principium principij. Hoc autem omne similiter se habet ad omne genus rerum.*

Vide in annot.

Soluit primas duas quæstiones, vtrũ. s. primorũ principiorũ sit scientiæ vel aliquis alius habitus. Circa quod ex prꝫmissis accipitur ꝙ principiorum cognitio pertinet ad intellectũ, cuius est cognoscere vniuersale. Nam vniuersale dicit esse principium scientię. Circa intellectum aũt sunt duo genera habituũ habentium se aliqualiter ad verum. Quidam. n. sunt semper veri, alij vero interdum recipiunt falsitatẽ, vt patet de opinione, & ratiocinatione, quę potest esse veri & falli. Sunt etiam, & quidã habitus erronei se habentes ad falsum. Quia vero principia sunt maxime vera, manifestũ est ꝙ non pertinent ad habitus, qui semper sunt falli neq; etiam ad habitus, qui interdum recipiunt falsitatem, sed solũ ad habitus, qui semper sunt veri. Huiusmodi aũt sunt scientia, & intellectus. Additur autem in. 6. Ethic. tertium. s. sapientia. Sed quia sapientia, vt ibidem dicitur comprehendit in se scientiã, & intellectum, est. n. quædã scientia, & caput sciẽtiarum, hic eam prætermittit. Hac ergo prætermissa nullũ aliud genus cognitionis, quam intellectus est certius scientia. Manifestũ est autem ꝙ principia demõstrationum sunt notiora conclusionibus demonstratis, in vt principio habitum est. Non autem potest esse scientia iplorum principiorum, quia omnis scientia sit ex aliqua ratiocinatione. s. demõstrativa, cuius sunt principia illa, de quibus loquimur. Quia igitur nihil potest esse verius, quam scientia, & intellectus, nam sapientia in his intelligitur, consequens est ex considerатione præmissorum ꝙ principiorum propriæ sit intellectus. Probat hoc etiam alia ratione, quia. s. demonstratio non est ex necessitate demonstrationis principiũ, alioquin procederetur in demonstrationibus infinitum, quod in primo improbatũ est. Cum igitur demonstratio sciẽtiam causet, sequitur quòd neq; scientia possit esse principium scientiæ, ita. s. ꝙ principia scientiarum per scientiã cognoscantur. Si igitur nullum aliud genus cognitionis prꝫter sciẽtiam habemus, quod semper sit verũ, relinquitur ꝙ intellectus erit principiũ scientiæ, quia. s. per intellectum cognoscuntur principia scientiarũ, ita. s. ꝙ hic intellectus qui est principiũ sciẽtiæ, est cognoscitiuus principij ex quo procedit scientia. Hoc autem. s. scientia est omne, i. totum, quod similiter se habet omnem rem, id est ad totã materiam, de qua est scientia, sicut. s. intellectus ad principium scientiæ.

Vide in annot.

Cap. 40.

Lect. 6.

Lect. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOM. AQVINATIS
ORDINIS PRAEDICATORVM
SVMMA
TOTIVS LOGICAE ARIST.
EX OPVSCVLIS
EXCERPTA.

Quodam doctrinæ ordine omnes Logicæ Libri ordinantur.

Opuscu. xlviij.



MNES Homines natura scire desiderant. Scire autẽ est effectus demonstrationis, est.n.demonstratio syllogismus apodiricon.i. faciẽs scire. Ad hoc autem ꝙ tale desideriũ naturale compleatur in homine, necessaria est demonstratio, non.n.potest esse effectus inquantum huius. sine causa. Et quia,vt dictum est,demonstratio est syllogismus, ad cognoscendum eam necesse est præcognoscere syllogismum. Syllogismus aũt, cum sit quoddam totum aggregatũ ex partibus,cognosci non poterit partibus ignoratis. Ad cognoscendum ergo syllogismum oportet primo cognoscere partes eius,partium aũt syllogismi quædam sunt propinquæ,vt propositiones, & conclusio,quæ omnes enunciationes dicũtur. Quædam vero sunt remotæ,vt termini, qui sunt partes enũciationis,ideo ista oportet tractare,s. de enunciatione & de terminis,antequam de syllogismo tractetur. Quilibet aut terminus,qui sine complexione dicitur,significat substantiam,aut quantitatem aut qualitatem,aut aliquid aliorũ prædicamentorũ : & ideo antequam de enunciatione tractetur,oportet determinare de prędicamentis. Et quia prædicamentũ vt hic sumitur nihil aliud est quã ordinatio prædicabiliũ in ordine prędicamentali,ideo ad cognoscendũ prædicamenta oportet præcognoscere prædicabilia. Ad hoc ergo vt perueniamus ad ipsum scire ab omnibus naturaliter desideratum,itte debet esse ordo, quem cum auxilio Dei tenebimus,vt primo tractetur de quinq; prędicabilibus. Secundo de decem prædicamentis. Tertio de enunciatione. Quarto de syllogismo simpliciter. Quinto de syllogismo applicato ad materiã demonstratiuã seu de demonstratione. De syllogismo vero applicato ad materiã probabilem, qui pertinet ad partem Logicæ quæ dialectica dicitur,de quo tractatur in lib. Topic. & de syllogismo applicato ad materiam sophisticam,qui opponitur syllogismo dialectico, de quo tractatur in lib. Elenchorum, non intendo me ad præsens intromittere.

In fine huius, opus fallaciarum absque ædium iã semi confecto,his addere placuit.

TRACTAT. DE VNIVERSALIBVS, SEV PRAEDICABILIBVS.

Quid sit vniuersale, & quomodo originetur. Cap. I.

AD cognoscendum quinq; vniuersalia,seu prędicabilia,quę Porphyrius ponit,sciendum est,ꝙ, quia intellectus noster est separatus à materia, non enim est potentia affixa organo corporali seu materiali, & omne quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis: ideo illud,quod obiectiue in actu recto intellectui representatur, oportet esse denudatũ à materia & à conditionibus materiæ, quæ sunt hic & nunc. Et dico hic,denudatum à materia,non simpliciter ab omni materia, sed à materia signata. Res enim naturales intelliguntur cum materia,& propter hoc dictum est,ꝙ debet esse denudatum à conditionibus materiæ. verbi gratia, in nostra phantasia est phantasia seu forma repræsentans hunc hominem secundum quòd fuit in aliquo sensu exteriori, quæ forma virtute intellectus agentis agit in intellectum possibilem,sicut colores virtute luminis agunt in potentiam visiuam,& causatur nunc in intellectu possibili quædã forma, quæ dicitur species intelligibilis, vel secundum alios actus intelligendi,vel verbum, quæ forma representat hominem, non tamen vt est hic & nunc, sed abstractũ à talibus conditionibus, & hoc dicitur esse vniuersale. Vnde in homine sic intellecto est duo considerare scilicet ipsam naturã humanam, seu habens eam, & ipsam vniuersalitatem seu abstractionem à dictis conditionibus materiæ : quantũ ad primũ homo dicit rem, quantum vero ad secundũ dicit intentionem,non enim in re inuenitur homo,qui non sit hic & nunc, & ipsa natura,vt sic dicitur esse prima intentio. Sed, quia intellectus reflectitur supra se ipsum,& supra ea, quæ in eo sunt siue subiectiue siue obiectiue,considerat iterum hominem sic à se intellectum siue conditionibus materiæ, & videt,ꝙ talis natura cũ tali vniuersalitate seu abstractione intellecta põt attribui huic & illi indiuiduo,& ꝙ realiter est in hoc & illo indiuiduo : ideo format secundam intentionem de tali natura, & hanc vocat vniuersale, seu prędicabile, vel huiusmodi. Secundũ ergo prædicta res, vt est intellecta,dicitur vniuersalis,ſm autem ꝙ intellectus talem vniuersalitatem considerat, secũdum hoc attribuit sibi aliquid.s.esse in pluribus,vel dici de pluribus, & sic dicitur secunda intentio. De quibus secũdis intentionibus nũc dicemus.s.de quinq; vniuersalibus seu prædicabilibus, quæ vniuersalia dicuntur, prout intellectus attribuit eis esse in pluribus, prædicabilia vero dicuntur prout intellectus attribuit eis dici de pluribus. Sunt autẽ hæc, genus, species, differentia, proprium, & accidens.

Quid sit genus, & vnde originem habeat. Cap. II.

GEnus,vt hic sumitur,est quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid. Ad videndum autem particulas huius descriptionibus, sciendum est,ꝙ genus dicitur prędicari de pluribus speciebus,seu diuiditur in plures species. Et, cũ non sit vnũ secundum se,sed solum secundũ rationem,ideo non diuiditur secundum rem. Et,quia genus non est vnum re, ideo partes subiectiuæ,seu species, in quas diuiditur,sunt realiter diuersæ & distinctæ inter se, ideo oportet quòd aliquod reale habeant in se,per quod reale vna sit diuersa ab alia. Vbi nota, quòd vna & eadem res per suam essentiam cum essentia alterius rei habet aliquam conformitatem seu conuenientiam, & aliquam differentiam realem,quæ conformitas vel differentias potest esse maior vel minor per comparationem ad diuersas res. verbi gratia, fortes per essentiam suam, quæ est ex hac anima quòd hoc corpore conformatur Platoni, & huic equo & huic plantæ. Sortes enim per suam essentiam est rationalis sentibilis, & viuus, in omnibus his tribus est conformis

Vide Porphyriũ ca.

formis Platoni,huic autem equo est conformis in duobus scilicet in sensibili & in viuo,& in vno est differentias quia in eo est realiter rationale,quod nõ est in hoc equo. Huic vero plantæ conformis est in vno scilicet in viuo. Quia vero intellectus noster ea,quæ in re sunt coniuncta,potest distinguere, quando vnum eorum non cadit in rationem alterius, & cum rationale in se consideratum non sit de ratione sensibili,nec sensibile de ratione viui, ideo ea in sorte separatim accipit,vt dictum est per respectum ad diuersa. Quando ergo intellectus considerat in re illud,in quo conuenit cum alijs rebus illi rei conceptę attribuit intentionem vniuersalitatis. Et, quia in qualibet re singulari est considerare aliquid quod est propriũ illius rei inquantum est hæc res, sicut in sorte est considerare aliquid,quod est ita proprium sortis, inquantum est hic homo,quod nulli alij conuenit. Rei ergo sic conceptæ,attribuit intellectus intentionem singularitatis,& vocat illud singulare,vel indiuiduum.& hæ secundę intentiones sunt scilicet vniuersalitas & singularitas. Vnde licet supradictum fuerit, ꝙ intentiones fiunt ab intellectu,tamen oportet ꝙ aliquod fundamentum habeant in re extra,nam intentioni singularitatis,respondet extra illud,quod est proprium sortis, inquantum est hic homo. Intentioni vero vniuersalitatis respondet extra, vt fundamentum,illud,in quo sortes est conformis cum alijs rebus. Cum igitur ea,quæ in vno conformantur & in alio sunt differentia, dum modo talis differentias sit secundum formam, & non secundum materiam signatam,vel secundum illud, quod est proprium huic indiuiduo inquantum huiusmodi,illi vni,in quo talia conueniunt,attribuit intellectus intentionem generis & vocat genus. Vbi nota secundum Auicennam ꝙ duplex est forma. Quædam est,quæ est pars compositi,sicut anima est forma hominis,exanima enim & corpore componitur homo. Quædam autem sequitur totum compositum, vt humanitas,quæ etiam est forma hominis, & isto modo sumpta forma dicitur quidditas, & est illud quod intellectus intelligit de re. Quando ergo intellectus intelligit prædictam formam,seu quidditatem,vt est determinata ad hanc materiam,puta humanitatẽ,vt est in hac materia signata scilicet in his carnibus, & in his ossibus & huiusmodi,tunc faciendo concretum, puta hunc hominem intelligit singulare, & huic attribuit intentionem singularitatis,si vero dictam formam intelligit,põ vt est determinata ad hanc materiam, quia omnis talis forma de se pluificabilis est ad hanc & ad illam materiam habenti talem formam intellectus attribuit intentionem vniuersalitatis. Vnde homo est vniuersale. Et si ea, quæ in hac forma conueniunt,non habent inter se differentiam pertinentem ad dictam formam,sed solum sunt differentia per materiam signatam istius vel illius,in qua dicta forma determinata est in illo, vel in illo secundum modum, qui dicetur in tractatu de specie, illa dicuntur solum differre numero & concretum substantiuũ huiusmodi formæ acceptæ, vt pluificari potest, puta homo, dicitur species specialissima. Si vero ea,quæ conueniunt in aliqua forma pluificabili, vt dictum est, sunt inter se differentia non solum quantum ad materiam signatam, vt dictum est,sed quantum ad differentiatem specificam puta ꝙ talis forma est animalitas, in qua conueniunt sortes, & hic equus, qui inter se non solum sunt differentes quantum ad has carnes, & hæc ossa,sed in hoc, quia hic homo habet formam humanitatis,& ille æquinitatis,talia dicuntur differre specie,& talis forma,in qua conueniunt in cõcreto sumpta,puta animal,est genus, & quia, vt dictum est, talis natura sumpta in cõcreto de pluribus formaliter differentibus, quæ sunt in diuersis speciebus, dici potest,hinc est ꝙ tali naturę intentio generis potest attribui. Ideo dicitur, ꝙ genus prædicatur.i.prædicabile est de pluribus differentibus specie,seu dicitur diuidi in plures species. Et hoc quod dictum est in concreto sumptum intelligitur solum in prædicamento substantiæ, in alijs vero prædicamẽtis & maxime in absolutis sumitur genus & species in abstracto. Dicitur autem genus prędicari in eo quod quid est.i.substantiue ſm grammaticos, vt aĩal,quod de homine & de equo prædicatur,est substantiuũ,& non adiectiuũ. Sensibile.n.quod de aĩali prædicatur, quamuis sit de essentia animalis, non tñ dicitur prædicari in quid,sed in quale.& causa est quia est adiectiuũ. Sciendum est aũt,ꝙ quia ea, quæ in quid prædicãtur,sunt de essentia seu quidditate eorum,de quibus prædicantur, ideo prædicari in quid non solum põt dicere modũ significandi,vt dictum est,sed etiam dicit quiditatem ipsius,de quo prædicatur,& patet quid sit genus.

Vide Porphyriũ ca. 3.

Quid sit Species & vnde sumat originem. Cap. III.

SPecies est,quę prædicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid. licet autem hic prædicta describtio speciei ex dictis posit intelligi,tamẽ ad maiorem declarationem aliquorum, quæ supradicta sunt, sciendum, est ꝙ licet principium indiuiduationis proprium sit à materia signata,vt supradictum est,non tamẽ est intelligendum ꝙ aliqualiter non sit à forma. Vbi nota, ꝙ aliquid distingui ab aliquo per formam dupliciter potest esse. Vno modo, ꝙ talis distinctio sit per formam ratione formæ secundum quod in formis diuersi gradus inueniuntur,& quæ sic distinguuntur necesse est vt differant specie,vt supra dictum est. Alio modo potest aliquid distingui ab alio per formam,non secundum absolutam rationem formæ, sed secundum ꝙ est hæc forma, & sic differunt numero duæ quantitates separatæ, siue sint separatæ per intellectum, vt in mathematicis, siue sint separatæ à materia secundum rem virtute diuina, vt quantitas duarum hostiarum consecratarum, quantitas enim quædam forma est. Et sic etiam differunt animæ separatæ numero, non enim differunt per materiam quã non habent,nec ei coniunguntur, nec per relationem ad materiam cui coniungibiles sunt, cum relatio sit posterior ipso relato. Vbi nota,ꝙ omnis forma sub se habens multa id est quę vniuersaliter sumitur, habet quandam latitudinem,nam inuenitur in pluribus & dicitur de pluribus. Duplex autem potest esse latitudo in formis, vna secundum gradus formales, quorum vnus secundum se nobilior & profectior est altero,& hæc,vt dictum est, latitudo generis est, sub qua sunt diuersi gradus formales specifice differentes. Alia latitudo est secundũ pluificationem numeralem in eodem gradu, & quia ista latitudo non est secundum absolutam rationem formę,oportet ꝙ forma,in qua est talis latitudo, importet in sua ratione aliquid, per quod cõueniat sibi talis latitudo,quod sit aliud ab absoluta ratione formę. Et si loquamur de illa forma,quę est pars compositi, puta de anima rationali,illud propter quod sibi talis latitudo conuenit,est imperfectio quędam, secundum scilicet ꝙ nata est habere rationem partis alicuius totius, non solum ꝙ sit pars secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum rationem,quia etiam formæ ſpecificæ ſunt partes ſecundum rationem, ſed quod ſit pars ſecũdum rem. Nam anima rationalis eſt pars realis hominis, & albedo eſt pars realis hominis albi. Vnde ad hoc q̃ tales formæ multiplicentur ſub ſpecie, oportet q̃ habeant illam potentialitatem,quæ facit partes reales, & ſecundum hoc illa potentialitas,per quam anima rationalis per eſſentiam ſuam nata eſt eſſe pars compoſiti, dat ei quandam latitudinem plurificationis ſecundũ eundem gradum, nõ obſtante,quod ſit ſeparata & actu non informet materiam. Et,quia talis potentialitas non comperit eſſentiæ angelorum,ideo angeli non differunt inter ſe numero,ſed quilibet angelus facit ſpeciem per ſe. Non enim eſt apta nata natura,ſeu eſſentia angeli eſſe pars compoſiti, ex qua compoſitione conſequatur ſpecies,ſicut anima humana. Potentialitas ergo formæ,quam forma habet,ſ.vt iungatur materiæ facit ſub ea multiplicari indiuidua, & ſic debet intelligi quod ſupra dictum eſt, q̃ ſcilicet humanitas,quæ eſt forma ſequens totum compoſitum, ſi conſideretur, vt eſt determinata ad hanc materiam ſignatam, facit ſingulare.Humanitas enim vt dictum eſt,dicit animam & corpus, vnde dicendo hoc corpus & hanc animam dicit ſingulare.Et quia anima in eodem gradu exiſtens non poſſet diuidi in plura, vt dictum eſt, niſi propter potentialitatem,quam habet.vt vniatur materiæ ſignatæ,ideo dicendum eſt, q̃ materia ſignata eſt principium indiuiduationis, forma autem non niſi per materiam,ad quam habet naturalem potentiam,vt ſibi vniatur,& ſic patet quid eſt ſpecies.Sciendum tamen eſt,q̃ licet forma ſpecifica, vt dictum eſt, de ſe plurificabilis ſit propter potẽtialitatem quam habet, vt materiæ vniatur, tamen aliquando talis plurificatio accidentaliter impeditur.puta,ſi omnes homines morerentur,& vnus ſolus remaneret,tunc humanitas non eſſet in pluribus materijs. Vel poteſt impediri propter conditionem materiæ,ſicut modo eſt vnus tantum ſol,non quod repugnet naturæ ſolari eſſe in pluribus ſecundum conſiderationem formæ, ſed quia non eſt alia materia ſuſceptiua talis formæ,vnde ſol eſt ſpecies in vno indiuiduo.

De origine differentiæ, & quid ipſa ſit ſecundum rem & intentionem. Cap. IIII.

DIfferentia,vt hic ſumitur, dupliciter deſcribitur. Primo ſic.Differentia eſt,quæ prędicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo q̃ quale. Secundo ſic, Differentia eſt qua ſpecies abundat à genere. Ad videndum autem primam deſcriptionem,ſciendum eſt, q̃,vt ſupra dictum eſt,in aliquibus formis poteſt eſſe latitudo in eadem forma ſecũdum gradus formales. Quorum vnus ſecundum ſe eſt nobilior & perfectior alio, & ab hac forma ſumitur genus. Vbi nota,q̃ in entibus ſunt diuerſi gradus eſſendi,ſiue ſint gradus ſubſtantiales, ſiue accidentales,qui gradus,licet in aliquibus entibus ſint diſperſi, tamen aliquando inuenitur aliquod vnum plures gradus perfectionis ſubſtantiales vel accidentales comprehendens.Verbi gratia,vegetabile, ſenſibile, rationale ſunt gradus entium ſubſtantiales.Planta enim ſubſtantialiter eſt vegetabilis, canis vero ſubſtantialiter eſt ſenſibilis,& homo ſubſtantialiter eſt rationalis.& iſti gradus diſperſi in multis aliquando inueniuntur in vno ſolo, puta in homine,homo namque per ſuam formam ſubſtantialem,quæ eſt vna,habet omnes iſtas tres perfectiones, nã eſt vegetabilis & eſt ſenſibilis & eſt rationabilis. Vnde ſortes per vnam ſuam eſſentiam conformatur plantæ & cani & Platoni,vt ſupradictum eſt,hæc autem conformitas,quæ eſt ſortis ad plantam poteſt eſſe vna duorum, ſicut enim ſimilitudo duorum nigrorum eſt vna amborũ quia vnius vt ſubiecti,& alterius vt termini, ſic talis conformitas eſt ſortis,vt ſubiecti,& illius plantæ,vt termini. Nec propter hoc dico, q̃ talis conformitas ſit relatio ſecundum eſſe,ſed eſt relatio ſecundum dici,vt fundamentum relationis ſecundum eſſe.Talis autem conformitas, quæ realiter vna eſt, vt dictum eſt, mouet intellectum noſtrum ad vnum conceptum,puta viuum, à quo conceptu ſumitur genus,vel aliquando ſpecies, vt ex ſupra dictis haberi poteſt.Vnde talis conformitas ſe habet ad genus vt fundamentum remotum,conceptus vero viui, ad quem talis conformitas mouet intellectum, ſe habet ad genus vt fundamentum propinquum, & ſic licet vnitas generis ſit vnitas rationis,tamen aliquo modo habet fundari in vno ſecundum rem.Differentias vero,quæ eſt inter ſortem & plantam eſt, quia ſortes ſentit, non autem planta,à qua differentiate ſumitur differentia, quæ diuidit viuum,quod commune eſt homini & plantæ. Vnde per hanc differentia oſtenditur, q̃ viuum inuenitur in habente aliquam aliam perfectionẽ, quæ non eſt in planta. Et,quia in tali perfectione,puta ſenſibili, conuenit ſortes cum cane,ſimiliter inter eos eſt vna conformitas mouens ad vnum conceptum, à quo ſi ſumatur in concreto ſubſtantiue,ita q̃ tale concretum de ſuo ſignificato dicat explicite & viuum & ſenſibile ſumitur aliud genus, ſcilicet animal, ſi vero ſumatur in concreto adiectiue, ita q̃ de ſuo ſignificato dicat ſolam illam perfectionem explicite.ſ.ſenſibile,ſumitur differentia, puta inquantum dicatur ſenſibile, & ſic de alijs vſque ad vltimam differentiã ſpecificam,infra quam non eſt perfectio formalis. Cum ergo de tot poſsit dici ſenſibile, de quot dicitur animal, ſed animal,quod eſt genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie,ſimiliter & ſenſibile quod eſt differentia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Notandum, q̃ forma ſubſtantialis habet duplex eſſe. Vnum eſt obiectiue in intellectu, & ſecundum hoc eſſe intellectus attribuit ſibi nomen abſtractum.Conſiderat enim eam intellectus non conſiderando materiam,in qua eſt,& propter ea dat ſibi nomen abſtractum,vt humanitas.Aliud eſſe habet in materia,ad quam habet duplicem habitudinẽ, vna eſt,quia inhęret ei tanquam ſaluata in ipſa,& ſic aliquo modo habet modum accidentis,& ſic dat ei intellectus nomen concretum adiectiuum,quale eſt nomen accidentis,vt humanum. Secunda comparatio, quam habet ad materiam,vt complens & perficiens ipſam, vt ſic non habet modum accidentis, ſed modum ſubſtantię, & ſic dat ei intellectus nomen concretum ſubſtantiuum, vt homo.

Notandum, q̃ animal differt à ſenſibili, quia animal dicitur ab anima ſenſibili, ſenſibile autem dicitur à ſenſibilitate,& quia anima ad ſenſibilitatem ſe habet ſicut potentia ad actum, ideo differentia magis eſt actualis quã id cuius eſt differentia,licet tantum ambiant ambo. Dicitur autem differẽtia prędicari in quale ideſt adiectiue. huius ratio eſt,vt enim dictum eſt differentia diuiſiua alicuius generis ſumitur à perfectione, quam non habent omnia quę ſunt ſub genere, quę perfectio comparata ad illud, vnde ſumitur genus, ſe habet vt quoddam perfectum, & per conſequens vt formale, & quia addiectiua communiter

communiter à formis ſumuntur, quæ formæ habẽt adiacere,ideo ad deſignandum, q̃ differentia ſumitur à ſolo formali,& illud ſolum dicit explicite, perfecta eſt differentia per modum adiectiuum in ſui prædicatione. Ad videndum autem ſecundam diffinitionẽ differentiæ,ſciẽdum, q̃ impoſsibile eſt partem de toto prædicari, ſed quicquid de alio vere prędicatur,oportet q̃ dicat totum. Cum autem de ſorte prædicetur homo,& animal,& rationale,oportet q̃ homo dicat totum formale, quod eſt in petro,& dico formale loquendo de forma,quæ ſequitur totum compoſitum. Similiter oportet q̃ animal dicat totum formale, & ſimiliter rationale dicat totũ formale, ſed diuerſimode, nam rationale dicit totum illud, quod dicit homo,non tamẽ explicite,ſed implicite. Rationale enim dicit habens rationem, vnde de ſuo principali ſignificato dicit ſolum rationem, ſed, quia dicit habens rationem,in hoc q̃ dicit habens,intelligitur implicite homo quicunque ſit ille,& ſic dicit totum quod dicit homo,aliquid tamen explicite & aliquid implicite.Similiter etiam animal dicit totum,quod dicit homo,non tamen explicite.Dicit enim animal habens vitam & ſenſum. Vnde de ſuo principali ſignificato ſolum dicit vitã & ſenſum,ſed in hoc,q̃ dicit habens,implicite intelligitur homo,homo vero dicit explicite totũ formale quod eſt in ſorte,nam dicit habens humanitatem,quæ humanitas dicit explicite motũ & ſenſum, quod dicit animal, & rationẽ quam dicit rationale. Vnde homo de ſuo principali ſignificato dicit animal rationale.Comparando.n. ſignificata iſtorum explicite,cum genus & differẽtia, vt dictum eſt, non ſignificent quodlibet eorum niſi partẽ,ſpecies vero explicite ſignificet illud, quod ſignificat vtrunque: ergo ſignificatum explicitum ſpeciei excedit ſignificatum explicitum generis in ſignificato explicito differentiæ, ſimiliter etiam excedit ſignificarum differẽtiæ in ſignificato generis. Bene ergo dicitur in prædicta deſcriptione, q̃ differentia eſt, qua ſpecies abundat à genere, quia ſpecies abundat ideſt excedit in ſuo ſignificato etiam illud quod explicite ſignificat differentia, & ſic patet quid eſt differentia ſecundum ſui rationem.

De genere Generaliſſimo, & Subalterno, & quòd ens non poteſt eſſe genus. Cap. V.

Vide Porphyriũ ca. 3.

DIuiditur autem genus in genus generaliſsimũ & genus ſubalternum. Genus generaliſsimum eſt illud, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Quod ſic debet intelligi,vt enim dictum eſt, genus ſumitur à conceptu conformitatis aliquorum, quæ in aliquibus alijs perfectionibus formalibus ſunt differmia, à quibus perfectionibus formalibus ſumuntur differentiæ.Sicut animal eſt genus,quia dicit motum & ſenſum, in quibus homo & equus conformantur,qui tamen ſunt differmes in aliquibus alijs perfectionibus, puta quia in homine eſt ratio,quæ non eſt in equo,à qua ſumitur differentia,ſ.rationale. Conformatur etiam homo cum plãta in viuo,ex qua conformitate ſumitur aliud genus ſcilicet animatum corpus,& hæc eſt maior conformitas quã prima, & quia ad plura ſe extendit animatum corpus quam animal, ideo hoc eſt ſuperius genus. Cum lapide vero conformatur in corporcitate, aqua ſumitur aliud genus ſuperius ſcilicet corpus. Cum angelo vero conformatur in ſubſtantia, quæ adhuc eſt remotior conformitas,à qua ſumitur aliud genus ſcilicet ſubſtantia. Si vero eſſet homo differmis rei in ſubſtantia nulla eis conformitas remanet, niſi entitas. Cum autem ens non poſsit eſſe genus vt dicetur,reſtat q̃ ſubſtantia ſit genus generaliſsimum,reliqua vero genera,quæ ſubſtantia diximus.ſ.corpus,animatum corpus,& animal ſunt genera ſubalterna, quæ aliquando ponũtur eſſe genera,& aliquando ſpecies quodlibet.n.eorum eſt ſpecies reſpectu ſuperioris generis,& eſt genus reſpectu inferioris ſpeciei.Ex his pôt patere,qũo vna & eadem differentia eſt diuiſiua & conſtitutiua,ſi enim animatum,q̃ eſt differentia, addatur corpori,cum illud,quod ſignificat corpus, inueniatur in nõ habentibus hanc perfectionem,quæ eſt animatum, hæc differentia diuidit corpus,quod modo eſt genus,& conſtituit vnam ſpeciem.ſ.animatũ corpus.Vnde hæc differentia,animatũ modo eſt diuiſiua generis, & cõſtitutiua ſpeciei.& ſic eſt accipere in alijs generibus vſque ad ſpecies ſpecialiſsimas, quarum nõ ſunt differentię diuiſiuę. Quæ autem ſint ſpecies ſpecialiſsimè, ex dictis haberi poteſt.Quod aũt ens nõ poſsit eſſe genus ſic patet.Vt.n. dictum eſt,illud eſt genus,quod ita ſe habet ad ſuam differentiam diuiſiuam,q̃ differentia ſignificat aliquid explicite, quod non ſignificat ipſum genus, licet implicite ambo totum dicant,vnde genus eſt extra intellectũ differentiarum, & datur exemplum in rebus compoſitis ex materia & forma,ignis.n.& aqua conueniunt in materia prima,differunt autem in forma,quia alia eſt forma ſubſtantialis ignis,& alia aquæ.Vnde ignis & aqua ſic conueniũt in materia,q̃ materia eſt pars eſſentialis eorum,forma vero ignis & aquæ conueniunt in materia, ſicut in quodam diuerſo ab eſſentia eorum,determinabili tamen per ipſas.Sic ſuo modo ſpecies aliter conueniunt in genere quam differentiæ. nam ſpecies conueniunt in genere, ſicut in eo,quod includitur in ratione ipſarum, & in earũ principali ſignificato, in ratione.n.hominis & in eius principali ſignificato includitur animal. Sed differentiæ conueniunt in genere,ſicut in quodam determinabili ſecundum rationem per eas,quod eſt extra intellectum earum,ſicut rationale & irrationale conueniunt in animali.Cum ergo nihil poſsit inueniri, extra cuius intellectũ ſit ens, nihil poterit eſſe differentia entis, nec per conſequens ens poterit eſſe genus.A ſignatur etiam alia ratio quare ens non ſit genus, quia non poteſt eſſe vniuocum ad ſubſtantiam & accidens. Notandum, q̃ in prædicto exemplo aliter ſumitur materia quam ſumebatur in primo, quando dictum eſt, q̃ indiuidua diſtinguuntur per materiam, & q̃ materia eſt principium indiuiduationis. Eſt.n.materia prima & materia ſignata,ſeu hæc,quæ videlicet quantitate ſignatur, & alijs accidentibus indiuiduantibus.Dicitur autem materia prima illud, quod eſt in potentia ad omnes formas ſubſtantiales,quæ conſideratur ſolum in ſua nuda potentialitate, quæ dicitur vna per remotionem omnium formarum inquantum conſideratur vna quidem natura potentialis perfectibilis per formas abſq; hoc, q̃ actu perfecta ſit, & de iſta materia loquebamur in exẽplo ſupra poſito.Materia vero ſignata ſeu hæc dicitur,prout habet eſſe cũ hac quantitate & hac qualitate & in alijs accidentibus,& ſic conſiderata nõ eſt vna omniũ,ſed per quælibet indiuidua eſt diuiſa,ſicut diuiſa ſunt prædicta accidentia vnicuiuſque indiuidui. Et, quia omnia indiuidua & quodlibet eorum habet partẽ primæ materiæ conſiderando illam partem,non vt eſt ſignata ex his vel his accidentibus, dicitur ignis & aqua cõuenire in vna materia, vt in dicto exẽplo dictum eſt.

Ens non poteſt eſſe genus.

Pater

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patet ergo de tribus prædicabilibus essentialibus, quæ concurrunt ad ordinandum prædicamentum, scilicet de genere specie, & differentia, quæ dicuntur essentialia, quia sunt de essentia eorum, de quibus prædicantur &c.

De origine Proprij, & quomodo inest omni individuo speciei et semper. Cap. VI.

Vide Porphyriū.ca.5.

NVnc dicendum est de duobus prædicabilibus accidentalibus, scilicet de proprio & accidente. Dicuntur autem accidentalia, quia non sunt de substantia, siue de essentia subiectorum, de quibus prædicantur. Notandum, q̄ ens reale diuiditur in substantiam & accidens, vnde sic sumendo accidens, prout diuiditur contra substantiam, proprium est accidens, & inter accidentia computatur, non. n. est de substantia eius, cuius est proprium, nec potest esse in prædicamento substantiæ. Alio modo sumitur accidens, non vt diuiditur contra substantiam, sed vt est vnum de quinque prædicabilibus, & sic proprium non est accidens, immo cōtra illud diuiditur. Describitur autem proprium sic, Proprium est quod inest vni soli, & semper, & conuersim prædicatur de re. Ad videndum autem particulas huius diffinitionis, quia valde est nobis necessarium scire proprium, quod quia Philosophus proprium passionem proprium vocat, quia in demonstratione nihil aliud concluditur nisi propria passio de subiecto, sciendum q̄ aliquid de aliquo dici seu prædicari contingit dupliciter. s. per se & per accidens. Prædicatio per accidens potest fieri tripliciter. Vno modo quando accidens prædicatur de subiecto, vt homo est albus, Alio modo, quando subiectum prædicatur de accidente, vt album est homo. Tertio modo, quando accidens prædicatur de accidente, vt album est musicum.

Prædicatio vero per se fit multipliciter, vt patebit in tractatu de demonstratione. Quorum secundus modus dicendi per se est, quādo proprium prædicatur de eo, cuius est proprium, vt homo est risibilis. Cum ergo proprium prædicatur de subiecto, quia non prædicatur per accidens, sicut dictum est de accidentibus respectu suorum subiectorum, sed per se, aliam habitudine habet ad subiectum suum quam habeant accidentia cōmunia. Illa nanque nullam habitudinem habent ad sua subiecta, nisi vt ad causam materialem, sumēdo hic materiam pro subiecto quōd est in potentia ad accidentia, sicut ad quosdam actus sibi inhærentes. Vnde si proprium solam hanc habitudinem haberet ad subiectum, vt. s. subiectum solum modo esset passiuum & receptiuum eius, tunc, cum illud, quod est receptiuum tantū alicuius non imponat necessitatem essendi ei, respectu cuius est tale, sequitur, q̄ proprium non de necessitate sequatur subiectū, nec per consequens per se posset prædicari, & tamen videmus oppositum. Nam in rebus naturalibus videmus quasdam operationes, quæ conueniunt semper oībus, quæ sunt eiusdem speciei, sicut attrahere ferrum semper conuenit omni magneti. Vnde oportet q̄ tales operationes sequantur aliquod principium intrinsecum permanens in illis corporibus, hoc tamen principium dicitur potentia, siue virtus, quia virtus est potentia, quę fertur ad vltimum, quod fieri potest. Tale ergo principium necessitatem essendi habet à forma specifica illius rei. Nec pōt dici, q̄ tali virtuti subiectum non imponat necessitatem essendi, sed generans, quia, si subiectum nullam habeat necessariam habitudinem ad tale proprium, quantuncunque generans semper generet subiectum cum tali passione, tamen talis propria passio per respectum ad subiectum esset per accidens, & non per se, & sic non posset demonstrari, cuius oppositum infra patebit. Restat ergo, q̄ subiectū habeat ad suum proprium habitudinem causæ efficientis, quod sic potest parere: nam propriæ qualitates agunt, vt instrumenta formarum substantialium, agunt enim ad productionem formarum substātialium, sicut calor ignis agit in ligna ad generandum ignem, quod non posset facere nisi esset instrumentum formæ substantialis huius agentis hoc ergo est, quia recipiunt virtutem à formis substātialibus agendi hoc, nec recipiunt tales qualitates à formis substantialibus aliquam virtutem differentē ab eius, nihil ergo aliud recipiunt nisi seipsas, formæ ergo substāliales subiectorum sunt causa effectiua suorum priorū. Verum circa hoc videtur magnum dubium. Nam sequitur q̄ idem subiectum sit f̄m idem agens & patiens, & q̄ idem sit causa agendi & patiendi respectu eiusdem, ad minus in substantijs separatis, quæ non habent partē extra partem. Vnde eadem substantia angeli secundum idem, quia indiuisibilis est, esset causa effectiua propriæ passionis, & receptiua, quod videtur inconueniens. Ad quod intelligendum sciendum est, q̄ sicut se habet res in patiendo, sic suo modo se habet in agendo, in patiendo autem non solum dicitur passiue se habere illud quod recipit aliud, sed etiam illud, quod illud disponit ad hoc recipiendum. verbi gratia, Cæra, quæ recipit figuram, dicitur passiue se habere ad figuram, & non solum ipsa cęra passiue se habet respectu figurę, sed etiā mollities disponens caram ad talem receptionem passiue se habet respectu figurę, licet enim mollities non sit in quo recipiatur figura sicut in eo quod est ratio recipiendi, est tamen alia quo modo dispositio ratio suscipiendi. Sic etiam suo modo principium originans aliquid quodam ordine, & quadam necessaria connexione mediāte aliquo alio aliquid producit, etiam illud quod producit respectu illius quod producitur se habet actiue. Sicut clauus infixus trabi, si semper motus daretur trabi mediante clauo, quamuis totus motus effectiue esse ab homine mouente vtrunque. s. trabem, & clauum, tamen clauus ad motum se haberet actiue respectu trabis. Sic suo modo se habet de subiecto respectu suę proprię passionis. nam subiectum est sicut clauus, passio sicut trabs, generans sicut mouens vtrūque, & dans esse vtrique. s. subiecto & passioni. sicut motus in clauo & trabe causatur à mouente, & sic saluatur vtraque opinio, & omne dubium remouetur. Ex dictis ergo possunt patere duę particulę diffiniciōis proprij. s. q̄ proprium inest omni & semper, si enim proprium necessariam, & naturalem connexionem habet ad formam specificam, vt dictum est, oportet q̄ inueniatur in omnibus, in quibus est forma specifica, sed forma specifica inuenitur in omnibus individuis eiusdem speciei, ergo proprium competit omni contento sub specie, & semper sibi conuenit quandiu formam illam specificā participabit, & sic patēt duę particulę diffinitiōis proprij &c.

Quod proprium inest soli speciei, & Conuersim de ipsa prædicatur. Cap. VII.

ADvidendum autem aliam particulam diffinitionis proprij. s. quomodo conuenit vni soli speciei, Sciendum,

Sciendum, q̄, vt supra dictum est diuersi sunt gradus perfectionis in entibus, quos Philosophus. 8. Metaphycæ comparat numeris. Vnde dicit, q̄ species rerū sunt sicut numeri, & ideo sicut numeri respectu vnitatis diuersos habent gradus formales, sicut alius est gradus quaternarij, quā quinarij & sic de alijs, ita diuersi sunt gradus formales specierum rerū per respectū ad quodcunq; primum principiū incōpositum. Nec est inuenire duas species in eodē gradu, sicut nec duos numeros specie differentes, in qualibet ergo specie est vna forma specifica nullo mō existens in gradu essendi vel operandi formæ specificæ alterius speciei. Cum aūt, vt dictum est proprium sequaī propria principia speciei, nec possit esse nisi in vna specie, proper hoc in diffinitione dicit q̄ inest vni. Sciendum est autem, q̄ licet proprium stricto modo sumptū solū conueat vni speciei specialissimæ, tamen largo modo nihil prohibet proprium etiam conuenire speciei sub alternæ, quæ videlicet pōt esse genus. Dicimus enim, q̄ proprium trianguli est habere tres angulos æquales duobus rectis, & tamen triangulus multas cōtinet sub se species. Ex dictis patet illud quod dicit Porphyrius, q̄ propriū prius conuenit speciei, & posterius individuis, quod oppositum autem est de accidente communi. Si. n. proprium respecit individua inquantum participant formā specificam, per prius ergo verificatur de specie, quam primo respicit, q̄ de individuis, & per cōsequens individuis conuenit, quia conuenit speciei. Accidens autem, cū non respiciat subiectum nisi ratione inhærentiæ, & per prius conuenit subsistare individuis quam secundis substātijs, vt infra dicetur, accidens ergo conuenit speciei ratione individui. Deinde in diffinitione proprij ponitur ista particula, q̄. s. cōuersim prædicatur de re. Vbi nota, q̄, vt infra dicetur, differt aliquo modo prædicari per se, & prædicari primo. Ea. n. per se prædicantur, quæ necessariam habent connexionem ad subiecta, de quibus prædicantur. Sed ea prędicantur primo, quæ prędicātur dicto modo, & tantum ambit prædicatum quantum subiectum. Vnde licet risibile per se prædicetur de forte, non tamen primo, quia proprium, vt dictum est, per prius respicit speciem q̄ individua, & cum tanti ambitus sic proprium quanti sunt species, ideo dicitur prædicari primo, seu cōuersim de specie. Notandum, q̄ licet proprium vni speciei conueniat, tamen nihil prohibet, proprium vnius speciei participatione multis alijs speciebus conuenire, sicut proprium est igni quod sit calidus, & tamen multis alijs speciebus hoc conuenit inquantum hæc participant ab igne. Sciendum est etiam, quod proprium alicuius speciei aliquando sumitur sub vno nomine & vno significato, vt risibile est proprium hominis, aliquando vero sub duobus oppositis cum disiunctione, vt proprium est numeri q̄ sit par vel impar, & sic patet de proprio &c.

De origine Accidentis & dictione ipsius. Cap. VIII.

ACcidens vero est, quod contingit eidem inesse, & nō inesse præter subiecti corruptionē. Ad quod intelligendum, sciendum est, quod vnum potest dependere ab alio dupliciter. Vno mō sicut ab eo, quod est prius eo ad minus natura, & isto modo vna res dependet ab alia quatuor modis, secūdum q̄ quatuor sunt causæ. Dependet enim in homine corpus ab anima, sicut à forma, & anima à corpore sicut à materia, & homo à Deo, sicut à causa efficiente, & à beatitudine sicut à causa finali. Alio modo potest esse dependentia alicuius rei ab alia sicut ab eo, quod se habet ad ipsam consecutiue. Sicut corpus dependet à figura, & linea à rectitudine vel curuitate. Non enim potest inueniri corpus in quo non sit figura, vel linea, in qua non sit rectitudo, vel curuitas, & illo modo dependet omne subiectum à propria passione. Vnde quæcunque dependentia sit in rebus, siue causalis, siue consecutiua, & vna res ita dependet ab altera, q̄ esse suum nec actu nec aptitudine sine tali re possit conseruari, certum est, q̄ illa sine illa, à qua sic dependet non potest intelligi esse, non enim posset intelligi materia esse sine forma. Vbi nota, q̄ intelligere aliquam rem sine alia potest dupliciter contingere. Vno mō in prima operatione intellectus, in qua scilicet intellectus intelligit solum significatum termini. Alio modo in secunda operatione intellectus, in qua intelligit componendo vel diuidendo per esse vel per non esse, sicut cū intelligo petrum esse, vel non esse album. In prima autē intellectione possum intelligere corpus sine figura, & omne subiectum sine propria passione. Non enim figura est de essentia corporis, cum corpus sit in genere quantitatis, figura vero in genere qualitatis, & ideo intellectus potest intelligere corpus non intellecta figura. Non tamen posset intelligere corpus isto modo nō intellecto cōtinuo, quia continuum est de essentia corporis. In secunda vero operatione intellectus, non possum intelligere corpus esse sine figura, quia corpus nunquam potest esse sine figura, nec subiectum sine propria passione, vt dictum est. Cum autem subiectum non habeat talem dependentiam ab accidente communi, non enim necessario sequitur subiectum, sicut figura sequitur principia essentialia corporis. nam, si corpus est necessario habet positionem partium in toto, vt infra dicetur, quia positio est differentia quantitatis, ad hanc autem necessario sequitur figura, quod non contingit de accidēte communi respectu sui subiecti, ergo subiectum potest intelligi non intellecto accidēte communi, & potest intelligi esse non intellecto accidēte communi. Sine accidente vero proprio non potest intelligi esse, cum sine accidente proprio esse non possit. Nam ablata figura non erit situatio partium, & per consequens non erit corpus, ergo non poterit intelligi esse sine eo. Potest ergo accidens inesse & non inesse præter subiecti corruptionem, cum esse subiecti non dependeat aliquo modo ab esse suo, vt dictum est, & sic patet prædicta descriptio accidentis. Sciendum tamen est, q̄ aliquod accidens commune potest inueniri, quod respectu huius subiecti singularis ita se habet, q̄ causatur ex principijs essentialibus eius, puta nigredo corui, quæ causatur ab hac siue ex hac materia signata corui necessario. loquendo igitur de tali accidente dico, q̄ nō posset intelligi hoc subiectum esse sine eo, & hoc dicitur accidens inseparabile, quod ita se habet ad principium singulare, sicut accidens proprium ad principium speciei, Et quia materia signata est extra intellectum speciei, de intellectu enim hominis est habens humanitatem & non plus, vtrum autem tale habens sit hoc signatum, vel illud, non est de intellectu explicito hominis, sicut differentiæ sunt extra intellectum generis, vt supradictum est, ideo potest intelligi coruus siue species corui esse sine nigredine, vel etiam cum albedine, & propter hoc accidens inseparabile collocatur cum accidente communi, & non cum proprio, licet aliquo modo conueniat cum vtroque: vt dictum est. Sic ergo accidens quoddam est inseparabile, & quoddā est separabile. Accidenti inseparabili conuenit prædicta

diffinitio

Universidad de Deusto
Biblioteca

diffinitio accidentis.ſ.ꝙ ſubiectum pōt intelligi eſſe ſine eo,ſi ſumatur ſubiectum pro ſpecie,& non pro ſingulari. Sciendum eſt autem, ꝙ licet ſubiectum poſsit ſeparari ab alio accidente,vt dictum eſt,non tamen accidens poteſt ſeparari a ſubiecto actu vel aptitudine.& dico aptitudine, nam licet Deus poſsit aliquod accidens ſeparare a ſubiecto,vt communiter tenetur de accidentibus hoſtię conſecratæ,tamen ꝙ illa accidentia non habeant aptitudinē ad ſubiectum, hoc eſt impoſsibile. Quod enim eſt de ratione propria alicuius ab eo ſeparari non poteſt,ſed ineſſe actu vel aptitudine ſubiecto eſt de ratione propria accidentis,quia accidentis eſſe eſt ineſſe, ergo ab eo ſeparari non poteſt.Hoc autem poteſt patere ex his,quæ ſupradicta ſunt de ſpecie. Cum enim accidentia & omnes formæ ſubſtantiales non ſint actus purus,qui de ſe pluri-ficabilis non eſt,ſi ipſa plurificentur numero,hoc eſt propter potentialiter,quam habēt eſſentialiter, vt.ſ.ſint pars realis alicuius cōpoſiti ſiue ſubſtantialis,ſiue accidentali. Vnde ſicut materia,& forma ſunt partes rei ſubſtantiales ita accidentia ſunt partes rei accidētales,ſicut albedo,quę eſt pars huius compoſiti,quod eſt homo albus.Cum autem omnia accidentia ſint talia, ergo neceſſario oportet ꝙ inſint ſubiecto actu vel aptitudine, & ſic patet de accidente, & dequinque prædicabilibus &c.

TRACTATVS PRIMVS
DE PRAEDICAMENTO SVBSTANTIAE.
In quatuor capita diuiſus.

De diuerſis modis prædicandi. Cap. Primum.



VNC dicendum eſt de prædicamē tis,& quia prædicamentū dicit quædam prædicabilia ordinata in ordine prædicamentali, videndum eſt quot modis ſit prædicatio. Vbi nota,ꝙ aliquid de aliquo dicitur prædicari tripliciter,ideſt vniuoce,equiuoce,& denominatiue. Vniuoce dicuntur prędicari,quę non ſolum conueniunt his,de quibus prędicatur quatitū ad nomen, ſed etiam quantum ad rationem eſſentialem, & Dico hic rationem illud, quod per diffinitionem dicitur,ſeu ſignificatur, vel per aliquid, quod ſumatur loco diffinitionis. Sicut animal prædicatur de homine & de boue. vnde non ſolum hoc nomen animal conuenit homini & boui,ſed etiam diffinitio eius eſſentialis,quæ eſt, corpus animatum ſenſibile. Non ſolum enim vere dicimus, ꝙ homo eſt animal, ſed etiam ꝙ homo eſt corpus animatum ſenſibile, & ſimiliter eſt de boue. Equiuoce vero dicuntur prædicari,quę de pluribus prædicantur ſecundum idem nomen,non tamen ſecundum eandem rationem,& iſto modo prædicatur canis de latrabili,& de marino.Licet enim ſecundū idem nomen canis de vtroque prædicetur, tamen alia ratione cōuenit cani latrabili quam marino.Ratio enim latrabilis eſt, ꝙ eſt animal greſsibile quadrupes,quæ non conuenit marino. Sciendum eſt autem, ꝙ ſub æquiuocis cōprehenduntur analoga. Prædicatur enim analoga de pluribus inquantum dicuntur ad vnum,vt ſanum dicitur de animali primo & proprie,eſt.n.ſanum,adæquatū in humoribus,quod non poteſt eſſe niſi in animali, dicitur tamen ſanum de vrina & medicina.Nam dicimus,hæc vrina eſt ſana,quia eſt ſignum ſani,quod eſt in animali,& hęc medicina eſt ſana, quia eſt cauſa ſani,quod eſt in animali.Vnde licet hoc nomen ſanum de animali & de vrina dicatur, tamen ratio ſani non poteſt dici de vrina. Non enim vrina eſt adæquata in humoribus, ſed eſt ſignū talis adæquationis, & ſic prædicatio analoga aliquo modo conuenit cum æquiuoca,vt dictum eſt,& aliquo mō cum vniuoca. Licet.n. ſanum,quod de vrina dicitur, non dicat ſuam rationē.ſ. adæquationem humorum in vrina, non tamen dicit aliā rationem, ſed eandem adæquationem humorum dicit, cuius vrina eſt ſignū. Denominatiue vero dicuntur prędicari,quæ concreta ſunt adiectiue,& ab aliquibus accidentibus abſtractis denominantur,ſeu deriuantur.vt album de homine prędicantur,& de ęquo denominatiue, quia album deriuatur ab hoc abſtracto,quod eſt albedo quæ eſt in homine,quæ ſic in abſtracto ſumpta de homine prædicari non poſſet.Nulla enim pars, vt ſupradictū eſt, poteſt de toto prædicari. Albedo enim eſt quædam pars accidentalis hominis albi,& ſic de eo prædicari non poſſet.Concernitur autem,& dicitur album,quod idem eſt quod habens albedinē,& tale poteſt de homine prædicari.Ad videndum prædicamenta ſciendum eſt,ꝙ prędicamentum, ſeu genus generaliſsimum dupliciter poteſt accipi.Vno modo pro ipſa intentione prædicamentali,ſeu vniuerſalitatis. Alio modo pro ipſa re, in qua talis intentio fundatur,vt dictum eſt.Primo modo prædicamentum eſt ens rationis.Secūdo modo eſt ens reale.Ad maiorem autem notificationem horum ſciendum,eſt ꝙ ens in ſua maxima vniuerſalitate diuiditur. Quinto Metaphyſicæ in ens per accidens & in ens per ſe,Ens autem per accidēs tot modis diuiditur quod modis aliquid prædicatur per accidens,de quibus ſupradictum eſt.Ens per ſe diuiditur,quia quoddam eſt in anima,& quoddā extra animam.Ad ſciendum autem quid ſit ens, in anima, nota,ꝙ tripliciter aliquid poteſt eſſe in anima. Vno modo effectiue,ſicut dicimus, ꝙ arca eſt in mente artificis antequam fiat. Alio modo ſubiectiue, ſicut dicimus ꝙ ſcientia eſt in anima,vel actus intelligendi, vel verbum, quę ſunt in anima,ſicut accidens in ſubiecto. Tertio modo aliquid dicitur eſſe in anima obiectiue, ſicut lignum intellectum dicitur eſſe in anima obiectiue. Duobus primis modis ens in anima eſt ens reale, & dico reale, non vt hoc nomen res dicitur a reor reris,ſed vt dicitur a ratus rata ratum.i.firmum. Tertio modo ſumpto ente.ſ.vt eſt obiectiue in anima, in eo poſſumus duo cōſiderare.ſ. id,quod eſt obiectiue in intellectu,puta lignum, & iſtud adhuc eſt res,vel illud,quod conuenit ligno ſolum,vt eſt obiectiue in intellectu, & non conuenit ſibi ſecundum eſſe reale.ſ.eſſe abſtractū ab hoc ligno, & ab illo, & hoc modo ens in anima non eſt res,ſed intentio, cui rei nihil extra animam reſpondet, niſi pro fundamento remoto, & ſic attribuitur eſſe non enti.Dicimus enim ꝙ cæcitas eſt in oculo.Cum autem cæcitas ſit non ens,quo ergo habet eſſe,quia dicimus cæcitas eſt. certe ſolum eſſe intentionis,quod nihil habet facere cum ente reali,ſed ex oppoſito ab eo diuiditur. Et ſi quæratur de tali ente vbi ſit ſubiectiue, dicitur ꝙ eſt nuſquā. Si.n.eſſet in aliquo ſubiectiue,eſſet accidens, & per conſequens ens reale, ſed ſolum habet eſſe obiectiue.Ens autem reale diuiditur in decem

decem prędicamenta,quę ſunt decem genera rerum.Et, quia res eſt fundamentum intentionis remotum, tamen ſecundum iſtam duplicem diuiſionem poſſunt dupliciter accipi prædicamenta. Ad ſciendum autem prædicamenta oportet diuidere ens reale. Vbi nota, ꝙ licet ens non poſsit eſſe genus, quia non inuenitur differentia cōtrahens illud, tamen contrahitur per modos eſſendi, modus aūt eſſendi alicuius rei poteſt accipi dupliciter. Vno modo vt eſt proprietas realis alicuius realiter differens ab eo,ſicut dicimus de aliquo, iſte habet bonum modū, quia eſt manſuetus,vel concors.Conſtat autem,ꝙ manſuetudo & concordia quas diximus modos,res ſunt differentes ab eo,cuius ſunt.Secundo modo dicitur modus res concepta.vno modo reſpectu ſui ipſius,vt eſt concepta alio modo, qui quidem diuerſi modi conſiderandi non ſumuntur ex diuerſi in re exiſtentibus,ſed ex habitudine ad diuerſa ſub qua habitudine res intelligitur.Verbi gratia ſubſtantia, ſecundum ꝙ eſt ſubiectum accidentium,ſignificatur per modum ſubſtantiæ, quia ſubſtantia dicitur a ſubſtando:ſecūdum autem ꝙ à nullo priori dependet,cui initatur,ſignificatur vt ens per ſe.& iſti modi ſunt idipſum quod ſubſtantia differentes ſola ratione animæ concipientis.Ipſam ſecundum diuerſas habitudines,quæ ratio non eſt ficta,ſed accipitur a recita enim in re eſt.Nam & ſubſtantia accidentibus,& nulli innititur, tamen iſtæ non ſunt duæ res diſtinctæ,ſed diſtinctio inter iſta ſolū eſt ex rōne.Vnde tales modi ſunt ens reale,ſ. ſubſtantia,quæ & ſubſtat accidentibus, & nulli innititur diſtinctio tamen eorum eſt à ratione. Cōtrahitur autem ens per modos, non ꝙ modus ſit aliqua differentia contrahens ipſum, ſed quia in ente reali cōmuniter ſumpto inueniuntur aliqua entia habentia inter ſe diuerſos modos eſſendi,quibus non reſpōdet vna & eadē res,niſi forte ipſum ens in vniuerſali. Primi aūt modi quibus contrahitur ens,ſunt eſſe per ſe,& eſſe in alio. Eſſe aūt per ſe eſt modus prædicamenti ſubſtantiæ, eſſe vero in alio eſt modus aliorum nouem prædicamentorum. Alio modo adhuc cōtrahitur ens per duos modos, quorum vnus eſt eſſe ad ſe,& iſte modus comprehendit tria prædicamenta abſoluta,ſ.ſubſtantiam,quantitatem,& qualitatem. Secundus eſt eſſe ad aliud, & iſte modus cōprehendit ſeptē prædicamenta reſpectiua.ſ.relationem,actionem,paſsionem,quando,vbi,ſitus,& habere, quæ omnia qualiter inter ſe differant dicetur infra.Notādum eſt aūt,ꝙ diuiſio entis in decem prædicamenta nō eſt diuiſio vniuoci, ſed analogi. Ens enim analogice dicitur de eis. per prius.n. dicitur de ſubſtantia, in qua maxime ſaluatur ſua realitas,de alijs vero dicitur inquantum ſunt aliquid ipſius ſubſtantiæ.Quantitas.n.eſt materia extēſa vel extenſio ſubſtantiæ. Qualitas vero eſt eius affectio.i.diſpoſitio, & ſic de alijs.Vnde de eis prædicat ens, ſicut ſanū prædicat de animali,vrina,& medicina.Diuiditur ergo ens in decem prædicamenta,quæ ſunt ſubſa,quantitas,qualitas,relatio, actio,paſsio,quando vbi,ſitus,& habere,ſeu habitus,de quibus ſigillatim dicendum eſt, & primo de ſubſtantia.

Quid ſit ſubſtantia ſecundum intentionem logicam. Cap. II.

EST autem ſubſtantia ens per ſe exiſtens. Ad videndum particulam huius deſcriptionis ſciendum,ꝙ licet de ente plura dicta ſint, tamen ens eſt quod primo occurit noſtro intellectui. Nos.n.rōnales,i.diſcurſiui,ſquicquid.n.intelligimus fere cum diſcurſu intelligimus,occurunt aūt intellectui noſtro primo magis cōfuſa.De potētia.n.reducimur ad actum per medium.ſ.per actum imperfectum,quo intellectus non intelligit determinatam rem, & diſcurrēdo determinat ſe ad perfectionem ſicut Poſsibile eſt intelligi rem, vt ponit Philoſophus.1.Phyſi.exēplum in ſenſibilibus.Videndo.n.in magna diſtantia aliquid,primo percipio ꝙ ſit corpus, deinde accedēdo video ꝙ ſit aliud,deinde cognoſco ꝙ ſit hō deinde ꝙ ſit Petrus, ſic intelligendo diſcurit intellꝰ noſter.Primo.n.de re concipit ꝙ ſit ens,deinde ꝙ ſit ſuba, deinde ꝙ ſit corpus, & ſic vſq; ad ſpēm ſpecialiſsimam. Cōfuſus aūt qđ intelligi pōt eſt ens.Ens ergo eſt illud qđ primo occurit intellectui noſtro. Et ſic patet qualiter in prædicta notificatione ſubæ ſumit ens. Sed, quia dictū eſt,ꝙ ſuba eſt ens per ſe,notandū, ꝙ per ſe diuiditur contra per accidens,ſicut dicimus ꝙ hō eſt aīal per ſe,eſt aūt albus per accidens, & hoc mō nunc ſumit hic per ſe. Nā quantitas,& qualitas nō ſunt entia per accidēs,ſed per ſe, vt dictū eſt,qa ens per ſe diuiditur in 10.prędicamenta. Alio mō eſſe per ſe diuidit cōtra eſſe in alio.Secūdo mō ſolum ſubæ cōuenit eſſe p ſe, & iſte eſt modus proprius eius.Vel pōt dici,ꝙ ſuba eſt ens p ſe exiſtens, eo ꝙ ſibi proprie cōuenit exiſtere. Alijs vero accidentibus cōuenit exiſtere p eā.Sicut ignis eſt per ſe calidus,qa oīa ſunt calida p eū,eſt.n.eius proprietas eſſe calidum. Siendum tō eſt,ꝙ ſuba diuiditur in materiā, formam, & cōpoſitū. Materia.n.nō dicitur proprie eſſe per ſe,cum non habeat eſſe niſi p formam. Siſr ēt forma nō dicitur eſſe per ſe,cū non ſolū habeat eſſe in materia. Cōpoſitum aūt proprie dicitur eſſe per ſe, & dico cōpoſitum, ſ.integratū ex ſuis partibus,licet.n.partes integrales ſint cōpoſitæ,nō tū dicuntur proprie eſſe per ſe. Cōpoſitū.n.directe eſt in prædicamento, vt Boethus in cōmentario prædicamentorū dicit,licet ēt poſsit dici,ꝙ forma,& materia & partes integrales ſint per ſe,quia non ſunt in alio,ſicut accidens in ſubiecto.Notandum,ꝙ licet hic deſcribatur ſuba cōpoſita, tamen dupliciter pōt eſſe ſuba cōpoſita.ſ.natura, & ſuppoſitum. Dico aūt hic naturā,vt eſt humanitas,ſuppotum aūt non ſumo hic pro ſingulari in genere ſubæ, ſed pro concreto naturæ vt hō,Humanitas.n.licet forma dicatur,eſt tū cōpoſita ex materia & forma, vt ſupra dictū eſt,dicit.n.humanitas animam & corpus. Ita tū humanitas ſiue quæcunque natura dicit formā ſubalem, & materiā,ꝙ de ſuo principali ſignificato prēſcindit omne aliud a prædicta forma,& materia,nō aūt ſic eſt de ſuppoſito, quod eſt hō. Hō.n.de ſuo principali ſignificato dicit habēs humanitatē,ſeu habens talē formā & materiā,quām dicit humanitas, & quia habens humanitatē pōt eſſe ſuppoſitum non humanum,vt patet de humanitate Chriſti, quæ ſuppoſitatur ſuppoſito diuino.Vel poteſt habere aliqua alia,puta accidentia,quæ humanitas omnino prēſcindit,ideo in creaturis differunt ſuppoſitum, & natura, & quia natura,puta humanitas, eſt quid habitū exiſtens in habente,licet ſit compoſita,tamen ſibi non proprie conuenit eſſe per ſe.Proprie ergo ens per ſe dicitur ſuba cōpoſita,quæ eſt ſuppoſitum,& hic eſt cauſa,quare genera & ſpecies ſubæ ſumuntur in concreto & nō in abſtracto, non autem aliorum prædicamentorum.Forma autē ſubſtantialis,quę eſt pars compoſiti, de ſe non ſubſtat accidentibus,ſed compoſitū. forma vero,quę eſt natura,ſeu eſſentia,vt humanitas, quamuis ſit cōpoſita ex materia, & forma,tamē in ſuo ſignatu prēſcindit ſubſtare accidē tibus.Alia vero accidētia ſe habent, ꝙ eorum gña & ſpecies ſunt formę, cum tū ex eis cum ſubiecto non ſit vnū

per


Universidad de Deusto
Biblioteca

per se. Dicit aũt postea ꝙ est existens. Vbi nota, ꝙ in creaturis esse essentię, & esse actualis existentiæ differunt realiter, vt duæ diuersæ res. Quod sic patet, illud.n. quod est extra essentiã alicuius, differt realiter ab ea, esse aũt actualis existentię est extra essentiã rei, nã diffinitio indicat totã essentiã rei, esse aũt actualis existẽtiæ est extra diffinitionẽ, qa in diffinitione ponit solũ genus & differentia, & nulla sit mẽtio vtrũ res diffinita existat, vel non existat. Apparet ẽt hoc manifeste. Nã impose est posse intelligere aliquã rem nõ intelligẽdo ea, quæ sunt de essentia eius, tñ cõstat ꝙ ego intelligo rosam, nõ intelligẽdo vtrũ actu sit vel non, ergo actu esse, vel esse actualis existentiæ differt realiter ab essentia. vnde circa primũ in quacunque suba creata est cõpositio esse & essentiæ, quæ nõ est cõpositio materiæ & formæ, sed est cõpositio duorũ principiorũ suppositi. Quorum essentia est potẽtia & esse est actus. Vnde esse respectu essentiæ dicit accidens, qa est extra essentiã rei, & dicit suba, qa est in genere subæ sicut principium suppositi, & est actus simpliciter, quia in genere subę, licet nõ sit forma, quę est actus materię, & est actus ſm quid, qa essentia, cui aduenit, non est pura potẽtia, sicut est pura materia. Sciẽdũ tñ est ꝙ esse essentiæ p prius conuenit speciebus, qa, vt supradictũ est, sola species diffinit, & diffinitio significat esse essentiæ, & per posterius dicit de individuo, seu cõuenit ei. Esse aũt existentię p prius cõuenit individuis, ablatom. esse individuorum, impose est aliquid aliud remanere, vt Philosophus dicit libro predicamentorum posterius aũt conuenit ipsis speciebus. Vnde existere sic de genere & specie dicit, sicut accidentia communia. Sic enim dicitur homo existit, quia Petrus existit sicut homo currit, quia Petrus currit,

De Prima & Secunda substantia quid sint, et de ordine substantiæ. Cap. III.

Diuidit aũt suba in primã & secundã. Est aũt prima suba, quæ proprie principaliter & maxime dicit subſtare, quę nec in subiecto est, nec de subiecto dicit. Ad videndũ aũt prædictã descriptionẽ, sciendũ est, ꝙ subſtare dicitur dupliciter, ſ. pro subſtare accidentibus, sicut dicimus, ꝙ suba subſtat accidẽtibus, & pro subſtare vſib*, sicut dicimus, ꝙ minus vle subſtat magis vſi. ſtat. n. sub eo in ordine predicamentali. Vñ maius vle de minus vſi predicat. Si subſtare sumat primo mõ, sic prima suba proprie subſtat. Sicut. n. supradictũ est illud in est alicui proprie quod ineſt p se ei, & non p aliud, sicut calor proprie ineſt igni, sic eodem mõ ineſt primæ subæ subſtare accidentibus. Licet. n. superficies subſtet colori, & linea curuitati, tale subſtare hñt nõ per se, sed p aliud. ſ. per subam primã. Remota. n. inhærentia superficiei & lineę, quã hñt ad primã subam, actu & aptitudine nõ erit superficies nec linea. Subſtãt igit accidentibus, quia suba prima subſtat eis. Propriũ ergo primæ subſtantiæ est subſtare accidentibus. Ex quo sequitur ꝙ subſtare accidentibus insit principaliter & primo suba primæ. Illud. n. primo conuenit alicui, quod conuenit sibi & non per aliud. Petro. n. non conuenit primo esse risibile, quia sibi per aliud, ſ. per hominẽ, vnde homini conuenit primo esse risibile. Sic licet subſtare accidentibus conueniat subę primæ & secundæ, tñ secundis subſtãtijs, ſ. generibus & speciebus cõuenit secundario, quia cõuenit eis p indiuidua, quæ sunt primæ subſtãtiæ, non. n. hõ currit, nisi quia Petrus vel Sortes currit. Et sic patet qualiter prima suba subſtat proprie & principaliter. Secũdo dicit ꝙ subſtat maxime & sumit subſtare secundo mõ. ſ. pro esse sub alio, sicut minus vle sub magis vſi. Cũ aũt primæ subæ subiciãtur oĩbus speciebus & generibus, quæ sunt supra se, species vero & gña non subsunt tot, ergo primæ subę respectu secundarũ, isto mõ maxime dicunt subſtare. Dicitur postea, ꝙ non dicunt de subiecto, quia non sunt prædicabilia de alijs, sicut species & gña. Et non sunt in subiecto quia non sunt accidentia, sola. n. accidentia sunt in subiecto, vt hic sumit esse in subiecto. Et sic patet descriptio primę subę, seu indiuidui. Secundę vero subę dicuntur species & gña, quę sunt in prędicamento subę. Differentię vero, quę cadunt ex latere, nõ proprie dicuntur subę, quia non proprie dicuntur esse in prędicamento nisi forte reductiue. Dicunt aũt secundę subę. quia secundo, vt dictum est, subſtant accidentibus. Inter secundas autem subas dicunt magis subę spẽs q̃ gña, non ꝙ suba suscipiat magis & minus, vt infra dicet, sed quia vtroq; mõ subſtã di magis subſtãt spẽs quã gña, vt ex dictis haberi potest. Spẽs vero specialiſsime dicunt equaliter subę, quia equaliter oĩbus subſtãt. Et sic patet de primis & secundis subſtãtijs. Qualiter aũt prędicamentũ subę sit ordinatum, patet in arbore Porphyrij, quã gña exempli ponimus, licet non in toto reperiam eam veram. nam rõnale aſal nõ est genus, vt ipse ponit, nec dij sunt rõnales, vt ipse dicit.

Porphyrij Arbor.



Quod substantia non suscipit contrarietatem, nec magis & minus, licet sit subiectum vtriusque per sui mutationem. Cap. 4.

Restat nunc dicere de cõmunitatibus & proprietatibus substantię. Habet autem substantia duo cõmunia cum aliquibus accidentibus scilicet ꝙ nõ suscipit contrarietatẽ, & ꝙ non suscipit magis & minus.

Ad quę

Ad quæ intelligenda, sciendum est, ꝙ quædam formę habent in se latitudinem, quædam vero non, & quia quædam formem habent prædictam latitudinem, ideo hñt contrarietatem, licet non semper sit verum in omnibus. Ad sciendum autem prædictam latitudinem, nota, ꝙ in rebus spiritualibus augmentum transfertur à quantitate corporali. dicitur aut in quantitate corporali aliquid magnum ſm ꝙ ad debitam perfectionẽ quantitatis perducitur. Vnde aliqua quãtitas reputatur magna in homine, quæ non reputatur magna in elephante. Sic etiam in formis dicitur aliquid magnum ex hoc, ꝙ est perfectũ, perfectio aũt formæ dupliciter põt cõsiderari, vel ſm ipsam formã, vel ſm participationẽ subiecti, primo mõ dicitur ipsa forma parua vel magna, vt parua albedo, secũdo modo dicitur magis vel minus, vt magis vel minus albũ. Formæ ergo, quæ de se indeterminatæ sunt, vt magis vel minus, seu perfectius & imperfectius sint in subiecto, illæ formæ dicuntur prædictam habere latitudinem, & prædictos gradus intensionis & remissionis. Ad sciendũ aũt quæ sint illæ formæ, nota, ꝙ in forma tria possumus considerare. Primo, si agens põt se diuersimode hre ad eam. Secundo si subiectũ eam recipiens aliquando sit magis vel minus dispositũ ad ipsam. Tertio qualiter ipsa forma participat à subiecto. Vnde in illis formis in quibus agẽs non se habet diuersimode nec aliquando subiectum est magis, & aliquando minus dispositum, illæ formæ nõ habebunt prædictam latitudinem, sed in vltima perfectione suę speciei semper recipiuntur in subiecto. verbi gratia. Si. n. aer esset semper eodem modo dispositus ad reciendum lucem, & illuminans aerem eodem modo sem per se haberet, nunquàm lumẽ in aere reciperetur magis nec minus, nec aer esset magis vel minus illuminatus, sed quia aliquod istorum variatur, ideo aliter se habet de lumine. Cum aũt in formis subſtantialibus semper eodem mõ se habeat agens, & subiectum, quod est materia prima, sit semper æque dispositũ, forma ergo subſtãtialis nõ habebit latitudinẽ prædictã. Quod ipsa materia prima sit semper æque dispositа, nõ oportet probare, quia clarũ est. De agẽte vero seu producẽte formam subſtantialẽ tet. Licet. n. tale agens diuersimode se habeat abijciendo disponens contrarias ab ipsa materia, & hoc faciat virtute formarũ accidentaliũ, seu qualitatum, tñ formam subſtantialẽ introducit virtutæ suæ formę subſtantialis quę vniformiter se habet in oĩbus gñalibus eiusdẽ spẽi. Et idẽ & eodẽ mõ põt concludi de proprijs passionibus, quę simul cum subiecto producuntur & subiectũ respectu earum aliquo mõ se habet actiue, vt supradictũ est. Tales igitur formæ, tam subſtantiales quàm proprie passiones, quia agens ad eas producendas non se habet diuersimode, & quia subiectũ eas recipiens semper eodẽ mõ est dispositũ, ideo nõ suscipiunt magis nec minus. Si vero subiectum non esset eodem mõ dispositũ ad formã, vel agẽs adhuc diuersimode se haberet, oportet cõsiderare tertiũ quod dictũ est, ſ. qualiter ipsa forma participatur à subiecto. Nam, si participatur ſm rõnem indiuisibilitatis, talis forma non suscipiet magis nec minus, sicut patet de speciebus numeri, quæ conſtituunt in indiuisibili vnitate. Et de speciebus quantitatis continuæ, ſm numeros, vt bicubitum, tricubitum, & de aliquibus relationibus, vt duplũ & dimidium, & de figuris, vt trigonũ, & tetragonum, & quia oẽs quantitates & figuræ sic recipiũtur in subiectis, ideo quantitas & figura, & hæ relationes non suscipiunt magis nec minus. Non solum aũt de quantitatibus si cõsideratis, sed simpliciter loquendo de quantitate, vt linea, superficies, & corpus, verum est ꝙ nõ suscipit magis nec minus. Cuius ratio est, quia perfectio & imperfectio quãtitatis est secundum maiorem vel minorem extensionẽ, secundum quam aliquid dicitur maius aut minus, non autem maior vel minor extensio est causa sufficiens, ꝙ aliquid dicatur magis vel minus, quia non dicitur esse secundum extensionem, vt patet in alijs formis, in quibus est extensio, & non intensio, sicut in formis inanimatorũ & brutorum, quorum formæ sunt extensæ, & non dicuntur ſm magis & minus. Patet ergo quæ formæ suscipiũt magis & minus, & quæ non: quia videlicet habentes prædictam latitudinem suscipiũt magis & minus. Ex his scitur statim quæ formæ recipiunt contrarietatem, & quæ non. Nulla enim forma, quæ non recipit magis & minus recipit contrarietatem. Vbi nota, ꝙ formarum, quæ habent latitudinem prædictam, quædam habent eam solã seruando eandem speciem, quædam vero in genere & in specie. Nam tales gradus latitudinis sunt vsque ad vltimum, in quo saluatur species illa, quem gradum si transeat forma variabit speciem, & remanebit sibi idem genus, & in ista secunda specie habet etiam gradum, quandiu peruenit ad vltimum, quem si transcenderet, nõ esset in eadem specie. verbi gratia, Croceum habet gradus, & sit magis croceum quandiu veniat & fiat rubeum, & licet rubedo sit alia species quã croceitas, sunt tamen eiusdem generis. Conueniunt enim in hoc, ꝙ est participare lucem incorporatã, & de rubeo venitur ad nigrum vsq; ad vltimum gradum nigri, qui in eodem genere transcẽdi non potest. Si etiam croceitas remittatur, fit palliditas, & postea albedo, & istæ formæ istorum duorum graduum, scilicet albedo & nigredo sunt contrariæ. Nota, quod multi moderni tenent ꝙ duo gradus faciunt vnam contrarietatem, sicut albedo & rubedo, Albus & magis albus. Et apud ipsos duplex est contrarietas, scilicet completa & incõpleta. Prima est inter extrema maxime distãtia, ſ. inter albedinem summam, & nigredinem summam. Secunda est inter gradus medios, quia duo gradus distin[illegible] nero non compatiuntur se adinuicem & denomi[illegible] n eadem parte subiecti, sicut gradus vt duo & gra[illegible] ria, & sic de singulis. Vnde talis latitudo, ſ. perfectius [illegible] mperfectius participari à subiecto sequitur formas aut ratione formæ, aut ratione subiecti. Ratione formę, vt patet in coloribus, nam lux incorporata magis vel minus participata causat species contrarias. Nam species, quę perfectius participat de tali luce, puta albedo, est cõtraria speciei, quæ imperfectius talem lucem participat, puta nigredo, & in talibus inuenitur contrarietas. Quando vero tali latitudine non participat ratione formæ, sed solum ratione subiecti, vt patet de magis vel minus illuminato, tunc talis forma, licet recipiat magis vel minus, tamen non habet contrarium, lumini. n. nihil est contrarium, & tamen constat, ꝙ aer est aliquando magis illuminatus & aliquando minus. Vbicunque enim est cõtrarietas, ibi est magis & minus, & latitudo prędicta in formis. Vbicunque vero talis latitudo non est, ibi non est vera contrarietas. Et dico vera contrarietas, quia quædam dicuntur contraria, quæ opponuntur secundum habitũ & priuationẽ, sicut rõnale & irrationale, par & impar, sicut dicimus, & in vnoquoq; gñe est vna prima contrarietas, quæ nõ est vere contrarietas, sed magis est habitus & priuatio, & hoc idẽ dico de omnibus cõtrarijs immediatis, scilicet ꝙ non opponuntur vere cõtrarie, licet sint habitus & priuatio. Sanitas enim & ęgritudo sic opponuntur: nam, si sanitas est humorũ æqualitas, & ægritudo inequa

 litas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

litas, & quia æquale & inæquale opponuntur priuatiue, melius diceretur, ꝙ sanitas & ægritudo opponuntur per modum habitus & priuationis quàm contrarie, & hæc est causa quare non dicuntur habere medium.

Sciendum est aũt, licet, vt dictũ est in aliquibus inueniatur latitudo & gradus, non tamen est intelligendũ, ꝙ, cum vna forma intenditur, ꝙ augeatur per additionem gradus ad gradũ, ita ꝙ sint ibi duo gradus distincti quorum vnus addatur alteri, & posset ab eo distincte signari, sed fit tale augmentum inquantum forma imperfecta fit perfecta, ita ꝙ ipsa perfecta habet plusquam prius non f̃m partes signabiles diuersas, sed virtute, ita ꝙ primus gradus cõtinetur in secundo virtute, sicut imperfectũ continetur in gradu perfecto. Ex istis patet, ꝙ, quia substantia non suscipit magis vel minus, vt dictum est, ꝙ substãtiæ nihil est contrarium. Et sic patent cõmunitates substantiæ. Proprium autem substantiæ est, ꝙ f̃m sui mutationem sit susceptibilis contrariorum. Dicitur aũtẽ hoc esse propriũ substantiæ, quia sibi soli per se conuenit. Nã si aliqua dicuntur suscipere contraria, sicut linea dicitur recta vel curua, tamen linea non suscipit illa nisi ratione substantię. Datur etiam instantia de oratione & opinione, quę eadem manens, aliquando est vera, aliquando est falsa. Ad quam respõdet Philosophus, ꝙ hoc non fit f̃m mutationem orationis, vel opinionis, non enim mutatur oratio, vel opinio, dum Sortes sedet eo surgente, sed mutatur res, non.n. per sui mutationem oratio vel opinio dicitur esse susceptibilis contrariorum, sed per mutationẽ rei significatæ. Soli ergo substantiæ huiusmodi conuenit, & si alijs conuenit, huiusmodi est ratione substantiæ, in qua habent esse, vt patet de superficie, quæ est susceptibilis albedinis & nigredinis, de cuius essentia est actu vel aptitudine esse in subiectis, vt supra dictum est, & sic patet de prædicamento substantiæ &c.

TRACTATVS SECVNDVS DE PRAEDICAMENTO QVANTITATIS.

In octo capita diuisus.

De numero, qui est quãtitas discreta. Cap. 1.



VANTITAS diuiditur in continuã & discretam. Dicitur aũtẽ discreta quantitas, cuius partes inter se ita habent, ꝙ sunt separatę, & ad vnum cõem terminum non copulantur. Partes.n. huius numeri, qui est decẽ ad nullum cõem terminũ copulantẽ. Non.n. in numero, qui est. 10. inuenitur aliqua particula ad quam copulentur aliæ particulæ, cum oẽs particulæ eius sint separatæ vna ab alia. Continua vero quantitas dicitur, cuius partes ad vnum cõem terminum copulantur, quia oẽs sunt coniunctæ, & nõ sunt actu separatæ, sed sunt separabiles, vt infra dicetur. Diuiditur autem quantitas discreta in numerum & orationem, est aũt numerus multitudo ex vnitatibus aggregata. Aliter aũt diffinitur numerus sic, Numerus est multitudo mẽsurata per vnũ. Ad videndum aũt prędictas diffinitiones, sciendum est, ꝙ vnum conuertitur cum ente, & vnum est principium numeri. Vnum autem primo modo sumptũ nihil aliud est quàm ens indiuisum. Addit autẽ vnum supra ens negationem seu priuationem diuisionis, & quia omne ens est vnum isto modo sumptum, ideo vnum sic sumptum non solum est in genere quantitatis, sed in omnibus generibus sicut & ens, ideo vnum est de transcendentibus, & multitudo causata per vnum, isto modo sumptum nõ est numerus, qui est spẽs quantitatis, sed est detranscẽdẽtibus. Dicimus.n. esse quatuor angelos, vel tres personas in diuinis, & tñ nec in angelis, nec in Deo est quantitas. Vnũ aũt, quod est principium numeri, addit super vnum quod conuertitur cum ente non rem aliquam, sed cõcernit illud addẽdo sibi duas rationes, s. quia dicit non oẽm indiuisionem, i. non dicit omne ens inquantum est indiuisum, sed dicit ens indiuisum quantitatis continuę, & dicit rõnem mensuræ discretæ. Quia.n. numerus, qui est spẽs quantitatis, causatur ex diuisione cõtinui, supponat, ꝙ diuideremus vnam lineã in multas partes, cũ quælibet pars lineę, quę sic diuidit sit indiuisa, & linea sic cõsidera ta est vnum. Vnde vnum nihil aliud est quàm continuũ indiuisum. Vnum ergo, quod cõuertitur cum ente, dicit ens indiuisum, quodcunque sit illud. Vnum autem quod est principium numeri dicit ens continuum indiuisum, & numerus ex talibus vnitatibus aggregatur, vbi sunt multa continua diuisa abinuicem, & in se indiuisa. Secunda ratio, quam addit vnum, quod est principium numeri supra vnum, quod conuertitur cum ente, est ratio mensuræ discretæ. Vbi nota, ꝙ mensurari discreto potest sumi dupliciter. Vno modo vt idem sit quod certificari apud intellectum quot sunt aliquæ res, inquantum aliquis per vnum aliquotiens replicatum certificatur de numero illorum, quæ numerantur & isto mõ sumpta mensura est proprietas accidentalis ipsius numeri, & conuenit etiam vni quod conuertitur cum ente. Alio mõ sumitur mensurare pro eo quod est facere tot res formaliter. sicut albedo formaliter facit album, & talis mensura est de rõne vnius vel numeri. Habemus ergo quid est vnum, ex cuiusis aggregatione fit numerus, & qualiter fit mensura essentialiter & accidentaliter. Ad videndum autem quid sit multitudo sciendum, ꝙ, vt supradictum est, primum, ꝙ intellectus noster intelligit est ens, secundo vero intelligit negationem entis, prout intelligitur aliud non esse hoc ens. Ex his duobus itatum intelligit diuisionẽ. Vnde diuisio est distinctio per ens, & nõ ens, tertio intelligit vnum, quod priuat diuisionem. Est.n. vnum ens, in quo non est prędicta diuisio, & sic intellectus vnius posterior est intellectu diuisionis, sicut intellectu priuationis posterior est intellectu habitus, quæ priuat, quarto intelligit multitudinem, quę dicit duas negationes, quarum vna est, ꝙ hoc non sit illud, & altera est, ꝙ quodlibet eorum non sit diuisum, & per consequens sit vnum, & propterea multitudo diffinitur per vnum, quia nunquàm dicuntur multa, nisi quodlibet eorum sit vnum, seu ens indiuisum. Et sicut mõ sumpsimus ens, & diuisionem & vnum & multitudinem in transcendentibus, sic sumatur in quantitate, ita quod sicut sumebatur ens, ita sic sumatur continuum licet aliqua differentia sit inter ea, vt supra dictum est. Sciendum, ꝙ hæc multitudo, quæ est in quantitate, est multa continua, quorum vnum non est aliud, & quodlibet eorum est indiuisum in se, siue vnum, quod idem est, & sic patet prima diffinitio numeri, scilicet numerus est multitudo, ex vnitatibus aggregata. Patet etiam secunda diffinitio, scilicet numerus est multitudo, mensurata per vnum. Nam quia vnum multoties replicatum causat multitudinem, per hoc certificamur de multitudine quã ta sit discrete, & sic vnum est mensura multitudinis, & patet de numero &c.

De secunda

De secunda specie quantitatis discretæ, scilicet. Cap. 2.

ORatio est vox aggregata ex distinctis syllabis eã mensurantibus, & in partibus suis non habens permanentiam. Ad intelligendum autem prædictam diffinionem, sciendum, quòd vox non ponitur hic pro qualitate. Est enim vox in tertia specie qualitatis, vt infra patebit, sed pro aliquo quod fuit in voce, quia in tali voce sunt multæ dictiones, & syllabæ, quę licet indiuisibiles sint, tamen sunt successiue. Nam vna succedit alteri, vnde in talibus syllabis est duo considerare, scilicet indiuisibilitatem earum & successionem, talis autem indiuisibilitas non est indiuisibilitas vnitatis, alioquin oratio esset numerus, sed est indiuisibilitas mensurans durationem, secundum quòd tales plures syllabæ indiuisibiles plus durant, quàm vna. Vnde, si in oratione consideramus indiuisibilitatem syllabarũ per hoc conuenit cum numero, si vero ibi consideratur mensura durabilitatis, quę tamẽ non est semper stans, sed est successiua, in hoc conuenit eum tempore, quod est mensura successiua, & successiuorum, vt infra patebit. Non tñ oratio est numerus simplr, sed est numerus pertinens ad mensurã durationis. Nec est tẽpus continuũ, quod nihil aliud est quàm successio continuata semper diuisibilis, sed est successio aliquorum indiuisibilium, puta syllabarũ. Sciẽdum est autem, ꝙ Philosophus in hb. Prędicamentorum dicit, ꝙ oratio mensuratur syllaba breuis & longa. Alius textus habet ꝙ syllaba breuis & longa mensuratur oratione. Mensuratur autem oratio syllaba eo modo, sicut dictum est, ꝙ numerus mensuratur vnitate, quæ indiuisibilis est inquantum huiusmodi. Smilr etiã oratio mensuratur syllaba, quæ vt dictum est, indiuisibilis est. In hoc autem, ꝙ dicitur, talis syllaba breuis est, vel longa, non est intelligendũ ꝙ talis breuitas vel longitudo pertineat ad tempus continuum, ita videlicet, ꝙ oratio sit aggregata ex multis temporibus continuis, alioquin non esset alia species à tempore. Partes.n. temporis non faciunt aliam speciem à tempore, sed indiuisibili durationi syllabę aliquando coexistit tempus continuum, seu simul cum eo existit, quod tempus aliquando est breue, & aliquando longum. Vnde tempus continuum est mensura successiuorũ, quæ sunt in motu. Syllabæ vero existunt in quodã indiuisibilis, & sine motu, licet sint cũ mutatione & successione, sub aliqua tamen mensura, vt dictum est. Vnde mensura quæ est tempus, & mensura, quæ est ipsius syllabæ, licet sint diuersæ mensuræ durationum, seu durabilium, tamen possunt simul existere, & sic syllaba dicetur breuis vel longa non ex longitudine vel breuitate continua, quæ sit in ea, cum ipsa sit indiuisibilis, sed ex longitudine & breuitate temporis continui, quod ei coexistit. Aliqui tamen dicunt, ꝙ licet syllabæ non sint motus, tamen fiunt per motum, cum autem omnis motus mensuretur tempore continuo, propter hoc syllabæ dicuntur longe vel breues ex longitudine vel breuitate temporis continui mensurantis motus, per quos syllabæ fiũt. Alij dicunt aliter de oratione. Secundum enim eos, cum numerus causetur ex diuisione continui, & nihil addat supra continuum nisi diuisionem, in qua quodlibet est indiuisum: & tamen est alia species quantitatis, quàm continua, ita accidit de oratione respectu temporis. Nam oratio est multa tẽpora diuisa, quorum quodlibet est indiuisum, & tamen est alia species à tempore, & sic patet de quantitate discreta &c.

De quantitate continua in cõmuni secundum logicam intentionem. Cap. 3.

COntinua vero quãtitas est, cuius partes ad vnum cõmunem terminum copulãtur. Notandũ, ꝙ aliqui sic intelligunt hoc, s. ꝙ partes continui copulentur ad vnũ terminum cõem. Nam partes lineæ terminantur ad vnum punctum qui actu eam terminat, nõ ad punctum in potentia, sil superficiei partes copulãtur ad lineam, quæ actu eam terminat, & partes corporis ad superficiem terminantem illud. Ad quod intelligendum sciendum est, ꝙ nos debemus imaginari punctum, quod est indiuisibile in linea moueri & motu suo cãre lineam & lineã motã cãre superficiẽ, & superficiẽ motã causare corpus, & nunc motum causare tempus. Quibus sic causatis & imaginatis, licet non ita sit realiter, intelligemus prædictam diffinitionem. Si enim punctus motus causat lineam, oẽs partes lineæ per punctum copulãtur: & quia in quãlibet parte lineæ est imaginari f̃m istam viã punctum aliquem, ad quem se continue habet alia particula sine alia decisione, ideo dicitur linea esse continua. Eodẽ modo se habet de superficie respectu lineæ, à qua mota, vt dictum est, imaginamur eam caulari. Nã partes eius per lineam & ad lineam continuantur. Similiter ẽt se habet de corpore respectu superficiei: &, quia locus superficies quædam est: eodem modo habet terminum cõem suarum particularum, sicut superficies. Sciẽdum tñ est, ꝙ Philosophus libro Prędicamentorum dicit, ꝙ partes loci copulantur ad eundẽ terminũ, ad quẽ copulantur partes corporis. Quod nõ bene intelligit, si locus est superficies corporis continentis. Cũ.n. terminus cõis partiũ corporis sit superficies, sequitur, ꝙ terminus loci sit superficies, & sic superficies erit terminus superficiei. Vbi nota, ꝙ locus potest dupliciter considerari. Vno modo pro superficie corporis continentis, & tunc terminus partium eius dicitur linea, vt dictũ est. alio modo sumitur locus pro toto corpore locante, sicut aer dicitur esse locus aquæ, & ignis locus aeris, & isto mõ dicit Philosophus, ꝙ partes loci copulantur ad eũdem terminum, ad quem copulantur partes corporis. Partes autem temporis copulantur ad nunc, & sic patet de diffinitione quantitatis continuæ.

De quantitate habente positionem, & de requisitis ad ipsam. Cap. 4.

HAbet autem quantitas continua positionem, licet non omnis. Notandum, ꝙ positio idem est, ꝙ ordo partium in loco, & hæc est vnum de 10. prædicamentis, quę etiam dicitur situs, de quo infra dicetur. Alio modo dicitur positio ordo partiũ in toto, & sic positio est dria quantitatis. Ad hoc autem ꝙ quantitas habeat positionem requiruntur tria. Primo, ꝙ habeat partes suas continuas signabiles & non signatas. Secundo, ꝙ f̃m hanc signabilitatem habeat partes inter se ordinatas, vnam videlicet post aliam. Tertio, ꝙ partes illæ habeant permanẽtiam. Ratione primi numerus, qui habet partes suas non signabiles, sed signatas, quantuncunque habeat eas ordinatas, puta duo post vnum, & tria post duo, & sic de alijs, non habet positionem. Ratione tertij, licet tempus habeat partes continuas signabiles, & non signatas & ordinatas, quia tamen non habet eas permanẽtes, ideo non habent inter se positionem. Oratio vero partes suas neque continuas habet, nec etiam permanentes, vt dictũ est, ideo non habet positionem in partibus suis. Species ergo quantitatis habentes positionem sunt linea, superficies,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficies, corpus, locus, & licet punctus non sit quantitas, quia est quid indiuisibile, & principium quãtitatis, quia est principium lineæ, quia tamen habet ordinem ad partes lineæ, dicitur habere positionem. Nam vt communiter dicitur, punctus est indiuisibile habens positionem, cum sit finis prioris partis, & initium posterioris. Vnitas vero est indiuisibile non habens positionem, & sic patet quæ quantitas habet positionem, & quæ non.

De speciebus quantitatis continue, & primo de Linea. Cap. 5.

NVnc dicendum est de prædictis speciebus quantitatis continuę, & primo de linea. Est autem linea longitudo sine latitudine, & profunditate, cuius extrema sunt duo puncta. Ad quod intelligendum sciendum est, ꝙ, cum quantitas sit mensura siue extensio substantiæ, vt supra dictum est, substantia corporea inquantum huius tripl͂r mensurari seu extendi potest, f̃m ꝙ tripl͂r diametri in angulis rectis possunt se intersecare, & nõ pluries. Si.n. vnus diameter debet intersecare, alium in angulis rectis, oportet ꝙ sit admodum crucis sic.



Vbi sunt duo anguli recti ex parte superiori, & duo ex parte inferiori. Dicitur autem angulus rectus qui causatur ex ductu lineæ perpendiculariter cadentis super lineam rectam sic. Vnde si talis linea cadit in medio causat duos angulos rectos, vt dictum est, Habemus ergo duas diametros se in angulis rectis in cruce suprapositas intersecãtes. Si vero. 3. diameter debet prædictas duas diametros intersecare in angulis rectis, oportet ꝙ transeat per punctum, vbi quatuor anguli recti iungũtur. Nec potest quartus diameter prædictas. 3. diametros intersecare, quin causet angulum rectum, vnus ergo diameter dictarum trium dicitur longitudo, secundus latitudo. Tertius vero profunditas quæ dicuntur tres dimensiones. Vnde si consideretur longitudo sine alijs duabus dimensionibus dicitur linea. Extrema vero lineæ, si habet extrema, quod dico propter lineam circularem, quæ non habet extrema, sunt duo puncta. Terminant.n. lineam ad indiuisibile, f̃m illam dimensionem. Si enim semper esset dare diuisibile f̃m illam dimensionem, cum huiusmodi dimẽsio sit linea, vt dictum est, tunc linea nunquam terminaretur. Superficies vero continet duas dimemsiones de prædictis, s. longitudinem & latitudinem, cuius extrema sunt duę lineę, vel vna. Q uod dico propter superficiem circularem, quæ vna lineæ terminatur. Sicut enim dictũ est, ad hoc ꝙ linea terminetur, oportet ꝙ terminetur ad inuisibile f̃m illam dimensionem. Sic oportet ꝙ superficies terminetur ad indiuisibile secundum latitudinem, & hæc est linea. Corpus autem continet omnes prędictas. 3. dimensiones, seu ipsum corpus est ipsa trina dimẽsio, sicut superficies est duplex dimẽsio, & linea vna. Terminatur autem corpus ad superficiem quæ indiuisibilis est f̃m profunditatem, vel ad lineam, quę indiuisibilis est f̃m latitudinem. Notandum, ꝙ licet corpus sit trina dimensio, s. longitudo, latitudo, & profunditas, tamẽ ratio corporis perficitur ex sola profunditate. Similiter etiam licet superficies contineat duas dimensiones, s. longitudinem, & latitudinem, tamen ratio eius specifica cõpletur ex sola latitudine, sicut ratio specifica hominis cõpletur ex rationali, quàmuis homo sit sensibilis & viuus. Ratio vero bruti ex sensibili completur, licet etiam cum hoc sit viuum. Lineę vero ratio specifica perficitur ex sola longitudine. Et, quia quantitas continua hoc habet, ꝙ semper sit diuisibilis, si corpus inquantum corpus terminari debet ad indiuisibile, terminabitur ad superficiem, quę licet sit diuisibilis, non tamen secundum profunditatem, in qua consistit ratio specifica corporis, vt dictum est, & similiter de superficie respectu lineæ. Et sic patet de tribus speciebus quantitatis continuæ.

De loco, qui est spẽs quãtitatis cõtinuæ. Ca. 6.

SEquitur de loco. Est autem locus superficies corpotis continentis immobilis. Licet. n. locus sit superficies, non tamen sequitur, ꝙ locus sit in genere superficiei, sed est aliud genus quantitatis propter aliam differentiam specificam superadditam, quæ non conuenit superficiei inquantum superficies est, nec sibi disconuenit, s. immobilis. Sciendum, ꝙ, cum non sit dare vacuũ in natura, oportet omne corpus alio corpore circundari. Dimittamus modo de vltima sphæra. Vnde superficies corporis circundantis illam, quæ cõtigua est corpori circundato, dicitur esse locus. Nec propter hoc talis superficies dicitur locus, quia circundat, alioqui nauis, quæ vadit cum flumine, cum semper sit circundata superficie eiusdem aquæ, eo ꝙ ipsa semper descendit, sicut aqua descendit, diceretur esse in eodem loco, quod tamen falsum est. Similiter etiam nauis ligata ad ripam fluminis, cum propter fluxum aquæ semper mutet superficiem, tunc semper mutaret locum. Q uod etiam falsum est. Non ergo ratio loci est ratio superficiei, nec econuerso, sed ratio loci consistit in hoc, ꝙ est immobilis, s. f̃m situ vniuersi. vnde dato ꝙ mũdus esset vacuus, & esset solũ cœlũ continens vacuũ, & vnus lapis esset in centro quantũcunq; nõ circundaretur superficie corporis continentis, tũ adhuc esset in loco, quia esset in parte quę per respectum ad situ͂ vniuersi seu cœli, esset immobilis, & sic patet de loco.

De tempore, quo est quãtitas successiua. Ca. 7.

TEmpus autem est numerus motu primi mobilis f̃m prius & posterius. Ad intelligendum autem prædictam diffinitionem, sciẽdum, ꝙ duplex est numerus, s. quo numeramus, vt duo, tria, & huius, & ista est prima spẽs quantitatis discretę, de qua dictũ est. Alius est numerus numeratus, s. istę res quibus nos istũ numerũ applicamus, inquantũ nmueranť, vt duo canes vel. 3. linee, & isto mõ sumit͂ hic numerus. Sciendũ, ꝙ in omni motu est quãtitas successiua faciẽs ipsum formal͂r quãtũ quãtitate successiua, quę quãtitas successiua nõ est motus, sed accidens eius. Motus aũt primi mobilis, s. vltimi cœli qa est regularissimus & simplicissimus oĩum motuũ, iõ quantitas

quantitas eius successiua est regularissima & simplicissima oĩum aliarũ quantitatũ successiuarũ, & ideo applicãdo illam ad oẽs alios motus, qui, vt dictum est, successiui sunt, certificamur de duratione ipsorũ, & hoc est mensurari, vt supradictũ est. Q uia vero anima in illa successione motus primi mobilis cõsiderat prius & posterius, illa successio sic numerata vel mensurata ab anima per prius & posterius dicitur esse tempus. Sicut diem vocamus successionẽ vnius partis motus primi mobili, prout scilicet partes eius mouentur ab oriente in occidentẽ. Vnde tale prius in successiõe, prout. s. pars primi mobilis mouebatur in oriente, & tale posterius, prout, s. pars mouebatur in occidente considerata ab anima faciunt dictũ tempus, puta diem, & sic de alijs, & hoc tempus, vt dictũ est, applicando ad omnia successiua de eis certificamur quantum ad ipsorum durationẽ in tali successione. Patet ergo qualiter tempus est numerus motus f̃m prius & posterius. Notandum, ꝙ, quia, vt dictum est, tempus est subiectiue in motu primi mobilis, sicut est passio in suo subiecto, f̃m ea quæ sunt in illo motu dicimus aliqua esse in tempore. Vnde in motu est considerare mobile, & indiuisibile ipsius motus, quod dicitur mutatũ esse, quod se habet ad motum sicut punctus ad lineam, & sicut in qualibet parte lineæ est immaginari punctum, sic in qualibet parte motus est considerare mutatum esse, omnis.n. si terminabilis est, terminatur ad mutatum esse, sicut ad terminum intraneum, sicut linea ad punctum. Vnde illi motui respondet tempus dupl͂r, quia & sicut eius passio, quia est successio eius, vt dictum est, & sicut eius mensura. Non enim tempus solum mensurat alio motus, sed etiam partes motus primi mobilis. Dicimus enim ꝙ vna circulatio facta est in vna die. Ipsi vero mutato esse, qđ est indiuisibile in motu, respondet in tẽpore nunc, quod est indiuisibile temporis, vel est ei idem re, licet posset ratione, differre, & in omni tempore est signare nunc, sicut in linea punctum, & si tempus terminaretur, vtique ad nunc terminaretur. Patet ergo de tempore.

Quòd quantitas non suscipit magis nec minus, nec habeat contrarietatem, sed secundum eam aliquid dicitur æquale vel inæquale alteri. Cap. 8.

COmmune est autem omni quantitati non suscipere magis & minus, nec suscipere contrarietatem. Quod qualiter intelligatur supra de prædicamẽto substantiæ dictum est. Sciendum autem, ꝙ à Philosopho lib. prædicamentorum ponitur instantia de magno & paruo, quæ videntur esse in quantitate, & videtur esse contraria. Et respondet primo, ꝙ magnum & paruũ nõ sunt in genere quantitatis, licet sint passiones ipsius quãtitatis, sed sunt in genere relationis. Non enim magnum dicitur aliquid absolute, alioquin non diceretur milium magnum, & mons paruus, nisi per respectum ad aliud milium, vel per respectum ad montem magnum. Secundo respondet, ꝙ dato ꝙ magnum & paruum essent in genere quantitatis, non tamen essent contraria. Idem enim nõ potest esse contrarium sibi ipsi, & tamen vna & eadem quantitas dicitur magna per respectum ad minorem, & parua per respectum ad maiorem. Proprium autem quãtitatis est f̃m eam æquale vel inęquale dici. Ad quod intelligendum sciendum est, ꝙ quantitas dupliciter potest sumi. Vno modo pro magnitudine molis. Alio modo pro magnitudine perfectionis. Primo modo quantitas pertinet ad hoc prædicamentum, quia ista est prior & notior acceptio quantitatis. Secundo modo quantitas est de trãscendentibus, quia in multis generibus inuenitur, sicut & perfectum. Dicimus enim iste est magnus medicus, i. perfectus, & ista est magna similitudo, & f̃m quantitatẽ vtroque modo sumptã dicitur ęquale & inęquale. Dicimus enim duas lineas esse ęquales, & duas albedines similiter, & quia quãtitas primo modo est notior, & magis propria, secundo autem modo dicitur transumptiue ab illa, ideo æquale vel inæquale dicitur proprie f̃m quãtitatem primo modo sumptam, Notandum, ꝙ vnum cõuertitur cum ente, & sic quicquid est ens est vnum, cum autem substantia, quantitas, & qualitas sint entia, oportet quodlibet eorum esse vnum, & cum in substantia, quantitate, & qualitate possint esse plura entia, ergo in eis possunt esse plura, quorum quodlibet est vnum, quæ sunt multa in quolibet: ergo istorum predicamentorum est vnum & multa. In vno autem in substantia fundatur relatio, quæ dicitur identitas. In vno vero in quantitate fundatur relatio, quæ dicitur æqualitas. In vno in qualitate fundatur relatio, quę dicitur similitudo, diuersimo de tamen, nam vnum dicitur tripliciter, s. vnum numero vt Sortes, vel Plato, quilibet enim per se est vnus numero. Aliud est vnum specie, vt Sortes & Plato sunt vnum in homine. Aliud est vnum genere, vt homo & equus sunt vnum in animali. Identitas autem, quæ fundatur in vno in substantia, non fundatur in vno in genere, nec in vno specie, sed in vno numero, ac si essent duæ substãtiæ. Vnum vero numero est idem sibi ipsi, prout nunc sumitur idem, licet etiam in substantia possit dici idem specie, & idem genere, tamen non sic modo sumitur identitas, vnde tale identitas non est relatio realis, sed rationis, vt infra dicetur, æquale vero & simile non fundatur in vno f̃m numerum, quia nihil est æquale vel simile sibi ipsi, sed fundatur in vno f̃m speciem, nã duas lineas dicimus æquales, & duas albedines similes. Notandum ꝙ æquale & simile sumuntur cõiter, s. pro vtroq; fundamẽto æqualitatis, & pro vtroque eius termino. Aequalitas.n. est duorũ, vnius fundamẽtaliter, & alterius vt termini, & econuerso, similitudo autem est multa terminis. Nam ad similitudinẽ sufficit participatio qualitatis f̃m eandem speciem. Q uæ.n. sunt alba sunt similia, & quæ participant diuersas qualitates quantum ad speciem sunt dissimilia, vt album & nigrum, non est autem sic est de æqualitate, non.n. sufficit ad æqualitatẽ, ꝙ sint duæ quantitates eiusdem speciei, alioquin omnes lineæ, quæ sunt eiusdem speciei, essent æquales. Quod tamen falsum est, sed requiritur ꝙ sint duę quantitates eiusdem speciei cũ priuatione maioris & minoris, vt, s. vna omnino non sit maior, nec minor altera, inæquale vero non sumitur f̃m diuersas species quantitatis, vt dictũ est de simili in qualitate, sed in eis, quæ sunt eiusdem speciei sine priuatione maioris & minoris, & sic patet quid sit idem, quid æquale, quid simile. Sciendum, ꝙ licet fundamentum, identitatis sit substantia, vt dictum est, tamen potest dici de alijs prædicamentis, & in eis fundari. Dicimus.n. ꝙ hæc albedo est eadem sibiipsi, & hæc linea est eadem sibiipsi, & ideo non est proprium substantię f̃m eam dici idem vel diuersum, cum hic conueniant alijs prædicamentis, licet conueniant substantiæ principaliter. Proprium autem quantitatis est f̃m eam dici æquale vel inæquale, quia nihil dicitur æquale vel inæquale nisi f̃m quantitatem. Proprium vero qualitatis est f̃m eam dici simile vel dissimile, & sic patet de prædicamento quantitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS TERTIVS DE PRÆDICAMENTO QVALITATIS.

In septem capita diuisus.

Quid sit qualitas in genere. Cap. 1.



VNC dicendū est de prædicamēto qualitatis quid sit. Describitur aūt qualitas. Qualitas est f̄m quā quales dicimur, Sciendū, q̄ prædicamēta distiniri nō p̄nt. Cū.n.in diffone ponatur genus & dria distiniti, gña aūt gñalissima, cuiusmodi sunt suba quantitas, qualitas, & hmōi nō habeant genus supra se, vt supra dictū est, ergo diffiniri non possunt. Possunt aūt per aliqua nobis magis nota describi, seu notificari. Notandū, q̄, vt ex supra dictis colligi p̄t, intellectus noster non solum abstrahit vle à particularibus, sed ēt formam. ab hūte talem formā. Intelligit.n, humanitatem præcise non intelligēdo cum ea hās humatitatē, s.huiem, in qua non solum est humanitas, sed ēt multa alia entia, s.albedo, & hmōi. Eodē mō intelligit albedinem abstrahendo ab habēte ipsam quod vocamus albū, vnde licet albedo non inueniatur sine subiecto, tū intellectus eā intelligit abstrahendo à subiecto, eo videlicet, nō intellecto, & f̄m hoc magis pertinet ad intellectum accīs in abstracto, q̄ in cōcreto. Et, quia cognitio nra ortum habet à sensu minus sensibilia sunt nobis minus nota, abstracta aūt vt dictum est, sunt minus sensibilia, ergo cōuenienter notificantur per concreta, sicut per prius nota. Bene ergo data fuit notificatio qualitatis, quæ est abstracta per quale, quod est concretum dicendo, qualitas est f̄m quā quales dicimur. Sciendum est, q̄ est dria inter quantitatem & alia accidentia, nam in ea prædicatur concretum de abstracto, dicimus.n.hic linea est quanta, quod non contingit in alijs prædicamētis accidentium, non.n.pōt dici, q̄ hæc albedo est qualis, & inde est, q̄ quantitatis in abstracto non diffinitur seu describitur per concretū, s.n.vnū de alio prædicatur cōuersim, ita erit male notum vnum, sicut reliquum, & sic patet descriptio qualitatis.

De prima specie qualitatis, quæ est Habitus Dispositio. Cap. 2.

SVnt autem quatuor species qualitatis, quæ sunt gña subalterna. Prima est habitus seu dispō. Vbi sciendū est, q̄ dispositio est genus ad habitum: oīs.n.habitus est dispositio, nō tn oīs dispositio est habitus. Nam qualitas facile mobilis est dispō, nō tn est habitus. Vnde, si sumatur dispō pro qualitate, quæ est facile mobilis, tūc est vna spēs qualitatis condiuisa habitui, si vero sumatur dispositio, prout dicitur tam de qualitate facile mobili quam de difficili mobili, tunc est genus ad habitum & dispositionem, quæ habitus cōdiuiditur. Diffinitur autem habitus quinto Metaphysicæ sic, habitus est dispō, qua aliquis disponit bene vel male, siue f̄m se, siue ad aliud. Ad quam diffinitionem intelligendam, sciendum est, q̄ dispō est ordo rei habentis partes, non solū partes quantitatiuas, sed ēt essentiales, vel potētiales. Vnde ordo ista rum partium inter se vel ad aliquid aliud dicitur dispositio. Ad rationem quidem habitus requiruntur plura, siue sint partes, siue potentiæ vel actus, quæ sunt adinuicē cōmensurabilia diuersis modis, ita, quod in eis posit inueniri aliquis modus medius commensurationis, & talis modus dicitur habitus. Verbi gratia sanitas est debita cōmensuratio humorū diuersimode adinuicem commensurabilium, quæ tamen reducūtur ad sanitatem, sicut ad determinatum modum commensurationis, & ideo sanitas est habitus. Nam quia qualitates elementales in ipis elementalis secundum vnum modū mēsurantur, & non diuersimode, ideo in eis non est habitus. Bene ergo dicitur, q̄ habitus est dispositio seu ordo partium diuersimo de commensurabilium bene vel male, i.f̄m modum medium determinatum. Sed, quia dicitur siue f̄m se, siue ad aliquid aliud. Sciendum, quod duplex habitus inuenitur, vnus dispositio rei f̄m modum & naturam rei intra, prout partes naturales adinuicem f̄m vnū modum medium commensurantur, vt dictum de sanitate, quæ est debita commensuratio quatuor humorum. Similiter pulchritudo, quæ est debita commensuratio membrorum, & hoc est quod dicitur in diffinitione habitus, scilicet secūdum se. Alius modus habitus est, qui est dispositio rei in ordine ad finem, & quia finis potentiarum sunt operationes, medius modus determinatur f̄m, quod ad suas operationes bene vel male ordinantur, sicut sunt virtutes & vicia, & propter hoc in diffinitione habitus dicitur, siue ad aliud, scilicet ad finem, & tales habitus sunt difficile mobiles. Quia.n.habitus virtuosos ex multis actibus iteratis generatur, ideo non est ita de facili mobilis, qui vero ex paucis actibus inciperet vel disponi vel habituari ad virtutem, ille diceretur habere dispositionem, quæ facile mobilis est loquendo de dispositione, non prout est genus ad habitum, sed vt est species sibi condiuisa, & sic patet de prima specie qualitatis &c.

De secunda specie qualitatis, quæ est Naturalis potentia, uel impotentia. Cap. 3.

SEcunda species qualitatis, est naturalis potentia vel impotentia aliquid facile faciendi, vel paciendi. Ad intelligendum autem hanc speciem qualitatis, sciendum q̄ potētia potest sumi dupliciter. Vno modo vt est de transcendentibus, potentia.n.& actus diuidunt omne ens, vt patet. 5. Metaph. & in eo genere, in quo est actus, est etiam potentia. Nam. si linea in actu est in genere quātitatis, sic linea in potentia est in eodem genere, de tali autem potentia non loquimur modo. Alio modo sumitur potentia, prout est principium transmutandi aliud inquantum aliud, vel quod est principium transmutandi ab alio inquantum aliud. Notandum, q̄ sicut agens artificiale requirit instrumentum per quod agat, & propter limitationem suæ virtutis non potest habere simul illud quod est in ipso & in instrumento necessarium ad agendum, ita & nulla substantia creata potest esse per se sufficiens principium ad agendum & essendum. Vnde requiritur aliud principium in ea quod immediate se habeat a operationem, & hoc principiū dicimus potentiā, quod quidem si actiuum est, sicut sunt potentiæ nutritiuæ in animato, dicitur potentia actiua, quę est principiū transmutandi aliud inquantum est aliud. & dico inquantum aliud, quia nihil simul pōt esse actiuum & passiuū respectu eiusdem. Vnde, si potentia actiua est principiū transmutandi, non erit principium transmutandi se, sed aliud inquantum aliud. Si vero tale principium sit passiuum, vt sunt potētiæ sensitiuæ in animali, tunc est principium transmutandi ab alio inquantum est aliud, & ad hāc speciem qualitatis pertinet durum & molle, pugillator & cursor,

cursor, & huiusmodi. Ita, q̄ non sumitur pugillator ab arte pugillandi, quia sic esset in prima spē qualitatis, sed pro potentia naturali, & sic patet de secunda specie qualitatis.

De tertia specie qualitatis, quæ est passio vel Passibilis qualitas. Cap. 4.

TErtia vero spēs qualitatis dicitur passio vel passibilis qualitas. Notandum, q̄ passio, vt est in motu, est vnū de 10. prędicamētis, & sic non sumit hic passio. Sed dicit passio vel passibilis qualitas, quia infertur per aliquam passionē primo mō sumptā, vel quia infert aliquā passionem. verbi gratia, calor & frigus dicuntur passibiles qualitates eo q̄ inferunt sensui tactus aliquam passionem. Sed albedo, & nigredo dicunt passibiles qualitates, quia generantur ex aliquibus passionibus illatis. Propter.n.magnū æstum agentē in corpora ęthiopū, æthiopes sunt nigri, & germani sunt albi propter frigus, licet ēt albedo & negredo possint dici passibiles qualitates, eo q̄ inferunt passionem sensui visus, videre.n.est quodā pati. Vbi nota, q̄ licet quędam entia absoluta non habeant spēm ab aliquo extrinseco, quod non est de essentia eorum, & q̄ distinguantur se ipsis, vt patet in simplicibus: albedo.n.ipsa distinguit realiter à nigredine, vel ab aliqua parte intrinseca sui, sicut homo distinguitur ab equo, & econtrario per formas eorum. nihil.n.extrinsecum, quod nota est de essentia rei constituit vel distinguit aliud ab alio specifice, tū nihil prohibet quin aliquando aliqua distinguantur causis extrinsecis, s.finali & efficiente, sicut dicimus, q̄ potētię distinguunt per actus tanquam per fines, & actus distinguūtur per obiecta tanquam per causas efficientes, & licet hoc mō extrinseca distinguentia non sint de essentia distinctorum, tn per tales distinctiones cognoscitur ratio specifica eorum. Per actus.n.diffinitur potentia, quia est principium transmutandi, vt dictum est, sicut per manifestatione suæ rationis specificę, & per obiecta diffiniuntur actus, sicut dicimus q̄ videre est visum moueri à colore. Sic est in proposito, licet.n.passio & passibilis qualitas, vt formæ simplices, se ipsis sint ineſſe specifico, tn quædam diffiniuntur per actus, sicut per fines, quia, s.hūt causare passionem, in sensu, quādoq; vero per causas efficientes, quia, s.habent causari ex passionibus. Differunt autem passio & passibilis qualitas, quia passio cito transit, sicut rubedo, quæ fit ex verecundia, & pallor, quæ fit ex timore, dicuntur passiones, quia cito transeunt. Nec per talem rubedinem vel pallorem in lingua græca denominātur rubei vel pallidi, licet forte non sic in lingua nostra, sed pro nūc de nominat verecūdans rubeus, & timens pallidus. Et quia ira, amor, & odium, & huiusmodi, quæ oīa Philosophus. 2. Ethicorum passiones vocat, fiūt cum aliqua passione, & transmutatione corporis, & parū durant, sub istis passionibus cōputantur. Passibilis vero qualitas dicitur, quæ non cito trāsit, sicut dictū est de frigore & calore, si vero ira, amor, odiu, & hic, quæ hic Philosophus passione f̄m animā vocat, diu durarent, passibiles qualitates dicerent.

De quarta specie qualitatis, quæ est forma, vel circa aliquid constans figura. Cap. 5.

QVarta vero spēs qualitatis est forma, vel circa aliquid constans figura. Sciēdum, q̄ forma pōt sumi dupl̄r. Vno mō vt est actus quidā, & sic est de transcendentibus, quia in pluribus prædicamantis inuenitur, ideo ēt forma est de transcendentibus, quia inuenitur in prædicamento substantiæ, quantitatis, & qualitatis, & huius, & isto mō non sumit forma hic. Ad videndum quid importat hic per formā, primo videamus de figura, quæ est nobis magis nota. Vnde sciendum, q̄, vt supradictum est, proprium totius prædicamenti quātitatis est f̄m eam æquale vel inæquale dici, vnde ipsa primo vel secundario oīs res quanta est. ratio est, quia illud dicitur esse proprium alicuius, quod immediate causatur à principijs suæ essentiæ: sed positis duabus quantitatibus eiusdē specici, statim sequitur, q̄ sunt æquales vel inæquales, hic statim sequit tanquā immediate causatū ex principijs essentialibus, quātitatis ergo æquale & inæquale quā tuncunq; sint in gñe relationis, tū sunt proprium quātitatis. Sic ergo se habet figura respectu quantitatis cōtinuæ habentis positionem, cuiusmodi sunt linea, superficies, & corpus, & locus, nam ad lineam sequitur rectum vel curuum. Ad superficiem sequitur triangulare, quadrangulare, & hic. Ad corpus sequit pyramidale, cubicū, & huius. Ad locum materialiter sumptum sequitur variatio figuræ f̄m variationem contenti. Oīa autem prædicta figuræ sunt, quæ sunt in quarta specie qualitatis. Non.n.figura est quantitas, sed qualitas immediate causata à prædictis speciebus quantitatis, & inde est, q̄ figura magis ducit nos in cognitionem subę tam individualis, quàm specificæ, quàm aliquod aliud accidens. Quantitas aūt, licet sit fundamentum aliorum accidentium, tū sequitur materiam, & quia materia de se non est cā cognitionis, sed sola forma, ideo quātitas non bene ducit nos in cognitionem substātiæ in qua est, sed, quia figura est tanquàm qd formale, & forma absolute se habet immediate ad quantitatem, à qua non pōt absolui quantitas, vt dictum est, quod non est sic de alijs spēbus quantitatis, iō figura perfectius ducit in cognitionem substantiæ, vt clare patet de figuris animaliū, vel hoium sculptis. Et sic patet de figura. Forma autem, vt hic sumitur, differt à figura, licet ad idem genus reducātur. Figura.n.vt dictum est, sequitur quantitatem continuam habentem positionem. Forma vero sequitur aiam habentem aliqua sacramenta. Vel sequitur forma hæc essentialem gradū in materia ratione sui.
Caracter.n.impressus est in essentia animæ ex receptione aliquorū sacramentorum, q̄ est signum distinctionum inter hōtes illud sacramentū & non habēte. Sic forma, quę est in quarta spē qualitatis, non posset dici figura, quia ibi nō est quantitatis continua. Licet aliqui dicant, q̄ oīs figura etiā forma dici posit, & quod sint sicut synonima.

De Quali, & conditionibus eiusdem ex tribus modis eius. Cap. 6.

QVale autem sumitur à qualitate. Ad quod intelligendum, sciendum est, quod omnium prędicamentorū duplex est modus intelligendi, vel signandi, s.abstractus, & concretus. Omne.n.quod intelligimus vel cognoscimus vt quo est, est habitum. vel vt quod est, est habens. Humanitas.n.intelligitur, vt qūo est aliquid, humanitate.n.homo est hō, & sīr se habet de albedine, albedine.n.aliquid est album. Homo vero & album intelligitur vt quod est, & vt habens humanitatem & vt habēs albedinem. Describitur aūt quale sic. Quale est, q̄ f̄m qualitatem denominatur. Secundum.n.logicū album denominatur ab albedine, & non econuerso. nā vere denoiatiua tria debent hre. Primo, q̄ conueniant in voce cum eo, à quo denominantur, scilicet in principio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo ꝙ differant in fine. Tertio, ꝙ idem significent, vnum tñ vt quo aliquid est, & alterum vt quod est, & vt habens, sicut se habet de albedine, & albo, conueniunt. n. albedo & album in principio quantũ ad vocẽ, & differũt in fine vocis, & significãt idẽ, licet diuersis modis. Sciendum, ꝙ quædã sunt qualia, quia oia illa tria perfecte hñt, vt album, quædã vero sunt qualia, quæ differunt ab his, à quibus denominantur in significatione, sicut cursor, & pugillator, prout sunt in secũda spẽ qualitatis. Cursor. n. & pugillator, denominant ab arte currendi & pugillandi, & non à potentia, qa non est nomen impositũ tali potẽtiæ. Vel dicunt denominatiue a cursu & pugna, quę nõ sunt in secunda spẽ qualitatis, & ideo nõ conueniunt in significatione cum his, à quibus denominantur. Aliqua vero qualia dicuntur denominatiua, quæ cum his, à quibus denominantur, nullo modo conueniunt nec in voce, nec in principio, nec in fine, nec in significatione, vt à virtute dicitur studiosus. Et sic prędicti duo vltimi modi qualis diminute dicuntur, quia non dicuntur perfecte denominatiue, & sic patet de quali.

De communitatibus & proprietatibus qualitatis. Cap. 7.

IN est autem qualitati contrarietas, licet non omni. Quod qualiter intelligat dictũ est in prædicamẽto subæ. dicit aũt Philosophus, ꝙ dubitat vtrũ qualitas suscipiat magis & minus, non aũt dubitatur de quali. Nã dubitatur vtrum iustitia sit magis vel minus, nõ aũt vtrũ iustus, quia dicitur iustior, seu magis iustus. Quod qualiter intelligatur ibidem dictum est. Proprium vero qualitatis est ſm eam simile vel dissimile dici, quod in prædicamento quantitatis declaratum est, & sic patet.

TRACTATVS QVARTVS
DE PRAEDICAMENTO AD ALIQVID.

In quinque capita diuisus.

Quid sit ad aliquid secundum intentionem logicam. Cap. primum.



ICTO de prędicamẽtis absolutis, dicendum est de respectiuis. Et primo de relatione. Notandũ, ꝙ quia relatiorum habet de entitate, tñ de ipsa non tractat Philosophus, sed solũ de relatiuis, quæ propter concretione magis a nobis pũt cognosci. Vocat. n. relatiua ad aliquid diffinit ea sic ad aliquid talia dicuntur quæcunque hoc ipsum ꝙ. sunt aliorũ dñr, vel quolibet aliter ad aliud. Ad intelligentiam huius diffinitionis, sciendum, ꝙ quędam sunt relatiua ſm dici, quædam vero ſm esse. Quædã sunt relatiua realia, quædam vero ſm rationẽ. Relatiua ſm dici ea, dicũtur quæ de suo principali significato debent rem alterius prædicamentis, secundario autem debent relationem, seu debent respectum. Sicut scientia de suo principali signato dicit habitum animæ, & sic est in prima spẽ qualitatis, secundario aũt dicit respectum ad scibile, & sensus ad sensibile, qui est quædam potentia in secunda spẽ qualitatis, & talia sunt relatiua ſm dici. Relatiua vero ſm esse sunt, quæ de suo principali significato significant respectum, vt pater, qui de suo principali significato significat respectum ad filium. Relatiua realia sunt quę habent referri realiter circunscripto omni actu intellectus, vt pater, & filius, circunscripto. n. omni actu intellectus, pater refertur ad filium, & filius ad patrem, quia realiter pater genuit filium, & filius à patre fuit genitus. Notandum, ꝙ ad hoc vt relatio sit realis, quinque requirunt, duo ex parte subiecti, duo ex parte termini, & vnum ex parte relatorum. Primum ex parte subiecti est, ꝙ relatio supponat aliquod fundamentum reale in eo cuius est vt subiecti, vnde nõ entis nõ potest esse relatio realis. Secundum ex parte subiecti, ꝙ in eo sit ratio fundamẽtalis quare referatur, vt videlicet illud, ſm quod dicitur referri, includat aliquod reale, sicut mouens in eo ꝙ mouet, includit potentiam actiuam, ſm quã potest agere. Vnde propter defectum huius conditionis, res intellecta non refertur realiter ad intelligẽtem, quia res intellecta in eo ꝙ huius denominatur ab actu intelligendi, qui nihil ſm rem ponit in re intellecta, sed solum in intelligente. Tertiũ quod requiritur, & est primum ex parte termini, est, ꝙ terminus ad quẽ est relatio sit res quædã. Quartum est, ꝙ terminus sit diuersus realiter ab alio correlatiuo, quia eiusdem ad se ipsum non est relatio realis. Quintum autem, ꝙ ratio ex parte correlatiuorum est, ꝙ sint eiusdem ordinis, ita videlicet ꝙ ambo sint limitata ad genus & spẽm vel ambo sint extra genus, ita ꝙ ex æquo respondeat eis rõ gñis aut speciei. Quacunq; autem harum conditionũ non existente in quocunq; relatiuo non erit relatiũ reale, sed ſm rõnem. Vnde Dei ad creaturã non est relatio realis, quia quicquid est in Deo, non est in genere relationis. Vñ licet Deus realiter sit dominus creaturæ, & creatura realiter serua, tñ dominus non est in Deo relatiuum reale, quia illud dominiũ non est in genere relationis ex æquo vt opposita spẽs seruituti creaturę correspõdẽs. De alijs quatuor conditionibus, iã exemplificatum est. Notandum dominium ex parte Dei est quid infinitum, cui non adequatur, vt possit correspondere seruitus creature quæ est finita, infinitum autem non correspondet finito, quia plus habet, dominiũ ergo Dei est relatio rõnis, seruitus vero creaturæ est relatio realis. Ex his patet descriptio relatiuorum suprapositа. Nam ipsa comprehendit omnia relatiua tam ſm dici quam ſm esse, tam relatiua realia quã relatiua rationis. Omnia nanque dicuntur ad alia. ſ. ad correlatiua, veli habitudine casus genitiui, propter quod dicit, aliorum dicuntur, vt patet filij pater, siue qũlibet aliter, i. in habitudine cuiuscũq; casus siue dicti, vt similis simili similis, siue accusatiui, vt mons magnus ad paruũ montẽ, siue ablatiui, vt maius maiore maius.

Et sic patet prima diffinitio.

De secunda diffinitione relatiuorum, quæ conuenit relatiuis secundum esse & realibus. Cap. 2.

DIffinitur secundo ad aliquid sic, ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum est esse, ad aliud quodãmodo se hñe. Hęc diffinitio cõuenit solum relatiuis ſm esse, & realibus, eorum nanq; esse est ad aliud se habere.

Notandum, ꝙ ad constitutionẽ relationis duo requiruntur. Vnum vt fundamentum, aliud vt terminus, sine quibus relatio non solum non posset esse, sed etiam non posset intelligi, verbi gratia, similitudo requirit duo alia realia, quorum vnum est fundamentum, alterum terminus,

nus, similitudo. n. Sortis albi ad Platonem albũ in albedine Sortis est vt in fundamento, in albedine vero Platonis est vt in termino, econuerso se habet de similitudine Platonis ad Sortem, semper. n. in duobus similibus sunt duę similitudines, vna vnius vt fundamentum, & alterius vt terminus, & alia est ecõuerso. Cum aũt dico ꝙ similitudo Sortis habet albedinem eius vt fundamentum, nõ est intelligendum, ꝙ similitudo Sortis sit aliqua res in forte alia ab ipsa albedine, sed solũ est ipsa albedo, vt se habet ad albedinem Platonis vt ad terminum. Si. n. similitudo adderet supra albedinem Sortis aliquã rem, nullo modo posset aliquis alicui fieri similis sine sui mutatione, sit aũt homo similis alicui sine sui mutatione, vt patet. Nam si quis in India fieret modo albus fieret similis mihi, & ego sibi, nulla in me facta mutatione. Similitudo. n. in me nulla rẽ addit supra albedinẽ: quę realiter sit in me, vt patet.

Quod relatio differt à suo fundamento realitate extrinseca solum. Cap. III.

SEd hic oritur dubiũ. Cum. n. prædicaměta sint. 10. genera rerum inter se realiter differentia, si relatio nullam rem addit supra fundamentũ, ergo non erit alia res à fundamento, & sic non erit in alio genere similitudo q̃ albedo, quod omnino falsum est. Dicendum, ꝙ diuisio entis in. 10. prædicaměta est diuisio in. 10. diuersa ſm rem, vel quatum ad hoc ꝙ dicant diuersas res intrinsece, & realiter, sicut substãtia, quantitas, & qualitas, quę cõparata adinuicem sunt diuerse res, vel inquantum dãt diuersas res extrinsece, quia vnum importat aliquam rem diuersam, quã non importat reliquum, & sic relatio differt à suo fundamento, quia importat oppositum relatiui. Sicut. n. dicimus, ꝙ totum differt à sua parte nõ sicut res à re, sed sicut illud, qd̃ importat plus q̃ pars, homo. n. differt ab anima, quia importat materiã, quã non importat anima, sic relatio differt à suo fundamento, quia relatio dicit rem fundamẽti, & oppositum terminum, quam nõ dicit fundamentũ. Ex his patet secunda diffinitio relatiuorum. Si. n. verũ esse relatiuorum in hoc cõsistit, ſ. ꝙ importat aliquid vt fundamentũ, & aliquid vltra, ſ. terminum, esse ergo corũ est ad aliud se habere relatiuorum.

Quomodo, & quæ nam relationes sumuntur à fundamentis. Cap. IIII.

ET quia entitas relatiuorũ quali tota à fundamentis, ideo videndum est in quibus posset relatio fundari. Notandum, ꝙ vt cõmuniter dicitur, Relatiua fundantur in tribus, ſ. in actione & passione, in mensura & in mensurato, & in vno. nihil tñ obstat quin relatio nõ possit fundari immediate in substãtia, cũ materia ſm suam essentiam, nõ per aliquid sibi additum referatur ad formam, & creatura similiter ad creatorem, sed cõmuniter relatio in tribus prædictis fundatur. Fundamentũ. n. paternitatis est actio, ſ. generatio, qua quis genuit filium, & fundamentum filiationis est passio. ſ. generatio passiua, qua quis genitus est, & similiter se habet de domino & seruo. Duplum vero & dimidium, & triplum & subtriplum, & huiusmodi fundantur in mensura, & mensurato. Similiter & relatio quæ est inter sensum & sensibile, & scientiã & scibile, fundatur super mensura & mensurato. Scibile. n. ad scientiã & sensibile ad sensum, se hñt vt mensura ad mensuratũ. In vno vero in substantia, fundat identitas, in vno in quantitate æqualitas, in vno in æqualitate similitudo, vt supra dictum est. Vnde ſm illa diuersa fundamenta possunt sumi diuersę species relatiuorum. Possunt & assignari aliter eorum species, ſ. superpositionem, vt pater & dominus. superpositionem, vt filius & seruus, & æquiparãtiam, vt æqualis & similis, &c.

De communitatibus & proprietatibus relatiuorum. Cap. V.

QVæ autem relatiua suscipiũt magis & minus & contrarietatem, & quæ non sciendum, ꝙ relatiua, quorũ fundamenta, & termini suscipiunt magis & minus & contrarietatem, ipsa etiam suscipiunt magis & minus & contrarietatem, quorũ vero fundamenta & termini nõ suscipiunt magis & minus nec contrarietatem, nec & ipsa suscipiunt. Notandum, ꝙ quædam relatiua, quæ fundantur in vno, quantuncunq; nõ suscipiant ipsorum fundamenta magis nec minus, ipsa tñ suscipiunt magis vel minus, vt inæqualior, vt dictum est, & ita fundantur in vno ſm speciem, & cũ hoc addatur cũ priuatione maioris vt minoris, quia talis priuatio nõ consistit in indiuisibili, sed potest intendi & remitti, inde est, ꝙ æquale suscipit magis & minus, & sic de alijs. Dicuntur autem omnia relatiua ad conuertentiam, vt pater filij pater, & filius patris filius, & hoc conuenit omnibus relatiuis. Nec oportet ꝙ conuertentia fiat semper in omnibus casibus similibus. Dicitur. n. scia scibilis scientia, & scibile scientia scibile, & non dicitur scientiæ. Ad hoc autem ꝙ talis cõuertentia fiat, oportet ꝙ fiat ad aliud, & ſm id nomen, ſm quod ad aliud dicitur, non. n. dicitur secundum conuertentiam caput ad animal. Si. n. dicitur caput animalis caput, non tñ potest dici animal capitis animal, quia non refertur caput ad animal, ſm hoc nomen, quod est animal, sed ſm aliud nomen. ſ. capitatum. Vnde hæc dicuntur ad conuertentiam, caput capitati caput, & capitatum capite capitatum, & ideo, si aliqñ tale nomen nõ inuenitur, licet illud fingere, vt remus non dicitur nauis remus, sed fingamus nomen & dicamus remus rei remitæ remus, & sic omnia relatiua dicentur ad cõuertentiã. Sunt autẽ omnia vera relatiua simul natura. Si enim esse relatiui est ad aliud se habere, vt dictum est, posito vno relatiuo statim ponitur suum correlatiuum, & ideo posita se ponunt & perempta se perimunt. Proprium autem relatiuorum est, vt qui diffinite nouit vnũ diffinite noscat & reliquũ. Si. n. diffinitio est oratio quid est esse rei significans, ad esse aũt vnius relatiui requiritur necessario correlatiuum, qui ergo cognoscit esse vnius relatiui, oportet quòd cognoscat esse sui correlatiui, & sic patet de prædicamento ad aliquid, &c.

TRACTATVS PRIMVS
DE SEX PRINCIPIIS

In tria capita diuisus.



NVNC dicendũ est de alijs sex prędicamẽtis, quę sex principia dicuntur. Notandum, quòd quia prædicamenta sunt ordinationes prædicabilium, vt supra dictũ est, ideo per prædicari seu denominare cognoscuntur. Dupliciter aũt potest aliquid de alio prædicari denominatiue, seu illud denominare. Vno modo, quòd talis prædicatio seu denominatio fiat ab aliquo, quod sit intrinsecum ei, de quo fit talis prædicatio, seu denominatio, qd̃ videlicet ipsum perficiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficiat siue per identitatem, siue per inhærentiam. Et hoc adhuc dõtingit dupliciter. Vno modo ꝙ talis denominatio fiat absolute, & in se, & sic denominant tria prædicamenta absoluta. s. substantia, quantitas, & qualitas. Vnde dicimus sortes est substantia per identitatẽ, vel est quantus, & qualis per inhærentiam. Alio modo ꝙ talis denominatio sit ab intrinseco importando tñ aliquid extrinsecum, vt terminum ad quem se habet illud quod denominatur, & isto modo denominat relatio, vt cum dicimus, sortes est æqualis vel similis. Platoni. Secundo modo fit denominatio ab extrinseco, s. ab eo, quod nõ est in denominato formali, sed est aliquod absolutum extrinsecum, à quo fit talis denominatio, vt cum dicitur, sortes est agẽs, talis denominatio est ab ipsa forma fluente, quæ in passio acquiritur. Calor nanq; causatus in passo ad hoc ꝙ denominet aliquid calidum, quæ denominatio est intrinseca, nihil aliud requirit vt sic denominet per ipsum, nisi subiectũ in quo est. Sed ad hoc vt denominetur tale aliquid, puta calefaciens de necessitate requirit aliã rem à subiecto, s. causam effectiuã caloris, quia requirit passum, in quo est talis calefactio. Similiter est etiam de loco, qui est superficies quædã. superficies. n. ad hoc vt denominet illud, cuius est superficies, nõ requirit nisi subiectum, in quo est. s. corpus continens, sed ad hoc vt denominet aliquid, sicut locus locatũ, requirit aliud à subiecto superficiei. Et isto modo denominant illa sex prædicamẽta. Et talia sic denominantia denominatione extrinseca important aliam realitatem quàm rem denominatam, quàm non important alia prædicamenta, quæ intrinsece denominant, licet ipsę res, à quibus accipitur talis denominatio, sint eædem, & talis diuersitas sufficit ad distinguendum prædicamenta, & isto modo illa sex prędicamenta à primis quatuor distinguuntur, s. per res extrinsecas, quas denominant, quod non faciunt illa quatuor. Sciendum est autem, ꝙ denominatio ab extrinseco requirit aliquem per se respectum inter extrinsecum denominans & denominatũ ab eo. Quia oportet ꝙ per se & ex conditione rerũ talis modus denominandi consequatur res, & ideo oportet ꝙ illud, à quo fit talis denominatio sit fundamentum per se alicuius habitudinis, & quia habitudo rerum non est per se fundamentum habitudinis, alioquin iretur in infinitum, ideo talis denominatio non fit à respectu. Habere. n. aliquid à se productũ, ꝙ pertinet ad actionem dicit quendam respectum, & habere locũ, & sic de alijs. Ista tñ prædicamenta non differunt per hos respectus, quia iste respectus pertinet ad genus relationis, sed prædicta prædicamenta solum dicunt absolutum, vt denominans extrinsece. Calefactio. n. quę est actio, dicit calorem, qui est forma absoluta, & denominat causam efficientẽ. s. calafaciẽtẽ, & sic de alijs. Alij vero aliter dicunt. Secundũ. n. eos, respectus est de transcendentibus, non omnis respectus est in genere relationis, sed dicitur respectus de septem prædicamentis. s. de relatione, & de sex principijs. Hæc est autem differentia inter respectum, qui est in relatiuis, & in sex principijs. nam in relatiuis omnis respectus coexigit in termino ad quem alium respectum sibi correspondentem, & dico in veris relatiuis, quia in sex principijs respectus nõ requirit in termino ad quem aliquem respectũ sibi correspondentem. actio. n. prout est vnum de sex principijs, dicit respectum in motu ad agens. Vnde illud, ꝙ fit inter agẽs & patiens. s. motus respectu agentis, dicitur actio, respectu vero patientis, dicitur passio. tamen nec in patiente est respectus ad motũ prędictũ, licet sit respectus agentis ad patiens & econuerso, qui respectus non sunt actio & passio, sed duæ relationes, scilicet actiui & passiui. Similiter etiam quando dicit respectũ temporis ad rem temporalem, & sic de alijs, vt patet.

Quid sit actio secundum rationem prædicamentalem, iuxta vtranq; opinionem. Cap. 1.

ACtio est forma, ſm quam in id, quod subijcitur agere dicimur. Ad quod intelligendum. Iciendum, ꝙ duplex est actio. Vna, quæ vocatur actio immanens, vt calere. Alia quæ dicitur transiens vt calefacere. Actio immanens non est causa effectiua rei, vt sit in actu, sed est idẽ, quod esse in actu. Calere enim idem est quod est esse in actu caloris. & ſm talem actionẽ dicitur agere aliquid quod est formaliter tale, sicut calor facit seu agit formaliter calidũ illud, in quo est. Calere. n. comparatur ad calorem sicut actus secũdus ad primum. Notandum, ꝙ actus primus & secundus potest dici tripliciter. Vno modo sic, ꝙ actus primus sit forma aliqua, & actus secundus sit actio transiens differens realiter ab ea, sicut se habet calor ignis, & eius calefactio, & isto modo calere non est actus secundus caloris. Secundo modo dicitur actus primus forma, quæ subijcit, & actus ei inhærens dicitur actus secũdus, vt sunt superficies & calor, nec etiã isto modo calere est actus secundus caloris. Tertio modo dicitur actus primus & secundus, secundum ꝙ vnus & idem actus potest accipi vt consideratur in se, & prout consideratur vt alicuius habẽtis ipsum actualiter. Sicut consideratur calor, vt est quædam forma in se, calere vero importat eandem formã in habitudine ad aliquod habens, quia calere est habere calorem, vel esse in actu caloris. Similiter intelligere & sentire sunt actiones immanentes, quia dicunt actũ intelligendi, vel sentiendi esse actu in intelligente vel sentiente, hæc autẽ actio immanens non est directe in prædicamento actionis, ideo de ipsa satis dictum sit. Secunda vero actio, quæ dicitur transiens, facit prædicamentum actionis. Notandũ, ꝙ vt habetur. 3. Physicorũ actio & passio & motus sunt vna & eadem res. Vnde calefactio nihil aliud est quàm calor, vt est in flexu, prout. s. est actus existẽtis in potentia, qđ idem est ꝙ motus. Verbi gratia. Dato, ꝙ aqua calefieret ab igne, certum est, ꝙ in ea esset aliquis calor causatus à calore ignis, qui calor quantum ad esse suum consideratus est forma, quæ est qualitas in tertia specie qualitatis, secundũ autem, ꝙ est in fluxu, s. quia magis & magis participatur in aquam, dicitur motus. Secundum aũt quòd denominat ignem calefaciẽtẽ dicitur actio. Nam ignis secundum eum dicitur calefaciens iuxta primam opinionem, & secundum ꝙ habet respectũ ad ignem, vt ad causam efficientem, est actio iuxta secũdum opinionem, & dicitur calefactio actio. Calefactio vero passio dicitur, vt denominat vel importat respectũ ad aliquo recipiens in comparatione ad id, à quo recipit. Vnde ratio actionis prout est prædicamentum consistit in hoc, ꝙ actio dicit forma in motu, vel mutatione vt est à causa efficiẽte, vnde causa efficiens quam denominat vel ad quã habet respectum, est de ratione actionis. Nec propter hoc sequitur ꝙ actio, quanuis sit eadem fundamentaliter cum calore, ꝙ sit in eodem prædicamento cum calefactione, vt est passio. Sicut etiam supra dictum est in prædicamento relationis, licet similitudo sit eadem res cum albedine, tamen quia similitudo importat aliquid aliud, quod non

non importat albedo, s. terminũ ad quem est in alio prædicamento quàm si albo. Sic in proposito, licet calefactio, vt est actio, dicat calorem in motu, quia tamen dicitur actio, vt denominat agens iuxta primã opinionem, vel dicit respectum ad agens, iuxta secundam opinionẽ, ad quod non habet respectum calor, nec calefactio vt est passio, ideo calefactio actio est in alio prædicamento ꝙ calor vel calefactio passio. Ex his patet descriptio actionis suprapositæ, s. actio est forma secundũ quã in id quod subijcitur agere dicimur. Est. n. forma, quæ est in motu, seu in mutatione, secundum quam dicimur seu denominamur agentes iuxta primam opinionem, vel quæ habet respectum ad nos, qui agimus, sicut ad causam efficientem. s. quia agimus in rem quæ subijcitur, i. in rem, quæ patitur iuxta secundam opinionem, & sic patet quid est actio. Sciendum, ꝙ Auctor Sex principiorũ quædã dicit de actione corporea, vel in corporea, quæ quia vel simpliciter reputa falla, vel extorta indiget expositione. Dicit. n. ꝙ actio corporea necessario est cum motu agẽtis, quod non reputo verum in omnibus actionibus corporum. Magnes enim nõ mota vllo genere motus attrahit ferrum, & de multis alijs agentibus posset hoc inueniri, ideo omnia talia, quæ ille ibi ponit, prætermitto.

Quæ actio suscipit magis & minus & contrarietatem, & quæ non. Cap. 2.

REcipit autem actio magis & minus & contrarietatem, non tamen omnis. Notandum, quod actio vel dicit formam, quæ est in motu, vt calefactio, quæ solum dicit calorẽ in motu vt denominat agens, vel vt habet respectum ad aliud, vel dicit formam, quæ est in mutatione, & non in motu, vt generatio substantiæ, & creatio. Et quia, vt dictum est, actio supra formam, quã dicit, nihil addit nisi quia denominat, iuxta primam opinionem, vel dicit respectum ad agens, iuxta secundã opinionem si forma, quam dicit, est in motu, dicetur actio suscipere magis vel minus, vel ipsum agẽs, quod est concretum, sicut. n. in prædicamẽto qualitatis dictum est, ꝙ abstracta non suscipiunt magis & minus, sed cõcreta, ita in isto dicit aliquid, s. calefacere, suscipere magis vel minus, quia est magis vel minus calefaciens. Si vero forma quam dicit actio, non sit in motu, sed in sola mutatione, cum talis forma non sit apta suscipere magis vel minus, nec per consequens contrarietatem sumendo contrarietatem proprie, nec etiã talis actio suscipiet magis vel minus, nec per consequens contrarietatẽ, sumendo contrarietatem proprie. Vnde generans vel creans non dicitur magis vel minus generans, vel creans, & sic patet, &c.

Quod proprium actionis est ex se inferre passionem. Cap. 3.

ESt autem proprium actionis ex se inferre passionem. Notandum, quòd licet actio & passio & forma, qua aliquid mouetur, sint vna res, tamen propter diuersum denominationem, quã important, vel propter diuersum respectum importatum sunt diuersa prędicamenta. Habent autem se actio & passio in hoc ordine, nam ad omnem actionem egredientem ad extra sequitur passio, si. n. agere nihil aliud est quàm causare formam in passo cum motu, & pati nihil aliud est quàm talem formam recipere, necessario sequitur, quòd ad omnem actionem sequitur passio, & ad omne agere sequitur pati. Bene ergo dictum est, quòd proprium est actionis causare passionem in passo, & sic patet de actione.

TRACTATVS SECVNDVS DE PRÆDICAMENTO PASSIONIS

In duo capita diuisa.

Quid sit passio formaliter, vt est prædicamentum. Cap. 1.



PAssio est effectus illatioq; actionis. Notandũ, ꝙ actio & passio sunt vna res & eadem, s. forma, quæ est influxu vel fieri. Vnde non videtur quòd passio sit effectus actionis, si enim considerãtur inquantum sunt vna forma, tunc cũ idem nõ possit esse causa & effectus sui ipsius, passio nõ erit effectus actionis, si vero cõsiderentur inquantum sunt duo, quia actio denominat agens, & passio patiens, nec adhuc sequitur ꝙ passio sit effectus ipsius agentis, non ergo passio est effectus ipsius actionis. Sciendum, quòd aliquid potest dici effectus alicuius dupliciter. Vno modo proprie, prout. s. causatur vel causatũ est ab eo, & isto modo passio non est effectus actionis. Alio modo, quia quando vtrunq; fit, ita fiunt simul, ꝙ vnum necessaria connexione intelligitur esse post aliud. Vnde primum dicitur esse quodammodo causa efficiens respectu secundi, quemadmodum in tractatu de Proprio dictũ est clauo & ligno, cui infigitur, qualiter se habeant ad motum, sic suo modo se habet de passione respectu actionis. Nam actio & passio sunt ab ipso agente ordine quodã necessario. Prius enim intelligitur agens agere quàm aliquid à se pati, & sic passio dicitur effectus actionis.

Quod denominatio passionis est formaliter ab extrinseco. Cap. 2.

DVbium autem oritur contra ea, quę dicta sunt, videlicet ꝙ ista sex principia denominant substantiam extrinsece. Dictũ est enim ꝙ actio, quę subiectiue est in patiente, denominat agens, hoc. n. non videtur esse verũ de passione. Nam ipsa denominat passum, in quo est formaliter & subiectiue. Dicendum, ꝙ forma in fluxu, quæ est ipse motus ſm se accepta, est in prædicamẽto absoluto, puta calor, qui causatur in aqua, prout est in fluxu, est in prædicamento qualitatis, quia motus est in prædicamento termini ad quem est, prout autẽ est in fluxu dicitur motus, prout vero habens talẽ calorem, scilicet aqua quæ calefit, transmutatur ab igne calefaciente, talis denominatio pertinet ad passionẽ, prout est prædicamentum, non enim aqua dicitur calefieri, quia in ea est calor, sed quia talis calor est à calefaciente. Vnde si nõ esset calefaciens, quantuncunque calor esset in aqua, non propter hoc diceretur calefieri vel pati, sed dicitur calefieri & pati inquantum talis calor est à calefaciente. Talis ergo denominatio vel respectus passi est formaliter ab extrinseco, ex quo importat agens quod est extrinsecum. Sic ergo passio extrinsece denominat subiectũ, vel dicit respectum ab extrinseco. Recipit autem passio magis vel minus, & cõtrarietatem eodem modo quo dictũ est de

Universidad de Deusto
Biblioteca

est de actione. Proprium autem passionis est inferri ab actione. Quod intelligitur sicut supra de actionem expositum est, sic patet de prædicamento passionis, &c.

TRACTATVS TERTIVS
DE QVANDO

In tria capita diuisus.

De prædicamento Quando quid sit : quia est tempus, vt denominat temporale, seu respectus temporis ad temporalia, quæ mensurat. Cap. 1.



VANDO est quod ex adiacentia temporis relinquitur. Vocatur autem hæc adiacentia temporis mensura eius, prout. s. ipsum tempus est mensura temporalium. Ad sciendum autẽ particulas prædictæ descriptionis, & quid est quando, notandum, ꝙ de ratione mensuræ est ꝙ applicata per intellectum ad mensurata certificet nos de ipsorũ quantitate, & quia duplex est quantitas, s. extensionis & perfectionis, ideo vtrobiq; inuenitur mensura. Dicimus.n.ꝙ mensura omnium colorũ est albedo. Quia.n. albedo plus continet de perfectione & participatione lucis quàm alij colores, applicando ipsam ad alios colores per intellectum, certificamur de quantitate perfectionis ipsorum, non tamen de quantitate extensionis. Similiter per lineam bicubitalem applicatam ad pannum certificamur de quantitate suę extensionis. Cum autem tempus nihil aliud sit quàm quantitas successiua ipsius motus, f'm hoc tempus pôt accipi dupliciter. Vno modo large, s. pro omni quantitate successiua motus, & sic accipiendo tempus, quot sunt motus, tot sunt tempora, quia ois motus habet quantitatem successiuam facientem ipsum formaliter quantũ quantitate successiua, & talis quantitas nõ est motus, sed accidens eius faciens ipsum esse quantum formaliter, vel est accidens ipsius mobilis inexistens ei mediante motu, sicut qualitas aliqua, s. color inest substãtię mediante superficie, vt supra dictũ est, & propter hanc successionem Philosophus Quinto Metaphysicæ posuit motũ in genere quãtitatis, vnde motus nõ est in alijs generibus nisi forte ratione termini motus. prout dicimus ꝙ augmentum & decrementum sunt in quantitate nõ ratione qua motus sunt, sed rõne termini ad quem sunt. Sed eius successio dicitur tempus large sumpto tempore, & tali tempore sicut mensura intrinseca habet omnis motus mensurari, quia tantus est motus, quantum eius successiones certificat de eius quantitate, & quia aliquando talis successio est nobis magis nota, ideo per eam mẽsuramus successionẽ primi mobilis, vt Philosophus quarto Physicorum dicit. Mensuramus.n. tẽpus per nostras actiones, vt per tantam viam viuimus, ergo tot temporis horæ transierunt. Alio modo tempus stricte & magis proprie dicitur quantitas successiua primi motus seu motus primi mobilis quæ successio est vniformissima, & simplicissima, & per cõsequens est apta nata nos certificare de alijs quantitatibus successiuis applicata ad eas, iuxta quod dicimus, quod durauit per horam, vel per diem, & quia talis successio est vna numero, ideo est vnum numero tempus omnium temporalium, per quod mensurantur sicut mẽsura extrinseca, omnes alijs motus, vt successiui sunt. Sciendum, ꝙ prædicta successione primi motus mensurantur omnes alij motus, vt mensura extriuseca & mensuratur partes motus primi mobilis, vt, s. pars illius motus mensuretur parte temporis mensura intrinseca, sicut dicimus hæc circulatio cœli fuit in ista die, & illa fuit in illa die, sicut est alijs motibus, qui mensurantur suis successionibus mensura intrinseca. Sciendũ, quòd mensura vniuscuiusq; potest cõsiderari dupliciter. Vno modo absolute. s. prout applicabilis est, alio modo prout applicatur ad ipsum mensurabile. Cum autem tempus sit quædam mensura, poterit his duobus modis cõsiderari. vno modo absolute, & sic dicitur tempus. Alio modo applicata ad motus successiuos, siue sint partes motus primi mobilis, siue sint alij motus, vel ad mobilia inquantum mobilia sunt, & quia talia, vt sic mensurata à tempore sic mensurata denominantur, sicut dicimus ambulationem hodiernam, ideo à talis absoluto. s. tempore sic denominante sumitur prædicamentum quando, iuxta primam opinionem, iuxta vero secundam opinionem, qñ est respectus tẽporis, vt mensurantis ad ipsum temporale: propterea dicitur, quòd quando est quod relinquitur ex adiacentia, seu mensura temporis : tempus enim vt mensurat temporale, denominat illud denominatione extrinseca, & hoc relinquitur. & hoc dicitur, quando iuxta primam opinionem, iuxta vero secundã, quando relinquitur ex adiacẽtia temporis, quia ex mensuratione, quę est à tempore, relinquitur respectus temporis mensurantis ad mensuratum, quod dicitur quando, & sicut sunt partes ipsius temporis. s. prælens, prẽteritum, & futurum, sic etiam sunt partes quando, quia ab omnibus talibus partibus denominantur temporalia. Dicimus.n. hæc est operatio hodierna, vel craftina, vel hesterna. Et sic patet quid est quãdo. quia nihil aliud est quàm forma absoluta, quæ est tempus, prout denominat temporale. Vel iuxta secundam opinionem, quando nihil aliud est quam respectus prædictæ formæ absolutæ ad temporalia, quæ mensurat.

Quòd quando non est respectus rei mensuratæ ad tempus, sed econuerso. Cap. 2.

SCiendum, ꝙ aliqui dicunt ꝙ quando non est respectus temporis mensurãtis ad rem temporalem, sed econuerso est respectus rei mẽsuratę ad ipsum tempus. Hoc non reputo verum, quia secundũ istos, quando non esset dominatio extrinseca, sed intrinseca, & sic non esset vnum de sex principijs, quæ extrinsece denominãt, vt supradictum est. Et sequeretur iuxta secundã opinionem ꝙ quando esset relatio, quia esset respectus ab intrinseco, quod fallum est. Sciendum, ꝙ successio primi motus, quæ tempus dicitur, potest esse mensura partiũ motus primi mobilis, & isto modo est mensura intrinseca, & ex tali mensura fit denominatio, quæ pertinet ad prædicamentum quando. sicut dicimus, ꝙ hęc circulatio est hodierna, vel fuit hesterna. Et isto modo, in quo est tempus, in eo est etiam quando, quia in motu primi mobilis est tẽpus subiectiue, & ideo talis denominatio est in partibus eius, quæ denominantur à partibus motus, vt dictũ est. vel iuxta primam opinionem in primo motu est tempus, quod est fundamentum respectus, qui est quando, ergo etiam in eo est terminus ipsius respectus, partes. s. motus mensuratæ, quę sunt terminus talis respectus, & hoc est quod dicit Auctor Sex principiorũ, quòd in quo est tempus, in eo est etiã quando. Alio modo tempus potest esse

esse mensura aliorum motuum extrinseca, ex quo tunc fit denominatio, quæ pertinet ad prædicamentum, quando sic dicimus, hæc ambulatio fuit hesterna, & sic, quando non est in eo, in quo est tempus, quia tempus est subiectiue in motu primi mobilis, & denominatio facta ab eo est in ambulatione. Vel iuxta secundam opinionem, quando est respectus fundatus in tempore cuius tamen terminus est ambulatio, & sic aliquo modo nõ est in ea, in quo est tempus, &c.

Quòd quando non suscipit magis nec minus, nec habet contrarium. Et quòd quando est in omni eo, quod incipit esse. Cap. 3.

NOn suscipit autem quando magis vel minus, nec etiam ipsi quando est aliquid contrarium. Nam hoc prædicamentũ sumitur à forma absoluta denominante, vel est respectus talis formę. Et quia tempus, à quo sumitur quãdo, non suscipit magis vel minus, nec habet contrariũ, igitur nec quando ista suscipiet. Est autem proprium quando esse in omni eo quod incipit esse. Notandum ꝙ res quadrupliciter incipit esse. Quædã. n. incipit per motum solũ, vt calor in aqua, quæ calefit, incipit esse per motũ calefactionis, immo motus ponit in genere talium. Alteratio enim est in genere qualitatis, in qua alteratio inuenitur. Quædã vero incipit esse per mutationem sequentem motum necessario, sicut forma substantialis inducitur in materiã per generationem sequentem alterationem, cuius ipla est terminus, saltem extrinsecus. Quædam autem incipit esse per mutationem sequentem motum, sed non ex necessitate, sicut illuminatio nostri hemispherij de mane, quam illuminationem præcedit motus localis Solis, per quẽ nobis præsens fit, talem aut mutationem non ex necessitate præcedit motus, quia in primo instanti, qñ creatus est sol nullo precedente motu solis fuit aer illuminatus à sole. Quædam autem incipit esse per simplicem emanationem, & non per motum, nec per mutationẽ, sicut illa quæ creantur. Sciendum est autem, ꝙ tempus siue sit continuum siue discretum, vt euum, sunt quędam mensuræ, f'm quas actus quidam nati sunt mensurari, quia. s. habent durare tantũ vel tantum, quidã autem actus est, in quo vno numero existente est successio, & eius duratio consistit in accipiendo partem post partem, sicut sunt ea, de quibus dictũ est, ꝙ incipiunt esse solum per motum, & tales actus, quando fiunt siue quando facti sunt cum, s. sunt in quiete mensurantur tempore continuo. Eorum enim fieri est motus, & factum esse est quies. Motus autem & quies mensurantur tempore continuo. In omni autem tali actu est quando, sicut in tempore, vt dictum est. Et hoc est proprium quando, esse in omni tali actu, qui sic incipit esse, tales.n. actus, quia proprie tempore mensurãtur, proprie etiam sumitur denominatio à tempore, vt dicatur de ambulatione hodierna, vel hesterna. Et hoc est quando, vt dictũ est. vel iuxta secundam opinionem tempus, vt mensurans proprie habet respectũ ad actus tales, & hæc respectus est quando. Proprium ergo quando est esse in omni tali actu, qui sic incipit esse, vt in termino, vt dictum, est. Aliquis vero actus est, cuius duratio non consistit in accipiendo successiue partem post partem, sed consistit in hoc, ꝙ idem indiuisibile manẽs stat, & ista actus est duplex. Quidã. n. actus indiuisibilis, in quo nulla est successio, tñ natus est ei alius actus succedere, & ipse natus est succedere alteri, sicut formę substãtiales corruptibiles, cogitationes, & volutiones successiuæ angelorum. Horum. n. actuũ vnusquisq; est indiuisibilis, & vnus succedit alteri. Vna nanque forma succedit alteri in materia prima, & tñ esse talis formę in indiuisibili est, & sic est de dictis cogitationibus, & volitionibus angelorũ. Vnde tales actus mensurãtur tempore discreto. Vnusquisq; enim talium actuũ mensuratur nunc temporis discreti, & successio, quæ est inter tales actus, mensuratur tempore discreto, tempus autem discretum est in illo genere quantitatis discretæ, in quo ponitur oratio. Non enim oratio ibi ponitur pro sono, cum sonus sit qualitas, nec pro numero syllabarum, quia sic non esset alia species à numero, nec pro pluribus temporibus cõtinuis syllabarũ, quia sic non esset alia species à tempore cõtinuo. Plures enim partes temporis non faciunt aliam speciem à tempore, vt supradictum est, sed ponitur pro mensura prolationis illius soni. Ibi enim non solum est dare plura, sed est dare plus, durare secundum ꝙ talia plura indiuisibilia plus durant quàm vnum. ideo oportet ibi ponere aliquem numerum pertinentem ad mensuram alicuius durationis, hoc autem est discretũ in talibus, quæ sic incipiunt esse. Et quæ sic habent esse, non est quando, secundum ꝙ hic sumitur quando, prout relinquitur ex adiacentia temporis continui, & si in eis esset quando ex adiacentia ipsius nunc temporis discreti esset alterius rationis quàm quando, de quo nunc agitur. Alius vero actus indiuisibilis est, qui non est aptus natus succedere alteri, nec alius sibi, sicut est actus essendi angelorum, & animæ rationalis & corporum cœlestium, & intellectio angeli, qua videlicet intelligit se, quæ non est successiua, & beata visio angelorum & animarũ. Et tales actus mensurantur euo, quod est totum simul. Vnde licet tales actus inceperit esse per simplicem emanationem, tamen in eis non est quando, non enim habent mensurari tempore. Possumus autem dicere, ꝙ in omnibus dictis actibus sit quando per quandam coexistentiam, quam habet tempus continuum cũ durationibus eorum. Dicimus enim quando fuit angelus, & respondetur heri vel hodie, non tamen ꝙ angelus quantum ad suum esse mensuretur die hesterno vel hodierno, sed quia dies hesterna vel hodierna simul fuit cũ dicta duratione angeli scilicet cũ suo euo, vel euum suũ simul coexistit tempori hesterno, vel hodierno. Et sic de alijs, & patet de quando.

TRACTATVS QVARTVS
DE VBI

In duo capita diuisus,

De prædicamento Vbi quid sit formaliter & in quo sit subiectiue. Cap. 1.



VBI est circunscriptio corporis à loci circunscriptione prouenies. Ad intelligendam prædictã descriptionem, & quid est vbi sciendum, ꝙ locus est superficies corporis continentis immobilis, dupliciter autem potest aliquid esse in loco, s. diffinitiue & descriptiue. Diffinitiue sunt in loco ea, quæ licet quanta non sint, nec per se nec per accidens, tamen non sunt vbiq;, sed ita sunt in vna parte mundi, quòd nõ sunt in alia, sicut sunt angeli, & animæ separatæ. Vnde dicuntur esse in loco diffinitiue, id est determinatiue, quia ita determinatæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

determinatę ſunt in vna parte mundi, ꝙ tunc non ſunt in alia, & de talibus nõ poteſt proprie dici vbi eſſe in. Nam ea quæ ſunt in vbi cõtinentur in loco. Sed huiuſmodi magis cõtinent locum, quam contineantur à loco, non ergo proprie ſunt in vbi. Circunſcriptiue vero dicũtur eſſe in loco omnia quãta. Dimittamus modo de vltima ſphęra qualiter ſit in loco. Vnde quantitas, quæ formaliter facit ſubiectam materiam quantã efficienter facit eam eſſe in loco. Vnde corpus locatum per ſuam ſuperficiem tangit ſuperficiem corporis locantis. Et ſicut eſt ſignata ſuperficies corporis locati, ita & ſuperficies locãtis. Superficies autem corporis locantis poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo vt eſt in corpore locante, & denominat illud, & ſic eſt quantitas. Alio modo, vt denominat corpus locatum, & ſic facit prædicamentum vbi, quod nihil aliud eſt ſecũdum rem quam locus, vt denominat locatum denominatione extrinſeca. ſicut dicitur ciuis à ciuitate, & pragenſis à praga. Vel iuxta ſecundã opinionem prædicamentum vbi eſt reſpectus loci circunſcribentis locatum. Ex prædictis patet, quòd motus loca is non eſt in loco inquantũ huius, ſed eſt in prędicamento vbi, motus autem ſubiectiue eſt in eo quod mouetur, ſeu in mobili. Dicitur autem motus eſſe in genere formæ, quę acquiritur per motum, quæ eſt terminus motus, nõ autem mouetur locus cum ſit terminus continentis immobilis, mouetur autem locatum, locus autem inquantum huius non eſt forma quę acquiraſ in locato, ſed eſt forma locantis. Nihil ergo acquiritur in re mobili niſi vbi quod eſt reſpectus loci ad locatum, vt circunſcribit illud. Vel eſt denominatio ſupponens prædictum reſpectum iuxta primam opinionem. Hic autem reſpectus terminatiue eſt in ipſo locato, & ſecundum extenſionem loci, cuius eſt talis reſpectus, vt fundamentum acquiritur in re, quæ mouetur ad aliud, & aliud vbi, vſque ad terminum motus. Ex his patet, quòd in alijs ſpeciebus motus in ipſo mobili acquiritur forma intrinſeca. Nam in alteratione, quę fit de frigore ad calorem acquiritur calor qui eſt forma intrinſeca inhærens ipſi calefacto. Et in augumẽto & decremento acquiritur certa quantitas, quæ etiam eſt forma inhærens intrinſece. Sed in motu locali acquirif vbi, quod denominat extrinſece. Vel iuxta ſecundam opinionem eſt reſpectus extrinſecus fundatus in locante & terminatus in locato, vt dictũ eſt. Patet ergo deſcriptio ipſius vbi, ſcilicet quòd eſt circũſcriptio corporis, id eſt denominatio corporis locati circunſcripti proueniens à circunſcriptione loci, id eſt ab ipſo loco circunſcribẽte. Vel iuxta ſecundã opinionem eſt circunſcriptio corporis locati, id eſt reſpectus terminatus in corpore circũſcripto, proueniens à circunſcriptione loci, id eſt fundatus in loco, prout circunſcribit locatum.

Quòd vbi non ſuſcipit magis nec minus, nec habet contrarietatem, & quòd eſt in omni corpore terminato ſuperficie. Cap. 2.

VBi vero non ſuſcipit magis nec minus, & non ſuſcipit contrarietatem. Vt enim dictum eſt, vbi nihil aliud eſt quàm locus vt denominans rem locatam, quam circunſcribit. Vel iuxta ſecundam opinionem eſt reſpectus extrinſecus fundatus in loco circunſcribente, & terminatus in re locata. Qui reſpectus nihil reale addit ſupra fundamẽtum, niſi terminum ad quem, vt ſupra de relatione dictum eſt. Vnde nullam rem dicit diuerſam à loco. Sed locus non recipit magis vel minus, nec loco aliquid eſt cõtrarium, vt ſupradictum eſt. ergo nec vbi ſuſcipit magis vel minus, nec contrarietatẽ. Proprium autem vbi eſt eſſe in omni corpore terminato vel denominatiue, vel iuxta ſecundam opinionem terminatiue, licet enim quædam alia accidẽtia ſint in corpore, vt calor, dulcedo & huiuſmodi, & quidam etiam reſpectus terminentur ad corpus, vt æqualitas & inæqualitas, tamẽ non ita proprie conueniunt corpori, ſicut vbi. Corpus.n. eſt quod ſuperficie vel ſuperficiebus terminatur, & hoc eſt de ratione corporis inquantum eſt corpus. Sed quia natura non ſuſtinet vacuũ, oportet ꝙ ſtatim ſibi coniungatur alia ſuperficies, quę vt immobilis eſt, locus dicitur & circunſcribit illud, & hoc eſt vbi. Vnde ,,prie vbi eſt in corpore, quia immediate ſequitur ipſum corpus inquantum huius. Et dico, quòd proprium eſt vbi eſſe in omni corpore, ſupple, & non in alio, quia indiuiſibili inquantum huius non debetur locus. Si.n. locus eſt quantitas continua, oportet quòd ſit diuiſibilis. Locatũ autem & locus adæquantur. Vnde, ſi alicuius indiuiſibilis eſſet locus, ſequeretur quòd locus ille eſſet indiuiſibilis. Notandum, ꝙ indiuiſibile dupliciter poteſt ſumi. Vno modo mathematice, & ſic ſolus punctus eſt indiuiſibilis, cui, vt dictum eſt, nõ debetur proprie locus. Alio modo ſumitur indiuiſibile naturaliter, eſt enim deuenire ad minimam carnem, quæ ſi diuidatur, non erit amplius caro. Hoc tamen indiuiſibile eſt quantum, & non punctus, & nullus prohibet tale indiuiſibile eſſe in loco, igitur in eo eſt vbi. Dico etiam, quòd vbi eſt in corpore terminato. Si enim eſſet corpus infinitum, vt ponebant Primi philoſophi eſſe extra cœlum, tale corpus non eſſet in vbi, & ſic patet de vbi, &c.

TRACTATVS QVINTVS
DE SITV.

In tria capita diuiſus.

De prædicamento ſitus, an aliquid ſit ſecundum rationem formalem. Cap. 1.



OSITIO eſt ordo ſeu ordinatio partium in loco. Ad intelligẽdum autem prædictam deſcriptionem, ſciendũ eſt, quòd pars multipliciter dicitur ſicut & totum. Eſt enim triplex totum, ſcilicet vniuerſale, potentiale, & integrale. Et ſi aliud totum dicatur, vt totum in quantitate, totum in tempore, totum in loco, ad iſta tria reducuntur. Dicitur autem totum vniuerſale genus, cuius partes ſubiectiuæ ſunt ſpecies, totũ vero potentiale dicitur aliquid, in quo ſunt potentiæ, quæ nec partes integrales dici poſſunt, nec partes ſubiectiue, ſicut anima reſpectu ſuarum potẽtiarum eſt totum potentiale, & quælibet eius potentia dicitur vis potentialis. Totũ vero integrale eſt duplex. Vnũ eſt, quod conſtituitur ex partibus integrantibus eſſentiã rei compoſitæ. Quarum partium vnaquæque per ſe accepta non eſt nata eſſe naturaliter ſine alia, ſicut ſunt forma, & materia. Aliud vero totũ integrale eſt, cuius partes ſunt natæ diuiſæ à toto quęlibet per ſe eſſe, ſicut diuiſo ligno toto in duo ligna vnaquæq; partiũ poteſt per ſe eſſe, & hæc eſt paſſio quanti in eo quòd quantũ eſt, vt dicitur. 5. Metaphyſicæ. Et quia tales partes ſicut ſunt diuiſibiles, ita per intellectũ ſignari poſſunt, quanuis non ſint diuiſæ, & quia

quia in ſe conſideratæ inter ſe habent aliquem ordinem in toto, quia vna conſideratur proprie eſſe centrũ totius, & alia poſt taliam, & ſic de alijs, talis ordo dicitur potentia, quæ eſt differentia quantitatis, vt ſupra dictũ eſt. Nec tamen eſt credendum, quòd talis ordo, qui dicitur potentia, ſit relatio, quia differentia quantitatis non poteſt eſſe in alio prædicamento à quantitate, ſed poteſt eſſe relatio ſecundũ dici, ſicut dicimus, ꝙ ſcientia eſt relatio, vel relatum ſecundum dici. Eſt.n. ſcientia in prima ſpecie qualitatis per prius, ſecundario autem dicit quendam reſpectum ad ſcibile. Alio modo poſſunt conſiderari prædictæ partes integrales, vt comparantur ad locum, prout. ſ. cuilibet parti ſic ordinatæ in toto correſpondet pars loci, & talis ordo, ſeu ordinatio partium in loco dicitur poſitio, quæ eſt prædicamentum ſitus. Notandum ꝙ manente eodẽ toto locato & eodem toto loco, poſſunt partes diuerſæ locati diuerſis partibus loci applicari, & ideo eſt aliqua diuerſitas inter cõparationem totius locati ad totum locum, & inter compirationem partium ad partes, & ſic potentia, quæ dicit ordinem partium locati ad diuerſas partes loci, eſt aliud prædicamentum quàm prędicamentum vbi, quod dicit circunſcriptionem locati à loco. Notandum, ꝙ ſuperficies corporis cõtentis, quę locus dicitur, & ſuperficies corporis cõtenti ſunt ſimul, & ſecundum ꝙ eſt figura corporis contenti, ſic eſt figura loci, ſeu ſuperficiei continentis, & ideo ſecundum ſituationem partium & eius diuerſitatem in corpore locato, neceſſe eſt locũ diuerſam habitudinem habere ad locatum. Vnde à prædicto loco ſic diuerſimode locante partes locati denominãt ipſum locatum ratione ſuarum partium. Dicitur prædicamẽtum ſitus ſeu poſitionis, ſicut dicitur homo ſedens, quia partes loci ſic circunſcribunt partes locati. Vel iuxta ſecundã opinionem reſpectus fundatus in loco ratione ſuarum partium, & terminatus in locato ratione ſuarum partium, eſt poſitio, ſeu ſitus. Patet ergo quid eſt ſitus ſeu poſitio.

Quòd poſitio eſt denominatio ſeu reſpectus ſumptus à partibus loci ratione partium locati. Cap. 2.

SCiendum eſt, ꝙ quidam dicunt, ꝙ ſitus ſeu poſitio non eſt denominatio ſiue reſpectus ſumptus à partibus loci ratione partium locati, ſed potius eſt reſpectus ſumptus à partibus locati ad partes loci. Et ſi obijciatur eis, ꝙ ſi hoc eſſet, ſequeretur ꝙ talis denominatio non eſſet ab extrinſeco, quia reſpectus fundatus in partibus locati iuxta ſecundam opinionem, ad quam ſequitur talis denominatio iuxta primã opinionem quæ eſt prædicamentum ſitus, non eſt extra totum locatum. Vnde ſequetur ꝙ ſitus eſſet relatio. Ad hoc reſpondent. quòd de ſitu accidit ſicut de paſſione ſupradictum eſt, quæ licet ſit ſubiectiue in paſſo, tamen ab ea denominatur patiens denominatione extrinſeca, quia non denominat illud niſi ratione agentis, quod eſt extra, & ſic dicũt, quòd partes locati ſic ordinatæ non denominant totum in prędicamẽto iſto, niſi ratione partium loci, ad quas habent reſpectum. Et quia, vt ſupradictũ eſt iſta prædicamenta non fecit Ariſtot. & illæ, qui fecit, non fuit tantæ auctoritatis, nec habuit aliquem expoſitorem alicuius auctoritatis, ideo de eis quilibet modernorum dicit, ſicut ſibi videtur. Vtraque tamen opinio poſſet ſaluari, ſed prima magis ſtat ad ſaluandum quòd hoc prædicamentum dicat formam extrinſecus aduenientem. Secunda vero videtur magis ſtare cum ſignificato dictionum, quæ important poſitionem. Nam ſeſsio & cubatio magis videntur dicere diſpoſitionem partium locati per reſpectũ ad partes loci, quã econuerſo. Sit ſimiliter ſe habet de aſpero & leni, aſperum enim eſt cum partes æqualiter porriguntur. Quæ autem iſtarum opinionum ſit probabilior legentis iudicio relinquo, &c.

Quòd ſitus non ſuſcipit magis nec minus, nec habet contrarietatem, & quòd proprium eius eſt proxime aſſiſtere ſubſtantiæ. Cap. 3.

SItus autem, ſeu poſitio nõ recipit magis nec minus, ſiue ſit reſpectus partium loci ad partes locati, ſiue ecõuerſo, quia nec partes loci nec partes corpori locati ſuſcipiũt magis vel minus. ideo neciſtius ſuſcipit magis vel minus. Similiter nec recipit contrarietatem, vt ex ſupradictis poteſt patere. Eſt aũt proprium ſitus proximæ aſſiſtere ſubſtantiæ materiali. Ad quod intelligendum, ſciendum eſt, quòd aſſiſtere, vt hic ſumitur, eſt eſſe reſpectiuum. Notandum quòd quantitas afficit rem materialem prius quàm aliquod accidens. Vnde primũ materiam prius natura informat forma ſubſtãtialis, quæ dat ſibi eſſe. Ad quam informationem prius natura ſequitur quantitas, quam aliquod aliud accidens. vt autem ſupradictum eſt propria paſsio quantitatis eſt quòd ſit diuiſibilis in partes integrales. Et ideo. 5. Metaphyſicæ à Philoſopho ſic deſcribitur. Quantum eſt quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Ad quas partes integrales terminatur ſitus, qui eſt reſpectus quidã, licet fundetur in loco, vel ſecundum alios fundatur in partibus quãtitatis & terminatur ad partes loci, ad quem reſpectum ſequitur denominatio, quæ facit prædicamentum ſitus, iuxta primam opinionem. Proximus ergo reſpectus ſubſtantiæ materialis ſiue terminatiue ſiue fundamentaliter eſt ſitus ſiue poſitio, &c.

TRACTATVS SEXTVS
DE HABITV.

In quatuor capita diuiſus.

De habitu ſecundum quòd eſt prædicamentum quid ſit formaliter. Cap. 1.



HABITVS eſt corporum, & eorũ quæ circa corpus ſunt adiacẽtia. Ad intelligendum autem prædictã deſcriptionem ſciendum, quòd habere aliquid dicit quendã reſpectum. Quædam enim dicũtur habere ali quas res, ſed inter habentem & res habitas eſt ſolus reſpectus rationis. vt cum aliquid dicitur habere ſubſtantiã, vel partes ſubſtantiæ, ſicut pedem vel manum, vel habere quantitatem, vel qualitatem, & tamen inter habens & res habitas nullus eſt reſpectus realis, ſed ſolum rationis. Vnde hoc habere pertinet ad prędicamenta abſoluta. Quædam vero dicuntur habere ali quas res, ita quòd inter habentẽ & res habitas eſt reſpectus realis, & conuerſuus, ſicut pater dicitur habere filium, & filius patrem, & dominus ſeruum, vel poſſeſsionem, & ſeruus vel poſſeſsio dominũ. Patris autem ad filium, & filij ad patrem eſt reſpectus realis, & ſimiliter eſt de domino & ſeruo, & iſtud habere pertinet ad prædi-

camentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

camentum relationis. Quædam autem dicuntur habere aliquas res & inter habẽtia & res habitas est respectus realis, sed non conuersiuus, sed est respectus habentis ad rem habitam, & isto modo tempus dicitur habere temporalia, & locus locatum, & partes loci partes locati, & continens contentum. Et istud habere pertinet ad prædicamenta quando, & vbi, & situs. Nam continens ita dicitur habere contentum, quòd reducitur ad prędicamentum quando, & situs situatum, quod pertinet ad prædicamentũ situs. Nam vas est locus mobilis, & locus est vas immobile, vt dicitur Quarto Physico. Quædam autem dicuntur habere aliquas res, & inter habentia & res habitas est respectus realis non conuersiuus, ita videlicet ꝙ respectus talis est rei habitæ ad ipsum, quod habet eam, sicut homo dicitur habere tunicam, & respectus est tunicæ ad ipsum hominem habentem, & non econuerso. Et hoc habere pertinet ad istud prædicamentum, scilicet habitus. Notandum, quòd vt Philosophus dicit. 15. de Animalibus, natura prouidit alijs animalibus, de vestimentis & de armis. Vnde quædam pro vestimento habent pilos, quædam vero corium grosum, vel corticem, vel aliquid huius. Similiter etiã aliquibus pro armis dentes dedit, alijs cornua, alijs vero vngues, & huiusmodi, homini autem nihil horum dedit, sed dedit ei intellectũ & manus, vt per eas posset sibi ꝓuidere, & de rebus exterioribus faceret sibi vestimenta & arma. Vnde in alijs animalibus tam vestimẽta quàm etiam arma sunt partes substantiales eorum, & inter habentia & habita non est aliquis respectus realis, sed solum rationis, vt dictum est. Vnde denominatio, quæ fit in eis vel à vestimentis, vel ab armis eorum naturalibus non pertinet ad hoc prædicamentum. Sed inter vestimenta & arma nostra & nos est respectus realis, & ideo vestimẽta & arma prout denominant nos habentes ea sunt prædicamẽtum habitus. Vel iusta secundam opinionem respectus eorum ad nos est prædicamentum habitus. Vnde hoc prædicamentum solum conuenit hominibus. Verum est autem, ꝙ etiam quædam animalia vestimus & armamus vestimentis & armis exterioribus. Vestimus enim symias & falleramus equos. & isto modo hoc prædicamentum potest ad ea pertinere. Ea sic patet, &c.

Quòd habitus potest immediate fundari in substantia. Cap. 2.

Videtur autem esse dubium, siue hoc prędicamentum sit denominatio sequens respectũ, siue iuxta secundam opinionem sit ipse respectus, quomodo hoc prædicamentum pertinebit ad genera accidentium. Constat enim quòd vestimenta, siue arma sunt in genere substantiæ. Denominatio aũt sumpta à substantia non ponitur in alio genere à substantia, siue iuxta secundam opinionem, quomodo fundabitur respectus immediate in substantia, cum respectus nihil reale addat supra fundamentum, vt supradictum est. ideo sequitur quòd substantia vel erit accidens, vel quòd habitus nõ erit accidens. Ad quod dicendum quòd non est inconueniens, quòd respectus realis in substantia fundetur. Substantia enim creata inquantũ huius realiter refertur ad creatorem, & talis respectus immediate in ea fundatur, nec propter hoc substantia est respectus vel accidens. Notandum, quòd differt accidentalitas quantitatis & qualitatis, quæ sunt accidentia absoluta, ab accidentalitate aliorum septem prædicamentorum. Nam accidentalitas absolutorum consistit in hoc, quòd adueniunt enti in actu per inhærentiam, & isto modo substantia non potest esse accidens. Accidentalitas autem aliorum septem prædicamentorum consistit in hoc, quòd accidit formę seu subiecto formę habere terminum ad quem. Et quia forma substantialis seu substantia composita potest habere tale terminum, isto modo nõ est inconueniens quòd sit accidens, id est vt accidentaliter alteri adueniat. vnde accidit vestimento vt adiaceat corpori, & vt talem respectum habeat ad ipsum, & sic siue sumatur vestimentum vt denominans accidit sibi sic denominare, & sic est prędicamentum habitus, iuxta primam opinionem, & est accidens, vt iuxta secundam opin. accidit vestimento habere corpus pro termino ad quem, vt adiacens habet respectum. Vel potest dici, quòd non ex omni substantia indifferenter fiunt arma & vestimenta, sed arma fiunt ex substantia habẽte aliquam qualitatem, puta duritiem & huiusmodi, similiter vestimenta fiunt non ex qualibet substantia indifferenter, sed ex habẽte talem qualitatem, puta mollitiem & plicabilitatem, vel huiusmodi, & super hic qualitatibus fundatur respectus, qui est habitus, vel à dictis substantijs inquantum habent tales qualitates. Est ergo habitus adiacentia corporum, & eorũ quæ circa corpus sunt, quod sic intelligitur, habitus est adiacentia, id est denominatio corporum, sicut eorum, quæ denominantur, & eorũ quæ sunt circa corpus, id est eorum, à quibus sit talis denominatio, sicut à vestimentis, quæ sunt circa corpus, dicitur & denominatur homo vestitus. Vel iusta secundam opinionem, habitus est adiacentia, id est respectus corporum terminatiue. Talis.n. respectus, scilicet vestimenti terminatur ad corpus vestitum, & est eorum, quæ sunt circa corpus fundamentaliter. Nam fundamentum talis respectus est ipsum vestimentum, vt dictum est, ex sic patet descriptio habitus. Notandum, quòd licet talis denominatio sit totius habentis talem habitum. nam homo dicitur vestitus & calceatus, tamen conuenit sibi ratione habitus, qui adiacet parti. Licet enim homo dicatur calciatus, tamen dicit ratione calciamenti, quod adiacet pedi, qui est pars integralis hominis, cum totum corpus non sit vestitum, sed ratione illius partis cui adiacet vestimentum. Patet ergo de habitu, &c.

Quòd habitus suscipit magis & minus, licet non omnis, & quòd habitus non habet contrarietatem. Cap. 3.

Recipit autem habitus magis & minus, licet non omnis. Qualiter autem habitus recipit magis & minus, videtur esse dubiũ. Si enim respectus intantum recipiunt magis & minus inquantũ fundamenta recipiunt intensionem, & remissionem, & secundum istos respectus denominantur termini respectus magis vel minus. Sicut dicit magis vel minus calefaciens à maiori vel minori calore, quem efficit. Sed cum fundamentum habitus sit substantia, vt dictum est, quæ non suscipit magis vel minus, ergo nec habitus suscipit magis vel minus. Ad quod intelligendũ sciendum est, ꝙ, vt dictũ est, ista sex prædicamenta nihil aliud dãt nisi absolutũ, vt denominat aliquid extrinsecũ, quæ denominatio sequitur aliquem respectũ realem, qui est inter denominans & denominatum, qui tamen respectus est in genere relationis. Vel iuxta secundam opin. dicunt prædictum respectum, & talis respectus est communis dictis sex principijs.

cipijs. Vnde tale denominatum dicitur magis vel minus ab intensione vel remissione illius absoluti denominantis, vt dictum est. Aliquando vero denominatur magis vel minus nõ ab intensione vel remissione denominantis, sed si plura fuerunt denominatiua eiusdem rationis, à quibus denominatum secundum vnumquodque, quod est eo, denominatur, sicut dicimus, quòd ignis calefaciens tria ligna magis calefacit quàm si calefaceret duo eodem gradu caloris. Constat, enim quòd omnes istæ tres calefactiones sunt eiusdem rationis quibus respondet ignis secundum vnam potentiam calefactiuam, & isto modo calefaciens potest dici magis vel minus, licet in calefactionibus vel in quibuscunq; actionibus non sit consuetum dicere isto modo magis vel minus, & simile est si sumatur hæc iuxta secundam opin. quia si plures respectus vnius rationis, quibus vnus respondet terminus, denominant terminum magis, pauciores vero minus, habitus primo modo non suscipit magis vel minus, ab vno enim vestimento vel calciamento, scilicet vno numero, nunquam aliquis dicetur magis vel minus vestitus vel calciatus, & sic intelligitur, quòd non omnis habitus suscipit magis vel minus, quia nec vestimentum nec calciamentum suscipit intensionem vel remissionem. Secundo vero modo habitus suscipit magis vel minus, quia vnus & idem homo à pluribus vestimentis potest denominari magis vestitus, & à pauciotibus minus vestitus, & sic de alijs. Hoc autem non conuenit prędicamento quanto, cum tempus denominans sit vnum omnium temporalium. Nec etiam conuenit prædicamento vbi, cum vnius corporis vnus tantum sit locus. Nec prædicamento situs, cũ cuilibet vni parti locati vna respondeat pars loci. Potest autem conuenire iste modus dicendi magis vel minus alicui relatiuo & alicui agenti vel patiẽti, & sic patet qualiter habitus suscipit magis vel minus, & qualiter non. Vel dicendum, quòd respectus habitus non immediate fundatur in substantia, vt supra dictum est, nisi mediante aliqua qualitate, puta duritie, mollitie, & huiusmodi, quæ qualitatis sunt fundamentũ talis respectus: cũ autem dictæ qualitates suscipiant magis & minus, ergo & habitus. Non tamen recipit habitus contrarietatem. Vt enim supradictum est ex receptione magis & minus causatur cõtrarietas, quando magis & minus est secundum gradum intensionis & remissionis in speciebus vnius generis, vt patet de albo & nigro. talis autem intensio nõ est in habitu, vt dictum est. ergo in habitu non est contrarietas.

Quòd proprium habitus est existere tam in corpora quam in his quæ circa corpus sunt secundum diuisionem partium. Cap. 4.

Est autem sciendum, quòd propriũ habitus est existere, tam in corpore quàm in his quę circa corpus sunt in pluribus secundum diuisionem partium. Hoc qualiter intelligatur dictum est. Denominatur.n. aliquid ab habitu secundum quòd habitus adiacet alicui parti integrali signatę, sicut dicitur homo calciatus à pedibus, & galeatus à capite, & sic de alijs, hoc autem nulli aliorum prædicamentorum conuenit. licet enim in prędicamento situs fiat denominatio totius ratione partiũ, quibus adiacent partes loci, non tamen ratione alicuius partis signatæ, sed ratione omnium, quibus adiacent partes loci aliquando vno modo, & aliquando alio. Sed in prędicamẽto habitus fit denominatio totius ab vna parte signata, cui adiacet singularis habitus. Et quia sicut consideratur in hoc prædicamento corpus habens habitum quantum ad suas partes organicas signatas, sic habitus partium signatarũ sunt diuersi & diuisi. Nam in habitu vnius hominis diuisa est pars vestimẽti à calciamento, & sic de singulis, ideo dicitur esse proprium habitus existere secundum diuisionem partium corporis, scilicet habentis, & secundum diuisionem eorum, quæ sunt circa corpus, secundum diuisionem habitus, & sic patet de prędicamẽto habitus, & de omnibus prędicamentis hoc modo. Notandum quòd prædicamenta pertinent ad primam operationem intellectus, in qua nulla fit compositio per esse, nec diuisio per non esse. Quæ autem pertinent ad talem primam operationem possunt dupliciter considerari, vno modo quantum ad res intellectas, & sic de eis iam dictũ est. Omnia enim quæ sic pertinent ad talem primam operationem per. 10. Prædicamenta significantur, ut ex dictis patet, alio modo possunt considerari quantum ad modum significandi, inquantum, scilicet significatur per nomina & per uerba, & per alias partes orationis, & de his dicetur immediate. propterea logica non solum est scientia rationalis, utputa de syllogismo, qui pertinet ad discursum rationis, sed est etiam scientia sermocinalis. Tractat.n. de syllogismo & partibus eius quantum ad modum significandi ponendo quid est nomen, & quid est uerbum, & ponendo signa uniuersalia & particularia, quæ omnia ad modum significandi pertinent. de quibus omnibus infra dicetur.

S. THOM. AQVINATIS DE ENVNCIATIONE *SVPER LIBRVM INTERpretatione Tractatus.*

In Quatordecim capita diuisus.

De nomine quid sit secundum intentionem Logicam. Cap. 1.

Dicto de his, quę quantũ ad rem significatam pertinent ad primam operationẽ intellectus, quæ est indiuisibiliũ intelligentia, ut in Tertio de Anima dicitur qua uidelicet res cognoscitur quantum ad suam quidditatem, nunc dicẽdum est de his, quę pertinent ad secundam operationem intellectus, quæ ibi compositio uel diuisio nominatur, qua, scilicet intellectus noster unam rem cum alia componit, uel ab alia eam diuidit per esse, scilicet & non esse. Et dicitur tractatus iste de enunciatione seu propositione large sumpta propositione, si enim stricte sumeretur, tunc enunciatio esset genus eius. Propositio enim solum dicitur de premissis ipsius syllogismi, sed enunciatio dicitur tam de premissis, quàm de conclusione. Ad cognoscendum autem dictam enunciationem dicendum est primo cum Arist. de partibus suis, scilicet de nomine & uerbo, & de eius genere, quod est oratio. Nomen est uox significa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius ad placitum sine tempore, cuius nulla pars significat separata, finita, & recta. In ista nominis diffinitione ponitur vox pro genere. Notandum, quòd vt habetur. 2. Metaphy. hæc est differentia inter diffinitionem suppositorum, & diffinitionem formarum, siue substantialium siue accidentalium. Nam in diffinitione suppositorum nihil ponitur, quòd sit extra essentiam diffiniti, sed omnes particulę diffinitionis sunt de essentia diffiniti. Formæ vero, quia non possunt per se esse, sed in alio, scilicet in subiecto, vel in materia, in sui diffinitione requirunt subiectum vel materiam, quæ tamen nō sunt de essentia earum, & ideo ipsarū diffinitiones dicuntur esse per additamenta. Vnde omnes formæ accidentales in sui diffinitione requirunt subiectum. Hęc est autem differentia inter eas diffiniendo, nam formæ abstractæ aliter requirunt subiectum in earum diffinitionibus, quàm formæ sumptæ in concreto, formæ abstractæ requirunt subiectum loco differentiæ, vt cum dicimus, crispitudo est contractio capillorum, vbi capilli, qui sunt subiectum crispitudinis, ponuntur loco differentiæ. In concreto vero requirunt subiectum loco generis, vt cum dicimus, crispum est capillus contractus. Hoc habito, sciendum est, quòd nomen, verbum, & oratio, sunt quædam artificialia, & per consequens accidentia, eorum autem subiectum est vox, quæ est quid naturale. Ars enim in voce, vt in subiecto format nomina verba, & orationes, & ideo in eorum diffinitionibus debet poni vox vt subiectum. Et quia concreta sunt, ideo in eorum diffinitionibus ponitur vox pro genere. Dicitur autem nomen vox significatiue ad differentiam vocum non significatiuarum, quæcunque sint illæ, quæ videlicet pro nihilo proferuntur. Ad placitum autem dicitur ad differentiam vocum significatiuarum naturaliter, vt sunt latratus canum, qui significant iram, prout natura dictauit eis, quoniam non significat secundum institutionem humanam. Sine tempore vero dicitur, ad differentiam verbi & participij. Vbi nota, quòd vt supra in alio tractatu dictum est, actio, passio & motus sunt vna res, verbum autem significat per modum actionis vel passionis, & per consequens per modum motus, seu mutationis, primum autem, quod habet mensurari tempore, est motus, verbum vero significat cum tempore. Sciendum, q̄ actio & passio dupliciter possunt significari. Vel per modum abstractum, vt sunt quædam res, & tunc non significant cum tempore, significant enim per modum habitus & quietis, scilicet sine motu, & sic significantur à nomine. Alio modo significantur per modū actionis, prout sunt ægredientes à subiecto, & sic significantur vt motus, vel mutationes, & per consequens vt mensurantur tempore, & sic significantur à verbis formaliter, & non materialiter sumptis, & etiam à participijs, non à nomine, nomen ergo significat sine tempore. Deinde dicitur, quòd nominis nulla pars significat separata, ad differentiam orationis, cuius partes significant separatæ. Vbi nota, quòd significatio se habet ad nomen, vt forma eius, litera vero & syllabæ sunt vt materia eius, seu vt partes integrales, cum autem nulla pars sit, quæ non habeat formam totius in toto, ideo nulla pars separata habebit per se significationem nisi solum illam, quam habet totum. Vnde in nominibus compositis, vt sunt terra noua, castrum Ioannis, si significatum esset diuisum, pura, quòd intelligeretur pro terra, quæ esset noua tunc nō esset noua, & tunc non esset nomen, sed oratio, si vero significatum suum esset vna res, puta villa vel huiusmodi, tunc erunt nomina. Deinde dicitur finita, ad differentiam nominum infinitorum, sicut est non homo. Vbi nota, quòd omne nomen accipiendo etiam pronomen pro nomine, aut significat determinatam naturam, vt homo, aut determinatam personam, vt ego & tu, aut determinatam naturam & personam, vt Sortes, Plato: cum autem nomen infinitum nihil horū significet non vere poterit dici nomen. Quod autem nihil horum significet patet, nam nomen, quod imponitur à priuatione, ad minus requirit subiectum existens, non enim cæcum dicitur nomine animalis, sed supponit quòd illud, quod est cæcum, sit aptum natum habere oculos. Nomen autem infinitum, cum à negatione imponatur, nihil supponit: potest enim dici de ente, sicut de non ente. Dicimus enim quòd chymera est non homo, vt equus est non homo. Vnde talia significant solum per modum nominis, quia ad minus est suppositum in comprehensione. Deinde dicitur recta, ad differentiam casuum obliquorum, qui cadunt à recto, seu nominatiuo per quandam originem declinationis. Solus enim nominatiuus dicitur nomen principaliter, quia per ipsum facta est impositio nominis ad aliud significandum. Non autem pertinent obliqui directe ad Logicum, qui versatur circa verum & falsum, quia tales casus, scilicet obliqui, cum hoc verbo sum es est, in quod omnia verba resoluuntur, non dicunt verum vel falsum. Nihil tamen prohibet eos cum aliquibus verbis impersonalibus iungi, & significare verum vel falsum, vt tedet me lectionis, & sic patet de nomine, &c.

De verbo quid sit formaliter secundum descriptionem Logicam. Cap. 2.

VErbum est vox significatiua ad placitum, cuius nulla pars significat separata, finita, & recta, & semper est significatiuum eorum, quæ de altero prædicatur. In ista diffinitione uox significatiua ad placitum, cuius nulla pars significat separata, intelliguntur eodem modo quo in nomine dicta sunt. Dicitur autem finita, ad differentiam verborum infinitorum, ut sunt non currit, non amat, quæ non proprie sunt uerba. Vbi nota, quòd proprium est uerbi significare aliquid per modum actionis & passionis, ut supra dictum est, prædictæ autem dictiones hoc non faciunt, immo remouent actionem uel passionem potius quàm aliquam determinatam actionem uel passionem significent, non ergo proprie sunt uerba. Sciendum, quòd licet hæc proprie non sint uerba, tamen aliqua posita in diffinitione uerbi eis conueniunt, primo quia significant cum tempore, sicut enim agere & pati sunt in tempore, ita etiam priuatio eorum, unde & quies tempore mensuratur. dictiones autem prædictæ significant priuationem actionis & passionis, ut dictum est. Secundum est, quia ponitur in diffinitione uerbi, quod semper ponitur ex parte prædicati, quia est, est significatiuū eorum, quæ de altero prædicantur. Quod sic intelligitur, quia enim subiectum enunciationis significatur ut id, cui aliquid inhæret, uerbum autem significat actionem per modum actionis, ut dictum est, de cuius ratione est, quòd inhæreat, ideo semper ponitur ex parte prędicati, etiam quia in omni prædicationis oportet, quòd sit uerbum, cum uerbum importet compositionem, qua prædicatum componitur subiecto. Vnde sicut uerba

significando

significando actionem vel passionē significant aliquid, vt in alio existens, propter quod semper ponuntur ex parte prædicati, ita etiam prædicta verba infinita, quia significant remotionem actionis vel passionis, semper ponuntur ex parte prædicati, negatio enim reducitur ad genus affirmationis. Sciendum, quòd verba infinitiui modi aliquando ponuntur ex parte subiecti, vt cum dicimus currere est moueri, & hoc est, quia habent vim nominis. Vnde Græci addunt eis articulos, sicut nominibus, hoc idem facimus nos in Logica vulgari. Nam dicimus el correre mio. vbi ly mio est articulus. Intellectus enim noster processum actionis vel passionis, seu inhærentiam eius in subiecto apprehendit, & significat, vt est res quædam, & sic habet vim nominis. Si autem verba aliorum modorum aliquando ponuntur ex parte subiecti, vt cum dicimus, curro est verbum, tunc non sumitur verbum formaliter, sed materialiter, secundum quòd significat ipsam vocem, quæ accipitur vt res quędam, vnde verba & orationes & omnes partes orationis, quando sic ponuntur materialiter, sumuntur in vi nominis. Deinde ponitur in diffinitione, recta, ad differentiam verborum obliquorum, scilicet præteriti & futuri temporis, quæ non sunt simpliciter verba. Cum enim verba proprie dicta significent agere vel pati, hoc erit proprie verbum, quod significat agere vel pati in actu, quòd est agere vel pati simpliciter, hic autem significant verba præsentis temporis, agere autem vel pati in præterito vel in futuro, est secundum quid, & ideo verba præteriti & futuri temporis non sunt simpliciter verba, sed secundum quid. Dicuntur autem casus verbi præsentis temporis, quia aliquo modo significant tempus præsens. Præteritum enim & futurum tempus dicuntur per respectum ad præsens. Est enim præteritum tempus, quod fuit præsens, & futurum quod erit præsens, & similiter verba aliorum modorum, quàm sit verbum indicatiui modi: casus verbi dicuntur, quia eorum variatio respicit ipsam actionem vel passionem, sicut & variatio temporum, & quia variatio verborum in numero & persona nō respicit ipsam actionem vel passionem, sed solum subiectum, cui actio uel passio inhæret, ideo non faciunt casus uerbi, &c.

De oratione quid sit, & de speciebus eius. Cap. 3.

ORatio est uox significatiua ad placitum, cuius partes significant separatæ. Qualiter autem huius diffinitionis particulæ sint intelligendæ dictum est in diffinitione nominis. Diuiditur autem oratio in imperfectam & perfectam. Oratio imperfecta dicitur, quæ imperfectum sensum generat in animo auditoris. ubi nota, quòd ut dicitur Quinto Metaphysicæ, perfectum est cui nihil deest in genere suo: sensui autem, quem generat oratio imperfecta in animo auditoris, aliquid deest, quia deest sibi compositio uel diuisio. Si enim dico homo albus, quæ est oratio imperfecta, nihil dico sibi inesse, uel non inesse, & per consequens sensus huius orationis facit stare animum suspensum, quia sibi aliquid deest, ideo est imperfectus. Sciendum tamen, quòd non sine causa oratio perfecta & imperfecta diffinitur per generare sensum. Vbi nota, quòd licet oratio & quælibet eius pars sint quædam res artificiales & non naturales, nec etiam sint instrumenta naturalia uirtutis interpretatiuæ, ut Plato dicebat. Eius nanque uirtutis instrumenta naturalia sunt pulmo, guttur, palatum, lingua, dentes, & labia, sunt tamen instrumenta ipsius intellectus, qui non est uirtus materialis, sed supra omnem naturam corpoream. instrumentum autem diffinitur ex fine, qui est usus eius: usus autem uocis significatiuæ est significare audienti conceptum intellectus dicentis. Bene ergo diffinitur oratio perfecta & imperfecta, per generare sensum seu significare. Vnde oratio perfecta dicitur, quæ perfectum sensum generat in animo auditoris propter complexionem, quam dicit. Orationum autem perfectarum quinque sunt species, scilicet enunciatiua, uocatiua, interrogatiua, imperatiua, & deprecatiua. Sciendum, quòd ratio non solum concipit ipsas res, sed etiam per suum conceptum alia dirigit & ordinat, concipiendo autem res in se format orationem indicatiuam, seu enunciatiuam. Ordinando autem alia, format alias orationes. Dirigitur autem & ordinatur aliquis ab aliquo ad tria. Primo ad mente attendendum, & ad hoc pertinet oratio uocatiua: secundo ad uoce respondendum, & ad hoc pertinet oratio interrogatiua: tertio ad opus exequendum, & ad hoc pertinet quantum ad inferiores oratio imperatiua, quantum uero ad superiores oratio deprecatiua, ad quam reducitur oratio optatiua, quia respectu superioris homo non habet uim innatam nisi per expressionem sui desiderij. Suppositiua uero, id est conditionalis, & dubitatiua reducuntur ad interrogatiuam. Et, quia istæ quatuor species orationis non significant uerum uel falsum, sed quendam ordinem ad ista consequentem, ideo nō pertinent ad præsens negotium, quod directe ordinatur in scientiam demonstratiuam, in qua auris hominis per rationem adducitur ad considerandum uerum ex his quæ sunt propria rei, sed magis pertinent ad rhetoricam uel poeticam, quę inducunt ad assentiendum per dispositionem audientis. Sola autem enunciatiua, quæ significat uerum uel falsum ad hoc negotium spectat. & si quæ aliæ orationes ad eam reduci possunt.

De enunciatione quid sit, & quid est uerum & falsum. Cap. 4.

ENunciatio est oratio uerum uel falsum significās. Ad intelligendum autem hanc diffinitionem, primo uidendum est quid sit uerum uel falsum, secundo videndum est quare soli enunciationi cōuenit significare verum vel falsum. Quantum ad primum, sciendum, quòd, vt communiter dicitur, veritas est adæquatio rei ad intellectum, secundum Isaac. uerum dicitur adæquatum, falsum uero non adæquatum. Hęc autem adæquatio seu conformitas non potest esse relatio realis, alioquin uerum non conuerteretur cum ente. Quod enim est in vno prædicamento tantum non potest esse de transcendentibus, est ergo relatio rationis. & sic uerum est relatiuum secundum rationem, quod nihil prohibet ipsum esse in pluribus prædicamentis uel in omnibus. Quæ autem sit hæc conformitas dico, quòd in intellectu quædam sunt subiectiue, vt species intelligibiles, actus intelligendi & huiusmodi: quædam sunt obiectiue, vt ea, quæ intellectus intelligit. Quando ergo res, quæ est in intellectu obiectiue est conformis sibi ipsi, ut est in rerum natura, tunc talis

Universidad de Deusto
Biblioteca

conformitas dicitur veritas. Vnde in hoc consistit veritas, quod res hic apprehenditur ab intellectu sicut est in rerum natura, & per oppositū falsitas est in difformitate rei, vt apprehensa est ab intellectu ad se ipsum, vt est in natura sua. & propter hoc Philosophus 4. Metaph. dicit, quòd verum est esse quod est, & non esse quod non est: falsum vero est esse quod non est, & non esse quod est. Vnde, quando intellectus intelligit rem sic esse sicut est in rerum natura, vel non esse sicut non est, talis conformitas dicitur veritas, quando vero apprehendit rem esse vt non est, vel non esse vt est, tunc falsitas. Sciendū, quod in tali conformitate, quæ veritas dicitur, est considerare quatuor, scilicet rem, vt est intellecta, seu vt est in intellectu obiectiue, & ipsum intellectum eam intelligētem, & actum intelligendi, qui est subiectiue in intellectu, & rem vt est in natura sua. In re autem, vt est intellecta, seu vt est obiectiue in intellectu, est per prius veritas, quàm sit in intellectu, vel quam sit in actu intelligendi, vel quā sit in re, vt est in sua natura. Intellectus enim & actus intelligendi non dicuntur veri, nisi quia sunt de vero obiecto. Intellectus enim dicitur verus, quia apprehendit verum, & actus intelligendi dicitur verus, quia est apprehensio alicuius veri, & res in natura sua dicitur vera, quia nata est apud intellectum causare apprehensionem conformem entitati suæ. Notandum, quòd talis conformitas rei, vt intellecta est ad se ipsam, vt est in natura sua potest esse vel in intellectu pratico, vel intellectu speculatiuo. In intellectu quidem pratico, quando scilicet sic est res per suam formam, sicut apprehendit eam artifex per artem suam. Cum autem omnes res naturales per formam suam sint conformes sibi ipsis, vt apprehensæ sunt ab arte diuina, ideo quælibet res secundum quòd habet propriam formam dicitur vera, & sic verum & eius conuertuntur. In intellectu vero speculatiuo est talis conformitas, quia intellectus intelligit rem sicut est, non.n. intellectus sic intelligit sicut res in intellectu practico, sed quia sicut res est, ita eam intelligit intellectus, & ideo intellectus practicus comparatur ad artificialia, vt mensura ad mensuratum, econuerso autem intellectus speculatius comparatur ad ea quæ intelligit, vt mensuratum ad mensuram.

Notandum, quòd aliqui tenent quòd veritas est conformitas rei ad intellectū informatum similitudine rei, falsitas vero est difformitas intellectus sic informati ad rem. Et hæc opinio probabiliter potest teneri. Sic ergo patet quid est veritas & falsitas, &c.

Quod veritas & falsitas sunt tantum in enunciatione, & quare. Cap. 5.

QVantum ad secundum, scilicet quare veritas & falsitas sunt in enunciatione tantum, sciendum, quòd veritas non est in voce significatiua, siue sit nomen, vel verbum, vel oratio, nisi sicut in signo, sunt autem huiusmodi signa conceptionum intellectus, secundum ergo quod in cōceptionibus intellectus erit verum vel falsum, sic dicetur esse in ipsis signis. Sciendum, quod, vt dicitur tertio de Anima, duplex est operatio intellectus, scilicet indiuisibilium intelligentia, quando scilicet intellectus intelligit quidditatē rei in se, & compositio & diuisio, scilicet quando vnam rem concepram componit per esse, vel diuisio, quando diuidit per non esse, & in vtraque operatione intellectus inuenitur veritas. Vbi nota, quod, sicut dictum est, veritas est relatio rationis, entia autem rationis, nusquam sunt subiectiue, nisi largo modo intelligatur, secundum illud, cui ratio attribuit talem respectum rationis, habet ergo veritas solum esse obiectiue, & similiter dico de falsitate. Vnde, si consideramus illud, quod primo verū est, scilicet rem, vt est intellecta, & vocemus verum, dico quod tale verum potest esse in prima operatione intellectus. Nam intellectus intelligit ipsam rem, vt est in se, & sic intelligit verum, falsum autem non intelligit intellectus in prima operatione sua, quia vel attingit naturam rei, & tunc intelligit verum, aut non attingit, & tunc ignorat, & non est ibi ꝓprie difformitas rei intellectæ ad naturam eius, quia nec talis res est intellecta, sed aliqua alia, & ideo nō est ibi falsitas, quæ proprie importat deceptionem, & non ignorantiam solam, & inde est, quod Philosophus Tertio de Anima dicit, quod intellectus comprehendens quod quid est semper est verus. Hoc autem non est perfecte comprehendere veritatem, quæ est conformitas vtriusque, scilicet rei vt intellecta est, & rei in sua natura, sed est cognoscere vnum conforme seu verum. In secunda vero operatione intellectus est perfecte & completiue veritas obiectiue, nam apprehendere veritatem est apprehendere conformitatem rei intellectæ ad se ipsam secundum suam naturam, vt dictum est, hoc autem fit comparando vnum alteri: vel idem ad se ipsum secundum aliud & aliud esse: quod non potest fieri nisi per secundā operationem intellectus: ergo pertecte veritas non est nisi in intellectu componente vel diuidente, & similiter dico de falsitate. Tenendo vero secundam opinionem prædicta erunt clariora. Nam, si veritas est conformitas rei ad intellectum informatum similitudine rei, in prima operatione intellectus erit verum, quia erit ibi talis conformitas, non tamen erit verum tunc in intellectu, vt in cognoscente verum. Non enim intellectus aliter cognoscit verum, nisi componendo vel diuidendo secundum suum iudicium, quod iudicium si consonet rebus, erit verum. puta cum intellectus iudicat se esse informatū similitudine rei, vt res est, Et oppositum est de fallo. & hoc totum pertinet ad secundam operationem intellectus, & non ad primam. Ex dictis potest patere, quod in sola enunciatione sit veritas vel falsitas, vt in signo. Si enim sola enunciatio est signum eorum, quæ sunt obiectiue in secunda operatione intellectus, & solum in illum est verum & falsum, in enunciatione erit verum vel falsum, & non in aliqua alia voce, siue sit dictio, siue oratio, & sic patet quid est enunciatio.

De enunciatione cathegorica & hypotetica, affirmatiua & negatiua. Cap. 6.

DIuiditur autem ab Aristotile enunciatio triplicitер. & primo, vt analogum in sua analogata. dicit enim quod enunciationum quædam est vna simpliciter, quædam coniunctione vna. Enunciatio vna simpliciter. est enunciatio cathegorica, seu prædicatiua. Est autem enunciatio cathegorica quę habet subiectum & prædicatum principales partes sui, vt homo est animal. homo est subiectum, animal est prædicatum, hoc verbum est, quia prædicatur tertium adiacens, dicitur coniunctio

coniunctio seu copula verbalis. Coniunctione vero vna dicitur enunciatio hypothetica, seu suppositiua, vt si homo est, animal est. Hæc autem diuisio enunciationis est analogi in sua analogata, de quibus per prius & posterius dicitur. Nam vnū simpliciter est prius vno coniunctione. Secundo diuidit enunciationem vt genus in suas species. diuidit enim eam in affirmationem & negationem, quę sunt species enunciationis. Licet enim affirmatio sit prior negatione, nō tamen propter hoc enunciatio de eis analogice prædicatur sicut dictum est, quòd prædicatur de simpliciter vna, & coniunctione vna. Notandum, ꝙ vnum diuidentium aliquod cōmune potest esse prius altero dupliciter. Vno modo secūdum proprias rationes, aut naturas diuidentium. Alio modo secundum maiorem participationem rationis illius communis, quod in ea diuiditur. Primum autem non tollit vniuocationem generis, vt manifestū est in numeris, in quibus binarius secundum propriam rationem naturaliter est prior ternario, sed tamen æqualiter participant rationem cōmunis, scilicet numeri. Nam ita ternarius sicut & binarius est multitudo mensurata per vnum. Secunda autē prioritas impedit vniuocationem generis, & propter hoc ens non potest esse genus substantię & accidentis, quia in ratione entis prius habet esse substantia, quæ est ens per se, quàm accidens, quod est ens in alio, vel in aliud. Sic in proposito. Licet affirmatio primo modo, scilicet secundum suam naturam, sit prior negatione, non tamen secundo modo, immo æqualiter participant ratione enunciationis. Vtraq; enim est oratio verum vel falsum significans. Est autem secundum suam naturam affirmatio prior negatione. Nam affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo, vt homo est animal. Negatio vero est enunciatio alicuius ab aliquo, vt homo non est lapis. Cum autem enunciatio, vt dictum est, sit vox significatiua, non immediate significat rem, sed mediante cōceptu intellectus. Vnde in omni enunciatione est tria considerare, scilicet ipsam vocem, quæ est signum conceptus intellectus. & ipsum conceptum intellectus, qui est ipsa similitudo rei, & ipsam rem. Quātum ad vocem prior est affirmatio negatione, quia munus habet de compositione, quàm negatio. plures enim dictiones sunt. Sortes nō currit, quàm Sortes currit, & per consequens est magis composita. Ex parte intellectus prior est affirmatio, quæ significat compositionem, quàm negatio, quæ significat diuisionem. Posterior enim est diuisio cōpositione, sicut non est corruptio nisi generatorum, sic non est diuisio nisi compositorum. Ex parte etiam rei affirmatio, quæ significat esse, prior est negatione, quæ significat nō esse, sicut habitus naturaliter prior est priuatione. Tertia vero diuisio ipsius enunciationis est in vniuersalem, particularem, indefinitā, & singularem. Sufficientia autem dictarum diuisionum potest sic sumi. In ipla enim enunciatione est considerare totam suam entitatem, quæ est ex subiecto & prædicato, & ipsorum coniunctionem, & quia omne quod est ideo est, quia vnū numero est, ideo consideratur vtrum sit vna simpliciter, vel vna coniunctione, & ista diuisio dicitur pertinere ad substantiam enunciationis. Secundo est in ea considerare ipsum prædicatum, vt componitur subiecto sine negatione, vel cū negatione, & quia prædicatum est pars formalis enunciationis, ideo hæc diuisio dicitur pertinere ad qualitatem enunciationis, qualitatem, scilicet essentialem, secundum ꝙ differentia significat quale quid, vt supra dictum est. Tertio est in ea cōsiderare ipsum subiectum, prout. s. est prædicabile de pluribus, vel de vno, & sic fit tertia diuisio, & hæc dicitur pertinere ad quantitatem enunciationis. Nam quantitas sequitur materiam. Vnde versus.

Quę ca. vel hyp. qualis ne vel affir. v. quāta. par. in fin.

Hic autem versus sic intelligitur. In eo nanq; sunt tria nomina interrogatiua, scilicet. Qua, quod quęrit de substantia: qualis, quod quęrit de qualitate. Et quanta, quod quæsit de quantitate. Vnde quando fit interrogatio per quæ, quærendo, scilicet de substantia enunciationis, respondetur cathegorica vel hypothetica. Quando fit interrogatio per qualis, respondetur negatiua vel affirmatiua. Quando vero fit interrogatio per quanta, respondetur vniuersalis, particularis, indefinita, vel singularis. De prima diuisione enunciationis dicetur in tractatu de enunciationibus hypoteticis, de secunda vero eius diuisione satis dictum est.

De quantitate propositionum cathegoricarum de esse, scilicet de vniuersali particulari indefinita & singulari. Cap. 7.

REstat dicere de tertia diuisione, quæ est secūdum quantitatem. Vbi nota, quòd enunciationum cāthegoricarum, quædam sunt de inesse, quædā vero modales. Dicitur autem enunciatio de inesse, quæ est de simplici inhærentia prædicati ad subiectum, vt homo est animal. Modalis vero, in qua inhærentia prædicati ad subiectum modificatur, vt Sortem currere est possibile, uel homo est animal necessario. Vnde primo dicendum est de quantitate, æquipollentijs, oppositionibus, quę quantitatem sequuntur in enunciationibus de inesse. secunda de eis in enunciationibus modalibus. Ad uidendum autem quantitatem ipsarum enunciationum de inesse, sciendum, quod ea, quæ intellectus apprehendit, quædam sunt uniuersalia, uidelicet qui apta nata sunt in pluribus inueniri, quædam sunt singularia uidelicet, quæ non sunt apta inueniri nisi in uno. Vniuersale autem potest dupliciter considerari. Vno modo quasi separatum à singularibus, scilicet secundum esse, quod habet in intellectu obiectiue. Alio modo secundum esse quod habet in singularibus. Primo modo considerato uniuersali aliquid de eo potest dupliciter enunciari, uno modo quando ei attribuitur aliquid, quod pertinet ad solam actionem intellectus. Vt cū dicimus, homo est predicabilis de multis, uel homo est uniuersale, uel homo est species. huiusmodi enim intentiones format intellectus, & attribuit eas naturæ intellectæ, puta homini secundum ꝙ comparat ipsam ad res, quæ sunt extra animam. Alio modo enunciatur aliquid de uniuersali sic sumpto, quando attribuitur sibi aliquid, prout ipla natura intellecta apprehēditur ab intellectu ut unum, illud tamen, quod ei attribuitur, non pertinet ad actum intellectus, sed ad esse, quod habet ipsa natura intellecta in rebus, quæ sunt extra animam. puta, si dicatur homo est dignissima creaturarum, hoc enim conuenit naturæ humanæ, secundum quòd est in singularibus. Nam quilibet homo singularis est dignior alijs creaturis irrationabilis, sed tamen omnes homines singulares nō sunt unus homo extra animam, ut dicitur in prædicta enunciatione, homo est dignissima creaturarum, ubi ly homo stet pro omnibus singularibus, sed solum in acce-


Universidad de Deusto
Biblioteca

ptione intellectus est vnus, & quia communiter non est apprehensum, quòd vniuersalia extra singularia subsistant, ideo communis vsus loquendi non habet aliquam dictionem, seu aliquod signum, quod addatur vniuersali, secundum dictos modos, quibus aliquid de eo prædicatur. Sed Plato, qui posuit vniuersalia subsistere extra singularia, inuenit quasdam dictiones, quas addebat vniuersalibus in talibus modis prædicandi. Dicebat enim per se homo est species, vel homo prædicabilis est species. Secundo modo enunciatur aliquid de vniuersali secundum quòd est in ipsis singularibus, & hoc dupliciter. Vno modo cũ attribuitur sibi aliquid ratione ipsius vniuersalis, quod videlicet ad essentiam ipsius pertinet, vel consequitur principia essentialia ipsius, vt cum dicitur. homo est animal, vel homo est risibilis. Alio modo, quando attribuitur ei aliquid ratione singularis, in quo inuenitur, scilicet quando attribuitur sibi aliquod accidens individuale, vt cũ dicitur, homo ambulat. Et quia iste modus enunciãdi aliquid de vniuersali cadit in communi apprehensione hominum, ideo inuentæ sunt quædam dictiones ad designãdum modum attribuendi aliquid vniuersali sic accepto. Vnde, si attribuitur sibi aliquid primo modo, scilicet ratione ipsius, vt vniuersale est, quia hoc est vniuersaliter de eo aliquid prædicari, ideo ad inuẽtum est hoc signum omnis, quod designat, quòd prædicatũ attribuitur subiecto vniuersaliter, quantum ad totum illud quod sub subiecto continetur. In negatiuis vero prædicationibus ad idem inuẽta est hæc dictio nullus, per quam significatur, quòd prædicatum remouetur à subiecto vniuersaliter secũdum totum quod continetur sub eo. Si vero attribuitur ei aliquid secundo modo, scilicet ratione singularis, ad hoc designandum in affirmatiuis inuentum est signum particulare, scilicet hæc dictio quidam, vel aliquis, per quam designatur, q̃ prædicatum attribuitur vniuersali subiecto ratione ipsius particularis. Sed, quia indeterminate formam alicuius singularis significat, ideo designat vniuersale sub quadam indeterminatione. Vnde & dicitur indiuiduũ vagum. In negatiuis vero non est inuenta aliqua dictio, seu aliquod aliud signum, sed dicimus, quidam homo non currit, vel nonnullus homo currit. Sic ergo sunt tria genera affirmationem, in quibus de vniuersali aliquid prædicatur. Vna, in qua de vniuersali aliquid predicatur vniuersaliter, vt omnis homo est animal. Secunda, in qua de vniuersali aliquid prædicatur particulariter, vt quidam homo est albus. Tertia, in qua aliquid de vniuersali predicatur absque determinatione vniuersali, vel particulari, vt homo est animal. Prima enunciatio dicitur vniuersalis, Secunda particularis, Tertia indefinita. Quibus si addatur singularis, in qua aliquid de singulari prædicatur, vt Sortes currit erunt quatuor modi enunciationum, quæ possunt esse negatiuæ sicut sunt affirmatiuæ. Et sic patet.

De oppositione propositionum cathegoricarum existentium in figura quantum ad enunciationes de inesse. Cap. 8.

NVnc dicendum est qualiter prædictæ enunciationes vniuersales, particulares, & indefinitæ opponantur. Notandum, quòd aliquid alicui quatuor modis potest opponi. Vno modo relatiue, vt pater & filius. Alio modo contradictoriæ, vt Sortes currit, Sortes non currit. Tertio modo priuatiue, vt visus & cæcitas. Quarto modo contrariæ, vt albedo & nigredo. De oppositis relatiue dictum est in prædicamento relationis. Contradictio vero est oppositio, cuius secundum se non est medium, inter esse enim & non esse non est medium. Ad hoc autem, quod sit contradictio inter aliqua requiruntur septem. Primo, quod opponantur duæ propositiones, quarum vna sit affirmatiua, & altera negatiua. Secundo, quod tales enunciationes sint eiusdem subiecti. Tertio, quod sint eiusdem prædicati. Quarto, quod non fiat prædicatio secundum diuersas partes subiecti, sicut cum dicitur, Sortes est albus dente, & Sortes non est albus manu. Quinto, quod non sit diuersus modus ex parte prædicati. sicut cum dicitur, Sortes currit tarde, & Sortes non currit velociter. Sexto, quòd non sit diuersitas ex parte mensure loci, & temporis. Septimo, quòd non sit diuersitas ex habitudine ad aliquid extrinsecum. sicut cum dicitur, decem homines, sunt multi in domo, & non sunt multi in theatro. Priuatio vero est negatio in subiecto apto nato. Licet enim cæcitas neget visum, non tamen simpliciter, sed in subiecto nato apto videre. Bene enim dicitur animal cæcum, sed non lapis cæcus. Contrariæ autem opponuntur, quæ in eodem genere posita maximè à se distant, & vicissim eidem subiecto insunt. Non enim albedini opponitur albedo, sed nigredo, quæ à se maxime distant. Sciendum, quod oppositio non prædicatur de dictis oppositionibus sicut genus de suis speciebus, sed vt analogum de suis analogatis. Vera namque oppositio est oppositio simpliciter, quæ dicitur contradictio. Aliæ vero dicuntur oppositiones secundum quid, & in tantum sunt oppositiones, inquantum aliquo modo dicunt contradictionem, scilicet esse & non esse. Sciendum etiam est, quod in contradictione ita opponitur negatio affirmationi, quod nihil ponit. In priuatione autem ita opponitur priuatio habitui, quod supponit subiectum. In contrarietate vero ita est oppositio, quod supponitur subiectum & aliqua forma, ita enim albedo opponitur nigredini, quod supponit aliquod subiectum, propter quod dicitur vicissim insunt, & albedo etiam ponit aliquam formam, quod non facit negatio nec priuatio. Sciendum, quod vniuersalis affirmatiua opponitur vniuersali negatiuę eiusdem subiecti & prædicati contrariæ. Vnde omnis homo est albus, & nullus homo est albus, sunt contrariæ. Ratio est, quia, vt dictum est, contrarię opponuntur, quæ maxime à se distant. Non enim nigrum dicitur aliquid ex hoc solo, quòd non est album, sed super hoc, quod est, non esse album, quod significat remotionem albi, addit nigrum extremam remotionem ab albo. Sic ergo id, quod affirmatur, per hanc enunciationem, omnis homo currit, oportet quòd remoueatur per hanc negationem, non omnis homo currit, oportet enim quod negatio remouear modum, quo prædicatum dicitur de subiecto, quem designat hoc signum omnis, sed super hanc remotionem addit hæc enunciatio, nullus homo currit, totalem remotionem, quæ est in extrema distantia. merito ergo dicuntur contrariæ, omnis homo currit, & nullus homo currit. Particularis autem affirmatiua,

matiua, & particularis negatiua nullo modo opponuntur contrariæ, id est contraria oppositione. Contrariæ nanque differunt extrema distantia, particularis autem affirmatiua & particularis negatiua se habent sicut media inter contraria, media autem non sunt contraria, nec etiam opponuntur contradictoriæ, vt enim dictum est, hoc signum quidam, quod facit propositionem esse particularem, designat vniuersale, seu terminum communem indeterminate, vnde non determinat illud ad hoc singulare, vel ad istud. Et propter hoc affirmatio & negatio non erunt in eodem subiecto singulari, quod requiritur in cõtradictione, vt supra dictum est, ideo nullo modo sibi opponitur. Dicuntur tamen sub contrarię, quia sub contrarijs continentur. Vniuersalis autem affirmatiua & particularis negatiua, vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua, opponuntur contradictoriæ. Cuius ratio est, quia contradictio consistit in sola remotione affirmationis per negationem, vniuersalis autem affirmatiua remouetur per solam negationem particularem, nec aliquid aliud ex necessitate exigitur. Sicut per hanc, quidam homo non currit, remouetur hęc, omnis homo currit. Particularis autem affirmatiua non potest remoueri per particulare negatiuam, quia sibi non opponitur, vt dictum est, oportet ergo, quod remoueatur per vniuersalem negatiuam, sic ergo illæ, scilicet omnis homo currit, quidam homo non currit, & nullus homo currit, quidam homo currit, sunt contradictoriæ. Quælibet autem particularis dicitur subalterna suæ vniuersalis. Et sic patet de oppositionibus propositionum vniuersalium, in quibus sunt signa, & singulatium. Indefinitę autem sequuntur regulam particularium.



De æquipollentijs enunciationum cathegoricarum de inesse. Cap. 9.

REstat nunc dicere de æquipollentijs dictarũ enunciationem. Vbi nota, quòd negatio præposita ante signum, & per consequens ante totam enunciationem æquipollet suæ contradictoriæ. Posita vero post signum in compositionem, scilicet enunciationis, facit eam æquipollere suæ contrariæ. Præposita vero & postposita facit eam æquipollere suæ subalternæ. Causa autem istarum æquipollentiarum est, nam in enunciationibus prædictis est considerare quantitatem, videlicet vniuersalitatem, particularitatem, & qualitatem, scilicet negationem & affirmationem, hęc est autem natura negationis, vt neget, & tollat totum quod inuenit post se, sic ergo ista enunciatio, omnis homo currit, est vniuersalis & affirmatiua, cui, si præponatur negatio, scilicet non omnis homo currit, ista negatio tollit vniuersalitatem, & sic remanet particularis vel indefinita, scilicet sine signo, quæ æquipollet particulari, & tollit affirmationem, & per consequens remanet negatiua. Equipollet ergo huic, scilicet quidam homo non currit, quæ erat sua contradictoria, similiter sit hæc enunciatio, nullus homo currit, certum est, quòd hoc est, cui, si vniuersalis & negatiua præponatur sibi negatio, & dicatur, non nullus homo currit, negatio tollit vniuersalitatem, ergo erit particularis, tollit etiam negationem, & sic erit affirmatiua, hæc scilicet quidam homo currit, quæ erat sua contradictoria. Et idem erit de particularibus. Nam hæc, non quidam homo currit, æquipollet huic, nullus homo currit, & propter hanc causam hæc, non quidam homo non currit, æquipollet huic, scilicet quilibet homo currit. Similiter etiam si sumatur hæc enunciatio, omnis homo currit, & postponatur negatio signo vniuersali, & ponatur ad compositionem sic, omnis homo non currit, quia negatio non inuenit post se signum, non negat illud, & per consequens remanet vniuersalis enunciatio, aufert autem negatio affirmationem, & sic facta est enunciatio negatiua & vniuersalis, æquipollet ergo suę contrariæ, scilicet huic, nullus homo currit. Similiter hæc nullus homo currit, est vniuersalis, & negatiua. nam signum negatiuum negat compositionem enunciationis. postponatur ergo ei negatio, & dicatur, nullus homo non currit, quia negatio non habet signum post se, remanet enunciatio vniuersalis, & quia erat negatiua quantum ad compositionem aufert negationem, & remanet affirmatiua, hæc, scilicet omnis homo currit, quæ erat sua contraria. Similiter etiam sumatur ista, omnis homo currit, quæ est vniuersalis & affirmatiua, & præponatur sibi & postponatur negatio sic, non omnis homo non currit, certum est, quòd secunda negatio negat eius compositionem. Vnde dato, quòd illa esset negatiua, hæc, scilicet omnis homo non currit. præposita ergo negatio inuenit post se vniuersalitatem, quam tollit, & sic facit eam particularem, inuenit & negationem, quam tollit & facit eam affirmatiuam, & erit hæc, scilicet quidam homo currit, quæ erat sua subalterna. Et sic est de omnibus alijs si præponatur & postponatur in eis negatio, quia æquipollent suo subalterno, siue sit vniuersalis, siue particularis. Notandum, quòd aliquando contingit quod in eadem enunciatione sunt duo signa vniuersalia negatiua, vnum videlicet in subiecto, & alterum in prædicato. sicut in hac, nullus homo, nullum animal est, dico, quòd ista æquipollet huic, omnis homo aliquod animal est. Ratio est, quia quodliber dictorum signorum & est vniuersale, & habet in se negationem, & quia non præponitur negatio primo signo remanet enunciatio vniuersalis, ergo negatio inclusa in primo signo, quod est signum vniuersale & negatiuum, præponitur negationi, seu secundo signo, quod est signum vniuersale, & signum negatiuum, & quia inuenit vniuersalitatem, destruit ergo vniuersalitatem & remanet particulare, destruit negationem, & sic remanet enunciatio affirmatiua, hæc scilicet omnis homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquod animal est. Vel dicatur sicut communiter dicitur, quòd nullus non, æquipollet ei, quod est omnis, & dico non, scilicet negationem, quæ continetur in secundo signo, non nullus vero æquipollet ei, quod est, quoddam, & nullus non sumo pro negatione, quæ est in primo signo, & sic remanet omnis homo aliquod animal est. De omnibus his æquipollentijs datur versus.

Præ contradic. post contra. præ postque subalter.

Qui sic intelligitur, præ id est negatio præposita, contradic. i. facit æquipollere sua contradictorio, post, id est negatio post posita facit æquipolliere suo contra. i. contrario. Præ post q. i. negatio, quę præponitur & postponitur, facit æquipollere suo subalterno. Et sic patet de æquipollentijs cathegoricarum.

Quomodo enunciationes cathegoricæ de inesse sitæ in figura se habent ad veritatem & falsitatem. Cap. 10.

MOdo dicendum est quomodo se habent prędictæ enunciationes quantũ ad verum & falsum. Vbi nota, quòd sicut supradictum est de vniuersali secũdum quòd est in ipsis singularibus, dupliciter potest aliquid enunciari, scilicet affirmatiue, & remoueri negatiue. Vnomodo, quando attribuitur sibi aliquid ratione ipsis vniuersalis, vel quòd pertineat ad eius essentiam, vel quòd sequatur principia eius essentialia. vt cum dicitur, homo est animal risibilis, & hæc vocatur materia naturalis, seu necessaria. Quod autem isto modo ab vniuersali remouetur ratione ipsius naturæ, scilicet vniuersalis, dicitur materia remota, seu impossibilis, vt homo est asinus. Secundo modo, quando attribuitur sibi aliquid ratione alicuius singularis, in quo hæc natura vniuersalis inuenitur, vt cum dicitur, homo currit, & hęc dicitur materia contingens. Sciendum, quòd in materia naturali & in materia remota, si vna contrariarum est, vera, reliqua est falsa, & econuerso. Et causa hoc est, quia, si illa dicitur materia naturalis, quæ prouenit secundum naturam vniuersalis. ipsa ergo conuenit omni cõtento sub eo sic, quòd vniuersalis affirmatiua erit vera, vniuersalis autem negatiua, quæ remouet hanc materiam ab omni contento sub eo, necessario erit falsa. dicit enim non esse quod est, quod est falsum, scilicet dicere non esse quod est, vel esse quod non est. Similiter etiã in materia remota vniuersalis negatiua est vera, quia remouet tale prædicatum ab omni contento sub tali vniuersali. Vniuersalis ergo affirmatiua tunc etiã dicetur falsa, quia dicit esse quod non est, & simili modo se habebit de suis particularibus sibi subalternis. Materia enim naturalis, quia omnibus contentis sub vniuersali conuenit, ideo in tali materia particularis affirmatiua erit vera, negatiua vero falsa, econtra se habebit in materia remota. In materia vero contingenti ambæ contrarię possunt esse falsæ, & causa potest haberi ex dictis. Si enim in tali materia non attribuitur vniuersali aliquid nisi ratione particularis alicuius contenti sub eo, affirmare illud de omnibus particularibus falsum est, quia dicitur, quod non est esse, similiter etiã illud negare ab omnibus particularibus seu singularibus falsum est, quia dicitur quod est non esse. Ambæ ergo sunt falsæ. Particulares vero, quia quælibet potest saluari in vna singulari, ambæ sunt veræ. Aliam rationem assignat Arist. Nam, vt dicit, contraria mutuo se expellunt, ambæ iste contrarię nõ poterunt simul esse, quod est verum, remotiones tamen earum nihil prohibet simul esse, sicut album & nigrum non possunt esse simul, remotiones tamẽ amborum nihil prohibet esse simul, falsum enim est remotio amborum. In omni materia siue naturali siue remota, seu contingenti, si vna contradictoriarum est vera reliqua est falsa, & econuerso. Contradictorię enim enunciationes vel sunt singulares, vt dictum est, vel vna est vniuersalis & altera particularis, & hoc habent, quia vna remouet aliam. Vnde, si vna est negatiua, altera est affirmatiua, & si affirmatiua erit vera, dicit esse quod est, & hoc est verum, vt dicit Quarto Metaphisicæ, verum enim est esse quod est, & nõ esse quod non est. Falsum autem est non esse quod est, & esse quod non est. Negatiua vero sibi contradictoria, quia dicit non esse quod est, erit falsa. Similiter, si negatiua est vera dicit non esse quod non est, & affirmatiua tunc dicit esse quod non est, quod est falsum. Et sicut inter esse & non esse non est medium, & vnum remouet alterum, quia impossibile est dici de eodẽ & verificari simul esse & non esse, sic etiam contradictoriæ, quia vna ponit de eodem esse, & altera de eodem non esse, ideo vna semperremouet alteram. Et quia in tali esse vel non esse consistit verum vel falsum, vt dictum est, ergo sine medio, si vna est vera, reliqua est falsa, & econuerso. Et sic patet de veritate & falsitate dictarum propositionum de inesse, &c.

Quid sit propositio Modalis, & de eius quantitate. Cap. 11.

NVnc restat ponere vel dicere de propositionibus Modalibus. Modus autẽ, vt hic sumitur, est adiacens rei determinatio, id est determinatio facta per adiectiuum. Est autem adiectiuum duplex, scilicet nominis, vt album & nigrum, & verbi, cuiusmodi sunt aduerbia, quia enim aduerbium stat iuxta verbũ & semper nititur verbo, ideo dicitur esse adiectiuum verbi. Sit sic modus erit duplex, scilicet nominalis, vt cum dicitur cursus velox, & aduerbialis, vt cum dicitur currit veloci ter. Notãdum, quod aduerbia multipliciter possunt determinare verba. Quædam determinant ipsum ratione actionis vel passionis, qua verbum significat, vt curro velociter, vel ago fortiter, & hoc faciunt aduerbia qualitatiua. Quædam vero ratione temporis, vt aduerbia temporalia. Alia vero ratione modi, vt aduerbia vocandi & optandi. Quædam vero determinant verbum ratione compositionis, quam facit in oratione, & ista sunt sex, scilicet necessario, impossibiliter, possibiliter, contingenter, vero & falso. Cum enim dicitur, Sortes currit velociter, signatur quòd cursus eius sit velox, sed cum dicitur necessario Sortes currit, non significatur quòd cursus eius sit necessarius, sed ꝙ ista compositio, scilicet Sortes currit, sit necessaria, & sic de alijs quinq; aduerbijs iam dictis. Sciendum, quòd prædicta sex aduerbia faciunt veras enunciationes modales, quia possunt facere propositiones modales aduerbialiter sumpta. vt cũ dicitur, Sortes currit necessario, & nominaliter, vt cum dicitur, Sortem currere est necesse, & sic de alijs. Verum est autem quòd duo istorum modorum, scilicet vero & falso, non variant enunciationem quantum ad oppositiones, æquipollentias, & huius, sed eodem modo se habent, seu eodem modo sumuntur in eis, sicut in cathegoricis de inesse, ideo de eis prætermittamus. Sed quia alia quatuor aduerbia, scilicet possibiliter, impossibiliter, necessario, contingenter

contingenter prædictas enunciationes variant, ideo de ipsis dicamus. De his autem ad præsens videbimus quatuor, scilicet quantitatem, qualitatem, oppositiones, & æquipollentias, quia de conuersione ipsarum dicetur in tractatu de syllogismis, vbi etiam dicetur de conuersione enunciationum de inesse. Ad sciendum autem earum quantitatem. Notandum, ꝙ quædam sunt propositiones modales de dicto, vt Sortem currere est necesse, in quibus, s. dictum subijcitur, & modus prædicatur, & istæ sunt vere modales, quia modus hic determinat verbum ratione compositionis, vt supra dictum est. Quædam autem sunt modales de re, in quibus videlicet modus inter ponitur dicto, vt Sortem necesse est currere, non enim modo est sensus, quòd hoc dictum sit necessarium, scilicet Sortem currere, sed huius sensus est, quòd in Sorte sit necessitas ad currendum. Et clarius apparet de possibili. Cum enim dicitur Sortem currere est possibile, sensus est, quòd hoc dictum, scilicet Sortem currere, est possibile. Sed cum dicitur Sortem possibile est currere, sensus est, quòd in Sorte sit possibilitas currendi. Sunt autem & aliæ enunciationes, quæ videntur modales, & non sunt, quando videlicet modus subijcitur, & dictum prædicatur, vt possibile est Sortem currere. Ratio huius est, quia denominatio debet sumi à forma, formale autem in enunciatione est prædicatum, & ideo à prædicato debet denominari, cum ergo in enunciatione prædicatur modus, erit modalis, cum vero prædicatur dictum, non erit modalis. Sciendum, ꝙ omnes enunciationes modales de dicto sunt singulares, quantumcunque sit in eis signum vniuersale. Vnde hæc, omnem hominem currere est possibile, est singularis, & sic de omnibus alijs. Ratio huius est. Nam, vt supra dictum est, enunciatio dicitur singularis, quia in ea subijcitur singulare, seu terminus singularis, vt Sortes currit. Sed in talibus enunciationis subijcitur hoc dictum signatum, scilicet omnem hominem currere, quod totum accipitur pro vno termino signato, omnes ergo tales enunciationes sunt singulares. In modalibus vero de re & in his, quæ videntur modales, & non sunt, sumitur quantitas secundum quod in dicto sunt termini & signa. Vnde hęc, possibile est omnem hominẽ currere, est vniuersalis, & hæc, possibile est aliquem hominem currere, est particularis, & sic se habet de modalibus de re. Patet ergo de earum quantitate.

De qualitate propositionum modalium quo ad affirmationem & negationem. Cap. 12.

SEquitur de ipsarum qualitate. Vbi nota, ꝙ in enunciationibus de inesse est tria considerare, scilicet subiectum, prædicatum, & compositionem vtriusque, quæ ita se habent quodammodo sicut in naturalibus. In homine enim est cõsiderare corpus & animam, & humanitatem, corpus est materia, anima est forma, quæ est pars compositi, vnde forma est respectu corporis humanitas vero est forma respectu vtriusque, scilicet respectu corporis & animæ. Sic in proposito in enunciatione subiectum est sicut materia, prædicatum vero sicut forma, quæ est pars compositis, vnde est quasi forma respectu subiecti, compositio vero est forma vtriusque. Vnde in eis affirmatio & negatio sumitur secũdum compositionem vel diuisionem, vbi est negatio. Vnde, quando in compositione non est negatio, erit enunciatio affirmatiua, si vero in ea est negatio, est enunciatio negatiua. In modalibus autem sicut se habet in illis de inesse prædicatum, sic se habet modus, quia est vt forma respectu dicti, & ideo, si modus componitur cum dicto affirmatiue, modalis erit affirmatiua, si vero negatiue, propositio erit negatiua. Hæc enim, Sortem non currere est possibile, est affirmatiua, quia compositio modi cum dicto affirmatur. Hæc autem, Sortem currere non est possibile, est negatiua, quia talis compositio negatur. Et hoc clare apparet in veritate & falsitate earum. Affirmatio enim de eodem singulari opponitur contradictorie negationi, & per consequens, si vna est vera, reliqua est falsa, sed ista, Sortem currere est possibile, Sor. non currere est possibile. ambæ sunt veræ, quia Sortes potest currere & potest non currere, & de vtroque dicto verificatur possibilitas, non ergo est vna affirmatiua, & alia negatiua. Sciendum, quòd licet enunciatio modalis dicatur affirmatiua, & negatiua à modo affirmato & negato, tamen quælibet potest quadrupliciter variari, quia vel habebit vtrunque, scilicet dictum & modum affirmatum, vt Sortem currere est possibile, vel vtrunque negatum, vt Sortem non currere non est possibile. Vel dictum negatum & modum affirmatum, vt Sortem non currere est possibile. Vel dictum affirmatum, & modum negatum, vt Sortem currere non est possibile. Et sic patet de eius qualitate.


De oppositione & æquipollentia enunciationum modalium. Cap. 13.

NVnc videndum est de earum oppositione. Vbi nota, quod modales huiusmodi variantur secundum affirmationem & negationem in dicto & in modo sicut immediate dictum est, & sic faciunt inter se oppositiones. Sed, quia diuersimodi sibi inuicem opponuntur, ideo primo dicendum est de oppositionibus modalium secundum diuersos modos, postea reducemus vnum modum ad alium per æquipollentias, & sic patebunt omnium oppositiones. Notandum, ꝙ possibile dupliciter potest sumi. vel in toto suo significato, & tunc comprehendit necessarium & contingens & sic quod necesse est esse, possibile est esse, & quod contingens est esse, possibile est esse. Alio modo sumitur solum pro contingenti, & sic sumitur in istis oppositionibus. Vnde licet quatuor sint enunciationes modales, tres tamen earum faciunt diuersitatem in oppositionibus, & æquipollentijs, quia illa de contingenti, & illa de possibili pro eadem sumuntur. De istis ergo tribus modis dicamus, scilicet necesse impossibile possibile. Et licet, vt dictum est, quando modus substantialiter & dictum prędicatur, enunciatio non sit modalis, tamen cito reducitur ad modalem, & sic modo enunciationibus illis vtemur. Sciendum, quod sicut dictum est, in enunciationibus de inesse, hoc signum omnis, designat quòd prædicatum enunciationis attribuitur subiecto quantum ad totum illud, quod sub eo continetur, hoc vero signum nullus, remouet à subiecto totum quod sub eo continetur, & propter hoc vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua sunt contrariæ. Sic in istis enunciationibus modalibus iste modus necesse facit significare totam inhærentiam subiecti ad prędicatum, quia quod necessario inest omni tali inesse, & ideo tenet eundem

locum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

locum, scilicet modalis affirmatiua de necessario, & vniuersalis affirmatiua de inesse. Et sicut nullus totum removet, ita etiam impossibile, quia quod impossibiliter inest, nulli tali inest, & ideo propositio de impossibili tenet locum vniversalis negatiuę. Est sicut quidam, affirmando non totam inhærentiam ponit, similiter etiam negando non totum quod sub subiecto continet removet, sic iste modus possibile, quia quod possibiliter inest, non inest omni, & ꝙ possibiliter non inest, non inest nulli, & ideo possibile affirmando tenet locum particularis affirmatiuę, & possibile negando tenet locum particularis negatiuę. Secundum ergo prędicta istę enunciationes nec esse est esse, & impossibile est esse, sunt contrariæ. Necesse est esse, & possibile est non esse, sunt contradictoriæ. Impossibile est esse, & possibile est esse, sunt contradictoriæ. Possibile est esse, & possibile est non esse, sub subcontrariæ. Necesse est esse, & possibile est esse, sunt subalternæ. Impossibile est esse, & possibile est non esse, sunt subalternæ, vt patet in figura sequenti.



His visis statim patebit de æquipollentijs earum, & de oppositionibus ipsarum, quando variantur per negationes positas in dicto vel in modo. Aequipollentiæ nanque modalium eodem modo fiunt, sicut in enunciationibus de inesse. secundum videlicet versam illum.

Præ contradic. post contra. præ posti; subalter.

Negatio enim præposita modo facit æquipollere suo contradictorio, vnde hic, non necesse est esse, ꝙquipollet huic, possibile est non esse. Et hic, non impossibile est esse, æquipollet huic, possibile est esse. Negatio vero postposita, scilicet modo, facit æquipollere suo contrario, vnde hæc, necesse est non esse, æquipollet huic, impossibile est esse. Et hic, impossibile est non esse, ꝙquipollet huic, necesse est esse. Prępositi; subalter idest negatio præposita & postposita modo facit æquipollere suo subalterno, vnde hæc, non necesse est non esse, ꝙquipollet huic, possibile est esse, & similiter hæc, non impossibile est non esse, quipollet huic, possibile est non esse. Ex dictis potest patere, qualiter oppositiones propositionum eiusdem modi variantur per negationes. Verbi gratia de enunciationibus de necessario, ista, necesse est esse, & hic, non necesse est esse, sunt contradictoriæ, & istæ, scilicet non necesse est non esse, & necesse est esse, sunt subalternæ, & sic se habet de singulis alijs enunciationibus modalium per hunc versum.

Amabimus, edentuli, iliace, purpurea, vt satis patet.

De enunciatione hypotetica, & de tribus speciebus eius. Cap. 14.

REstat nunc dicere de enunciationibus hypoteticis, seu suppositiuis, quod idem est. Diffinitur autem enunciatio hypotetica sic, Enunciatio hypotetica est, quæ habet duas cathegoricas principales partes sui, vt si homo currit, homo mouetur, paret quòd hæc, homo currit, est vna enunciatio cathegorica, & illa, homo mouetur, est altera. Et dico principiales partes, quia termini sint principales partes propositionis cathegoricæ, non tamen sunt principales partes propositionis hypoteticæ, sed remotæ, sicut lapides sunt partes domus remotæ, & in hoc differt enunciatio hypotetica ab enunciatione cathegorica. Nam principiales partes cathecoricæ sunt termini, principales autem partes hypotericæ sunt duæ cathegoricæ. Alia etiam differentia est inter propositiones cathegoricas & hypoteticas. Nam in cathegorica subiectum suscipit nomen prædicati, cum enim dicitur homo est animal, homo recipit nomen animalis, cum homo dicatur esse animal. Non est autem sic in hypoteticis, quia vnum de altero non prædicatur, sed tantum aliquid dicitur esse, si alterum fuerit. verbi gratia, cum dicitur, si peperit, cum viro concubuit, non est sensus, quòd parere sit cum viro concubere, sed est sensus, quòd partus esse non potuisset, nisi cum viro concubuisset. Similiter etiam cum dicimus, si homo est animal est, non est sensus, quòd homo sit animal, sed est sensus, quòd, si aliqua res est homo, necesse est quod aliqua res sit animal. Diuiditur autem propositio hypotetica in tres species, quia quædam est conditionalis, quædam disiunctiua, & quædam copulatiua. Conditionalis est illa, in qua coniunguntur duæ propositiones cathegoricæ per hanc coniunctionem si. vt si homo est, animal est, hoc autem conditionalis potest fieri tam ex parte subiecti, quàm ex parte prædicati. Ex parte subiecti, vt si dicatur, si homo currit, animal currit, ex parte vero prædicati, vt si dicatur, si homo currit, homo mouetur. Prima autem propositio seu enunciatio cathegorica, quæ est in his enunciationibus hypoteticis dicitur antecedens, secunda vero dicitur consequens, & propter hoc dicitur consequentia. Ad conditionalem autem reducuntur rationales, vt Sort. est homo. ergo Sort. est animal. Et omnis causalis, vt quia Sortes est homo, Sortes est animal, & temporalis, vt quando Sortes est homo, Sortes est animal, & omnes huiusmodi. Notandum, quòd Ammonius ponit duplicem hypothesim, vna est quando supponitur aliquod impossibile, ad quod tamen necessario sequitur aliud impossibile. Verbi gratia, supposito quòd quatuor sint tria, quaternarius numerus erit impar. Constat enim quòd hypotesis supponit possibile, & impossibile subinfert, tamen stante hypotesi necessario infertur. Ex quo potest intelligi, quòd conditionalis potest esse vera, & tamen ambæ eius partes sunt falsæ. Vnde ista est vera, si homo est asinus, homo est rudibilis, tamen vtraque cathegoricarum est falsa.

Secunda

Secunda vero hypotesis est, ꝙ quandoque aliquid dicitur esse vel non esse siquid fuerit, vel non fuerit, vt si homo est animal est, vel si homo est lapis non est. Ex dictis potest patere, quòd veritas enunciationis hypoteticę est in consequentia terminorum, qui sunt in consequente, ad terminos, qui sunt in antecedente, quia enim animal necessario sequitur ad hominem, certum est, quòd quicquid fuerit homo, erit animal & si ad currere sequitur moueri, sequitur ergo, ꝙ quicquid currit mouetur. Si ergo est homo, est animal, & si currit mouetur. Cuicunque ergo vere vel falsę attribuetur currere, attribuetur & moueri. Vnde ista est vera, si mobile currit immobile mouetur. Et propter hoc dicitur, ꝙ ad veritatem eius requiritur ꝙ antecedens non possit esse verum sine consequente, quia tanta est necessitas consequentis ad antecedens, ꝙ sicut se habet antecedens, ita se habet cõsequens. Si vero aliter se haberet, scilicet ꝙ antecedens esset verum, & consequens falsum, falsa esset consequentia, quia terminus in consequente positus non necessariam haberet connexionem cum termino posito in antecedente. vt hic, si homo est albus, homo est musicus, certum est, ꝙ hæc falsa est, non enim necessario ad album sequitur musicum. Et inde est, ꝙ omnis conditionalis vera est necessaria, & omnis falsa est impossibilis, quia, vt dictum est, terminus consequentis necessario sequitur terminum antecedentis. Qualiter autem conditionalis varietur per affirmationem & negationem, dicetur cum de syllogismis hypotericis agetur. Disiunctiua vero est illa, in qua coniunguntur duæ enunciationes cathegoricæ per coniunctiones speciei disiunctiuæ. vt hic, animal aut est sanum, aut est ægrum. Veritas autem prædictæ enunciationis est, ꝙ, si vnum ponitur, alterum remouetur, & si vnũ remouetur, alterum sumatur. Vnde videtur ꝙ tantum valeat ista, aut est sanum, aut est ægrum, quantum ista conditionalis, si non est sanum, est ęgrum. Ex licet in prędicta materia verum sit, tamen non semper in omni materia istæ duæ sibi æquipollent in veritate, nam conditionalis ex vna parte negata, & ex altera affirmata saluatur in contradictorijs, contrarijs, & disparatis, & erit semper vera. Vera enim est ista, si est album, non est nigrum ista tamen est falsa, aut est album aut est nigrum, posset enim aliquid esse, quod nec album esset, nec nigrum, & sic etiam est de disparatis. Differt enim disiunctiua a tali conditionali. Vnde ad veritatem disiunctiuæ requiritur, ꝙ de tali materia sit, in qua vnum omnino ponatur, & alterum remoueatur, vel econuerso, & propter hoc ad eius veritatem requiritur ꝙ altera eius pars sit vera. Et si vtraque pars eius erit vera, vel falsa, ipsa enunciatio disiunctiua erit falsa.

Copulatiua vero enunciatio est illa, in qua coniungun tur duæ enunciationes cathegoricæ per coniunctionem copulatiuam. vt Sortes currit, & mouetur. in ista enunciatione nulla ponitur conditio, sed solum coniunctio enunciationis. Et quia copulatiua coniunctio semper debet si milia copulare, si antecedens erit verũ, etiam consequens necesse eſt ꝙ sit verum & econuerso. Et sic patet qualiter dictæ enunciationes hypoteticæ se habent ad veritatem, nam conditionalis potest esse vera, vtraque eius pars te existente falsa. Disiunctiua est vera vna eius parte existente falsa. Copulatiua vera ad hoc quòd sit vera, vtraque eius pars necessario debet esse vera, & sic patet de enunciationibus hypoteticis. Siquid autem hæc de ipsis obmillum est, dicetur cum de syllogismis hypoteticis agetur &c.

S. THOM. AQVINATIS
TRACTATVS PRIMVS
DE SYLLOGISMO SIMPLICITER
In Decem & Octo capita diuisus.

Quid sit syllogismus, & quæ ad ipsum requiruntur constituendum. Cap. primum.

MOdo dicendum est de tertia parte, videlicet de his, quæ pertinent ad tertiam operationem intellectus. Licet enim, vt dictum est, à Philosopho ponantur duæ operationes intellectus, scilicet simplicium intelligentia, & compositio vel diuisio, tamen additur tertia operatio, quæ est discursus ab vno composito, vel diuisio ad aliud, hoc autem fit per argumentationem. Est autem argumentatio, oratio significatiua discursus rationis ab vno cognito ad aliud incognitum, vel à magis cognito ad minus cognitum. Sunt autem argumentationis quatuor species, scilicet syllogismus, enthymema, inductio, & exemplum. Siue hæc diuisio sit generis in suas species, vel analogi in sua analogata nihil ad propositum. Et, quia syllogismus perfectior est omnibus alijs, ad quem aliæ species argumentationis reducuntur, sicut imperfectum ad perfectum, ideo de ipso dicendum est. Diffinitur autem syllogismus sic, syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis & concessis necesse est aliud euenire per ea quæ posita sunt & concessa. Oratio hic est genus syllogismi. vt enim in tractatu de Enunciatione dictum est, nihil prohibet orationem esse plures, & vnam, cuiusmodi est in syllogismo. In hoc autem ꝙ dicit, quibusdam positis, tangit propositiones ipsius syllogismi. Per hoc quod dicit necesse est aliud euenire, tangit conclusionem. Vnde oportet scire quid est propositio. Est autem propositio, vt hic sumitur, enũciatio, qua posita ad eam aliquid sequitur. Non enim omnis enunciatio est propositio, sed solum illa, quæ ponitur in aliqua specie argumentationis, ad quam sequitur conclusio. Verbi gratia, cum dicitur, omnis homo est animal, omne risibile est homo, ergo omne risibile est animal. ista, omnis homo est animal, est propositio, & similiter illa, omne risibile est homo, proponuntur enim vt ad eas sequatur illa, omne risibile est animal. Hęc autem omne risibile est animal, licet sit enunciatio, constat enim ex terminis, non tñ est propositio. Est autem terminus, in quem resoluitur propositio, vt subiectum & prædicatũ. Cum enim dico, homo est animal, homo est terminus, qui dicitur subiectum, animal est terminus, qui dicitur prædicatum. Sciendum, ꝙ licet propositio ex terminis componatur, & in eis resoluatur, non tamen in diffinitio ne termini ponitur compositio propositionis, sed resolutio. huius causa est. Nam Logica, vt Boethus in sua Topica dicit, duas habet partes, scilicet inuentiuam & iudicatiuam. Est autem inuentio excogitatio rerum verarũ

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut verisimilium, quæ alteram partem contradictionis probabilem reddunt. Probabile autem est quod videtur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & his, scilicet sapientibus aut omnibus, aut pluribus maxime notis. Huic autem parti logicæ deseruiunt duo libri, scilicet Thopicorum, & Elenchorum. Iudicium autem, vt hic sumitur, est recta determinatio rationis in his, quorum est iudicium. Recte autem determinat ratio quando principiata resoluit in principia. Et ideo scientia, quæ est recta determinatio scibilium est per causas, scilitet cum ratio resoluit causata in causas, & propterea hæc pars Logicę, scilicet iudicatiua dicitur analitica, seu resolutoria, quia resoluit principiata in principia. Huic autem parti Logicæ deseruiunt duo libri, scilicet Priorum & Posteriorum. Et, quia de materia libri Priorum hic intendimus, ideo hic diffinitur terminus per resolutionem propositionis. Est autem subiectum, de quo aliquid dicitur. Prædicatum vero quod de altero dicitur, seu sit dicere mentis vel rationis, seu sit oris vel vocis. Dicitur autem terminus, eo ꝙ in eo per ipsum terminatur propositio, quò nō vltra progreditur. In hoc autem tractatu dicemus de syllogismo simpliciter. Est autem syllogismus simpliciter, in quo non consideratur materia, in qua talis, vel talis syllogismus sit, ideſt non consideratur verum talis materia sit probabilis, vel necessaria, sed solum consideratur syllogismus ad iuam ordinationem, in omni autem materia existentibus veris vel probabilibus præmissis semper sequitur conclusio vera vel probabilis. Quòd autem talis ordinatio sit bona probatur per duo principia per se nota. Dico autem principia hic primas propositiones per se notas. Hæc autem principia sunt dici de omni, & dici de nullo. Est autem dici de omni, quando nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum. Dici vero de nullo est, quando nihil sumere sub subiecto à quo non remoueatur prædicatum. De his autem inferius melius dicetur. Sciendum, ꝙ quia syllogismi variantur per diuersas figuras, vt infra dicetur, ideo aliqui syllogismi nō possunt immediate probari per dicta duo principia & propterea tales syllogismi indigent vno alio principio per quod possunt reduci ad dici de o mni, vel ad dici de nullo. Hoc autem principium est, quando ex opposito cō sequentis infertur oppositum antecedentis primæ conclusionis, tunc prima consequentia fuit bona. Vnde omnes illi syllogismi, in quibus non potest recte saluari dici de omni vel dici de nullo, cum dicto tertio principio reducuntur ad formam, in qua saluatur dici de omni, vel dici de nullo, & hæc reductio vocatur ab aliquibus per impossibile, a philosopho vero per syllogismum conuersiuum. Similiter etiam reducuntur prædicti tales syllogismi ad prædicta duo principia per conuersionem propositionum. Sed quia conuersiones non probantur esse bonæ nisi per tertium principium, ideo dicendum est, qui syllogismi reducuntur ad illa duo principia solum in virtute tertij principij. Qualiter autem fiant conuersiones, & per dictum tertium principium probentur dicamus, & primo in propositionibus de inesse, deinde in propositionibus modalibus.

De conuersione propositionum de inesse, & de speciebus eius. Cap. 2.

Conuersio autem propositionum, vt hic sumitur, est facere de subiecto prædicatum, & de prædicato subiectum, ita ꝙ existente conuersa vera, etiam ea, in quam conuertitur, sit vera. Verbi gratia ista propositio, omnis homo est animal, si conuertitur in istam, omne animal est homo, bene fit de prædicato subiectum & de subiecto prędicatum, tamen prima propositio est vera, secunda vero falsa, ideo talis conuersio non est bona. Est autem in propositionibus terminorum finitorum, de quibus hæc intendimus, duplex conuersio scilicet simplex & per accidens. Dicitur autem conuersio simplex, quando de prædicato fit subiectū & de subiecto prædicatum, manente secunda propositione in eadem qualitate & quantitate cum prima. Per accidens vero dicitur, quando de subiecto fit prædicatum, & econuerso, manente eadem qualitate propositionis, sed mutata quantitate. Primo modo conuertuntur propositiones, vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua. Secundo modo conuertuntur vniuersalis affirmatiua, & vt aliqui dicunt, vniuersalis negatiua, tamen non est necessarium hoc ponere. Si enim ad hanc, nullus homo est lapis, sequitur, nullus lapis est homo, & ista est vera, necessario sequitur hanc esse veram, quidam lapis non est homo. Vt enim supradictum est, existentibus vniuersalibus veris semper particulares sunt veræ, licet non econuerso. Primo probemus conuersionem simpliciter & primo vniuersalium. Et quia, vt dictum est, in talibus syllogismis & eorum propositionibus non curatur in qua materia sint, ideo vtemur terminis transcendentibus, loco quorum possunt poni termini quicunque. Sit ergo propositio conuertenda ista, nullum b est a. Et semper supponatur ꝙ pro b, & pro a sumantur tales termini significatiui, qui faciant propositionem variam, sicut si pro b sumatur homo, & pro a, lapis, dico ergo, ꝙ prædicta propositio conuertitur in ista, nullum a est b, quod probo per dictum tertium principium sic, quando ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, prima consequentia fuit bona, sed sic est in proposito, ergo &c. Cum ergo dico, nullum b est a, ergo nullum a, est b, facio consequentiam, cuius antecedens est, nullum b est a, consequens vero est, nullum a est b, modo videamus si exposito consequentis infertur oppositum antecedentis vere. Huic autem propositioni, scilicet nullum a est b, quæ est consequens, potest esse duplex, oppositum, scilicet contrarium & contradictorium, sumamus ergo contradictorium eius, scilicet quoddam a est b, particularis enim affirmatiua & vniuersalis, negatiua, sunt contradictoriæ, ad istam autem, scilicet quoddam est a est b, sequitur ista, scilicet quoddam b est a, vt probabo, sed hæc, quoddam b est a, & illa, quæ fuit antecedens, scilicet nullum b est a, sunt oppositę contradictoriæ, ergo ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis, prima ergo consequentia, quam vocamus conuersionem fuit bona. Nunc oportet probare quo ad illam, quoddam a est b, sequitur illa, quoddam b, est a, hoc autem probatur per syllogismum expositorium. Ponam ergo propositiones primas in terminis significatiuis, & sicut dicimus, quoddam a est b, dicamus, quidam homo est animal, & sicut dicimus, quoddam b est a, dicamus, quoddam animal est homo. Accipiamus primam, scilicet quidam homo est animal, signetur iste homo, & hoc animal, si enim ista est vera, quidam homo est animal, oportet quòd ipsa sit vera in aliquo homine signato, puta forte vel Platone, & si in nullo homine signato erit vera, nullo modo erit vera, signetur ergo illa res, in qua animalitas, & humanitas signatur, & vocetur sortes, modo fiat syllogismus expositorius sic,

sic, sortes est hic homo, sortes est hoc animal, ergo hoc animal est hic homo, & per consequens, quoddam animal est homo, ergo ad hanc, quidam homo est animal, quæ sumebatur loco huius, quoddam b est a, sequitur quoddam a est b, ergo ad hanc, quoddam a est b, sequitur quoddam b est a, & hoc est quod volebamus dicere. Et sic patet de conuersione vniuersalis negatiuæ. Particularis affirmatiua conuertitur simpliciter, sicut quoddam b est a, ergo quoddam a est b, & probatur per idem principium. Ex opposito ergo consequentis infertur oppositum antecedentis, prima ergo consequentia seu conuersio fuit bona. Potest autem probari hæc conuersio per syllogismum expositorium, vt dictum est.

Vniuersalis autem affirmatiua conuertitur per accidens sic. Omne b est a, quoddam a est b. Et probatur eodem modo, opositum enim huius quoddam a est b, est hoc, nullum a est b, quæ conuertitur in illam, nullum b est a, hæc autem est contraria primæ, quæ erat, omne b est a, ex opposito ergo consequentis infertur oppositum antecedentis, prima ergo consequentia, seu conuersio fuit bona. Particularis vero negatiua non conuertitur, quia ex opposito consequentis non infertur oppositum antecedentis. Verbi gratia, Sit propositio conuertenda ista, quoddam b non est a, conuertatur ergo, quia vel conuertetur in vniuersalem negatiuam, vel in particularem negatiuam. In vniuersalem negatiuam sic, quoddam b non est a, ergo nullum a est b, huius oppositum est, Vel omne a est b, vel quoddam a est b, sed vtraque istarum propositionum, scilicet omne a est b, vel quoddam a est b, conuertuntur in istam, quoddam b est a, quæ non est oppositum antecedentis, quod erat, quoddam b non est a, quia subcontrarietas non est oppositio, vt supra patuit, ergo non valet ista conuersio, idem etiam sequitur, si conuerteretur in particularem, scilicet in illam, quoddam a non est b, cuius oppositum est, omne a est b, quæ conuertitur in hanc, quoddam b est a, quæ proprie non est opposita, vt dictum est. Quòd etiam talis conuersio non valeat, patet quia non tenet in omni materia, & potest ostendi in terminis significatiuis. Licet enim istud sequatur, quidam lapis non est homo, ergo quidam homo non est lapis, tamen istud non sequitur, quoddam animal non est homo, ergo quidam homo non animal. immo omnis homo est animal. Fit autem de prędictis conuersionibus quidam versus sic.

Feci simpliciter conuertitur Eua per acci.

Per a enim hic sumitur vniuersalis affirmatiua, per e vlis negatiua, per i particularis affirmatiua, per o particularis negatiua. Constituitur autem versus sic Fe.i. vniuersalis negatiua Ci, i. particularis affirmatiua conuertuntur simpliciter. E, i. vniuersalis negatiua, Va.i. vniuersalis affirmatiua conuertuntur per accidens. Et sic patet de conuersione propositionum de inesse.

De conuersionibus propositionum modalium, & differenti modo earum. Cap. 3.

Nvnc dicendum est de conuersionibus propositionum modalium. Sciendum, quòd propositiones de necessario & impossibile eodem modo conuertuntur, sicut propositiones de inesse, & per idem principium probantur. Propositiones vero de possibili & contingenti non eodem modo conuertuntur. Sed, quia oppositiones non eodem modo sumuntur in propositionibus modalibus, sicut in propositionibus de inesse, ideo oportet manifestare probationes prædictarum propositionum, & sicut ostendimus de propositionibus de necessario, sic erit de propositionibus de impossibili. Sit ergo propositio ista conuertenda, necesse est nullum b esse a, quæ conuertuntur in hanc, necesse est nullum a esse b, quia ex opposito secundæ propositionis infertur oppositum prædcedentis. oppositum enim istius, necesse est nullum a esse b, est istud, non necesse est nullum a esse b, sed ista æquipollet huic, possibile est aliquod a esse b. Nam non necesse non esse æquipollet huic, quod est possibile esse, quia non nullus æquipollet huic, quod est aliquis, ergo ista, non necesse est nullum a esse b, æquipollet huic, possibile est aliquod a esse b. Ad hanc autem sequitur, possibile est aliquod b esse a, quod potest probari per syllogismum expositorium, vt supra dictum est de particulari affirmatiua, sed ista, possibile est aliquod b esse a, est contradictoria antecedentis, quæ erat, necesse est nullum b esse a. Ex opposito ergo consequentis infertur oppositum antecedentis. Prima ergo consequentia seu conuersio fuit bona. Particularis affirmatiua conuertitur eodem modo, & probatur per idē principium sic, necesse est quoddam b esse a, ergo necesse est quoddam a esse b, cuius opopsitum est, non necesse est aliquod a esse b, quæ æquipollet huic, possibile est nullum a esse b, quæ conuertitur in istam, possibile est nullum b esse a. Non enim sumitur hic possibile prout idem est quod contingens, quia non conuertitur, sicut infra patebit, sed sumitur modo possibile in suo toto significato, vt comprehendit necessarium & contingens, vt supra in alio tractatu dictum est. Hæc autem, possibile est nullum b esse a, est contradictoria huic, necesse est quoddam b esse a, quæ erat antecedens. Eodem etiam modo probatur conuersio vniuersalis affirmatiuę per accidens, scilicet per conuersionem per accidens factam. Notandum, quòd hæc est differentia inter concreta accidentalia prædicata, & substantialia, seu ipsorum subiecta. Nam ex parte prædicati dicunt formam, ex parte vero subiecti dicunt illud quod habet illam formam. Cum enim dico sortes est albus, ly albus dicit solam formam albedinis, sed cum dico, quoddam album est sortes. ly album dicit habens albedinem. In tali ergo materia deficit cōuersio modalium affirmatiuarum. Nam hęc est vera, necesse est quoddam album esse corpus, & tamen hæc est falsa, necesse est quoddam corpus esse album quia hæc est contingens. Et sic patet de conuersionibus propositionum de necessario. Eodem modo fiunt illæ de impossibili in suo toto significato. Conuersiones autem propositionum de contingenti & de possibili, vt est idem quod contingens, fiunt in terminis, scilicet vt contingit nullum b esse a, conuertitur in hanc, contingit omne b esse a. Vnde istæ conuersiones alio modo & opposito se habent ad conuersiones propositionum de inesse, & modalium dictarum. Nam in illis semper de subiecto fit prædicatum, & econuerso, & semper in eis seruatur eadem qualitas, licet non semper eadem quantitas. In istis vero, quod fuit subiectum vel prædicatum, eodem modo remanet, & mutatur qualitas. Ratio horum est, quia, vt dictum est, illa est bona conuersio, in qua sicut est veritas in propositione conuersa, ita est in illa, in quam conuertitur. Si autem propositio de contingenti conuerteretur sic, quòd de subiecto fieret prædicatum, & econuerso, non inueniretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

niretur in omni materia vera, sed in aliqua materia esset antecedens verum, & consequens falsum, ergo mala esset conuersio. Verbi gratia in terminis significatiuis contingit nullum hominem esse album, hæc est vera, quia contingere hoc posset, si conuertatur sic, contingit nullum album esse hominem, hæc est falsa. Ponatur ergo modo, quòd sortes esset albus, quia est albus, nunquam poterit contingere sortem non esse hominem. Fit autem ista conuersio in diuersa qualitate. Nam triplex est contingens. Vel ad vtrumlibet, vt contingit hominem esse album, vel vt in pluribus, vt contingit hominem habere duos oculos, vel vt in paucioribus, vt contingit hominem esse monoculum. Contingens autem ad vtrumlibet dicitur, quia quot possunt in esse, tot possunt remoueri, ergo negatiua & affirmatiua sunt simul veræ. Contingens autem vt in pluribus non conuertitur in contingens, vt in pluribus, sed in contingens, vt in paucioribus. Vnde illa, contingit nullum hominem esse cæcum, conuertitur in istam, contingit omnem hominem esse cæcum. Prima enim est contingens vt in pluribus, secunda vero vt in paucioribus. eodem modo conuertitur contingens vt in paucioribus in contingens vt in pluribus, & eodem modo sumitur eorum conuersio, sicut dictum est de contingentibus ad vtrumlibet. Nam si contingit in pluribus deficit in paucioribus, & si contingit in paucioribus deficit in pluribus, & sic patet de conuersionibus modalium. Notandum quod aliquæ propositiones ponuntur, quæ carent conuersione, cum nihil faciant ad propositum, quia nulla earum posset poni in aliquo syllogismorum, qui reducendi sunt ita videlicet, quòd illæ indigeant conuersione, & sic de dictis tractare est superfluum.

De syllogismis ostensiuis de inesse quo ad modum & figuram. Cap. 4.

His habitis, modo dicendum est de syllogismis, & primo de syllogismis de inesse. Secundo de modalibus. Tertio de hypoteticis. Syllogismorum autem de inesse quidam sunt ostensiui, quidam vero ad impossibile, vnde primo dicendum est de syllogismis ostensiuis. Sciendum, quòd omnis syllogismus ostensiuus constat ex tribus orationibus, quarum duæ vocantur propositiones seu præmissæ, vltima vero dicitur conclusio. Verbi gratia, omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Iste duæ, scilicet omne animal est substantia, & omnis homo est animal, sunt duæ propositiones, quarum prima, scilicet omne animal est substantia dicitur maior, secunda vero dicitur minor seu assumpta, tertia vero oratio, scilicet omnis homo est substantia, dicitur conclusio. Et licet prædictæ tres orationes sint perfectæ constantes ex subiecto & prædicato, non tamen habent nisi tres terminos, qui sunt homo animal, & substantia. Et causa est, quia omnes isti termini sumuntur bis, vnde terminus bis sumptus in præmissis dicitur medium. Terminus in maiori propositione sumptus cum medio dicitur maior extremitas. Terminus vero sumptus in minori propositione cum medio, dicitur minor extremitas. In conclusione vero iterum sumitur maior extremitas cum minori, ita scilicet quòd si conclusio est directa, maior extremitas prædicatur de minori. Si vero indirecta sit econuerso. Vnde medium nunquam ponitur in conclusione. Ad sciendum autem causas dictorum nominum, sciendum quòd homo est rationalis, & dicitur autem rationalis & non intellectualis, quia intellectus apprehendit quicquid apprehendit sine discursu, ratio vero licet non sit alia potentia quàm intellectus, tamen dicitur ratio, quia quicquid apprehendit, apprehendit cum discursu, non ergo venit ad perfectam apprehensionem alicuius rei nisi discurat à magis noto ad minus notum. Verbi gratia ad cognoscendum perfecte quid sit homo, primo intelligimus quòd sit ens, deinde quòd sit substantia, deinde quòd sit corpus, deinde quod sit animatum corpus, deinde animal, deinde rationalis, & sic veniemus in cognitionem hominis discurrendo. Siue autem talis discursus fiat sine complexione, scilicet intelligendo ens substantiam corpus non ponendo ibi est, vt scilicet non dicamus hoc est homo. vel fiat cum complexione nihil ad propositum sufficit, quod discurendo intelligimus, & talis discursus est à magis noto nobis ad minus notum. Magis autem nota nobis sunt magis vniuersalia, vt primo Physicorum dicitur, quia sunt magis confusa, discursus ergo noster in nostra cognitione est à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia. Vnde magis & prius cognoscimus ens quàm substantiam, & substantiam quàm corpus, & corpus quàm animatum corpus, & animatum corpus quàm animal, & animal quàm hominem. De tali autem discursu est syllogismus, qui nihil aliud est quàm oratio seu congregatio orationum, vt Boethus dicit, in qua est talis discursus. Et licet in tali discursu multa possint esse media, & multæ præmisse ad vnam conclusionem. Verbi gratia, omnis substantia est ens, omnis homo est substantia, quę est corpus, quod est animal, ergo omnis homo est ens, tamen quia medium semper duarum extremitatum est medium, in tali discursu multos comprehendimus syllogismos. Vnus ergo est syllogismus vnius medij, & duarum extremitatum. Et, quia in prædicto discursu terminorum primus, qui vniuersalior est, & per consequens magis notus, primo intellectui occurrit, dicitur maior extremitas, extremitas enim dicitur, quia primo occurrit intellectui, & maior, quia vniuersalior, & magis nota. Secundus autem terminus, qui intellectui occurrit, est qui non est ita vniuersalis, tamen secundum locum tenet post primum vniuersalitate, vt est corpus post substantiam, huic autem secundo termino iam scimus inesse primum terminum, & hæc dicitur maior propositio, quia prior cognitione, sed quia nondum scimus secundum inesse alicui minus vniuersali termino, discurrit adhuc ratio & cognoscit corpus inesse animali, vbi sistit, & hic est minor propositio, & statim cognoscit substantiam inesse animali, & hæc est conclusio. Certæ in istis terminis medium fuit corpus, & ipsum fuit causa, quòd nos sciremus substantiam inesse animali, vltimus autem terminus in prædicto discursu fuit animal, vbi stetit ratio, & propter hoc dicitur minor extremitas. Extremitas enim dicitur, quia ibi stetit discursus rationis, minor vero dicitur, quia minus uniuersalis, & per consequens minus nota nobis, habemus ergo causas dictorum nominum, & rationes terminorum, præmissarum, & conclusionis. Ex dictis potest patere quod dicit Philosophus Primo Posteriorum, quòd maior propositio est prius nota conclusione natura & tempore. Natura, quia termini eius sunt magis uniuersales, vt dictum est. Tempore uero, quia in discursu rationis prius sciui substantiam inesse corpori, quam inesse animali, Minor uero propositio

propositio est prius nota natura, non tamen tempore. Natura, quia causa prior est causato, propositiones autem sunt causa conclusionis, & quia etiam iste fuit prior discursus rationis de medio, scilicet ad minorem extremitatem, non tamen est prius nota tempore, qui enim sciebam substantiam inesse corpori, in eodem instanti in quo sciui corpus in esse animali sciui substantiam inesse animali, & sic patet de partibus syllogismi, & nominibus earum. Habent autem syllogismi figuras & modos. Dicitur autem hic figura ordo trium terminorum secundum subiectionem & prædicationem. Sicut enim termini linearum in mathematicis aliter & aliter situati variant species figurarum, nam tria puncta, quæ faciunt triangulum, si inter se æqualiter distabunt, erit species trianguli, quæ dicitur æquilaterus siue hysopleuros. Si vero duo æqualiter distabunt a tertio, quorum distantia inter se est minor vel maior distantia eorum ad tertium, est species trianguli, quæ dicitur hysocheles. Si vero omnes distantiæ punctorum sint inæquales est species trianguli, quæ dicitur gradatus siue scalenon. Sic secundum diuersitatem istorum trium terminorum in subijciendo & prædicando fiunt. 3. figuræ syllogismorum, licet alio modo quã in figuris superficialibus iam dictis. Si enim medium in vna propositione subijcitur, & in altera prędicatur, dicitur esse prima figura. Et merito, quia tunc medium vere est medium, quia sapit naturam vtriusque extremi, scilicet subiecti & prædicati, prædicatur enim, & substantialiter, vt dictum est. Si vero medium in vtraque propositione prædicatur dicitur esse secunda figura, quia licet medium non sit vere medium sapiens naturam subiectionis & prædicationis, tamen quia dignius est prædicari quam subijci, ideo hæc figura secundum locum tenet. Si vero medium in vtraque propositione subijcitur, dicitur tertia figura & vltima, quia in ea medium non stat in medio sicut in prima, & substantialiter semper quod est indignius. Plures figuræ nõ possunt esse, quia tres termini in duabus propositionibus non possunt pluries variari, vnde versus.

Sub præ prima, bis præ secunda, tertia sub bis.

Qui sic construitur, prima, idest in prima figura, medium sub, idest subijcitur, & præ, idest prædicatur. Secunda, idest in secunda figura medium præ, idest prędicatur bis, idest in vtraque præmissarum. Tertia, idest in tertia figura medium sub idest subijcitur bis idest in vtraque præmissarum. Modus vero, vt hic sumitur, est ordinatio duarum propositionum in certa qualitate, & quantitate, & dicitur modus, quia est quædam accidentalis determinatio ipsarum propositionũ syllogismi &c.

De syllogismis inutilibus in omni figura. Cap. 5.

Restat nunc dicere de ipsis syllogismis. Vbi nota, q̃ vt supradictum est, in hoc opere tractatur de syllogismo simpliciter, scilicet de forma ipsius syllogismi inquantum syllogismus est non applicando ad aliquam materiam, & ideo illa erit vera forma syllogismi, quæ applicata cuicunque materiæ semper si præmissæ erunt veræ sequetur ex eis conclusio vera. Si vero syllogismus in aliqua materia existentibus præmissis veris, sequitur conclusio falsa, licet in aliqua alia materia sequatur conclusio vera, talis non erit verus syllogismus, sed dicitur inutilis coniugatio. Harum autem inutilium coniugationum quædam possunt fieri in omnibus figuris, quædam vero in duabus, vel solum in vna figura. Quæ sunt in omnibus figuris sunt quatuor, prima est si ambæ præmissæ sint negatiuę, secunda si ambę prędmissę sunt particulares. Tertia, si ambæ sunt indefinitæ. Quarta si ambę sunt singulares. Tales enim syllogismi siue cõiugationes in quacunque figura fiant in aliqua materia possunt concludere verum, & in alia falsum, & propter hoc dicuntur inutiles, verbi gratia, de ambabus negatiuis in prima figura aliquando concluditur verum sic. Nullus homo est lapis, nullus asinus est homo, ergo nullus asinus est lapis. Aliquando concluditur falsum, sic nullus homo est lapis, nulla margarita est homo, ergo nulla margarita est lapis falsa est conclusio, quia omnis margarita est lapis. Et sic potest fieri in secunda & tertia figura. De hac & de tribus dictis inutilibus coniugationibus datur vna regula generalis, scilicet. In omnibus figuris ex puris negatiuis particularibus indefinitis, & singularibus nihil sequitur. Inutiles vero coniugationes, quæ aliquando non sunt in omnibus figuris, sed in aliquibus sunt duæ. Vna est quæ conuenit primę & tertię figurę, scilicet quando minor propositio est negatiua. Secunda vero conuenit primæ & secundæ figuræ, scilicet quando maior propositio est particularis, & de eis dantur regulæ generales, scilicet. In prima & tertia figura minori existente negatiua nihil sequitur. Notandum, q̃ in prima figura hæc debent intelligi de syllogismis directe concludentibus. Nam sunt in ea duo modi syllogismorum in directe concludentes, in quibus minor est negatiua, nec tamen sunt inutiles coniugationes. Secunda regula, In prima & secunda figura maiori existente particulari nihil sequitur. Et similiter in prima intelligitur de concludentibus directe. Dantur autem aliæ duæ regulæ generales, quarum prima est, Si altera præmissarum est negatiua, etiam conclusio est negatiua. Secunda est, si altera præmissarum fuerit particularis conclusio erit particularis. Causa est, vt enim dictum est maior extrimitas in est minori in conclusione in virtute medij, in quantum, scilicet in est medio in maiori propositione, & medium inest minori extremitati in minori propositione siue alio modo sumatur inhęrentia dictorum terminorum, sicut fit in alijs figuris eo modo, quo medium inerit alicui extremitati, vel econuerso, vna extremitas inerit alteri. Sed, si aliqua præmissarum fuerit particularis, debet medium inesse extremitati vel extremitas in medio particulariter, ergo conclusio, quę dicit extremitatem inesse extremitati, erit particularis. Et hæc in syllogismis affirmatiuis sufficit quantum ad secundam regulam. In syllogismis autem negatiuis eodem modo virtute medij concluditur. Si enim medium vni extremitati inest, & econuerso ab altera remouetur, necesse est extremitatẽ ab extremitate remoueri, & sic erit cõclusio negatiua, & hic quã tum ad primam regulam. In eisdem etiam syllogismis, si medium particulariter inerit vel econuerso, vel particulariter remoueatur ab aliqua extremitate vel econuerso, necessario sequitur extremitatem ab extremitate particulariter remoueri, & sic conclusio erit particularis negatiua. Veræ itaque sunt regulæ prædictæ &c.

De syllogismis primæ figuræ directæ cõcludẽtibus, & de syllogismis secundæ figuræ. Ca. 6.

Nunc dicendum est de syllogismis vtilibus. Et primo de his qui sunt in prima figura, hi autem sunt quatuor. Primus est, quãdo maior & minor propositiones sunt vniuersales affirmatiuę, & sequit conclusio

Universidad de Deusto
Biblioteca

sio vniuersalis affirmatiua, sic ponendo in terminis transcendentibus. Omne b est a, omne c est b, ergo omne c est a. Probatur autem syllogismus per hoc principium, quod est dici de omni, vt enim dictum est. Dici de omni est, quando nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum. Sic enim in proposito est, ergo &c. Ponamus ergo in terminis significatiuis, & sit b animal, a vero substantia, c autem sit homo, fiat ergo syllogismus sic. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, certum est, quòd si ista est vera, omne animal est substantia, nihil erit sumere sub animali, de quo non dicatur substantia, si ergo omnis homo est animal, tunc omnis homo est sub animali, debet ergo sumi, sicut substantia prædicatur de animali, ita prædicabitur de homine.

Secundus modus est, quando ex maiori vniuersali negatiua, & ex minori vniuersali affirmatiua concluditur vniuersalis negatiua sic, nullum b est a, omne c est b, ergo nullum c est a, & probatur per alterum principium quod est dici de nullo. In terminus autem significatiuis ostenditur sic, Sit b animal, a vero lapis, c autem sit homo, si enim nullum animal est lapis, nihil erit sumere sub animali, a quo non remoueatur lapis. Sicut enim omnis, quod est signum vniuersale affirmatiuum, est distributiuum, & distribuit affirmatiue pro singulis contentis sub eo cui iungitur, ita etiam nullus pro singulis talibus distribuit negatiue.

Tertius modus est, quando ex maiori vniuersali affirmatiua, & ex minori particulari affirmatiua concluditur particularis affirmatiua sic, omne b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c est a, & probatur per dici de omni.

Quartus modus est, quando ex maiori vniuersali negatiua, & minori particulari affirmatiua concluditur particularis negatiua sic, nullum b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c non est a. Et probatur per dici de nullo. Sciendum, quòd licet isti duo vltimi syllogismi probari possint per dici de omni, & per dici de nullo, vt dictũ est, tamen philosophus primo Priorum reducit eos ad duos modos primos, in quibus verius saluatur dici de omni, & dici de nullo propter vniuersalitatem minoris propositionis eorum, & hoc faciemus in fine omnium.

Secunda figura. 4. habet modos. Primus constat ex maiori vniuersali negatiua & minori vniuersali affirmatiua ex quibus sequitur conclusio vniuersalis negatiua sic, nullum b est a, omne c est a, ergo nullum c est b. In isto enim syllogismo non potest ostendi dici de nullo, quia sub b, cui iungitur signum vniuersale, scilicet nullum, nihil sumitur, a quo possit remoueri subiectum, & ideo ad hoc quòd probetur per dici de nullo reducatur ad secundum modum primæ figuræ, hoc autem dupliciter potest fieri. Vel per conuersionem maioris simpliciter, vt dicatur sic, nullum a est b, omne c est a, ergo nullum c est b. Et probatur etiam per tertium principium supradictum quod erat, quando ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis prima consequentia est bona. Sciendum, quòd omnis syllogismus est quædam consequentia, in qua antecedens sunt ambæ præmissæ, consequens vero est conclusio, vnde si ex opposito conclusionis cum altera præmissarum infertur oppositum alterius præmissæ in ordinatione, in qua saluatur dici de omni vel dici de nullo, prima consequentia seu syllogismis erit bonus. Sic enim in proposito, consequens enim siue conclusio est, nullum c est b, quæ duo habet opposita, scilicet contrarium & contradictio, sumatur eius contrarium, scilicet. Omne c est b, sumatur modo maior prædicti syllogismi, scilicet. Nullum b est a, & opposita contraria conclusionis fiat minor & dicatur sic. Nullum b est a, omne c est b, ergo nullum c est a, iste syllogismus est in secundo modo primæ figuræ, & ex opposito, consequentis seu conclusionis infertur illa, nullum c est a, quæ est opposita vnius præmissæ, scilicet minoris, quia est contraria minori primi syllogismi, quæ erat, omne c est a, ergo ex opposito consequentis cum vna præmissarum infertur oppositũ alterius præmissæ, prima ergo consequentia seu syllogismus fuit bonus.

Secundus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua & minori vniuersali negatiua ex quibus sequitur conclusio vniuersalis negati. sic. Omne b est a, nullum c est a, ergo nullum c est b, iste syllogismus reducitur ad secundum modum primæ figuræ, per conuersionem minoris simpliciter, & per transpositionem præmissarum, vt scilicet ista, quæ erat maior fiat minor sic, nullum a est c, omne b est a, ergo nullum b est c, maior istius syllogismi fuit illa, in qua conuersa fuit minor primi syllogismi, quæ erat, nullum c est a. Per tertium vero principium seu per syllogismum conuersiuum reducitur ad secundum modum primæ figuræ sic, sumatur propositio contraria conclusioni, quæ est, omne c est b, & fiat minor sic. Omne b est a, omne c est b, ergo omne c est a. Hæc autem, quæ concluditur in isto secundo syllogismo, scilicet omne c est a, est contraria huic, nullum c est a, quæ erat minor ex opposito ergo consequentis.

Tertius modus est, quando ex maiori vniuersali negati. & minori particulari affirmati. concluditur particularis nega. sic, nullum b est a, quoddam c est a, ergo quoddam c non est b. Hic reducitur ad quartum modum primæ figuræ per conuersionem maioris simpliciter, nullum a est b, quoddam c est a, ergo quoddam c non est b. Reducitur autem per syllogismum conuersiuum ad secundum modum primæ figuræ. Oppositum enim conclusionis, quod est, quoddam c. non est b, est istud, omne c est b, & fiat minor sic, nullum b est a, omne c est b, ergo nullum c est a, quę est opposita minoris syllogismo primi quę erat, quoddam c est a.

Quartus modus est, quando ex maiori vniuersali affir. & ex minori particu. nega. concluditur particularis nega. sic, omne b est a, quoddam c non est a, ergo quoddam c non est b. Iste syllogismus potest reduci per conuersionem præmissarum, maior enim quę est vniuersalis affir. non potest conuerti nisi in particularem affirma. & minor est particularis. Ex pluribus autem particularibus, vt dictum est nihil sequitur. Reducitur ergo per syllogismum, quòd aliquando vocatur per impossibile, sicut reducti fuerunt ceteri tres syllogismi supradicti, & reducitur ad primum modum primę figurę. Oppositum enim conclusionis, quę erat, quoddam c non est b, est istud, omne c est b, quòd fiat minor sic. Omne b est a, omne c est b, ergo omne c est a, hęc autem est opposita minoris, quę erat, quoddam c non est a. Et sic patet de syllogismo primę, & secundę figurę.

De syllogismis .3. figuræ. Et de reductione omnium syllogismorum ad duos primos modos primæ figuræ. *Cap. 7.*

TErtia vero figura sex habet modos. Primus constat ex maiori vniuersali affirmati. & ex minori vniuersali affirmatiua ad quas sequitur conclusio particularis affirmatiua sic. Omne b est a, omne b est c, ergo quoddam c est a. Iste syllogismis per conuersionem minoris per accidens reducitur ad 3. modum primæ figuræ sic. Omne b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c est a. Per syllogismum vero conuersiuum reducitur ad secundum modum primæ figuræ. Sumatur enim oppositum conclusionis, quod est. Nullum c est a, & fiat maior sic. Nullum c est a, omne b est c, ergo nullum b est a, hic autem est contraria maioris primi syllogismi, quæ erat, omne b est a. Sciendum, quod in reductione per syllogismum conuersiuum hæc differentia est inter syllogismos secundæ, & tertiæ figuræ. Nam in syllogismis secundæ figuræ ex opposito conclusioni fit minor propositio, & infertur oppositum minoris propositionis, in syllogismis vero tertiæ figuræ ex opposito conclusionis, fit maior propositio, & infertur oppositum maioris propositionis.

Secundus modus constat ex maiori vniuersali negatiua, & ex minor vniuersali affirmatiua ad quas sumitur conclusio particularis negatiua sic, nullum b est a, omne b est c, ergo quoddam c non est a, hic per conuersionem minoris per accidens reducitur ad quartum modum primę figurę sic, Nullum b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c non est a. Sed per syllogismum conuersiuum reducitur ad primum modum primę figurę, si accipiatur oppositum conclusionis, & fiat maior sic. Omne c est a, omne b est c, ergo omne b est a, hęc conclusio est contraria maiori primi syllogismi.

Tertius modus constat ex maiori particulari affirmatiua & minori vniuersali affirmatiua, ex quibus sequitur conclusio particularis affirmatiua sic. Quoddam b est a, omne b est c, ergo quoddam c est a, hęc per conuersionem reducitur ad tertium modum primę figurę conuertendo maiorem simpliciter, & transponendo propositiones sic, omne b est c, quoddam a est b, ergo quoddam a est c, per syllogismum vero conuersiuum reducitur ad secundum modum primę figurę sic, nullum c est a, omne b est c, ergo nullum b est a, hęc conclusio est contradictoria maioris, quę erat, quoddam b est a.

Quartus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua concludentibus particularem affirmatiuam sic. Omne b est a, quoddam b est c, ergo quoddam c est a, hoc per conuersionem minoris reducitur ad tertium modum primę figurę sic. Omne b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c est a. Per syllogismum vero conuersiuum reducitur ad quartum primę sic. Nullum c est a, quoddam b est c, ergo quoddam b non est a, hęc conclusio est contradictoria maioris primi syllogismi, quę erat omne b est a.

Quintus modus constat ex maiori particulari negatiua, & minori vniuersali affirmatiua concludentibus particularem negatiuam sic. Quoddam b non est a, omne b est c, ergo quoddam c non est a, hęc non potest reduci per conuersionem, quia maior eius non potest conuerti, cum sit particularis negatiua, minor vero conuertitur in particularem. Ex puris autem particularibus nihil sequitur. Per syllogismum vero conuersiuum reducitur ad primum primę sic. Omne c est a, omne b est c, ergo omne b est a, & hęc est contradicto, maioris primi syllogismi, quę erat quoddam b non est a.

Sextus modus constat ex maiori vniuersali negatiua, & minori particulari affirmatiua concludentibus particularem negatiuam sic. Nullum b est a quoddam b est c, ergo quoddam c non est a, hoc per conuersionem minoris reducitur ad quartum primæ sic. Nullum b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c non est a. Per syllogismum vero conuersiuum reducitur ad tertium primæ sic. Omne c est a, quoddam b est c, ergo quoddam b est a, quæ est contradictoria maioris primi syllogismi, quæ erat, nullum b est a. Et sic patet de syllogismis directe concludentibus in omnibus figuris, & de eorum probationibus. Philosophus autem reduxit omnes syllogismos ad duos vniuersales primæ figuræ. Vnde tertium modum primæ figuræ reducit per syllogismum conuersiuum ad secundum modum secundæ figuræ, & quartum modum eiusdem primæ figuræ reduxit per syllogismum conuersiuum ad primum secundæ, illi autem reducuntur ad duos modos vniuersales primæ figuræ, vt dictum est, omnes ergo reducuntur ad duos modos vniuersales primæ figurę, in quibus saluatur perfecte dici de omni & dici de nullo. Quod autem reducantur prędicti duo modi primæ figuræ, ad vniuersales secundæ, puta tertia primæ figuræ, patet sic. Omne b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c est a. Oppositum conclusionis est, nullum c est a, quę fiat minor, & fiat syllogismus in secundo secundę figurę sic. Omne b est a, nullum c est a, ergo nullum c est b, quę est opposita minoris, quę erat, quoddam c est b. Quartus vero reducitur ad primum. Est enim quartus modus sic, nullum b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c non est a. Oppositum conclusionis est, omne c est a, quę fiat minor, & fiat syllogismus in primo secundę figurę sic, nullum b est a, omne c est a, ergo nullum c est b. Patet ergo qualiter omnes syllogismi reducantur ad duos modos vniuersales primę figurę.

De syllogismis indirecte concludentibus, & de reductione ipsorum. *Cap. 8.*

REstat nunc dicere de syllogismis indirecte concludentibus. Est autem indirecte concludere minorem extremitatem prędicati de maiori in conclusione. Tales autem syllogismi sunt numero 10. quinque enim sunt in prima figura, duo in secunda figura, & tres in tertia figura. Sciendum, quòd omnis syllogismus concludens aliquam conclusionem, quę conuerti potest, etiam potest cõcludere illam in quam conuertitur. Cum ergo omnes cõclusiones dictorum syllogismorum possint conuerti, exceptis particularibus negatiuis, omnes tales syllogismi poterunt concludere indirecte. Tales autem in prima figura sunt tres, scilicet primus modus, secundus & tertius. In secunda sunt duo, scilicet primus & secundus. In tertia sunt tres, scilicet primus, tertius & quartus. Adducantur aũt in prima figura duo modi, qui sunt contra duo principiasi ue regulas datas in prima figura. Nam ambo habent minorem negatiuam, quod est contra illam regulam. In prima figura, minori existente negatiua nihil sequitur. Et alter eorum habet maiorem particularem contra aliam regulã. Doctores autem moderni, scilicet Boethius prętermisis quinque, scilicet secundę & tertię figurę, de solis quinque primę figurę fecerunt mentionem. Quorum primus constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali affirmatiua concludẽtibus indirecte particularem affirmatiuam sic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omne b est a, omne c est b, ergo quoddam a est c. Reducitur autem ad primum primæ, si conclusio particularis conuertatur in vniuersalem.

Secundus constat ex maiori vniuersali negatiua, & minori vniuersali affirmatiua concludentibus indirecte vniuersalem negatiuam sic, nullum b est a, omne c est b, ergo nullum a est c. Reducitur ad secundum primæ conuersa conclusione simpliciter.

Tertius modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua concludentibus indirecte particularem affirmatiuam sic, omne b est a, quoddam c est b, ergo quoddam a est c, reducitur ad tertium primæ conuersa conclusione simpliciter.

Quartus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali negatiua, concludentibus indirecte particularem negatiuam sic. Omne b est a, nullum c est b, ergo quoddam a non est c. Et reducitur ad quartum primæ conuersa maiori per accidens, & minori simpliciter, & transpositis propositionibus, vt de minori fiat maior, & de maiori minor sic. Nullum b est c, quoddam a est b, ergo quoddam a non est c.

Quintus modus constat ex maiori particulari affirmatiua & minori vniuersali negatiua concludentibus in directe particularem negatiuam sic. Quoddam b est a, nullum c est b, ergo quoddam a non est c. Et reducitur ad quartum primę per conuersionem simpliciter vtriusque propositionis & transpositis vtriusque sic, nullum b est c, quoddam a est b, ergo quoddam a non est c. Et sic patet de syllogismis in directe concludentibus. Sciendum autem, quòd ad memoriter tenendum prædictos syllogismos inuenti sunt quidam versus, qui taliter designantur.

Barbara cælarent. Darij Ferio. Baralipton.
Cælantes Dabitis. Fapesmo. Frisesomorum.
Cæsare. Camestres. festino. Barocco. Darapti.
Felapton. Disamis. Datisi. Brocardo. Ferison.

Quorum intellectus talis est. In his versibus sunt. xix. dictiones, quæ secundum ordinem suum deseruiunt. xix modis syllogismorum, scilicet nouem modis primę figuræ, quatuor concludentibus directe, & quinque indirecte, & quatuor secundæ figuræ, & sex tertiæ figuræ. Omnes autem hæ dictiones sunt trisyllabæ, quarum prima syllaba deseruit maiori propositioni, secunda minori, tertia conclusioni. Et, si in aliqua dictione inueniuntur plures syllabæ, non sunt necessariæ, sed ponuntur causa metri. In prædictis autem syllogismis sunt quatuor vocales, scilicet a e. i. o, quæ sic significant a, significat vniuersalem affirmatiuam. E, vniuersalem negatiuam, i. particularem affirmatiuam. o. particularem negatiuam. Vnde barbara, qui deseruit primo modo primæ figuræ, in omnibus syllabis habet a, quia omnes eius propositiones sunt vniuersales affirmatiuæ. Omnes prædictæ dictiones incipiunt ab his quatuor cõsonantibus, scilicet b c d f, primæ autem quatuor dictiones, quod est seruiunt quatuor modis primæ figuræ, directe concludentibus à prędictis quatuor consonantibus incipiunt. Vnde si quæ aliæ dictiones incipiunt à quacunque harum consonantium significat quòd tales syllogismi sunt reducendi ad illum modum primæ figuræ, cui deseruit dictio incipiens ab illa consonante. Verbi gratia. Cęsare, quæ deseruit primo modo secundæ figuræ, incipit ab illa consonante c, & significat, q talis modus per conuersionem maioris reducitur ad secundum modum primę figurę, cui deseruit dictio incipiens a c, scilicet cælarent, & sic de singulis. In prædictis etiam syllogismis aliquando inuenitur ista litera, scilicet post vocalem, & significat, q illa propositio vel conclusio, cui deseruit syllaba debet conuerti simpliciter. Aliquando vero inuenitur. p & significat q illa propositio, vel conclusio, cui deseruit syllaba, debet conuerti per accidens. Aliquando vero inuenitur m, & significat q præmissę illius syllogismi debẽt trasponi, vt de maiori fiat minor & econuerso, aliquando inuenitur. c & significat, q ille syllogismus nõ potest reduci per conuersionem, sed solum per syllogismum cõuersiuum, & hoc solum accidit in duobus syllogismis, scilicet barocco, & broccardo, vt dictum est. Sciendum, quòd prędictę regulę prętерquam regula de litera c, intelliguntur solum de reductione syllogismorum facta per conuersionem, & non de ea, quę facta est per syllogismum conuersiuum. Et sic patet de syllogismis de ineſſe conuersiuis.

De inuentioni medij termini in syllogismis omnium figurarum tam affirmatiuis quam negatiuis. Cap. 9.

SCitis syllogismis, vt facilius posimus quamcunque conclusionem concludere & syllogizare, sciendum q omnis conclusio in se continet ambas extremitates, vt dictum est, totus autem syllogismus ex tribus terminis fit. Habita ergo quacunque oratione concludenda ad complendum syllogismum egemus vno termino, scilicet medio, qualiter autem talis medius terminus inueniatur videamus. Vbi nota, quòd Philosophus primò Priorum tribus vtitur nominibus terminorum, scilicet antecedente, consequente, & repugnante. Dicitur autem terminus antecedens, qui potest subijci, vt homo est antecedens ad animal, consequens autem dicitur terminus, qui potest de alio prædicari, & sic animal est consequens ad homiuem. Et, quia termini conuertibiles inter se & subijci & prædicari possunt, vt proprium quod potest prædicari de specie, & species de ipso, & similiter se habet de diffinitione & diffinito, ideo vnus respectu alterius, & dicitur antecedens, & dicitur consequens. Repugnans vero terminus dicitur qui alteri subijci non potest, nec de eo prędicari, vt homo & asinus, quorum neuter de altero potest prædicari, nec sibi subijci. Sciendum quòd modi syllogismorum directe concludẽtium, vt dictum est sunt 14. scilicet quatuor in prima figura quatuor in secunda, & sex in tertia, quia de indirecte concludentibus hic non me intromitto. In prima igitur figura sunt duo modi affirmatiui directe concludentes scilicet primus & tertius, & duo negatiui, scilicet secundus & quartus. Ad inueniendum medium in affirmatiuis considerandus est vnus terminus, qui sit antecedens ad prædicatum, & consequens ad subiectum. Verbi gratia. Si debet syllogizari hæc, scilicet omnis homo est substantia, iam habetur minor, & maior extremitas. Consequens autem ad subiectum, & antecedens ad prædicatum est animal, ergo est medius terminus per hunc syllogismum in primo primæ figuræ sic. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, si vero debet concludi hæc, quidam homo est substantia in tertio modo eiusdem figurę, est medius terminus, animal, & fiet syllogismus sic. Omne animal & substantia, quidam homo est animal, ergo quidam homo est substantia. In syllogismis vero

vero negatiua eiusdem figuræ sumitur pro medio repugnans prædicato, & consequens ad subiectum. Verbi gratia, si debet concludi hæc, nullus homo est lapis. Vel quidam homo non est lapis, sumatur pro medio animal. Repugnant enim animal lapidi, & potest prædicari de homine, fiat ergo syllogismus in secundo primę sic. Nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. In quarto vero sic, nullum animal est lapis quidam homo est animal, ergo quidam homo non est lapis. Et sic patet de inuentione medij termini in prima figura. In secunda autem figura sunt quatuor modi omnes negatiui, quorum primus & tertius habent maiorem propositionem negatiuam, minorem vero affirmatiuam. Secundus autem & quartus econuerso maiorem habent affirmatiuam, minorem vero negatiuam, & ideo aliter vtrobique sumitur medium. Vnde in primo & tertio sumitur pro medio repugnans prædicato, & consequens ad subiectum. Verbi gratia, si debet concludi ista. Nullus homo est lapis, vel illa, quidam homo non est lapis, pro medio sumatur animal, & syllogizetur in primo secundæ sic. Nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. In tertio modo sic, nullus lapis est animal, quidam homo est animal, ergo quidam homo non est lapis. In secundo vero & quarto modo sumatur pro medio consequens ad prædicatum, & repugnans subiecto. Verbi gratia, si debet concludi ista. Nullus homo est lapis, vel ista, quidam homo non est lapis, sumatur pro medio inanimatum, quod potest prædicari de lapide & repugnat homini, & syllogizetur in secundo modo sic. Omnis lapis est inanimatus nullus homo est inanimatus, ergo nullus homo est lapis, in quarto modo sic. Omnis lapis, est inanimatus, quidam homo non est inanimatus, ergo quidam homo non est lapis. Et sic patet de inuentione medij termini in secunda figura. In tertia vero figura sunt sex modi, omnes concludentes particulariter, quorum tres sunt affirmati. & tres negati. In tribus affirmati. scilicet primo, tertio, quarto, sumitur pro medio antecedens ad vtrunque. Verbi gratia, si debet concludi hæc in primo modo, scilicet quoddam animal est substantia, sumatur pro medio homo, de quo animal & substantiam prædicari possunt, & syllogizetur sic. Omnis homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. In tertio modo sic, quidam homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia, in quarto vero sic. Omnis homo est substantia, quidam homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. In tribus vero negatiuis sumitur pro medio repugnans prædicato, & antecedens ad subiectum. Verbi gratia, si debet concludi hæc, quoddam animal non est lapis, sumatur pro medio homo, quod repugnat lapidi, & de quo animal prædicatur, & syllogizetur in secundo modo sic. Nullus homo est lapis, omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. In quinto vero sic quoddam homo non est lapis, omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. In sexto autem sic. Nullus homo est lapis, quidam homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. Et sic patet de inuentione medij in tertia figura. Notandum, quòd ad inueniendum cito antecedens & consequens termini conuertibiles possunt esse antecedens, & consequens indifferenter, quia diffinitio & descriptio & interpretatio sunt termini conuertibiles cum diffinito descripto & interpretato. Accipias terminum, cuius vis inuenire antecedens, & consequens, & diffinias ipsum vel describas vel interpreteris, postmodum vtere regulis supradictis. Verbi gratia, si vis concludere in primo modo primæ figuræ istam, omne currens mouetur, vbi debes sumere antecedens ad prædicatum diffinias vel describas vel interpreteris moueri, quod describitur sic moueri est mutare locum in tempore, sumatur hoc pro medio & syllogizetur hc. Omne quod mutat locum in tempore mouetur, sed omne currens mutat locum in tempore, ergo omne currens mouetur. Et sic potest fieri de diffinitione & interpretatione. Et sic patet de inuentione medij in syllogismis de ineſſe ostensiuis.

De differentia syllogismi ad impossibile ab ostensiuo. Cap. 10.

Dicto de syllogismis ostensiuis, & de inuentione medij eorum, dicendum est de syllogismis ad impossibile. Differt enim syllogismis ad impossibile ab ostensiuo. Nam ostensiuus ex duabus præmissis veris concludit conclusionem veram. Syllogismus vero ad impossibile non sic facit, sed ex altera præmissarum falsa concludit falsum euidenter. Deinde ex cõtradictione falsi concluſi iterum concludit contradictionem præmisse falsæ. Verbi gratia, de vtroque. Dato quòd aduersarius diceret hanc propositionem falsam, scilicet omnis homo currit contra eam per syllogismum ostensiuum arguo sic, quia sumo duas præmissas veras, & concludo cõtradic. propositionis prædictæ sic. Nullum quiescens currit, quidam homo quiescit, ergo quidam homo non currit, hæc conclusio contradicit propositioni aduersarij, quæ erat, omnis homo currit, & quia sua est falsa, mea est vera & econuerso. Si vero volo eam reprobare per syllogismum ad impossibile sumo eam cum altera propositione vera, & facio eas præmissas alicuius syllogismi & concludo conclusionem falsam euidenter & assumo contradictorium illius conclusionis falsæ, & ex ea concludo contradictoriam falsæ præmissæ sic. Omne currens mouetur, omnis homo currit, ergo omnis homo mouetur, sed quidam homo non mouetur, ergo quidam hõ non currit. Modo ex falsitate huius præmissæ ostendo veritatem huius meæ propositionis, & ex illius veritate ostendo falsitatem illius. Ratio enim veritatis illius vltimæ conclusionis syllogismi ad impossibile, est quia in syllogismis ordinatis in modo, & in figura nunquam conclusio erit falsa, nisi aliqua præmissarum fuerit falsa, Concluditur autem primo ostensiue conclusio falsa, scilicet omnis homo mouetur, aliqua ergo præmissarum fuit falsa, non mea, scilicet omne currens mouetur, ergo propositio aduersarij, scilicet omnis homo currit, est falsa, ergo eius contradictoria, scilicet quidam homo nõ currit, quæ est vltima conclusio syllogismi ad impossibi le ab ostensiuo est vera.

De syllogismis ad impossibile, in quibus modis, in quibusque figuris fiat. Cap. 11.

NVnc dicendum est in quibus figuris, & in quibus modis syllogismi ad impossibile possunt fieri. Vbi primo sciendum, sicut dictum est, quòd conclusio syllogismi ad impossibile non est illa, quæ per syllogismum ostensiuum primo falsę concluditur, sed quæ vltimo concluditur, scilicet contradictoria præmisse aduersarij falsæ. Debet autem semper esse contradictoria, & non contraria, quia, vt supra in alio tracta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu dictum est, lex contradictoriarum talis est, quòd, si vna est vera, reliqua est falsa, & non econuerso. Vnde, si præmissa assumpta aduersarij, quæ est falsa, semper sequitur, si conclusio syllogismi ad impossibile est sibi contradictoria quòd sit vera. Si vero esset sibi contraria quantumcunque illa foret falsa, non tamen necessario sequeretur illam esse veram. Duæ enim contrariæ possunt simul esse falsæ, vt supra dictum est. Secundum ergo dicta cum in prima figura nullus syllogismus sit, qui habeat aliquam præmissarum particularem negatiuam, conclusio in prima figura non poterit concludi per impossibile, sed vniuersalis. Quia vero in primo modo primæ figuræ ambæ præmissæ sunt vniuersales affirmatiuæ, quarum oppositæ sunt particulares negati. ideò in ea non potest concludi nisi particularis negati. si sumatur primo maior falsa, scilicet. Omnis homo est lapis, omne risibile est homo, ergo omne risibile est lapis, sed quoddam risibile non est lapis, ergo quidam homo non est lapis. Si sumatur minor falsa idem sequitur sic. Omne risibile est homo, omnis lapis est risibilis, ergo omnis lapis est homo, sed quidam lapis non est homo, ergo quidam lapis non est risibilis. In secundo vero modo primæ figuræ potest concludi particularis affirmatiua, & particularis negatiua sic, nullus homo est animal, omne risibile est homo, ergo nullum risibile est animal: sed quoddam risibile est animal, ergo quidam homo est animal, particularis negati. sic. Nullus homo est lapis, omnis margarita est homo, ergo nulla margarita est lapis, sed quædam margarita est lapis, ergo quædam margarita non est homo. In tertio vero modo primę figuræ concluditur per impossibile particularis negatiua, & vniuersalis negatiua. Particularis negatiua sic. Omnis homo est lapis, quoddam risibile est homo, ergo quoddam risibile est lapis. sed nullum risibile est lapis: ergo quidam homo non est lapis. Vniuersalis negati. sic, omnis homo est animal, quidam lapis est homo, ergo quidam lapis est animal, sed nullus lapis est animal, ergo nul. lapis est homo. In quarto vero modo concluditur particularis affirmatiua sic. Nullus animal est substantia, quidam homo est animal, ergo quidam homo non est substantia, sed omnis homo est substantia, ergo quoddam animal est substantia. Vniuersalis vero negati. sic. Nullum animal est lapis, quædam margarita est animal, ergo quædam margarita non est lapis, sed omnis margarita est lapis, ergo nulla margarita est animal. Et sic patet de syllogismis ad impossibile, qui possunt fieri in prima figura. Et eodem modo possunt fieri in alijs duabus figuris, vt scilicet ex oppósito falsæ conclusionis inferatur oppositum falsæ præmissæ, oppositum scilicet falsæ præmissæ, quod est contradictorium eius. Vnde, quia in primo modo & secundo modo secundæ figuræ præmissæ sunt vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua, quorum oppositæ sunt particularis negati. & particularis affirmat. ergo in eis potest concludi per syllogismum ad impossibile particularis affirmatiua, & particularis negatiua. Particularis affirmatiua si sumatur maior falsa, negatiua vero si sumatur minor falsa, & sic fiat in omnibus alijs modis tam secundæ quàm tertiæ figuræ. Sciendum, quòd vniuersalis affirmatiua per impossibile non potest concludi nisi in quarto modo secundæ figuræ, & in quinto tertiæ, in his videlicet modis, de quibus supradictum est, quòd per conuersiones prodo sitionum non poterant reduci ad modos primæ figuræ. Et causa est, quia solum isti duo modi habent præmissam particularem negatiuam, & non alij, & dico de syllogismis directe concludentibus. Ponamus exemplum de vtroque modo qualiter in eis concludatur per impossibile vniuersalis affirmatiua. In quarto modo secundæ figuræ sic. Omnis homo est animal, quoddam risibile non est animal, ergo quoddam risibile non est homo, sed omne risibile est homo, ergo omne risibile est animal. In quinto modo tertiæ figuræ sic, quidam homo non est animal, omnis homo est risibilis, ergo quoddam risibile non est animal, sed omne risibile est animal, ergo omnis homo est animal. Notandum, quòd Philosophus Secundo priorum facit solum vnam præmissam falsam in quolibet modo omnium figurarum, & concludit per syllogismum ad impossibile in quolibet solum vnam conclusionem, & tamen nos in quolibet modo dicimus vtranque falsam & concludemus per impossibile oppositam vtriusque. Notandum, quòd in prima & secunda figura magis congrue ponitur minor falsa, quia quod subijcitur in oppósita conclusionis falsę, subijcitur postea in conclusione syllogismi ad impossibile. Verbi gratia in prima figura sic. Omnis homo est animal, omnis lapis est homo, ergo omnis lapis est animal, sed quidam lapis non est animal, ergo quidam lapis non est homo, modo lapis est subiectum in oppósita conclusionis falsæ, & in conclusione vltima, si vero ponitur maior falsa, colorari potest, vt dictum est, & communiter sic vtimur. Patet ergo qui syllogismi ad impossibile, & in quibus modis & figuris fiant.

De syllogismis ad impossibile, qualiter reducũtur ad syllogismos ostẽsiuos. Cap. 12.

ET quia omnes syllogismi ad impossibile reducuntur ad syllogismos ostensiuos, ideo videndum est qualiter id fiat. Sciendum, quòd syllogismi, qui sunt ad impossibile in prima figura, sunt ostensiui in secunda & tertia figura. Si enim concluditur oppósita maioris propositionis falsæ, fit syllogismus ostensiuus in tertia figura sic. Verbi gratia in primo modo primæ figuræ, quando concluditur oppósitum maioris sic. Omnis homo est lapis, omne risibile est homo, ergo omne risibile est lapis, sed quoddam risibile non est lapis, ergo quidam homo non est lapis. Hanc conclusionem, scilicet quidam homo non est lapis, quatuor enunciationes præcesserunt, quarum duæ fuerunt falsæ, scilicet maior & conclusio illius syllogismi ostensiui, duæ vero fuerunt veræ scilicet minor illius syllogismi, & oppósita conclusionis. Ex his duabus veris in tertia figura sequitur prædicta conclusio scilicet quidam homo non est lapis, ita quòd oppósita conclusionis fiat maior, & minor syllogismi ostensiui remaneat, minor sic. Quoddam risibile non est lapis, omne risibile est homo, ergo quidam homo non est lapis, hic est quintus modus tertiæ figuræ. Quando vero per impossibile concluditur oppósitum minoris fit syllogismus ostensiuus in secunda figura. Verbi gratia fit syllogismus ad impossibile iste omnis homo est animal: omnis lapis est homo, ergo omnis lapis est animal, sed quidam lapis non est animal, ergo quidam lapis non est homo, auferantur duæ falsæ, scilicet minor & conclusio syllogismi ostensiui, & fiat syllogismus in quarto modo secũdę figurę sic. Omnis homo est animal, quidam lapis non est animal, ergo quidam lapis non est homo. Et sic fit in alijs

alijs modis primę figurę, vt videlicet, si in syllogismo ad impossibile concluditur oppositũ maioris, reducitur ad tertiam figuram, oppósita conclusionis existente maiori, & cum minori vera. Si vero concluditur oppósitum minoris fit talis syllogismus ostensiuis in secunda figura, ita quod oppósitum conclusionis sit minor propositió & maior vera remaneat maior. Syllogismi vero ad impossibile, qui fiunt in secunda figura, sunt ostensiui in prima figura, & in tertia. Si enim concluditur per impossibile oppósitum maioris, sit ostensiuus in tertia figura. Verbi gratia a sit syllogismus ad impossibile iste. Nullus homo est animal, omne risibile est animal: ergo nullum risibile est homo, sed quoddam risibile est homo, ergo quoddam homo est animal. Auferantur falsæ, & fiat syllogismus in quarto modo tertię figurę sic. Omne risibile est animal, quoddam risibile est homo, ergo quidam homo est animal. Sciendum quòd, quando in prima figura syllogismus ad impossibile concludebat oppósitum maioris reducebatur & fiebat syllogismus ostensiuus in tertia figura, & oppósitum conclusionis primi syllogismi ostensiui fiebat maior in secundo syllogismo, & minor eiusdem syllogismi remanebat minor in secundo syllogismo. Sed hæc non fit ita, sed minor primi syllogismi fit maior in secundo syllogismo. Si vero concluditur per impossibile oppósitum minoris fit syllogismus ostensiuus in prima figura sic. Nullus homo est lapis: omne risibile est lapis, ergo nullum risibile est homo, sed quoddam risibile est homo, ergo quoddam risibile non est lapis. Auferantur omnes falsæ, & fiat syllogismus in quarto modo primæ figuræ sic. Nullus homo est lapis, quoddam risibile est homo, ergo quoddam risibile non est lapis. Eodem modo syllogismi ostensiui aliorum modorum secundæ figuræ. Vnde si maior est falsa & minor vera, tunc minor fit maior, & oppósitum conclusionis sit minor. Si vero maior sit vera, & minor falsa, tunc maior remanet maior, & oppósitum conclusionis sit minor. Syllogismi vero ad impossibile, qui sunt in tertia figura, sunt ostensiui in prima figura & secunda. Vnde si per impossibile concluditur oppósita maioris, sit ostensiuus in prima figura, ita videlicet, quòd oppósitum conclusionis primi syllogismi fiat maior propositio in secundo syllogismo, & minor, quæ fuit vera, remaneat minor sic. Omnis homo est lapis, omnis homo est risibilis, ergo quoddam risibile est lapis, sed nullum risibile est lapis, ergo quidam homo non est lapis, fiat autem ostensiuus in prima figura sic. Nullum risibile est lapis, omnis homo est risibilis, ergo nullus homo est lapis. Ad vniuersalem veram bene sequitur sua particularis vera. Vnde: si hæc est vera, nullus homo est lapis, quæ est conclusio istius secundi syllogismi, erit etiam hæc vera, nullus homo est lapis, quæ fuit conclusio syllogismi ad impossibile. Si vero per impossibile concluditur oppósita minoris fiat syllogismus in secunda figura ostensiuus, ita quòd oppósita conclusionis primi syllogismi fiat maior in secundo syllogismo, & maior primi syllogismi fiat minor sic. Omnis homo est animal, omnis homo est lapis, ergo quidam lapis est animal, sed nullus lapis est animal, ergo quidam homo non est lapis, fiat ergo syllogismus ostensiuus sic. Nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Ad quam sequitur, quidam homo non est lapis. Eodem modo fiat in alijs modis tertiæ figuræ, & sic patet de syllogismis ad impossibile. Sciendum, quod Philosophus in libro Priorum multa alia genera syllogismorum ponit, scilicet irregulares conuersiuos, ex oppositis & multa alia. Sed, quia solum ista duo genera syllogismorũ de inesse apud modernos sunt in vsu, de alijs non me intromisi. Patet ergo de syllogismis de inesse & cætera.

De syllogismis modalibus quantum ad propositiones de necessario. Cap. 13.

NVnc dicendum est de syllogismis modalibus. Vbi sciendum, quòd quia eodem modo sumuntur propositiones de necessario, & impossibili, & illæ de possibili & contingenti, vt supra in tractatu de conuersionibus dictum est, ideo duobus modis fiunt syllogismi modales inter se differentes. Primo dicemus de syllogismis de necessario, ad quos reduci possunt illi de impossibili. Secundo de syllogismis de contingenti, ad quos reducuntur illi de possibili contingenter sumpto. Sciendum, quòd syllogismi de necessario aliqui habent ambas propositiones necessarias, & tunc in quacunque figura vel modo fiant semper conclusio est necessaria. Verbi gratia. Necesse est omnem hominem esse animal, necesse est omne risibile esse hominem, ergo necesse est omne risibile esse animal, & sic de singulis &c. Notandum, quòd duplex est necessarium scilicet necessarium simpliciter, quando aliquid inest alicui simpliciter, & non secundum aliquod tempus vel locum, vel huiusmodi, sicut necessarium est hominem esse animal. Aliud est necessarium secundum quid vel secundum tẽpus, sicut dicimus, quòd omne quod est quando est necesse est esse, vel secundum locum, vel secundum aliquid huiusmodi. Et isto modo non sumitur propositio necessaria, sortes enim quando currit, necessario currit, & tamen hæc propositio, sortes currit non est necessaria, sed contingens. Si vero syllogismi de necessario alteram propositionem habent necessariam & alteram de inesse, licet semper concludant maiorem extremitatem inesse minori, non tamen semper concludunt ex necessitate, sed quando quæ sic, & quando quæ non. Vbi nota, quòd in prima figura maiori propositione existente necessaria, & minori de inesse sequetur semper conclusio necessaria, maiori vero existente de inesse quantumcunque minor sit necessaria, non tamen conclusio erit necessaria, quia inueniuntur termini, vbi est sic, & vbi non est sic. Verbi gratia. Omnis homo est animal, omne risibile necessario est homo, ergo omne risibile necessario est animal. Isti autem sunt termini vbi sic. Termini vero vbi non, sunt isti, Omnis homo est albus, omne risibile necessario est homo, ergo omne risibile necessario est album. Hæc autem conclusio non est necessaria simpliciter. Et sic est de alijs modis primæ figuræ tam affirmatiuis quàm negatiuis. In secunda vero figura in tribus primis modis negatiuis propositione existente necessaria, siue sit maior siue sit minor, conclusio erit necessaria, ipsa existente de inesse. Affirmatiua vero existente necessaria & negatiua, de inesse, non sequitur conclusio necessaria. Et hoc clare potest apparere reducendo prædictos syllogismos ad modos primæ figuræ. Nam semper in syllogismis reductis negatiua erit maior. In prima autem figura, vt dictum est, si maior est necessaria & conclusio, si vero non, nec conclusio. In quarto vero modo secundæ figurę quacunque propositione necessaria, siue affirmatiua, siue negatiua, dum modo altera sit de inesse, non semper sequitur conclusio necessaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam, si vniuersalis affirmatiua non erit necessaria in eisdem terminis, fiet syllogismus, in quibus fiet secundus modus eiusdem figuræ vniuersali affirmatiua existente necessaria, sed vt dictum est, si affirmatiua est necessaria, non sequitur conclusio necessaria. quod patet per reductionem eius ad secundum modum primæ figuræ, ergo nec hic sequitur, si vero particularis negatiua est necessaria non sequitur semper conclusio necessaria, vt patet in his terminis, scilicet. Omne album est homo, quidam asinus necessario non est homo, tamen non sequitur, ergo quidam asinus necessario non est albus. In tertia vero figura sunt syllogismi affirmatiui & sunt negatiui. Affirmatiuorum autem quidam habent ambas propositiones vniuersales, quidam vero alteram. Qui habent ambas propositiones vniuersales, quacunque earum existente necessaria, siue maiori siue minori, sequitur conclusio necessaria, quod patet per reductionem eius ad primam figuram. Qui vero habent alteram vniuersalem, ea existente necessaria siue maiori siue minori sequitur conclusio necessaria. Si vero particularis sit necessaria, non sequitur conclusio necessaria, quia, si reducitur ad primam figuram, maior est de inesse, vbi, vt dictum est, non sequetur conclusio necessaria. Negatiuorum vero quidam habent propositionem negatiuam vniuersalem, quidam autem particularem. Vnde, qui habent propositionem negatiuam vniuersalem, ea existente necessaria non sequitur conclusio necessaria. Qui vero habent negatiuam particularem, & affirmatiuam vniuersalem quacunque earum existente necessaria non sequitur conclusio necessaria verbi gratia sic, Quidam homo non vigilat, omnis homo necessario est animal, ergo quoddam animal necessario nõ vigilat. Et hoc est affirmatiua existente necessaria. Negatiua autem existente necessaria sic, quoddam album necessario non est animal, omne album vigilat, non sequitur, ergo quoddam vigilans necessario non est animal, cum omne vigilans necessario sit animal. Et sic patet de syllogismis modalibus de necessario.

De syllogismis contingentibus. Cap. 14.

SEquitur de syllogismis contingentibus. Vbi nota, quod duplex est contingens, scilicet contingens q̃ ineſt, & contingens quod potest inesse. Dicitur autem hic contingens quod ineſt, quando prædicatum licet non sit de essentia subiecti, vel proprium eius, tamen est terminus, qui potest prædicari & negari de subiecto, licet nunc actu de eo prædicetur. Et talis propositio licet sit de materia contingenti, tamen dicitur de contingenti quòd ineſt. Contingens autem quod potest inesse, dicitur cum prædicatum est de contingenti, sicut de albo respectu hominis, tamen in propositione nõ dicitur actu inesse, sed possibiliter. vt cum dico, contingit hominem esse album, non est sensus, quòd homo sit albus, sed quòd potest esse albus. Sciendum, q̃ in prima figura vtraque propositione existente de contingenti, etiam conclusio erit de contingenti sic. Contingit omne album esse musicum, contingit omnem hominem esse album, ergo contingit omnem hominem esse musicum, & sic est de alijs modis. In secunda vero figura, si ambæ propositiones sunt de contingenti siue sint affirmatiuæ, siue altera earum sit negatiua, siue sint vniuersales, siue altera earum sit particularis, nunquam conclusio erit de contingenti, verbi gratia contingit nullum hominem esse album, contingit omne risibile esse album, ergo contingit nullum risibile esse hominem. non sequitur, quia necesse est omne risibile esse hominem, & sic de omnibus alijs. In tertia vero figura præmissis existentibus de contingenti, siue sint affirmatiuę, siue altera earum sit negatiua, siue vniuersales, siue particulares, semper sequitur conclusio de contingenti. vt contingit omnem hominem esse album. contingit omnem hominem esse musicum, ergo contingit musicum esse album, & sic est in alijs modis. Si vero altera præmissarum sit de contingenti, & altera de inesse, non semper sequitur conclusio de contingenti, & altera de inesse, non semper sequitur conclusio de contingenti. Vnde in prima figura maiori existente de contingenti, siue sit affirmatiua, siue negatiua, minori vero de inesse simpliciter, semper sequitur conclusio de contingenti. Vt contingit omnem hominem esse album, omne risibile est homo, ergo contingit omne risibile esse album. Maiori vero existente de inesse, & minori de contingenti, non semper sequitur conclusio de contingenti, vt per fectus sit syllogismus sic, Omne sanum est animal, contingit omnem equum esse sanum, non sequitur, ergo contingit omnem equum esse animal. quia necesse est omnem equum esse animal. Sciendum, quia in qualibet propositione de contingenti potest saluari dupliciter dici de omni secundum duplicem eius sensum supradictum. Vnde cum dico, contingit omnem hominem esse album, comparo hominem ad dici, de quibus potest prædicari vel secundum esse ipsius albi, vt sit sensus, omne quod est homo contingit actu esse album. Vel secundum possibilem inhærentiam, vt sit sensus, omne, quod est homo, contingit posse esse album. Propositio de inesse habet solum vnum dici de omni, scilicet secundum comparationem subiecti ad sua inferiora secundũ actualem inherentiam prædicati. Et ex his sequitur, quòd virtute dici de omni illa de inesse potest sumi sub illa de cõtingenti. Vnum enim dici de omni sub duobus, quia ad minus in vno est consequentia. Sed illa de contingenti non potest sumi sub illa de inesse. Duo enim dici de omni non continentur sub vno. Et ista est causa, quare maiori existente de contingenti, minori vero de inesse non sequitur conclusio de contingenti virtute syllogistica, licet sequitur gratia materiæ. Sciendum, quòd propositio de inesse est duplex, scilicet de inesse vt nunc, scilicet quando prædicatum vt nunc solum ineſt subiecto, vt Sortes currit, & de inesse simpliciter. Vnde ad hoc quòd sequatur conclusio de contingenti minori existente de inesse, debet esse de inesse simpliciter, quia prædicatum semper sequitur subiectum, ideo sequitur, quod quicquid contingit prædicato contingit subiecto. Sed quia in propositione de inesse vt nunc, prædicatum non semper sequitur subiectum, non erit semper verum, quod quicquid contingit prædicato. contingit subiecto. Nec est instantia, quod si minor esset de contingenti, quæ tantum valet quantum illa de inesse vt nunc, & maior esset de contingenti, sequitur conclusio. Nam si minor est de contingenti, semper prædicatum contingit subiecto. nam hęc, contingit hominem currere, semper est vera, quia semper contingit hominem currere, tamen ista, homo non currit, non semper est vera, ideo aliter se habet de vtraque. In secũda autem figura in tribus primis modis, negatiua existente de contingenti, affirmatiua vero de inesse non fit syllogismus. Et causa est, quia omnes syllogismi in tantum concludunt,

dunt, inquantum reducuntur ad primam figuram, vbi est dici de omni, & dici de nullo. Tales autem syllogismi non possunt reduci ad primam figuram. Non enim conuertitur vniuersalis negatiua de contingenti, vt de subiecto fiat prædicatum, & de prædicato fiat subiectũ, vt supradictum est, sed conuertitur in terminis. Vnde hic, contingit nullum hominem esse album, conuertitur in hanc, contingit omnem hominem esse album. Vn de secundum hoc vniuersali negatiua existente de contingenti in tribus, videlicet modis, non fit syllogismus, quia non potest probari per dici de omni. Affirmatiua vero existente de contingenti, & negatiua de inesse fit syllogismus, quia potest reduci talis syllogismus ad primam figuram, per propositionem negatiuam similiter conuersam, tamen non erit conclusio de contingenti, vt supradictum est. In quarto autem modo nullo modo fit syllogismus, siue maior, siue minor sit de contingenti. Talis enim syllogismus non potest reduci ad primam figuram per conuersionem, sed per syllogismum conuersiuum, sed quacunque existente de contingenti & altera de inesse non potest fieri talis reductio, ergo ex eo nihil sequitur. Quòd autem maiori existente de contingenti, talis reductio fieri non possit, patet. sit talis syllogismus, Contingit omnem hominem esse album, quidam lapis non est albus: ergo quidam lapis non est homo, cuius oppositum est, omnis lapis est homo, fiat ergo syllogismus in prima figura sic, contingit omnem hominem esse album, omnis lapis est homo, ergo contingit omnem lapidem esse album. Sed hæc non opponitur huic, quidam lapis non est albus, quæ erat minor. Nam, vt dictum est, in propositione de contingenti saluatur dici de omni secundum possibilem inhærentiam. in futuro enim posset esse verum, quòd omnis lapis fieret albus, & quòd modo quidam lapis non sit albus & sic isto modo non valet coniugatio. Apparet etiam q̃ talis syllogismis non valeat. Nam propositionibus existentibus veris, aliquando sequitur conclusio falsa sic, Contingit omnem hominem esse album: quoddam risibile non est album: sequitur, ergo contingit quoddam risibile non esse hominem, quod est simpliciter falsum. Similiter si minor est de contingenti nihil sequitur, & fit syllogismus sic, Omnis homo est animal, contingit quoddam album non esse animal, ergo contingit quoddam album non esse hominem, vtputa ouum, quod est album, contingit quòd aliquando erit animal, aliquando non erit: si sequitur hæc de inesse, scilicet quoddam album non est homo, non tenet. Oppositum enim eius est. omne album est homo: ergo omne album est animal, quę non opponitur huic, contingit quoddam album non esse animal. vt supradictum est. Si vero sumatur conclusio de contingenti, scilicet. Contingit quoddam album non esse animal, cuius oppositum est necesse est omne album esse animal, idem sequitur, & fiat syllogismus in prima figura sic, Omnis homo est animal, necesse est omne album esse hominem: sequitur, ergo omne album est animal, vt supra de mixtionibus necessarij & de inesse dictum est, quæ non opponitur illi minori, scilicet contingit quoddam album non esse animal, & sic est inutilis coniugatio. In tertia vero figura maiori existente de contingenti, minori vero de inesse, sequitur conclusio de contingenti. Nam conuersa minori in quinque modis syllogismorum fit reductio ad primam figuram. verbi gratia fiat syllogismus sic, Contingit omnem hominem esse album, omnis homo est animal, ergo contingit quoddam animal esse album. conuersa minori per accidens sit tertius modus primæ figuræ sic, Contingit omnem hominem esse album, omne animal est homo. ergo contingit quoddam animal esse album. & sic est de alijs quatuor modis. Quintus autem modus tertiæ figuræ reducitur ad primam per syllogismum conuersiuum sic, Contingit quendam hominem non esse album, omnis homo est animal, ergo contingit quoddam animal non esse album. Cuius oppositum est, necesse est omne animal esse album, deinde ponatur sub ea minor primi syllogismi, scilicet omnis homo est animal, & sequitur, ergo necesse est omnem hominem esse album, quæ est contradictoria maioris primi syllogismi. Et sic patet de mixtione propositionum de contingenti, & de inesse in tribus figuris &c.

De mixtione contingentis & necessarij in tribus figuris syllogismorum. Cap. 15.

SEquitur de mixtione contingentis & necessarij. Notandum, quòd in prima figura quantum ad modos affirmatiuos maiori existente de contingenti, minori vero de necessario syllogismus erit perfectus, & cõcludet conclusionem de contingenti. Verbi gratia, Contingit omne animal esse album, necesse est omnem hominem esse animal, ergo contingit omnem hominem esse album. Si vero fit econuerso, scilicet maiori existente de necessario, & minori de contingenti, nullus fiet syllogismus. Causa est, quia propositio necessaria haberet vnum dici de omni, secundum, scilicet actualem inhærentiam prædicati ad subiectum, & ad contenta sub eo, sed illa de contingenti habet duplex dici de omni, vt supradictum est, non ergo potest illa sumi sub illa de necessario per virtutem principij, quod est dici de omni. Sciendum, q̃ in prædicto syllogismo licet concludatur per dici de omni, potest tamen concludi conclusio de contingenti de possibili, quod scilicet communiter se habet ad necessarium & contingens in virtute istius regulę. Si aliquod subiectum sit essentialiter sub aliquo prædicato quicquid contingit sub subiecto contingit sub prædicato. In syllogismis autem negatiuis propositione affirmatiua existente necessaria, negatiua vero de contingenti sequitur conclusio de contingenti sic, Contingit nullum hominem esse album necesse est omne risibile esse hominem, sequitur, ergo contingit nullum risibile esse album. Si vero propositio negatiua sit necessaria, affirmatiua vero contingens, sequuntur duæ conclusiones, scilicet aliquando de contingenti, aliquando de inesse. Quod potest patere, nam ex opposito vtriusque conclusionis cum altera præmissarum infertur oppositum alterius præmissæ. Ratio autem, quare vtraque conclusio sequatur ad vnam negatiuam de necessario est, quia non solum prædicatum non dicitur inesse subiecto, sed nec etiam potest inesse. Vnde syllogismus significat quòd subiecto non insit prædicatum, nec possit inesse. Vnde, cum aliquid contingenter ponitur sub tali subiecto significatur quòd tale prædicatum remoueatur actu ab eo quod contingenter ponitur sub subiecto, & sic erit conclusio de contingenti, quia quod actu contingenter remouetur, facit enunciationem contingẽtem, & significatur q̃ nullo modo possit sibi inesse, & sic non solum contingenter non ineſt, immo nullo mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do ineſt ei, ſi ſit enunciatio de ineſſe. In ſecunda autem figura in tribus primis modis negatiua exiſtente de neceſſario, affirmatiua vero de contingenti, ſequitur etiam duplex concluſio, ſcilicet de contingenti & de ineſſe, quia per conuerſionem propoſitionis neceſſariæ reducuntur ad primam figuram. In quarto vero modo affirmatiua exiſtente de contingenti, negatiua vero de neceſſario vel econuerſo inutilis erit coniugatio. In tertia vero figura quantum ad ſyllogiſmos affirmatiuos vniuerſales propoſitiones, vel aliquam vniuerſalem habentes, maiori exiſtente de contingenti, minori vero de neceſſario, ſequitur concluſio de contingenti. Conuerſa ergo minori fit ſyllogiſmus in prima figura. Si autem maior ſit de neceſſario, minor vero de contingenti poſſibili, quia propoſitiones de contingenti poſsibili, conuertuntur ſicut illæ de neceſſario, minori conuerſa fit prima figura, ſicut dictum eſt, quòd maiori exiſtente de neceſſario, minori vero de contingenti, ſequitur concluſio de contingenti poſsibili, licet non per dici de omni, ſed per primam regulam. Quantum autem ad ſyllogiſmos affirmatiuos habentes aliquàm præmiſſam particularem, ſi maior eſt vniuerſalis ſequitur regulas prędictas. Si vero maior eſt particularis ſequitur ſecundam regulam. Quantum autem ad ſyllogiſmos negatiuos, dico, quòd quantum ad duos modos habentes maiorem vniuerſalem negatiuam maiori exiſtente de contingenti, minori vero de neceſſario, ſequitur concluſio de contingenti, & reducuntur ad primam figuram per conuerſionem minoris. Si autem maior erit de neceſſario, minor vero de contingenti, non ſit ſyllogiſmus. Non enim poſſet reduci ad primam figuram. Si vero minor eſſet de contingenti poſsibili, quia conuerti poſſet ſicut illa de neceſſario, fieret ſyllogiſmus in prima figura, vbi concluderetur duplex concluſio, ſcilicet de ineſſe, & de contingenti, vt ſupradictum eſt. Syllogiſmus autem negatiuus, cuius maior eſt particularis negatiua ea exiſtente de contingenti, & minori exiſtente de neceſſario, ſequitur concluſio de contingenti, & reducitur ad primam figuram, per ſyllogiſmum conuerſiuum. Maiori vero exiſtente de neceſſario non ſit ſyllogiſmus. Et ſic patet de ſyllogiſmis modalibus.

De ſyllogiſmis conditionalibus ex propoſitionibus ſimplicibus. Cap. 16.

Dicto de ſyllogiſmis cathegoricis, nunc dicendum eſt de hypoteticis. Vt autem ſupradictum eſt, tres ſunt ſpecies propoſitionum hypotheticarum, ſcilicet conditionalis, copulatiua, & diſiunctiua. Syllogiſmi autem, qui ſunt ex propoſitionibus copulatiuis, eodem modo ſe habent, ſicut & ſyllogiſmi cathegorici, & ideo de eis prætermittamus. Sed, quia ex propoſitionibus cõditionalibus & diſiunctiuis, aliter fiunt ſyllogiſmi qui in propoſitionibus cathegoricis, ideo de eis dicendum eſt, & primo de conditionalibus. Notandum, quòd propoſitiones conditionales vel ſunt ſimplices, vel compoſitæ. Dico autem ſimplices, quæ tantum ex duabus cathegoricis componuntur, vt hæc, ſi eſt homo, eſt animal. Compoſitæ autem ſunt, quæ ex pluribus componuntur, vt hæc, ſi eſt homo, cum ſit animal, eſt ſubſtantia. Hæ autem compoſitæ tribus modis fieri poſſunt, quid vel erit propoſitio compoſita ex duabus conditionalibus & cathegorica, vt hic, ſi eſt homo, cum ſit animal, eſt ſubſtantia, vel econuerſo, erit compoſita ex cathegorica & conditionali ſic, ſi tu es animatum, tu es homo, aut es animal: vel erit compoſita ex duabus conditionalibus, vt hic, ſi eſt homo eſt animatum, ſi eſt animal. Et, quia ſyllogiſmi, qui fiunt ex ſimplicibus, facilius ſciuntur illis, qui fiunt ex compoſitis, ideo primo ponemus ſyllogiſmos ſimplices, & poſtea breuiter oſtendemus ſecundum eorum ſimilitudinem qualiter fiunt ſyllogiſmi ex compoſitis. Sciendum, q̃ ſimplices propoſitiones conditionales ſunt quatuor. Aut enim habent ambas partes affirmatiuas, ſcilicet antecedens, & conſequens, vt hæc, ſi eſt homo eſt animal, vel antecedens affirmatum, & conſequens negatum, vt hæc, ſi eſt homo non eſt lapis. Aut conſequens affirmatum, & antecedens negatum, vt hæc, ſi animal non eſt ſanum eſt ægrum. Aut ambo negata, vt hæc, ſi non eſt animal non eſt homo. Syllogiſmi autem, qui ex his propoſitionibus fiunt, oportet quod ſint conſequentiæ quædam. Vt autem dicit Philoſophus Secundo Topicorum, duplex eſt conſequentia ſcilicet in poſitione, ſcilicet quando proceditur propoſitione antecedentis, & in contraria, ſcilicet quando proceditur à deſtructione conſequẽtis, ſecundum ergo iſta ex prædictis propoſitionibus, duæ fiunt figuræ, in quarum vna proceditur à poſitione antecedentis, in altera vero à deſtructione conſequentis, quarum quælibet quatuor habet modos ſecundum quòd quatuor ſunt propoſitiones, vt dictum eſt. Primus modus primæ figuræ eſt, ſi eſt homo, eſt animal, ſed eſt homo, ergo eſt animal. Secundus eſt, ſi eſt homo, non eſt lapis, ſed eſt homo, ergo non eſt lapis. Tertius eſt, ſi animal non eſt ſanum eſt ægrum, ſed animal non eſt ſanum, ergo eſt ægrum. Quartus eſt, ſi non eſt animal non eſt homo, ſed non eſt animal, ergo non eſt homo. Sciendum, quòd iſto modo fiunt ſyllogiſmi cum hoc relatiuo qui, vel cum hoc nomine quicunque, faciunt enim prædicta nomina connotantia oppoſitionem antecedentis ſic, omnis qui currit mouetur, ſed Petrus currit: ergo Petrus mouetur, vel quicunque &c. A deſtructione conſequentis ſic, Omnis qui currit vel quicunque currit mouetur, ſed Sortes non mouetur, ergo Sortes non currit. Et ſic habet ſe in omnibus alijs modis dictarum figurarum. Patet ergo de ſyllogiſmis conditionalibus ex propoſitionibus ſimplicibus.

De ſyllogiſmis conditionalibus ex propoſitionibus hypoteticis compoſitis. Cap. 17.

SEquitur de conditionalibus compoſitis, quarum duæ, vt dictum eſt, conſiſtunt ex tribus cathegoricis. Tertia vero ex quatuor. Sed tres propoſitiones cathegoricæ ſecundum affirmationem & negationem octo modis poſſunt variari. Primo poſſunt omnes eſſe affirmatiuæ. Secundo omnes negatiuæ. Tertio duę primæ affirmatiuæ, & tertia negatiua. Quarto duæ primę poſſunt eſſe negatiuæ, & tertia affirmatiua. Quinto prima affirmatiua & duæ vltimæ negatiuæ. Sexto prima negatiua, & duæ vltimæ affirmatiuę. Septimo prima & vltima affirmatiuæ & media negatiua. Octauo prima & vltima negatiuæ & media affirmatiua, ideo in qualibet dictarum poteſt fieri variatio, & ſic ſunt octo. Tertia vero conditionalis compoſita ex duabus conditionalibus. Quæ quatuor habent cathegoricas multipliciter

ter habent variari. De quibus omnibus compoſitis propoſitionibus, & earũ varietate & ſyllogiſmis, qui ex eis fiunt, diffuſe dixi in libro, quem feci de hypoteticis ſyllogiſmis. ideo diffuſe de eis nunc tractare prætermitto, ſed videamus ſolum modos ſyllogizandi in qualibet earum. Fiunt autem ſecundum quamlibet dictarum propoſitionum duæ figuræ, in quarũ vna proceditur à poſitione antecedentis, in altera à deſtructione conſequentis. Prima enim propoſitio, vt dictum eſt, componitur ex conditionali, & cathegorica ſic. Si eſt homo cum ſit animatum eſt animal, ſed eſt homo, ergo cum ſit animatum eſt animal. Et conſimiliter fiet talis ſyllogiſmis, ſi aliqua pars eius vel omnes ſint negatiuæ ſic, ſi eſt homo cum non ſit inanimatus eſt ſenſibilis, ſed eſt homo. ergo cum non ſit inanimatũ eſt ſenſibile. A deſtructione vero conſequentis ſic, ſi eſt homo cum ſit animatus eſt ſenſibilis, ſed cum non ſit animatum, non eſt ſenſibile. ergo non eſt homo. In negatiua, ſi eſt homo cum non ſit inanimatus eſt ſenſibilis, ſed cum non ſit inanimatum non eſt ſenſibile, ergo non eſt homo. Secunda vero propoſitio, vt dictum eſt, compoſita ex cathegorica, & cõditionali ſic, ſi cum eſt animal eſt animatum, eſt homo. Fiunt autem ex tribus propoſitionibus ſyllogiſmi à poſitione antecedentis ſic. Si cum eſt animatum eſt homo eſt animal, ſed cum eſt animatum eſt homo: ergo eſt animal. Negãdo vero aliquam partem ſic, ſi cum eſt animatum eſt homo nõ eſt equus. A deſtructione vero conſequentis ſic, ſi cum eſt animatum eſt homo eſt animal, ſed non eſt animal. ergo cum ſit animatum non eſt homo. Cum parte vero negatiua ſic, ſi cum eſt animatum eſt homo non eſt equus, ſed eſt equus, ergo cum ſit animatum nõ eſt homo. Et quia vt dictum eſt, quælibet illarum propoſitionũ habet variari octo modis, ex qualibet poſſunt fieri. 16. ſyllogiſm. ſcilicet octo à poſitione antecedentis, & octo à deſtructione cõſequentis. Tertia vero propoſitio, vt dictum eſt, compoſita eſt ex duabus cõditionalibus ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi eſt animal eſt ſubſtantia. Poteſt autem hic propoſitio variari tripliciter ſecundum triplicem variationem terminorũ. Nam in ea eſt vnus terminus bis ſumptus: cũ autem ſint duę conditionales, talis terminus aliqñ eſt antecedens in vtraq; ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi nõ eſt homo eſt inſenſibile. Aliquando eſt conſequens in vtraque ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi eſt lapis nõ eſt animal. Aliquando eſt conſequens in vna, & antecedens in alia ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi eſt animal eſt ſubſtantia. Et ſecundum hoc tripliciter variãtur ſyllogiſmi, qui fiunt ex huiuſmodi propoſitionibus, & tamen quelibet iſtarum propoſitionum multiplicatur in octo ſecundum affirmationes & negationes partium eius, ex quibus fiunt. 16. modi ſyllogiſmorum. Quando vero idem terminus in vna eſt conſequens, & in altera eſt antecedens, fiunt ſyllogiſmi ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi eſt animal eſt ſubſtantia, ſed eſt homo, ergo eſt ſubſtantia, & huiuſmodi fiunt à poſitione antecedentis. A deſtructione conſequentis ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi eſt animal eſt ſubſtantia, ſed non eſt ſubſtantia, ergo non eſt homo. Et hæc dicitur à Boetho prima figura iſtarũ propoſitionum. Secunda figura ſecundum eum ſit, quando idem eſt antecedens in vtraq;, ex quo fit ſyllogiſmus à poſitione antecedentis ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi non eſt homo eſt inſenſibilis, ſed eſt homo: ergo non eſt inſenſibilis, vel ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi non eſt homo eſt rationalis, ſed eſt homo: ergo eſt rationalis. Ad deſtructione conſequentis ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi nõ eſt homo eſt inſenſibilis: ſed non eſt animal: ergo eſt inſenſibilis. Vel ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi non eſt rationalis nõ eſt homo, ſed non eſt animal: ergo nõ eſt rationalis. Deſtructo enim animali deſtruitur homo: quo deſtructo deſtruitur rationale. Tertia figura ſecundum eum, eſt quando nõ arguitur à deſtructione conſequentis, ſed ſolum à poſitione antecedentis ſic, ſi eſt homo eſt animal, ſi eſt lapis non eſt animal: ſed eſt homo: ergo non eſt lapis. Et ſic patet de ſyllogiſmis conditionalis.

De ſyllogiſmis diſiunctiuis & de propoſitionibus reduplicatiuis, & de conuerſione per comparationem. Cap. 18.

DE ſyllogiſmis diſiunctiuis nunc dicendum eſt. Vbi nota, quòd ſicut vna propoſitio conditionalis ſecundum affirmationem vel negationem ſuarum partium multiplicatur, & ſic ſunt quatuor, ita etiam ſe habet de propoſitione diſiunctiua ſic, quia aut ambæ partes ſunt affirmatiuæ, vt aut eſt ſanum, aut eſt ægrum. Vel ambę partes ſunt negatiuę, vt aut non eſt ſanum, aut non eſt ægrum, vel prima eſt affirmatiua & ſecunda negatiua. vt aut eſt ſanum, aut non eſt ægrũ, vel prima negatiua, & ſecunda affiematiua, vt aut non eſt ſanum, aut eſt ægrum. Ad faciendum autem ſyllogiſmos de prædictis propoſitionibus primo oportet videre quæ dictarũ propoſitionũ vni ſimplici conditionali æquipollet. poſtea ſecundum q̃ fiebat ſyllogiſmus ex illa conditionali ſimplici, vt ſupradictum eſt, ſic fiat de iſta diſiunctiua. Ad hoc enim videndum, oportet ſupponere, q̃ ad hoc, vt propoſitio diſiunctiua ſit vera, ſemper oportet quòd altera pars ſit falſa, ita videlicet quòd prima pars ſit falſa, & ſecunda vera. Et quia poſita quacunque propoſitione falſa ſi verificatur debet verificari per ſuam oppoſitam. Verbi gratia, ſi hæc eſt falſa, nõ eſt homo, verificatur per hanc, eſt homo. & econuerſo, ideo videamus in propoſitione diſiunctiua partem primam, vtrum ſit affirmatiua vel negatiua, ſi prima pars eſt affirmatiua æquipollet antecedenti cõditionalis negato. Nam ſicut antecedens conditionalis ſupponitur quòd debet eſſe verum ad hoc quòd tota conditionalis ſit vera, ita prima propoſitio cathegorica, quã vocamus in diſiunctiua antecedens, ſemper debet eſſe falſa. Ad hoc vero quòd iſta duo antecedentia æquipolleant, oportet, quòd, ſi vnum eſt affirmatum, quòd alterum ſit negatum, quia in vtraque, ſ. condicionali & diſiunctiua, cõſequens eſt verum, ideo ad hoc quod inter ſe æquipolleant, oportet, quòd, ſi vnũ eſt affirmatum & reliquum, & ſi vnum eſt negatum & reliquũ. Verbi gratia, ſit diſiunctiua iſta, aut eſt ſanum aut eſt ęgrum, quæ habet antecedens & conſequens affirmatiua, ad hoc q̃ æquipolleat conditionali veræ debet condicionalis habere antecedens negatum & conſequens affirmatum ſic, ſi non eſt ſanum eſt ęgrum & ſic de alijs. His habitis faciliter poſſunt ſciri ſyllogiſmi diſiunctiui. vt enim ſupradictum eſt, quatuor ſyllogiſmi conditionales fiunt à poſitione antecedentis, & quatuor à deſtructione conſequentis. Eodem modo in iſtis propoſitionibus. Prima enim propoſitio conditionalis, ex qua ſumebatur primus modus, erat iſta, ſi eſt homo eſt animal, ſecundũ ergo dicta huic æquipollet iſta, aut nõ eſt homo, aut eſt animal. Fiat ergo ſyllogiſmus diſiunctiuus ſic, aut non eſt homo aut eſt animal, ſed eſt homo: ergo eſt animal. Secunda propoſitio ſecundi modi erat iſta, ſi eſt homo

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est lapis,cui equipollet ista,aut non est homo,aut nõ est lapis,& fiat syllogismus disiunctiuus sic, Aut non est homo,aut non est lapis,sed est homo, ergo non est lapis. Tertia propositio erat ista, si animal non est sanum est ægrum,cui æquipollet ista, Aut est sanũ,aut est ægrum : & fiat syllogismus disiunctiuus sic,Aut est sanum aut est ægrum,sed non est sanum,ergo est ęgrum. Quarta propositio erat ista,si non est animal,nõ est homo,cui equipollet ista, Aut est animal, aut est homo,& fiat syllogismus disiunctiuus sic, Aut est animal, aut est homo. sed non est animal : ergo non est homo.

In secunda vero figura proceditur à destructione consequentis,& fit primus syllogismus sic, aut nõ est homo, aut est animal : sed non est animal, ergo non est homo. Secundus sic, Aut non est homo,aut nõ est lapis. sed est lapis : ergo non est homo. Tertius sic, aut est sanum, aut est ægrum,sed non est ægrum: ergo est sanum. Quartus sic, Aut est animal,aut nõ est homo: sed est homo : ergo est animal. Et sic patet de syllogismis disiunctiuis. Dictum ergo sit de syllogismis hoc modo. De alijs autem speciebus argumentationis non me intromitto.

Notandum ad hoc quod propositio reduplicatiua sit vera requiritur,ꝙ quatuor propositiones exponentes ipsam,s.tres cathegoricæ, & vna hypotetica sint veræ, & si aliqua ipsarũ esset falsa,ipsa esset falsa. Et, quia tales propositiones aliqñ fiunt gratia concomitatiæ,vt si dicatur, homo inquantũ corporeus est coloratus. aliquando gratia causæ,vt ignis inquantum calidus est calefactiuus. Et ideo reduplicatiua gratia causę,ad veritatẽ suam non solũ requiritur quod quatuor eius exponentes sint verę,sed quod illud super quod cadit reduplicatio exprimat causam importati per prædicatum, vel ꝙ sit illud, cui primo ineſt prædicatum principale. Verbi gratia, de vtraq; dictarum propositionum. Ad hoc.n.quod ista sit vera, homo inquantum corporeus est coloratus,requiritur quod hæ sint veræ.s.homo est coloratus; homo est corporeus, & omne corporeum est coloratũ & si aliquid est corporeum,i.coloratũ. Similiter ad veritatem istius, ignis inquantum calidus est calefactiuus. Verum est,quod ignis est calefactiuus,& quod ignis est calidus,& omne calidũ est calefactiuum, & si aliquid est calidum,i.calefactiuũ, & calidus est causa calefactionis. Et conuertitur reduplicatiua sic,ignis inquantũ calidus est calefactiuus,aliquid, quod inquantum calidum est calefactiuum est ignis, & non sic,Calefactiuum inquantum calidus est ignis. Notandum,quod propositio vniuersalis affirmatiua conuertitur simpliciter mutatis terminis finitis in terminos infinitos,cõsimiliter est etiã de particulari negatiua. Causa est, nam ꝓpositio vniuersalis affirmatiua in terminis finitis non conuertitur simpliciter, quia inueniuntur termini in quibus sic, vt omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo. Inueniuntur etiam termini in quibus non,vt omnis homo est animal : non sequitur.ergo omne animal est homo,quia in plus se habet animal quã homo. Sed quia terminus qui in plus se habet quã alius terminus, si infinitetur se habet in minus quã ille,qui in minus se habebat. Nam de paucioribus prædicatur non animal,quã non homo : quia non animal prędicatur de omnibus entibus, prætęrquam de animalibus. Non homo vero prædicatur de omnibus entibus, etiam de animalibus,prætęrquam de homine,potest ergo fieri conuersio. In particulari vero negatiua in terminis finitis nõ fit conuersio,quia inueniuntur termini, in quibus nõ : quando videlicet aliqua species prædicatur negatiue de suo genere, vt quoddam animal non est homo, sed non econuerso : sed si verificatur termini,scilicet homo nõ est albus,in plus se habet non albus quàm nõ homo : ergo potest fieri conuersio,scilicet quoddam non album non est non homo. Et sic patet de syllogismis, &c.

TRACTATVS SECVNDVS DE SYLLOGISMO SIMPLICITER.

De natura syllogismorum, de inesse, & eius regulis.

QVONIAM scire est causam rei cognoscere, causæ autem cuiuslibet entis per se sunt quatuor,s.efficiens,materialis,forma lis, & finalis, ad perfecte cognoscendum vnumquodq; oportet has quatuor causas cognoscere. Est ergo causa efficiens syllogismi anima rationalis formans ipsum,vnde syllogismus est actus rationis. Materia vero eius sunt tres termini, vt materia remota & duę propositiones,vt propinquæ: & similiter est in syllogismo, sicut in alijs rebus constantibus ex materia & forma, ꝙ.s.est in eis reperire duplicem materiam, quæ dicta est. Finis autem eius est facere fidem, seu notitiam ignotæ cõclusionis. Forma vero eius est virtus seu potestas inferendi cõclusionem ex premissis,& hęc tangitur per diffinitionem syllogismi. Hanc autẽ formam circunloquitur figura,& modus. Figura.n.est dispositio medij ſm subiectionem & prædicationem. quæ,s.dispositio tripliciter variatur,quia aut medius terminus subijcitur & prędicatur semel in premissis,& sic est prima figura. Dicitur aũt hæc dispositio prima figura, quia medium habet perfectionem rationem medij, quod participat naturam extremorũ in subijciendo,minoris extremitatis,& maioris in prædicando. Aut prędicatur bis,& sic est. Secunda figura,quę secũda dicitur,quia deficit à perfectione medij, in prima.n.figura medium est medium ſm rationem & ſm positionem, in secunda aũt est primum ſm positionẽ, cũ sit supra extremitates. Aut subijcitur bis,& sic est tertia figura,quæ dicit tertia,quia mediũ est tertium ſm positionem,cũ sit infra extremitates.

Sciendũ autem ꝙ figura proprie reperitur in mathematicis,transumptiue autem in syllogismo, & hoc ad similitudinem figurę triangularis,nam sicut trangulus est clausio trium linearum in tribus angulis,ita syllogismus est concursus trium propositionum,s.maior, minor,conclusio in tribus terminis. Modus autem est determinata qualitas & quantitas propositionum premissarũ ad hoc, vt ex eis sequatur conclusio.quæ quidem ex certis regulis traditis à Philosopho in.1.Priorum colligitur. Quarum quædam sunt cõmunes tribus figuris, quædam speciales. Communes sunt duæ. Primo,ꝙ ex puris particularibus, vel indefinitis, vel singularibus nihil sequitur in aliqua figura. sub particulari intelligendo tam indefinitam, quæ in materia contingenti æquipollet particulari. vt Philosophus dicit,quàm singularem, oportet ergo vt dicit alteram esse vniuersalem. Ratio huius regulæ est. quia nõ sequitur,quòd,si aliqua duo participant aliquod mediũ particulariter ꝙ propter hoc illa duo sint eadem. verbi gratia, album & grammaticum participant idem medium, quod est homo, cũ quidam homo sit albus & grammaticus,sed ex hoc nõ sequitur ꝙ album & grammaticum sint eadem simpliciter,vnde non valet hæc argumentatio.

gumentatio. Quidam homo est grammaticus : quidam albus est homo : ergo quoddam albũ est grammaticum, immo est fallacia cõsequẽtis, vel ſm quid & simpliciter. Alia ratio potest esse, quã Philosophus inducit. quia aut nõ erit syllogismus,& hoc,quia petetur principium: aut non erit ad propositum, vt sit hæc conclusio probanda. Musica est studiosa, & assumantur hæ præmissæ, Quædã voluptas est studiosa : musica est voluptas, ergo, &c. Maior cũ sit particularis aut stabit pro illa voluptate particulari,quę est musica,& tunc petitur cõclusio probanda: aut stabit pro aliqua alia,& tunc syllogismus erit quidem,sed nõ ad conclusionem intentam, hc ergo oportet ꝙ altera præmissarum capiatur vniuersaliter,vt sit syllogismus. Sed contra dictam regulam videtur esse Philosophus, qui docet syllogizare ex puris particularibus per syllogismum expositoriũ in tertia figura. Ad hoc videndum ꝙ cum dicitur ex puris particularibus non fieri syllogismũ, intelligitur vere & simpliciter syllogismus qui habet perfectam rationem syllogismi,syllogismus.n.expositorius non est vere syllogismus, sed magis quædam sensibilis demonstratio seu quędã resolutio facta ad sensum ad hoc,vt cõsequentia, quæ vera erat secundum intellectualem cognitionem,declaretur in sensibili. Secunda regula est quod ex puris negatiuis nihil sequitur, nec fit syllogismus, huius autẽ ratio potest esse. quia omnis syllogismus aut affirmat aliquid de aliquo,& est affirmatiuus,aut negat aliquid ab aliquo,& est negatiuus,si affirmat aliquid de aliquo in conclusione,oportet, quod hoc sit per aliquid cõueniens,quod quidẽ erit mediũ,& ideo vtraq; premissarum necessario erit affirmatiua,si autem remoueat aliquid ab aliquo,oportet quod hoc sit per aliquod tertium conueniens vni illorũ & repugnans alteri, quod sic quidem erit medium, & sic patet quod in syllogismo negatiuo, oportet alteram esse affirmatiuã. Sunt autem quædam quæ rectificant primam fig. & sunt duę regulæ,& quædam secundam, & sunt etiã duæ, quædam tertiam, & est vna. In prima figura regula prima est, ꝙ maior debet esse vniuersalis, alias nõ fieret syllogismus. Cuius ratio est, quia maiori existente particulari contingeret medium esse communius extremis : de quo particulariter sumpto posset prædicari maior extremitas affirmatiue vel negatiue. Si affirmatiue cõtingeret capere extrema cũ medio repugnantia,& tunc non sequeretur vera conclusio affirmatiua. vt si fieret sic, Quoddã animal est asinus,omnis homo est animal:deberet sequi hęc conclusio,ergo quidam homo est asinus,quæ esset falsa prẽmissis existentibus veris. Rursus, si capiantur negatiue & particulariter,cõtinget esse conuertibilia,vel vt superius & inferius, & tũc falso negaretur vnum de altero in conclusione, cum tamen ex qualitate præmissarum deberet sequi conclusio negatiua. Vt si fiat sic, Quoddam animal non est homo,omne risibile est animal,ex his deberet sequi hæc conclusio, ergo quodam risibile non est homo : quæ quidem esset falsa, præmissæ tñ veræ. Patet ergo ex quo cum tali dispositione aliquando cũ præmissis veris stabit conclusio falsa, quod non est secundum formam syllogismi. Omnis quidem dispositio facta ſm regulas syllogismorum semper eandem conclusionẽ syllogizat in omni materia, si præmissæ sint veræ. Secunda regula est,quod in prima figura minor non debet esse negatiua. Cuius ratio est : quia,si aliter fieret accideret fallacia cõsequentis, procedendo.s.cum negatione medij de minori extremitate quod quidem est inferius ad negationem maioris extremitatis,quæ est superior ad medium. Vt si fiat sic,Omnis homo est animal : nullus asinus est homo,non sequeretur,ergo nullus asinus est animal. Posset aũt vtriusq; regulæ alia communis ratio assignari : quia.s.syllogismi primæ figurę perficiuntur per dici de omni & dici de nullo : his autem premissis repugnat maiorem esse particularem, vel minorem negatiuam, vt patet intuenti rationes dictorum principiorum. In secũda figura prima regula est,quod maior debet esse vniuersalis. Cuius ratio est : quia eius syllogismi descendunt à syllogismis primæ figuræ per conuersionem maioris in terminis, & ideo sicut ibi oportet maiorem esse vniuersalem,ita & hic. Vel potest ostendi necessitas huius regulæ per instantiam in terminis, vt dictũ est supra. Nam si maior capiatur particulariter cõtinget maiorem extremitatem esse supra medium,& supra minorem extremitatem. Nihil.n.prohibet inferius prædicari de superiori particulariter sumpto,& ita mediũ posset prædicari de maiori extremitate particulariter & contingere extrema esse conuertibilia, vel se habere vt superius & inferius,& tunc non sequetur conclusio negatiua vera. Affirmatiua aũt non potest sequi, quia in hac figura semper concluditur negatiue. Vt si fiat sic,Quoddã animal non est homo : omne rationale est homo : nõ sequitur, quod nullũ rationale sit animal. Secunda regula est, quod oportet alteram præmissarum esse negatiuam. quia ex vtriq; affirmatiuis in secunda figura nihil sequitur. Cuius ratio est,quia,si vtraq; sit affirmatiua,tunc medium erit superius ad extrema disperata,quorum neutrũ de altero prædicatur in conclusione. Non.n.sequitur,si aliquod vnum ineſt duobus,quod propter hoc vnum insit alteri. Posset etiam vnum superius affirmari de duobus inferioribus, quorum vnum esset sub altero, & ita nõ posset vnum de altero negari : & ita non sequitur conclusio affirmatiua, nec negatiua,vbi vtraq; præmissarũ sit affirmatiua. Sed tunc quęritur si oportet alteram esse negatiuã,quare non determinate maior vel minor, sed indifferenter alteram. Dicitur, quod huius ratio est : quia & non determinato altero medium æqualiter respicit extrema tanquam sub se posita : & ideo quantum ad syllogismum nõ refert de quo affirmetur vel negetur. Vtroq; enim modo fit syllogismus, licet diuersimode.

In tertia figura est vna regula, scilicet ꝙ minor semper est affirmatiua, cuius ratio est,quia non sequitur, ꝙ, si aliquod inferius sit repugnans alicui tertio, quod propter hoc & superius: quod oportet fieri hic si minor esset negatiua : quod sic patet. Medium.n.est sub extremitatibus: maior aũt est supra medium,& minorem extremitatem,& ideo non oportet,quod idem repugnet maior in conclusione. Vt si fiat sic,omnis homo est animal: nullus homo est asinus : non sequitur,ergo quidã asinus non est animal,& sic nõ sequitur conclusio negatiua vera. Item nec affirmatiua,quia potest esse,ꝙ extrema sibi repugnent,vt patet si capiantur hi termini,animal,lapis, homo. Vel potest esse huius ratio, quia tertia figura descendit à prima per conuersionem minoris. Et ideo sicut oportebat ibi minorem esse affirmatiuã, ita & hic. Non autem lateat nos ꝙ aliquando contingit syllogismũ contra prædictas regulas concludere veram conclusionem, sed hoc non erit ex necessitate formæ syllogistice,sed ex necessitate materiæ. quia.s.vel termini sunt conuertibiles,vt qñ concludetur cõclusio affirmatiua,vel repugnantes,vt qñ concludetur negatiua. Addantur autem dictis regulis quædam alię respicientes magis conclusionem q̃ præmissas : quarũ quædam sunt cõmunes, quædam propriæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

priæ. Communes sunt duæ, prima in omni figura, si aliqua præmissa est particularis, oportet conclusionem esse particularem, cuius ratio esse potest, quia, si altera præmissarum est particularis medium conuenit alteri extremitati particulariter in illa premissa. Et quia, non est conuenientia inter extremitates nisi per naturam medij non plus cõueniet extremitas cum extremitate particulari q̃ altera extremitas cum medio. Vnde in conclusione oportet extremitatẽ extremitati conuenire particulariter, sicut in præmissa medium cõueniebat particulariter alteri extremitatum. Idem est, si sit particularis negatiua, quia extremitas disconuenit ab extremitate particulariter in conclusione, sicut medium ab extremitate in premissa. Secunda regula est, si altera premissarum est negativa, oportet conclusionem esse negatiuam, cuius ratio est, quia que discõueniunt in tertio, oportet q̃ inter se disconueniant. Cum ergo extremitates disconueniant in medio, quia q̃ vni conuenit alteri repugnat, necessario inter se disconueniunt. quare, cũ conclusio sit ex extremitatibus, oportet vnam ab alia remouere, & sic conclusio erit negatiua, altera præmissarum existente negatiua. Sed præmissarũ quædam spectant ad primam figuram, quædã ad secundam, & quędam ad tertiam. Pro prima sunt duæ, Prima est, q̃ conclusio semper assimilatur maiori in qualitate, & minori in quantitate, cuius ratio est: quia cõclusio est pars maioris quantum ad prædicatũ, habet.n. idem prædicatum cum maiori, & minoris quantum ad subiectũ, qualitas autẽ est dispositio prædicati quasi formę, quantitas autem est dispositio subiecti quasi materiæ. Vnde, cum conclusio participet prædicatum à maiori & subiectum à minori assimilatur maiori in dispositione prędicati & minori in dispositione subiecti. Secunda regula est, q̃ omnia problemata concluduntur per primam figurã: hoc est tam vniuersale quàm particulare, tam affirmatiuum quàm negatiuum. In secunda figura est vna regula, s. q̃ in ea non concluditur nisi negatiue. Cuius ratio est, quia oportet alteram premissarũ esse negatiuam, vt ostensum est, & quando ita est necesse est conclusionem esse negatiuam. In tertia est vna similiter, s. q̃ omnis conclusio est particularis & nunquam vniuersalis. Cuius ratio est, quia licet duo conueniant in vno tertio etiã q̃ vniuersaliter tertium illis conueniat, non ideo oportet q̃ illa duo inter se totaliter cõueniant vel sint idem: quod ideo est, quia contingit maiorem extremitatem in minus esse quam minorem. Vnde in conclusione maior non prędicabitur de minori vniuersaliter. Vt omnis homo est risibilis, oĩs homo est animal, non sequitur, ergo omne animal est risibile, sed bene, ergo quoddã animal est risibile.

Syllogismorum Modalium nonnullæ regulæ.

HAbitis ergo regulis cum suis rationibus, quæ rectificant syllogismos de inesse, restat breuiter tangere regulas rectificantes syllogismos de modo. Ad cuius euidẽtiam sciendum est q̃ triplex est syllogismus. Quidam constat ex propositionibus simplicis inhærentiæ, de quo dictum est. Quidã constant ex vtraq; præmissa de modo. Quidam ex altera de modo, & altera de inesse, & dicitur syllogismus mixtus. Si ex vtraque modali, aut erit ex vtraq; de necessario, aut ex vtraq; de contingenti. Sub necessario autem intelligitur & impossibile contrariæ sumptum, i. cũ negatione appposita verbo. Vnde idem est necesse est esse, & impossibile est non esse. Idem.n. est iudicium vtriusq;. Sciendum etiam, q̃ hic tam in præmissis quam in cõclusione semper accipitur contingens non necessarium, quod dicitur in contingenti nato, & indefinito, seu ad vtrumlibet. Si ergo sit syllogismus ex vtraq; de necessario saluatis regulis præhabitis in omni figura potest fieri bonus syllogismus concludens de necessario, & per consequens de inesse. Si vero fiat ex vtraq; de contingenti semper sit in prima, seu ambæ sint affirmatiuæ, seu negatiuæ, seu altera tantum, hoc solo excepto, q̃ si maior sit vniuersalis, cõclusio erit de contingenti, & non de inesse. Si aũt fuerint ex vtraq; negatiua cõuersa minori vel vtraq; in affirmatiuam, erit syllogismus. Est autem sciendum, q̃ omnes propositiones de contingenti non necessario habent affirmatiuã figuram, & conuertuntur, ad se inuicem affirmatiuę negatiuis & econtra, vt probat Philosophus Primo Priorum. In secunda autem figura ex vtrisq; de contingenti nõ sit syllogismus. cuius ratio ex superioribus patet, quia. s. ex puris affir. in secunda figura non est syllogismus. Propositiones autem de contingenti, vt dictum est affirmatiuæ sunt omnes in secunda figura. In tertia vero figura ex vtrisque de contingenti non sit syllogismus mixtus aut est ex vna de inesse, & altera de necessario, aut ex vna de cõtingenti, & altera de inesse, aut ex vna de necessario, & altera de contingenti. pluribus.n. modis non sit mixto. Sciendum ergo, q̃ in omni tali mixtione, s. de inesse & contingenti, semper de inesse debet accipi simpliciter, & nõ de inesse vt nunc. Dicitur autẽ propositio de inesse simpliciter, in qua prædicatum per se ineſt subiecto, seu sit de quidditate eius quantum ad primum modum per se, seu non: sed fluat ex principijs eius, vt cũ propria passio dicitur de subiecto quantum ad secundum modum. Dicitur, etiam de inesse simpliciter, quando prædicatur aliquod accidens commune, quod sequitur totam speciem s'm omne tempus, sicut nigredo inest coruo & æthiopi. Quando autem nullo istorum modorum prædicatur aliquid de subiecto est de inesse, vt nunc, vt hæc, omnis homo currit. Si ergo sit mixtio de inesse & necessarij in prima figura est talis regula, Maiore existente de necessario & minori de inesse simpliciter & non vt nunc sequit conclusio de necessario. Si autem ecõuerso fiat. s. maiore de inesse & minore de necessario, sequitur conclusio de inesse, & non de necessario: quorum ratio est, quia, cũ conclusio participet cum maiore in prædicato, vt dictũ est: modus autem necessitatis & contingentiæ sit dispositio prædicati in comparatione ad subiectum, conclusio participabit eodem modo: quod nõ potest fieri, quando minor est de necessario, & maior de inesse, bene tamen tunc sequitur conclusio de inesse. In plus.n. est inesse simpliciter quàm necessario. Quę.n. necessario insunt, insunt simpliciter, & non econtra. In secunda vero figura est talis regula, vniuersali negatiua de necessario existente, & altera de inesse, sequitur cõclusio de necessario. Si vero aliter fiat nõ sequitur de necessario, quia, si affirmatiua fuerit de necessario & negatiua de inesse, sequitur conclusio de inesse, cuius ratio est, quia secũda figura, quantum ad omnes suos modos, descendit à secũdo modo primæ figuræ, in quo maior est vniuersalis negatiua, & in ipsum reducitur vt supra patet. Et ideo sicut ibi oportebat vniuersalem negatiuam, quę est maior, esse de necessario, vt sequeretur talis conclusio, ita in hac figura oportet q̃ talis negatiua post reductionẽ in prima sit maior. Ex quo patet, q̃ in quarto secundæ figuræ non potest fieri vniuersalis mixtio quãtum ad conclusionem de necessario, cum non habeat aliquã vniuersalem negatiuam. In tertia figura

figura est talis regula in modũ affirmationis & negationis, vniuersalis affir. vel neg. existente de necessario sequitur conclusio talis, aliter non. cuius potest reddi eadẽ causa, quæ & supra, quia post reductionem ad primam figuram vniuersalis fiet maior quã oportet in prima esse de necessario. Per quod patet, quod circa primum & secundũ tertiæ fiũt quatuor syllogismi vniuersaliter mixti accipiendo vtrobiq; de necessario. Sequitur de secunda mixtione, s. de inesse & contingentis. Ad cuius euidentiam sciendum, q̃ vt dicit Philosophus Primo Priorum, contingens capitur vno modo vt etiam necessarium dicitur contingens, i. non impossibile, alio modo vt etiã non necessarium. De his autem duobus modis dicitur cõtingens æquiuoce, sicut de duobus signis significatis. Alio modo capitur vt stat in sua communitate non respiciens hoc vel aliud tantum, sed indifferenter vtrunq;, non tamen q̃ sit tertium significatum. Et hoc modo captũ dicitur contingens possibile, seu secundum rationem suæ communitatis. Sicut clarius loquẽdo, animal potest capi tribus modis. Vno modo pro rationali, & isti duo modi sunt eius differentiæ. Tertio modo potest considerari nõ pro hoc, aut pro illo tantum, sed pro sua forma vniuersali, inquantum. s. est animal solum. Quod autem necessarium sit contingens probat Philosophus in Libro Peri Her. Quod autem hoc sit fieri potest ostendi. De ratione contingentis quod dicitur de necessario & non necessario, est solum, quod habeat potentialitatem ad esse sine positione alterius differentiæ, sicut dicitur de genere. Vtrunque autem dictorum habet hanc potentialitatem, licet æquiuocæ, quia necessariũ habet possibilitatem semper actui coniunctã, aliud vero distantem ab actu, ideo vtrunq; dicitur contingens. Hoc autẽ necessarium duas habet species. Vna est contingens natum, quod quidem habet causam quare possit esse. Sed quia talis causa aliq̃n impeditur est non necessariũ, sicut canescere in senectute. Alia est contingens infinitum, i. indeterminatum vel incertum siue ad vtrumlibet. Dicitur autem sic, quia nullam causam habet, quare magis se habeat ad vnã partem quàm ad aliam, sicut habet contingens natum. Aequaliter enim potest esse & non esse. Et de isto dicit Arist. in Libro Peri her. quòd non sequitur ad necessarium.

S. THOM. AQVINATIS TRACTATVS *DE SYLLOGISMO* DEMONSTRATIVO.

In Quatuordecim capita diuisus.

De syllogismo demonstratiuo quid sit. Cap. 1.



ESTAT nunc dicere de demõstratione. Cum enim scientia sit habitus conclusionis demonstratæ acquisitus ex ipsius speculatione, ad sciendum quid sit scientia, & quomodo acquiratur necesse est scire quid est demonstratio, est aũt demonstratio syllogismus procedens ex veris, necessarijs per se primis, proprijs per se notis, immediatis, & causis conclusionis. Sciendum, quòd demonstrationum quędam est propter quid, & quædam est quia. Vnde dicta diffinitio solu conuenit demonstrationi propter quid. In prædicta autem diffinitione quædam sunt, quę pertinent ad formam demonstrationis in hoc, q̃ dicitur esse syllogismus, quædã sunt quę pertinent ad materiam demonstrationis, s. q̃ fit procedens ex veris necessarijs, &c. Vnde primo exponã particulas pertinentes ad materiã, de qua est demonstratio, secundo ponam ea quæ pertinent ad eius formam, s. qua figura vel modo talis syllogismus debeat fieri. Quod enim demõstratio procedat ex veris necessarijs, &c. hoc potest patere per finem suum, qui est scire. Cum.n. scire nihil aliud sit quã cognoscere causam alicuius rei, & non solum causam vt causa est, sed vt est causa filius rei actu. Cognoscere enim causam alicuius rei, & non cognoscere effectum eius esse in actu est cognoscere effectum in virtute, & hoc autem non est scire effectum simpliciter, sed est scire solum secundum quid. Etiam, quia scire est per certitudinem cognoscere, oportet prædictum effectum necessario semper ad illam causam sequi. Conclusio ergo demõstrationis, cuius habitus est scientia seu scire habitualiter, oportet q̃ procedat ex talibus præmissis, quæ sint veræ & necessariæ causæ conclusionis.

Quid sit dici de omni, per se, primo, seu vniuersaliter. Cap. 2.

AD inuestigandum autem dictas particulas diffinitionis demonstrationis pertinentes ad materiã, de qua est demonstratio, præmittenda sunt quędam necessaria. Quia enim præmisse demonstrationis sunt vniuersales, ideo oportet scire quid est dici de omni, & quia in eis prędicatũ dicitur per se de subiecto, ideo oportet scire quid est per se, & quid primo. Est autẽ dici de omni, vt hic sumitur, quãdo nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatũ, nec est sumere aliquod tempus, in quo prædicatum tali subiecto non conueniat. Hęc est autem differentia inter hoc dici de omni, & illud quod in tractatu syllogismi dictũ fuit. Nam ibi sumebatur dici de omni quãdocunq; aliquid prædicatur vniuersaliter de aliquo subiecto, siue subiecto insit prædicatum necessario & omni tempore, siue contingenter, vt nunc. Vnde in illa propositione, omnis homo currit, saluatur hoc modo dici de omni. Sed nunc sumitur dici de omni de eo quod semper inest subiecto, vt omnis homo est animal, nõ enim est dare aliquod tempus, in quo homo non sit animal. patet ergo de dici de omni.

Per se aũt dicitur quadrupliciter. Primo modo quando prædicatum est diffinitio, vel aliqua pars diffinitionis ipsius subiecti, vt omnis homo est animal rationale mortale, vel omnis homo est animal. Secundo modo dicitur per se, quando prędicatum est propria passio ipsius subiecti, in cuius diffinitione ponitur subiectum, vt omnis homo est risibilis. In diffinitione enim risibilis ponitur homo, nõ vt pars eius essentialis, sed vt aliquid extra essentiam suam, sine quo cognosci non posset. Cum enim esse accidẽtis dependeat à subiecto. oportet quòd diffinitio, quę significat esse ipsius, contineat in se subiectum, tertio modo dicitur aliquid esse per se quod significat aliquid solitarium, sicut singulare, quod est in genere substantiæ, vt sortes & Plato. Album vel ambulans isto modo non dicitur per se, cũ non intelligatur aliquid solitarium per se existens. Dicendo enim, album, dico

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidens & ſubiectum, ſed cum dico ſortes, dico aliquid ſolitarium, & ſic dicitur per ſe. Sciendum eſt autem, q̃ iſte modus non eſt modus prædicandi per ſe, ſed eſt modus eſſendi. Quarto modo prædicatur aliquid per ſe, quãdo aliquid dicitur de aliquo, quod eſt immediata & neceſſaria cauſa ipſius, ſicut dicimus q̃ interfectus interfectione interijt. Interfectio enim eſt immediata & neceſſaria cauſa ipſius interitus, & ſic patet de per ſe.

Primo autem dicitur aliquid prædicari, quando prædicatum & ſubiectum ita ſunt adæquata, vt prædicatum non poſsit inueniri extra ſubiectum, nec ſubiectum extra prædicatum, ſicut cum dicimus, homo eſt riſibilis. Ita enim ſe habet riſibile ad hominem, q̃ de quocunque dicitur riſibile de eodem dicitur & homo, & econuerſo. Vnde dicendo, ſortes eſt riſibilis, licet modo riſibile prædicetur de ſor. in ſecũdo modo dicendi per ſe, non tamẽ prædicatur primo, quia de pluribus prædicatur quàm de ſorte. Philoſophus tamen hoc quod dictum eſt prædicari primo vocat vniuerſale, nõ tale vniuerſale, de quo in primo tractatu dictum eſt, ſed quia prædicatum de ſubiecto, & ſubiectũ de prædicato poteſt vniuerſaliter prædicari. Ex his patet quomodo ſe habent iſta tria. ſ. dici de omni, per ſe, & vniuerſale.

Nam omne quod primo ſeu vniuerſaliter prædicatur, prædicatur per ſe, non tamen econuerſo. Riſibile enim primo per ſe prædicatur de homine, Licet autem riſibile prædicetur per ſe de ſorte, non tamen prædicatur primo. Similiter etiam quod per ſe prædicatur, dicitur de omni, non tamen omne quod dicitur de omni, dicitur per ſe. Nam dicendo, omne animal eſt homo, eſt prædicatio de omni, non tamen per ſe.

Quòd demonſtratio procedit ex veris & neceſſarijs. Cap. 3.

His viſis videamus partes diffinitionis demonſtrationis ſuprapoſitæ. Dicitur enim ibi, q̃ demonſtratio procedit ex præmiſsis veris. Quod autem ſit verum, dictum eſt ſupra. Ad hoc autem, q̃ concluſio ſit vera ex præmiſsis, ſicut ex cauſis, oportet præmiſſas veras. Licet enim ex falſis poſsit cõcludi verum, tamen veritas concluſionis eſt præmiſsis. Dicimus enim omnis homo eſt lapis, omnis margarita eſt homo, ergo omnis margarita eſt lapis, cõcluſio modo eſt vera, licet præmiſſæ ſint falſæ. Et quia omnis cauſa aſsimilat ſibi effectum, falſitas dictarum propoſitionũ non poteſt eſſe cauſa veritatis concluſionis, & ideo in primo Priorum dicit philoſophus, quòd verum concluditur ex falſis non propter quid, ſed quia. Patet ergo, quòd demonſtratio procedit ex veris. Deinde dicitur q̃ demonſtratio procedit ex præmiſsis neceſſarijs, quę autem ſit propoſitio neceſſaria dictum eſt in tractatu ſyllogiſmorum. Notandum quòd cõcluſio demonſtrata oportet q̃ ſit neceſſaria. Si enim ſcientia dicit certitudinem, quæ non poteſt eſſe de contingentibus vt contingentia ſunt, ſed ſolũ de neceſſarijs oportet quòd concluſio, cuius habitus eſt ſcientia, ſit neceſſaria. Hoc ſuppoſito ſciendum eſt, quòd licet concluſio neceſſaria poſsit concludi ex præmiſsis contingentibus, vel ex altera ad minus, vt ſupradictum eſt, non tamen poteſt ſciri ex præmiſsis contingentibus, ſed ex neceſſarijs. Si enim ſcire vt ſupradictum eſt, eſt cauſam rei neceſſariam cognoſcere, ſi medium contingenter ſe habebit ad extremitates, non erit ei neceſſariũ, & per conſequens poterit remoueri concluſione neceſſaria ſtante, non ergo erit cauſa concluſionis. Ad hoc ergo quòd ſit cauſa concluſionis neceſſario debet ſe habere ad ambas extremitates, & ſic ambæ præmiſſæ erunt neceſſariæ. Patet ergo q̃ demonſtratio ꝓcedit ex præmiſsis neceſſarijs.

Quòd demonſtratio procedit ex præmiſſis, in quibus eſt per ſe, & non per accidens. Cap. 4.

Deinde dicitur, quòd demõſtratio procedit ex his quæ ſunt per ſe, & non per accidens. Sciendum, q̃ in demonſtratione affirmatiua potiſsima medium eſt diffinitio ſubiecti, ſimul ſumpta cum diffinitione paſsionis. Vnde in maiori propoſitione paſsio prædicatur de diffinitione ſubiecti, in qua exprimuntur principia ipſius paſsionis. Vt enim in primo tractatu dictum eſt ſubiectum cõparatur ad primam paſsionem non ſolum in ratione cauſæ materialis, ſed etiã in ratione cauſæ efficientis. Diffinitio ergo ſubiecti ſimul ſumpta cũ diffinitione paſsionis exprimit cauſam efficientem ipſius paſsionis immediatam & neceſſariam, hæc aũt eſt quartus modus dicendi per ſe vt ſupradictum eſt, in minori autem propoſitione prædicatur diffinitio de ſubiecto, & hæc eſt primus modus dicendi per ſe. In cõcluſione vero prædicatur propria paſsio de ſuo ſubiecto, & hæc eſt ſecundus modus dicendi per ſe. Verbi gratia, ſi vellemus demonſtrare, quòd omnis quaternarius numerus eſt par, ſic fit. Omnis multitudo menſurata per vnum, cuius per ſe non eſt mediũ eſt par, ſed omnis quaternarius numerus eſt talis multitudo, ergo omnis quaternarius numerus eſt par. Hic ſubiectũ eſt quaternarius numerus, paſsio vero eius eſt par, ſeu paritas, medium vero, quod fuit ſumptum, dicit diffinitionem numeri, quæ eſt multitudo menſurata per vnũ, & dicit diffinitionem paris, quia paris ſecundum ſe non eſt medium. In maiori propoſitione paſsio prædicatur de diffinitione ſubiecti, in qua exprimitur diffinitio ſua, & ſic eſt quartus modus dicendi per ſe. In minori propoſitione diffinitio ſubiecti prędicatur de ſuo ſubiecto, & ſic eſt primus modus dicendi per ſe. In concluſione vero prædicatur propria paſsio de ſuo ſubiecto, & eſt ſecundus modus dicendi per ſe. Patet ergo quòd demõſtratio procedit ex his quæ ſunt per ſe. Ratio communis huius ſit ſic. Syllogiſmus, qui procedit ex neceſſarijs, non procedit ex his quæ ſunt per accidens, ſed ex his, quæ ſunt per ſe, ſed vt dictum eſt, demonſtratio procedit ex neceſſarijs, ergo demonſtratio procedit ex his quæ ſunt per ſe.

Quòd demonſtratio procedit ex primis & immediatis. Cap. 5.

Deinde dicitur, q̃ demonſtratio procedit ex primis. Vbi nota, quòd in demõſtratione potiſsima prædicatur propria paſsio de ſubiecto in concluſione. In præmiſsis autem vel prædicatur diffinitio de ſubiecto, vel ꝓpria paſsio de diffinitione ſubiecti & ſua. Hæc autem omnia conuertibilia ſunt, & hoc eſt prædicari primo, vt ſupradictum eſt. Et propter hoc demonſtratio ſuperius poſita non eſt potiſsima, concluditur. n. par de numero quaternario, in plus. n. ſe habet par, quàm numerus quaternarius, quia dicitur de ſenario, octonario, & cæteris. Conuenit autẽ par adæquate alicui communi numero, qui eſt innominatus, & de illo ſi haberet nomen

nomen prædicatur per ſe & primo, & de illo poſſet fieri demonſtratio potiſsima. Sicut dicimus, quòd habere tres angulos æquales duobus rectis, conuenit per ſe primo triangulo, quia conuertuntur. Omnis enim triangulus habet tres angulos, & omne habens tres angulos eſt triangulus. Non autẽ conuenit iſocheli primo, quia non omne habens tres angulos eſt iſocheles. Tales propoſitiones demõſtrationum ſunt immediatę. Mediata enim propoſitio eſt illa, in qua prędicatum ineſt ſubiecto propter aliquid prædicatum, quod ſubiecto per prius conuenit ſicut riſibile ſorti, quia per prius conuenit homini. Immediata autem propoſitio eſt illa, in qua prędicatum non propter aliud conuenit ſubiecto ſic riſibile conuenit diffinitioni hominis, & omnis propria paſsio diffinitioni ſui ſubiecti & ſuæ. Patet ergo quòd demonſtratio procedit ex primis principijs & immediatis. Sciendum quòd differt primum, & immediatum. Nam non omne quod primo ineſt dicitur immediatum. Riſibile enim primo ineſt homini, ſed non immediate, quia per prius ineſt diffinitioni hominis, & ſuæ aliter diffinitio non eſſet medium ad concludendum riſibile de homine. Simi liter etiam non omne quod immediate ineſt, primo ineſt, homo enim immediate ineſt ſorti, nõ tamen primo, quia de pluribus dicitur homo quàm ſortes. Vnde prę-miſſæ demonſtrationis oportet quòd vtrunq; habeant. Sciendum etiam, quòd cum prima principia in demonſtratione aliquando ſint mediata, quia per aliquod medium poſſunt demonſtrari, tamen demonſtrator accipit ea vt immediata & indemõſtrabilia. Non enim ſunt demonſtrabilia in illa ſcientia, de qua eſt demonſtratio, ſed in ſcientia ſuperiori, & ideo licet habeant medium, tamen accipiuntur vt immediata.

Quod demonſtratio procedit ex proprijs, & non ex Extraneis, nec ex communibus. Cap. 6.

Deinde dicitur, q̃ demonſtratio procedit ex proprijs. Vbi nota, quòd proprium aliquando dicitur eſſe aliquid, quia non eſt extraneum, & aliquando dicitur eſſe proprium, quia non eſt commune. Vtroq; autem modo procedit demõſtratio ex proprijs, quia non ex extraneis, nec communibus. Quod autem non procedat ex extraneis ſciendum, quòd in demonſtratione ſunt tres termini, ſicut in quolibet ſyllogiſmo, ſcilicet maior extremitas, quæ eſt propria paſsio, minor extremitas, quę eſt ſubiectum, & medium, quod eſt diffinitio ſubiecti cum diſtinitione paſsionis. Si autem medium eſſet extraneum à maiori vel minori extremitate, quòd ſcilicet non eſſet diffinitio vtrunque comprehendens, tunc maior extremitas non prędicatur de eo per ſe, nec ipſum de ſubiecto per ſe prædicaretur, ſed probatũ eſt, quòd in maiori propoſitione maior extremitas prædicatur per ſe de medio in quarto modo dicendi per ſe, & in minori propoſitione prędicatur medium de minori extremitate per ſe in primo modo dicendi per ſe, ergo nullo modo demonſtratio procedit ex extraneis, ſed ex proprijs. Sciendum, quòd licet in demonſtrationibus non ſit deſcenſus ex vno genere in aliud genus extraneũ, tamen nihil prohibet aliquando ſubiectũ vnius demonſtrationis contineri ſub ſubiecto alterius demonſtrationis, & contrahere illud. Verbi gratia, dato quòd demonſtraretur hæc paſsio, ſcilicet ſenſitiuũ per diffinitionem animalis de ipſo animali, ſi eadem paſsio demonſtraretur de homine per idem medium vel per medium contractum ad diffinitionem hominis, tunc vna demonſtratio fieret ſub alia demõſtratione, & eſſet ſubiectum ſub ſubiecto. Sciendum etiam eſt, quòd talis contradictio aliquando eſt in eodem genere ſimpliciter, ſicut dictum eſt de animali & de homine, quia aliquando contrahitur ad hominem per aliquam differentiam extraneam, aliquando vero talis contractio ſeu deſcenſus ſit in eodem genere ſecundum quid, quia ſubiectum contrahitur per differentiã extraneam, ſicut viſuale eſt extraneum à genere lineæ, & ſonus eſt extraneus à genere numeri. Vnde linea, quæ eſt ſimpliciter ſubiectum Geometriæ, & linea viſualis, quæ eſt ſubiectũ perſpectiue, non ſunt ſimpliciter vnius generis, ſed ſolum ſecundum quid, & ſimiliter ſe habet de numero, qui eſt ſubiectum Arithmeticæ, & de numero ſonoro, qui eſt ſubiectum Muſicæ. Et ideo, quando ea, quæ ſunt lineæ ſimpliciter, applicantur ad lineã viſualem fit quoddammodo deſcenſus in aliud genus. Vnde in demonſtratione, quæ fit in ſcientia perſpectiua, & in Muſica proceditur quodammodo ex principijs extraneis. Patet ergo qualiter demonſtratio procedit ex principijs ſeu præmiſsis proprijs, & non extraneis. Quod etiam procedat ex proprijs, & non ex communibus, ſciendum, quòd in demonſtratione quædam principia concurrunt actualiter, quædam vero virtualiter. Quædã vero principia dicuntur dignitates, ſeu communes animi conceptiones, quia ita naturaliter intellectus noſter inclinatur per lumen ſuum ad ea cognoſcenda, quòd ſtatim cognitis terminis cognoſcit illa principia, vt omne totum eſt maius ſua parte. Nam ſtatim, q̃ ratio cognoſcit, quid eſt totum, & quid eſt pars cognoſcit hoc eſſe verũ, ſcilicet omne totum eſt maius ſua parte. Iſta autẽ principia ſeu propoſitiones primæ ſunt maius & minus communia. Vnde illud principium commune, de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, eſt commune in omni ente, ſed iſtud principium, omne totum eſt maius ſua parte, ſolum conuenit enti corporeo, & non ſubſtantijs ſeparatis, quæ nec totum habent, nec partem, & ſic ſe habet de multis alijs. Vnde dicta principia non intrant actu demonſtrationes, quæ fiunt in ſcientijs, ſed virtute, quando enim dico quancunq; propoſitionem, primum intrat in eam virtute. Cum enim dico, Petrus currit, certum eſt, vel quia homo eſt, vel non eſt, ergo hoc principium, ſcilicet de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, virtute eſt in qualibet præmiſſarum demonſtrationis, & ſic eſt de alijs principijs minus communibus reſpectu demonſtrationum, in quibus ſunt virtute. Vnde dicere, q̃ demonſtrationes non procedunt ex his principijs virtute, falſum eſt. Sed dico, quòd talia principia communia actu non intrant demonſtrationem. Vnde illæ, qui voluit demonſtrare quadraturã circuli per principia communia ſic arguẽdo, Vbi inuenitur maius & minus ibi inuenitur æquale, ſed inuenitur quadratum maius circulo & minus circulo, ergo inuenitur æquale male demonſtratuit. Ratio eſt. Nam vt ſupra probatum eſt, demonſtratio procedit ex primis & immediatis, ſed vtendo iſtis principijs, ambæ propoſitiones demonſtrationis non erunt immediatæ & primę, quoniam eſſe maius vel minus circulo non ſolum conuenit quadrato, ſed etiam triangulo & multis alijs figuris, non ergo in iſta propoſitione eſt primum, ſeu quod primo ineſt. Nec eſt immediata, quia per multa media poſſet hoc probari, non ergo ex talibus procedit demonſtratio. Alia vero principia demonſtra-

tionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis sunt,quæ actu intrant demonstrationẽ,quę etiam dicuntur positiones, suppositiones & diffinitiones. Ad sciendũ autem hæc nomina, nota, quòd quicquid in demonstratione ante cõclusionem ponitur dicitur positio, eo,quòd posita est ante conclusionem. Positionum autẽ quædam non assumunt esse vel non esse, & talis est diffinitio, non enim dicitur diffinitio ista, homo est animal rationale mortale,sed diffinitio solum est hoc,scilicet animal rationale mortale, sine hoc ꝙ addatur sibi esse vel non esse, & talis diffinitio est positio. Aliquando positio assumit esse vel non esse, vt cum dicimus, homo est animal rationale mortale,& hęc dicitur suppositio.Sciendum, quòd tales suppositiones non sine causa dicuntur suppositiones. Vbi nota,quòd propositio per se nota dicitur,in qua prædicatum est de ratione subiecti,tales autem debent esse præmisse demonstrationum,vt infra dicetur. Sciendum, quòd aliquarum propositionum termini sunt in communi omnium notitia, vt sunt ens, verum, bonum, vnum, aliquid, & res, & huiusmodi quæ pertinent ad primas conceptiones intellectus,quæ statim vt audiuntur cognoscuntur. Vnde propositiones,quę ex eis fiunt, non solum sunt per se notæ in se, sed etiam quo ad nos, vt de quolibet dicitur esse vel non esse. Vnde tales non dicuntur suppositiones. Aliæ vero propositiones sunt in quibus licet prædicatum sit de diffinitione subiecti,& tamen diffinitio subiecti non est omnibus nota,& per consequens non est omnibus notum, quòd prædicatum sit de eius diffinitione, sicut ista,omnes anguli recti sunt æquales. Aequale enim est de diffinitione anguli recti. Est enim angulus rectus,qui causatur ex linea recta perpendiculariter cadente super lineam rectam, ita quòd ex vtraque parte anguli reddantur æquales. Quia ergo non omnes hoc sciunt, scilicet quòd æquale sit de diffinitione anguli recti,ideo hoc supponitur,& propter hoc dicitur suppositio. Alio modo propositio demonstrationis potest dici suppositio. Nam quædam propositiones sunt, quæ probantur per principia superioris scientiæ,vt infra ostendetur, & ideo inferior scientia, oportet quòd supponantur. Et quia ex talibus principijs seu præmissis proprijs procedit demonstratio, quia actu intrant in ea,ideo procedit ex proprijs,nõ ex cõmunibus. Patet ergo quomodo demonstratio procedit ex proprijs, &c.

Quòd demonstratio procedit ex per se notis. Cap. 7.

DEinde dicitur, quòd demõstratio procedit ex per se notis. Per se nota enim dicũtur propositiones, in quibus prędicatum est de diffinitione subiecti, vel immediate causatur ex principijs eius.Sed ea,ex quibus procedit demonstratio,sunt huiusmodi. nam in maiori propositione prædicatur propria passio de diffinitione subiecti, & sua, quæ est immediata causa sui, seu exprimit immediata principia eius, in minori vero prædicatur diffinitio de subiecto, ergo demonstratio procedit ex per se notis. Sciendum,quòd quædam propositiones sunt per se notæ in se, & non quo ad nos, sicut hæc, omnis febricitans habet pulsum excitatum. Licet enim hoc sit notum in se, quia febris est causa excitationis pulsus, tamen non est per se notum quo ad nos, sed econverso cognoscimus febrem per excitationem pulsus. Ex talibus autem per se notis, non procedit demonstratio. Si enim propter quod vnumquodq; & illud magis, propter præmissas autem innotescunt nobis cõclusiones,ergo oportet quòd præmissæ sint nobis magis notæ. Vnde cõclusiones nullo modo possent nobis fieri notę nisi prę missæ essent nobis magis notę. Demonstrationes autem fiunt,vt cõclusiones fiant nobis notæ, ergo demonstrationes procedunt ex notioribus quo ad nos. Quędã autem propositiones sunt per se notę & in se quo ad nos,vt omnis numerus,cuius per se non est medũ,est par, quia omnis numerus,qui non habet secundum se medium, dicitur par,& econuerso,& ex talibus procedit demonstratio. Patet ergo, ꝙ demonstratio procedit ex per se notis & notioribus nobis. Ex prædictis potest cõcludi,quòd demonstratio & scientia,quę est habitus cõclusionis demonstratæ, semper sit de incorruptibilibus & sempiternis. Vbi enim saluatur dici de omni, oportet ꝙ illud sit incorruptibile & sempiternum. Sicut enim supra dictũ est, dici de omni dicitur, quod non aliquando ineſt, & aliquando non ineſt, semper ineſt, corruptibilia aũt non sunt semper in eis,ergo non saluatur dici de omni,sed solum in sempiternis. Sed in demonstratione potissima, quæ habet ambas propositiones vniuersales, saluatur in omnibus dici de omni, ergo demonstratio est de incorruptibilibus & sempiternis. Apparet etiam ꝙ diffinitio est sempiternorum. Licet enim incorruptibilia diffinian tur,non tamen diffinuntur inquantũ corruptibilia sunt. Solum.n. particularia sunt corruptibilia, particulare autem non diffinitur. Vnde diffinitio est corruptibilium per accidens, sempiternorum autem est per se. Sciendũ, ꝙ quędam sempiterna seu ęterna,vt ad propositum demonstrationis pertinet,non sunt semper secundum tempus,sunt aũt per compositionem ad causam. Quia nunquam deficit quin posita tali causa ponatur effectus,sicut defectus solis nunquam deficit quin interposita luna inter nos & solem sit, tamen defectus solis non est semper nisi tunc. Quędam vero non sunt semper,nec per comparationem ad tempus, nec per comparationem ad causam, quæ impediri potest. Non enim semper ex semine hominis generatur homo cum duobus oculis,sed quandoq; deficit propter impedimentũ causę agentis vel materiæ. In vtrisq; autem sic ordinandæ sunt demonstrationes ad hoc ꝙ sint ex sempiternis,vt ex vniuersalibus propositionibus inferatur conclusio vniuersalis, remouendo illa, in quibus potest esse defectus vel ex parte temporis vel ex parte causæ. Patet ergo quòd demonstratio est ex sempiternis tam in præmissis quàm in conclusione. Scientia ergo,quæ est habitus conclusionis demonstrationis, est ex sempiter..is.

Quòd demonstratio procedit ex causis conclusionis. Cap. 8.

DEinde dicitur, ꝙ demonstratio procedit ex causis conclusionis, quod dupliciter potest intelligi. Vno modo,quòd præmissæ sint causa quòd maior extremitas insit minori,& hoc non solum est verum in demonstratione,sed etiam in omni syllogismo,in quo ex veris concluditur verum. Vnde in isto syllogismo,scilicet omnis homo currit,sortes est homo,ergo sortes currit,dato quòd hoc sit verum,f.omnis homo currit,& sortes est homo,sequitur necessario vt effectus, quòd sortes currit. Alio modo intelligi potest ꝙ præmissæ sint causa conclusionis, quia in eis continetur causa tam subiecti quam etiam prædicati ipsius conclusionis, & sic hoc solum conuenit demonstrationi. Sciendum quòd,quia vt supra dictum est, scire propter quid, est causam rei cognoscere, gnoscere, medium autem, quod est in demonstratione, quæ est syllogismus faciens scire, est diffinitio subiecti & passionis, omnis autem bona diffinitio datur per aliquam causam, ergo medium, quod stat in præmissis, est causa subiecti & passionis,aliter tamen sub ecti,& aliter passionis. Vbi sciendum est,quòd cum quatuor sint causæ,scilicet materialis,formalis efficiens, & finalis,à qualibet harum potest sumi diffinitio. verbi gratia,dicendo domus est cooperimentum cum lapidibus, cemento, & lignis, est diffinitio per causam materiale. Si vero dicatur, Domo est cooperimentum quadratum longum, & altum,erit diffinitio per causam formalem,si vero dicatur domus est cooperimentum factum ab artifice cum martellis, regulis, & plumbo, erit diffinitio per causam efficientem. Si vero dicatur,domus est cooperimentum prohibeus nos à pluuijs, frigore, & calore,erit diffinitio per causam finalem. Cum ergo subiectum per tot causas possit diffiniri, medũ quod est eius diffinitio, vt dictum est,se habebit ad illud in habitudine tot causarum. Respectu vero passionis habet se medium in habitudine duarum causarum,scilicet materialis & efficientis. Subiectum enim vt dictũ est, comparatur ad propriam passionem,& vt subiectum & vt efficiens,& eodem modo se habet diffinitio subiecti respectu passionis. Sciendũ, quòd quia causæ habent ordinem adinuicem ex vna sumitur ratio alterius. Ex forma enim sumitur ratio materiæ, quia talem oportet esse materiam qualem forma requirit. Efficiens autem est ratio formę: quia enim omne agens agit sibi simile, oportet ꝙ secundum modũ agentis sit modus formæ,quæ ex actione sequitur. Ex fine vero sumitur ratio efficientis, quia omne agens agit propter finem, oportet ergo,quòd diffinitio, quæ sumitur à fine,sit ratio, & causa probatiua aliarum diffinitionum, quæ sumuntur ex alijs causis. Et quæ sumitur ab agente, aliarum duarum. Et quæ sumitur à forma, eius quæ sumitur à materia, ideo diffinitio, quæ sumitur à materia, potest demonstrari per causam finalem,& sic de alijs. Et propter hoc dicit Philosophus Primo Posteriorũ, quòd diffinitio vel est cõclusio demonstrationis,f.quando est per talem causam, quæ concludi posit ex diffinitione, quæ fiat per aliam causam. Vel est principium demonstrationis,f.quando est econuerso ex causa, quæ sit ratio & causa probatiua alterius. Vel est demonstratio sola positione seu ordinatione differens,f. quãdo tales duas causas comprehendit. Et sic patet de partibus diffinitionis demonstrationis,quas continet eius materia.

Quòd demonstratio potissima affirmatiua sit solum in prima figura & in primo modo eius. Cap. 9.

NVnc restat dicere de eius forma. Nam in eius diffinitione dictũ est quòd est syllogismus. Vbi nota, quòd demonstratio aliquãdo est affirmatiua, aliquando negatiua. Demonstrationum autem tam affirmatiuarum quàm negatiuarum, quędam sunt potissimæ, quædam vero non potissimæ. Potissimæ dicuntur illæ, in quibus obseruantur omnia illa, quæ de demonstratione dicta sunt nullo omisso,si vero aliquid omitteretur non esset potissima. Vnde videndum est in quibus figuris fiant demonstrationes potissimæ,& primo affirmatiuæ. Sciendum,quòd demonstratio potissima affirmatiua debet fieri solũ in prima figura, & in primo modo eius. Quod sic potest patere. Nam in ea figura & in eo modo eius demõstratio debet fieri propter quid, vbi medium est causa passionis & subiecti, ita ꝙ præmisse sint per se, in quibus conuenienter potest medium assignari causa passionis & subiecti. Sed hoc non potest fieri nisi in prima figura. nam in secunda figura non concluditur affirmatiua,in tertia vero figura & si concludi potest affirmatiua, tamen quia medium in vtraq; propositione subijcitur,in minori propositione,in qua subiectũ prædicaretur de sua diffinitione,non esset prædicatio in aliquo modo dicendi per se, quod nõ contingit in prima figura, in qua in minori propositione prædicatur diffinitio de subiecto,vt dictum est, ergo in sola prima figura fit demonstratio potissima affirmatiua. Etiam oportet quòd fiat in primo modo eius, vt enim supra dictũ est in demonstratione potissima tam in præmissis quàm in conclusione saluatur dici de omni & primum,quod non posset fieri nisi omnes essent vniuersales, sed hoc solum fit in primo modo primę figurę,ergo solum in eo potest fieri demonstratio potissima. Demonstrationes vero nõ potissimæ possunt fieri & in tertio modo primæ figuræ, & in tertia figura in modis concludentibus affirmatiuã. Patet ergo in qua figuram in quo modo potest fieri demonstratio potissima affirmatiua.

Quòd demonstratio potissima negatiua debet fieri in secundo modo. secundæ figuræ. Cap. 10.

AD sciendum autem qualiter debeat fieri demonstratio potissima negatiua videamus,vtrum talis demonstratio possit esse. Dico,quòd licet in demonstratione negatiua non possint esse,nec seruari omnia supradicta de de demõstratione, non.n.potest in propositione negatiua aliquid per se prædicari,cum dici per se sit affirmatiuę,tñ sufficit in tali demonstratione,quòd præmissę sint necessarię,& immediatę. Qualiter aũt tam affirmatiuæ quàm negatiuę sint necessarię dictum est in tractatu syllogismorum, & qualiter affirmatiua sit immediata dictũ est supra. Restat ergo dicere qualiter negatiua sit mediata,vel immediata. Notandum, ꝙ quando aliquid negatur de aliquo & econuerso,& de altero termino aliquid potest vniuersaliter prædicari, de quo alter terminus potest negari, tunc propositio vniuersalis negatiua formata ex primis duobus terminis potest demonstrari mediante illo,qui prędicatur vniuersaliter affirmatiue de altero illorum terminorum. Verbi gratia homo potest negari de lapide & econuerso,vt nullus homo est lapis, & quia de homine potest prædicari aliquid vniuersaliter,scilicet animal,dicimus enim omnis homo est animal,& de animali potest negari lapis,ergo illa propositio,scilicet nullus homo est lapis est mediata. Potest enim probari per medium sic, nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Et idem sequitur, si aliquid potest prædicari vniuersaliter de lapide, quòd possit negari de homine vel de quo posset homo negari. Erit ergo propositio negatiua immediata, quando duo termini negati abinuicem ita se habebunt, quòd neuter eorum habebit aliquid, quod de ipso vniuersaliter prædicetur, quod ab altero termino negari possit,vel ille terminus ab eo, verbi gratia, nulla substantia est quantitas,ista est immediata,nullus enim terminus potest vniuersaliter prædicari de substantia, qui negatur de quantitate, de substantia, enim prædicatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersaliter ens, quod tamen non negatur de quantitate. Similiter etiam duę diffinitiones duarum specierum sub aliquo genere immediate contentarum faciunt pro positionem negatiuam immediatam, vt est ista, nullum animal rationale mortale est animal irrationale mortale, animal enim rationale mortale est diffinitio hominis, animal vero irrationale mortale est diffinitio bruti, brutum aũt & homo immediate sunt sub animali. Et idem erit de duabus differentijs ex opposito diuidentibus idẽ genus, vt nullum rationale est irrationale. Secus autem est de speciebus per illas differentias constitutis, vt nullus homo est brutum, quia supra hominem est aliquid quod posset negari de bruto, scilicet rationale, & supra brutum est aliquid, quòd posset de homine negari, s. irrationale, ideo sunt immediatę, licet nõ proprie possit dici quòd rationale sit supra hominem, nec irrationale supra brutum, & ideo non proprie sunt mediatæ. His habitis statim potest sciri qualiter fiat demonstratio negatiua, & in qua figura. In tertia enim figura, quia non concluditur vniuersalis negatiua, in ea non potest fieri talis demonstratio potissima. Vnde, quia in prima & secũda figura potest concludi vniuersalis negatiua, in vtraq; potest fieri talis demonstratio eam concludens, sed potissima solũ potest fieri secundo modo secundæ figuræ. Ratio est, quia licet scientia sit de vero, non tamen de omni vero, quantũcunq; syllogizetur ex immediatis. Vnde dicendo sic, omnis habitus est qualitas, omnis virtus est habitus, ergo omnis virtus est qualitas, licet talis conclusio sit vera, & ex veris & immediatis & necessarijs, & per se nõ tamen per se ea causabitur scientia, sed in demonstrationibus affirmatiuis solum causatur scientia ex conclusionibus veris, quarum premissæ sunt verę, & immediatæ & huiusmodi, vt dictum est, sunt in quarum conclusionibus predicatur propria passio de subiecto proprio. Sic etiã in demonstratione negatiua nõ causabitur scientia ex habitu eius conclusionis, dato quòd conclusio sit vera, & cõcludatur ex immediatis nisi propria passio vere negetur de eo quòd non est sibi subiectum. Vel ab eo quòd non exprimit causam suam, sicut exprimit diffinitio proprij subiecti, & talis vere erit demostratio potissima, hæc autem non poterit fieri ex propositionibus immediatis nisi in secundo modo secũdæ figurę sic. Omne risibile est animal rationale ad apprehensionem conuenientis emittens spiritum dilatando os, sed nullum irrationale est tale animal rationale ad apprehẽsionem, &c. ergo nullum irrationale est risibile. Certum est, ꝙ maior est immediata. nam in ea predicatur diffinitio passionis & subiecti de ipsa passione. Minor etiam est immediata, vt dictũ est. In conclusione vero remouetur passio ab eo, quòd non est sibi subiectum. Hoc autem non posset fieri in prima figura, nec in primo modo secundę figuræ. Si enim in prima figura diceretur sic, nullum irrationale est risibile, omne brutum est irrationale, ergo nullum brutum est risibile, tunc maior non esset immediata. Et si fieret syllogismus in primo modo secundæ figuræ, licet præmissæ possent esse immediate, non tamen concluderetur remouendo passionem à subiecto, sed econuerso sic. Nullum irrationale est animal rationale, sed omne risibile est animal rationale, ergo nullum risibile est irrationale. Potest etiam fieri demonstratio particularis negatiua in quarto modo secundæ figuræ. Et sic patet de forma demonstrationis in quibus figuris, & modis fieri debeat. Patet ergo de demonstratione propter quid.

Quòd demonstratio Quia procedit ab effectu ad causam, vel à causis remotis ad effectum. Cap. 11.

NVnc dicendũ est de demõstratione quia. Vbi primo vidẽdum est quid significetur per hoc quòd dicitur propter quid, & quid per hoc quòd dicitur quia. Notandum, ꝙ de re quatuor scire possumus, s. quid est, an est, quia est, & propter quid est. Ad quæ intelligenda sciendum est, ꝙ cum scientia nõ sit nisi verorum, verum autem & ens conuertuntur, de esse ergo erit scientia. Vt autem dictũ est in tractatu de prædicamentis duplex esse inuenitur in rebus, scilicet esse essentiæ, & esse actualis existentię, & quia esse essentię dicitur quiditas seu quid est res, ideo cum scimus esse essentiæ alicuius rei, dicimur scire quid est de ipsa. Esse autem actualis existentiæ aliter se habet in substantia & alter in accidente. Quia enim accidentis esse est inesse, scire autem esse actualis existentiæ subiecti est solũ scire quòd actu sit, & hoc est scire de ipso an est. Sed scire de accidente esse actualis existẽtiæ est scire de ipso, quia est. Vnde scire quia est, nihil aliud est quam scire hoc inesse huic. Et quia aliquando aliquid inest alicui propter aliquam causam, ideo scire illam causam est scire propter quid. Patet ergo quòd scire quia est, de aliqua re, est scire ipsam inesse alicui ignorãdo causam quare insit, scire autem propter quid est scire aliquam rem inesse alicui, & scire causam quare sibi insit. Demõstratio ergo propter quid est illa, in qua manifestatur causa quare prędicatũ inest subiecto in conclusione. Demonstratio vero quia dicitur illa in qua concluditur aliquid inesse subiecto alicui, non tamen assignatur causa quare sibi inest. Vt autem dictũ est supra ad demõstrationem propter quid requiritur vt procedat ex causis, & ex mediatis. Non enim sufficit scire causam, sed quoniam est causa eius quod scitur, si erit causa immediata. Demonstratio ergo quia, erit vel quia non procedit ex causis, vel quia non procedit ex immediatis, sed ex causis remotis. Quantũ ad primum sciendum, quòd, vt dictum est, demonstratio dicitur causa innotescendi, s. vt per præmissas nobis innotescat cõclusio, hoc aũt fieri non posset, nisi præmissæ essent nobis magis notæ, & hoc est necessarium, vt. s. demonstratio procedat ex notioribus quo ad nos. Contingit aũt aliquando vt immediatus effectus sit nobis magis notus quàm causa, ideo in talibus oportet demonstrationem procedere ab effectu ad causam, verbi gratia, moueri & sentire est immediatus effectus habentis animam sensitiuã, & est magis notũ nobis quòd aliquid moueatur & sentiat, quia hoc sentimus, quam hoc ꝙ habeat animam sensitiuam. Et ideo si procedatur sic. Omne quod mouetur & sentit habet animam sensitiuam, sed omne animal mouetur & sentit, ergo omne animal habet animam sensitiuam. Modo concluditur de animali, ꝙ habet animã sensitiuam, non tamen per causam, sed per effectum, qui est moueri & sentire. Si vero fieret demonstratio & conclusio, esset demonstratio propter quid sic. Omne habens animam sensitiuam mouetur & sentit, sed omne animal habet animã sensitiuam, ergo omne animal mouetur & sentit. Sciendum, ꝙ tales demonstrationes quia, aliquando sunt in talibus terminis, quę omnes sunt cõuertibiles inter se, s. medium, maior extremitas, & minor extremitas, sicut est in terminis prædictis. Omne. n. animal mouetur & sentit, & habet animã sensitiuam, & omne quod

mouetur & sentit, & habet animã sensitiuam, est animal, & omne quod habet animam sensitiuam est animal, & mouetur & sentit, & in talibus terminis fiunt demonstrationes vniuersales. Aliquando autem accidit quòd medium, s. effectus, plus moueri & sentiue, si habet in plus quàm minor extremitas, & adhuc fit syllogismus siue demonstratio cõuenies sic. Omne quod mouetur & sentit habet animam sensitiuam, sed omnis homo mouetur, & sentit, ergo omnis homo habet animã sensitiuam, homo enim in minus se habet quàm quod mouetur & sentit, si vero medium in minus se habet quàm minor extremitas, non fit demonstratio sic. Omne quod mouetur & sentit, habet animam sensitiuam, omne corpus mouetur & sentit, hæc est falsa. Econtrario autem si medium se habet in minus quàm maior extremitas fit demonstratio sic. Omne quod mouetur & sentit est corpus, omne animal mouetur & sentit, ergo omne animal est corpus. Si vero mediũ in plus se habet quàm maior extremitas non fit demonstratio. Ex effectu enim qui est ex pluribus causis non potest cõcludi vna causa, sicut sic, ex moueri & sentire non posset concludi rationale. Patet ergo de demonstratione quia, quæ procedit ab effectu ad concludendum causam. Ex causis autem remotis procedit demonstratio quia in eadem sciẽtia & in diuersis. In eadem scientia, sicut demonstratio anachardis, quæ talis fuit. Vbicunque non sunt vites, non sunt syllabatores seu cantores, sed apud scythas non sunt vites, ergo apud scythas non sunt syllabatores seu cantores. Certè licet vites sint causa cantus, tamen sunt causa multum remota. Vites enim sunt causa vuarum, vuę vero sunt causa vini, vinum autẽ est causa letitiæ, & letitia est causa cantus, certum est, quòd talis demonstratio est quia. Non enim sic demonstrando cognoscere possumus per causam immediatam quare scythæ nõ cantant, sed per multas alias demonstrationes intermedias factas, & sic per eam nescitur propter quid, sed quia, &c.

Quòd in demonstratione aliqua sunt præcognita ante conclusionem, & aliqua sunt cognita postquam demonstrata est. Cap. 12.

AD cognoscendum autẽ qualiter fiat demonstratio quia in alijs scientijs sciendum est, ꝙ in qualibet demonstratione in quacunq; scientia fiat antequam conclusio demonstretur aliquid præscimus, & aliquid de ea scimus postquam demonstrata est. Vt enim dictum est in demonstratione sunt tres termini, s. subiectum, passio, & diffinitio vtriusque, est medium & sunt in prima principia, seu dignitates in virtute. Vnde antequã demonstremus prescimus de dignitatibus quia vere sunt. Non enim possunt complexa diffiniri, cum autem dignitates sint complexæ, ergo non possunt diffiniri, de eis ergo nõ possumus scire quid sunt, nec per consequens ante demonstrationẽ præscire quid est de ipsis, sed præscimus de eis quia sunt, debent enim credi esse vera, ita enim sunt nota lumine naturalis rationis, quòd cognitis terminis cognoscimus, quia vera sunt, vt supra dictũ est, nec scimus de eis propter quid, cũ sint primæ animi conceptiones. De passione autem præscimus quid est, quia diffinitionem habet, quam oportet præcognoscere antequam fiat demonstratuo. Nisi enim demonstrator prescíat medium, nunquam syllogizabit, medium autem in demonstratione est diffinitio subiecti & passionis. De ipsa passione aũt non possumus præscire, quia est, scilicet esse actualis existentiæ ipsius. Cum enim accidentis esse sit inesse, præscire illam inesse est scire ipsius esse actualis existentiæ, & sic ante quam demonstremus eam scimus demonstrationem ipsius. Nam demonstratio nihil aliud ostendit nisi passionem inesse subiecto, vt dictũ est hoc autem est falsum, non ergo de ea præscimus quia est. De subiecto aũt præscimus quid est, quia iam oportet præscire medium, vt dictum est, eius autem diffinitio simul cum diffinitione passionis est medium. Præscimus etiam de ipso quia est, de ipso enim quod actu non est nihil sciri potest, & dico esse actu, tam in se quàm in suis causis. Licet enim rosa iam actu non sit, quia tamen est in causa sua possumus de ipsam aliquam passionem demonstrare. Patet ergo quid in demonstratione præscimus. Quid autem de ipsa scimus, postquam facta est, ad hoc videndũ nota, quòd in demonstratione sunt premissæ & est conclusio. Præmissæ autem vel sunt primæ in scientia, vel sunt secundariæ. Verbi gratia, in scientia de animalibus primum principium est, omne corpus animatum sensibile mouetur & sentit, supra istud principiũ nullum inuenitur prius & vniuersalis in eadem scientia, nisi dignitates, quæ, vt dictum est, non actu iotant demonstrationem, vnde non continentur in eadem scientia, sed in scientia communi. Secundaria vero principia sunt, quæ per prima demonstrantur, & sunt primo conclusiones, postea in eadem scientia sumuntur vt principia ad demonstrandum alia. verbi gratia, facio primam demonstrationem sic. Omne corpus animatum sensibile mouetur & sentit, omne animal est tale corpus, ergo omne animal mouetur & sentit. Postea accipio istam conclusionem, & facio eam præmissam sic. Omne animal mouetur & sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo mouetur & sentit. Istud dicitur principium secundarium. De primis autem principijs in scientia scitur solum quia sunt, si enim sciretur propter quid sunt, oporteret demonstrari quòd non posset fieri nisi per aliqua priora, non ergo fuissent prima, sed suppositum est quòd erant prima, ergo de eis non potest sciri propter quid sunt in ista scientia. Et propter hoc communiter dicitur, quòd nulla sciẽtia probat sua principia, sed si probari debent, probantur per scientiam superiorem, sicut naturalis scientia probat principia scientiæ de animalibus. Est enim naturalis de omni corpore mobili. Vel ad minus possunt probari per mathematicam, vel per dialectica, quæ sunt scientię omnibus communes, & probant principia omnium scientiarum, sed mathematica demonstratiue, dialectica vero probabiliter seu opinatiue. De secundarijs vero principijs in scientia scitur propter quid, illa enim alibi probantur vt dictum est. Patet ergo quid in demonstratione scimus de principijs, de conclusione autem in demonstratione propter quid scimus propter quid, in demõstratione vero quia nescimus propter quid, quia medium vel non est causa conclusionis, sed effectus vt dictum est, vel quia est causa remota. Notandum, ꝙ duę scientię possunt esse de eodem subiecto, vna formaliter, alia naturaliter, sicut geometria est de linea formaliter, perspectiua vero est de linea non inquantum linea, sed inquantũ est visualis. Vnde quicunq; per principia lineę inquantum est linea demonstraret aliquid de linea visuali de conclusione illa sciret geometra propter quid, perspectiuus vero sciret solũ quia. v. g. fiat talis demonstratio. Omnis longitudo sine latitudine, in qua medium non discrepat ab extremis est recta, sed linea transiens per tabellas quadratas est huiusmodi longi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitudo,ergo linea tabellarum quadratarum est recte. De ista cõclusione scit geometra propter quid, quia scit causam rectitudinis linearum. Sed perspectiuus eam supponit,quia ignorat causam,& ideo de prædicta conclusione scit quia, & non propter quid, & sic de alijs. Et tunc scientia inferior vocatur subalterna,quia,s.est materialis superior vero dicit subalternãs,quia est formalis. Sciendum,q aliquando contingit scientiam subalternatam respectu alterius scientiæ esse subalternantem,sicut perspectiua respectu geometriæ est subalternata,respectu vero scientiæ de hyride est subalternans, cum enim scientia de hyride sit pars scientiæ naturalis assumit principia perspectiuæ ad aliquam conclusionem probãdam, & sic de illa cõclusione solum scit quia,perspectiua vero propter quid. Sciendum,q aliquæ scientiæ non habent subiectũ materialiter sumptũ sub formali,& tamen in aliqua conclusione accipiunt principia alterius scientiæ,& de illa conclusione sciunt quia,& non propter quid.v.g.quòd vulnera circularia tardius sanentur est conclusio in medicina,cuius subiectum non est sub subiecto Geometriæ,& tamen hęc conclusio probatur per principia geometrię, quæ sunt quòd partes circuli, quia carent angulis, minus sibi appropinquant. Ex hoc sequitur quòd talia vulnera tardius sanentur. Patet ergo de demonstrationibus propter quid, & quia, &c.

Quòd scientia, quæ est per causam, & quæ dicit formam, est certior quàm illa, quæ dicit effectum, & quæ dicit materiam. Cap. 13.

Dicto de demonstrationibus dicẽda sunt aliqua de scientijs,quæ sunt effectus earum. Circa hoc videnda sunt duo. Primo,quid requiritur ad hoc q scientia sit certa secundo quid requiritur ad hoc q scientia sit vnum. Quantum ad primũ, sciendum, quòd illa scientia simpliciter dicitur certior, quæ procedit ex notioribus simpliciter,& ex notioribus quo ad nos. Dupliciter aũt potest esse aliquid notius alio simpliciter. Vno modo causa est simpliciter notior effectu. Alio modo forma est simpliciter notior materia. Principium.n.cognoscendi materiam est ex forma,illæ ergo scientiæ,quę dicunt causam,& propter quid, sicut dictũ est de scientijs subalternantibus,sunt certiores illis,quę dicunt materiã. Vnde certior est geometria,quæ est de linea quantum ad sua principia formalia, quàm perspectiua, quæ est de linea visuali,vel scientia de triangulo quàm illa quæ est de triangulo æneo. Et quia vt.7.Met.dicitur,duplex est materia,s.materia sensibilis, vel materia naturalis, & materia intelligibilis,vt cotinuitas,ideo scientia,quę ab vtraq; materia abstrahit,est certior illa, quæ non abstrahit nisi ab vna. Geometria.n.abstrahit à materia sensibili, & licet tractet de corpore, sicut & scientia naturalis, tñ certior est scientia naturali, quę non abstrahit à materia sensibili. Arithmetica autem,quę abstrahit à materia sensibili,& continuitate,quæ vt dictum est materia intelligibilis est,ideo certior est geometria. In triplici.n.genere sunt scientiæ certiores. Primo illę,quę dicunt causam & propter quid, sunt certiores eis, quæ dicunt effectum, & quia. Secundo illæ,quę dicunt formã,sunt certiores illis, quæ concernunt materiam sensibilem. Tertio illæ, quæ ita dicunt formam, q nec etiam concernunt materiam intelligibilem,sunt certiores eis,quę talem materiã concernunt. Patet ergo de certitudine scientiarum, &c.

Quòd unitas formalis scientiæ sumitur ab unitate formali subiecti secundum rationem scibilis. Cap. 14.

Quantum ad secundum,s. quantum ad vnitatem scientię, sciendum est,q in scientia est duo considerare,s. ipsum subiectũ, de quo est passio, & ipsa principia, ex quibus fit demonstratio ad concludendum passionem de subiecto. Ad hoc autem q subiectũ sit scibile à nobis,oportet q habeat partes priores se. Vbi nota,q processus scientię est quasi quidam motus rationis. In motu autem est duo considerare,s.principium & terminum, terminus autem, ad quem scientia terminatur,est subiectum circa quod est scientia, quia in speculatiuis scientijs nihil aliud quæritur nisi cognitio subiecti,sic in geometria nihil aliud quęritur nisi cognitio magnitudinis. In practicis autẽ nihil aliud quæritur, quàm constructio ipsius subiecti, sicut in scientia ædificatoria intenditur cõstructio domus, subiectum ergo est terminus talis motus. Principium autem talis motus est à primis principijs subiecti,quæ sunt propriæ partes eius. Sicut principium processus scientiæ naturalis est à materia & à forma. Vnde si qua res est,quæ non habeat talia principia priora,ex quibus ratio procedere possit,eius nõ est scientia secundum q hic sumitur scientia,vt est demonstrationis effectus. Vnde de substantijs separatis non potest esse scientia isto modo sumpta, quia per scientias demonstratiuas non possumus scire ipsarum quidditates. Licet.n.substantiæ separatæ sint per seipsas intelligibiles ab intellectu ad hoc proportionato, non tamen congregatur earum notitia, qua cognoscitur quod quid est ipsarum per aliqua priora,sed bene potest per scientias speculatiua sciri de eis an sint, & quid non sint, ad similitudinem inuentam in rebus inferioribus,& tunc ad earũ cognitionem vtimur posterioribus, & prioribus, quæ licet sint posteriora quo ad naturam,sunt tamẽ priora quo ad nos. Subiectum ergo scientiæ, prout hic sumitur scientia,oportet q habeat partes priores,à quibus fiat processus ad eius cognitionem. Et hoc intelligendũ est de partibus integralibus subiecti, sicut literæ & syllabæ sunt partes dictionis,quę est subiectum grammaticę. Sciendum, q licet dictum sit,q terminus, ad quem terminatur processus scientię sit subiectum,non est tamen intelligendũ q sit terminus vltimus, sed vltimus terminus ad quem terminatur cõsideratio scientię est,vt passio subiecti manifestetur. His habitis sciendũ est,q illa scientia est vna, quæ est vnius generis subiecti formaliter sumpti, cuius sunt partes & passiones,& eadem habet principia prima, non simpliciter,sed in scientia. Diuersæ vero sunt,quę habent diuersa principia. Quod autem vnitas scientiæ debeat summi ab vnitate subiecti potest patere ex dictis. Vnitas enim motus sumitur à termino, subiectũ autem est terminus motus rationis in processu scientiæ, vt iam dictum est. Tale aũt subiectum debet esse vnũ formaliter,in quãtum huius. Vbi nota,q quantum ad hoc sic se habet suo modo subiectũ ad scientiam, sicut obiectũ ad potentiam,materialis autẽ diuersitas obiecti nõ diuersificat potentiam,sed formalis. Sic materialis diuersitas scibiliũ non diuersificat scientiã,sed formalis. Sumitur aũt ratio formalis scibilis,sicut ratio formalis visibilis. Formalis aũt ratio visibilis sumitur à lumine, per quod omnia videntur,etiã formalis ratio scibilis sumitur ẽ principia ex quibus aliquid scitur. Vnde quantuncunq; sint diuersa

diuersa scibilia secũdum suam naturam, dummodo per eadem principia sciantur,ad vnam tantũ pertinent scientiam,quia non sunt diuersa, inquantum sunt scibilia,sunt enim scibilia per sua principia, sicut patet, quòd voces humanæ multum differunt secũdum suam naturam à sonis corporum inanimatorum,tamen quia secundum eadem principia attenditur consonantia in eis, ideo musica,quæ est de vtrisque,est eadem. Et per oppositum,si sunt eadem scibilia secundum naturam,& tamen per diuersa principia cõsiderentur,pertinent ad diuersas scientias,sicut corpus mathematicum non separatur subiecto à corpore naturali,quia tamen corpus mathematicũ cognoscitur per principia quãtitatis, naturale vero per principia motus, propterea non est eadem scientia,s.mathematica & naturalis. Vnitas ergo & diuersitas scientiarum est ex vnitate & diuersitate formali subiecti,quę formalitas consistit secundũ rationem scibilis,i. secundũ identitatem, & diuersitatem principiorum. Et propter hoc idem est dicere habere idem subiectum formale, & habere eadem principia, & differre secundum principia, quod habere diuersa subiecta formaliter. Sciendum est autem, quòd principia, de quibus loquimur, sunt principia, quæ sunt prima in scientia, & secundum communitatem dictorum principiorum scientiæ sunt magis vel minus communes. Cognoscuntur autem prima principia in genere scibilis secundum diffinitionem subiecti, dictum est. Et sic patet de vnitate scientiarum. Gratias Deo bonorum omnium largitori.

S. THOM. AQVINATIS
FALLACIARVM OPVS,
SEV DE STLLOGISMO SOPHISTICO TRACTATVS.

De diuersis ratiocinandi modis agit. Cap. 1.



Via Logica est rationalis scientia, & ad ratiocinandũ inuenta: ratiocinari autem cõtingit recte & non recte, vtrunq; ad Logici cõsiderationem spectat, vt per rectam ratiocinationem ad verã cognitionem perueniat,& falsam ratiocinationẽ vitando,errorẽ falsitatis euitet. Vterq; autem ratiocinandi modus competit vni homini, & ad seipsum, & ad aliũ. Nam & secum aliquis considerans potest recte, & nõ recte ratiocinari, & cum alio conferens. Sed cum aliquis secum considerans ratiocinatur non recte, præter intentionem hoc accidit, quia nemo sui ipsius deceptionẽ intendit. Cum autem ad alterum aliquis ratiocinatur non recte, contingit quandoq; ex intentione ratiocinantis, hoc est cum aliquis de altero intendit vel experimẽcum sumere,vel victoriam habere ad sui gloriam. Ratiocinatio aũt,quæ ad seipsum est,syllogismus solũ dici potest,si siue aliqua alia species argumẽtationis. Sed ratiocinatio, quæ est ad alterum, non solũ dicitur syllogismus & argumentatio, sed etiã disputatio, vertitur.n. inter duos, hoc est inter opponentẽ,& respõdentẽ. Et ideo de falsis ratiocinãtibus tractaturi primo à disputatione inchoandũ est.

Quid nam sit ipsa Disputatio ostendit. Cap. 2.

Est autem disputatio actus syllogisticus vnius ad alterum, ad propositum ostendendum. In hoc q dicitur actus, tangitur disputationis genus. Per hoc quòd dicitur syllogisticus, tangitur disputationis instrumentum, scilicet syllogismus,sub quo comprehenduntur aliæ species argumentationis,sicut imperfectum sub perfecto. Et per hoc distinguitur disputatio ab actibus corporalibus,vt comedere,bibere,& ab actibus voluntatis, vt amare, & odire. Nam per hoc,quòd dicitur syllogisticus, ostenditur actus rationis. Per hoc autem quòd dicitur vnius ad alteram,tanguntur personæ opponentis,& respondentis, inter quos vertitur disputatio,ad differentiam ratiocinationis,qua homo secum ratiocinatur. Per hoc quòd dicitur ad propositum ostendendum, tanguntur disputationis effectus,siue terminus, aut finis proximus. Et per hoc distinguitur disputatio syllogismis exemplaribus, qui non inducuntur ad propositum ostendendum, sed ad formam exemplificandam.

Quot nam & quæ sint disputationis species. Cap. 3.

Disputationis vero quatuor sunt species,scilicet doctrinalis, dialectica, tentatiua, & sophistica,quę alio modo dicitur litigiosa. Doctrinalis siue demonstratiua est,quæ ad scientiam ordinatur, procedens ex veris,& per se notis & proprijs scientiæ,de qua fit disputatio. Et hęc vertitur inter docentem & addiscẽtem.

Dialectica vero disputatio est ex probabilibus procedens,& ad opinionem tendens. Probabilia autem dicuntur quæ videntur omnibus,vel pluribus,vel sapientibus, aut præcipuis, vel magis notis. Tentatiua vero disputatio est, quæ ordinatur ad experimentum sumendum de aliquo per ea,quæ videntur respondenti. Sophistica vero disputatio est tendens ad gloriã, vt sapiens esse videatur. Vnde dicitur sophistica,i.apparens sapientia. Procedit.n. ex his, quæ videntur vera & probabilia,non sunt, vel simpliciter falsas propositiones assumendo, quæ videntur esse veræ,& non sunt, vel in virtute falsarum propositionum argumentando. Logicales enim argumentationes sunt in virtute verarum propositionum,s.maximarum, ex quibus tota virtus argumentationis pendet, sicut ista argumẽtatio,Sor.est homo,ergo Sortes est animal, procedit in virtute huius ꝓpositionis, de quocunq; prædicare species & genus,quæ est simpliciter vera. Sophistica autẽ sic argumentatur. Est animal,ergo est homo,quasi in virtute huius propositionis, de quocunque prædicatur genus, & species, quæ est simpliciter falla. Relictis autem alijs disputationibus, ad præsens de his, quæ ad sophisticam pertinent intendamus.

Quis nam sit sophisticæ disputationis Finis. Cap. 4.

Quia vero sophistica,(vt dictum est,)ad gloriam tendit, volens sapiens videri, hoc autem consequi studet per hoc, q de aduersario, cum quo disputat, victoriam habeat apparentem, quod tunc maxime fit,si ipsum ad aliquod incõueniens ducat, ideo terminus disputationis sophisticæ est aliquod incõueniens, ad quod sophistica nititur ducere respõdentem. Et hoc dicitur meta vel finis siue terminus. Vnde de duobus

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportet tractare. Primo de huiusmodi metis. Secundo de modis argumentandi, quibus sophisticæ ad metas respondentes ducere nituntur.

Metæ Quinque sophisticæ argumentationes finis, videlicet Redarg. Falsum, Inopi. Solœcis. Nugatio, exponuntur. Cap. 5.

SVnt autem mete quinq; .s. redargutio falsum, inopinabile, solœcismus & nugatio. Redargutio est prænegati concessio, vel proconcessi negatio in eadē disputatione vi argumentationis. Vt si respondens negauerit se carnes crudas comedisse, sophista contra sic argumentatur. Quicquid emisti comedisti, carnes crudas emisti, ergo carnes crudas comedisti. Si vi huius argumentationis respondens cōcedat quod prius negauerat, est redargutus. Et talis modus argumentationis dicitur elenchus si bonus sit syllogismus, vel apparés elenchus, si videatur & non sit, aut syllogismus, aut contradictio. Est enim elenchus syllogismus cōtradictionis. Si autem non in eadē disputatione, vel non vi argumenti, sed propria voluntate aliquis negat concessum, vel concedat negatum, non erit redargutio. Falsum autem vt hic sumitur, est aliquod manifeste falsum, quod respondens concedere cogitur vi sophisticæ argumentationis, sicut omnis canis est latrabilis, celeste sydus est canis, ergo cœleste sydus est latrabile. Inopinabile est, quod est contra cōmunem opinionem. Differt autem falso, quia aliquid est cōtra communem opinionem plurium, quod tamen est falsum, vt stellam esse maiorem terra, & aliquem regem diuitem & fœlicem esse misserum & infortunatum, si sit peccator. Ad quod potest aliquis sophisticæ sic duci. Quemcunq; contingit aliquē hostem vincere est infœlix, quia ille, qui vincitur, est infœlix, sed regem contingit aliquem hostem vincere, quia potest esse, quòd regem aliquis hostis vincat, ergo rex est infœlix. Solœcismus est vitium in contextu partium orationis contra regulas artis Grammatice factum, vt vir alba, & homines currit. Ad hoc potest aliquis sophisticæ sic deduci. Tu scis hoc, hoc est lapis, ergo tu scis lapis, quod Grammatice non dicitur. Nugatio est eiusdem & ex eadem parte inutilis repetitio, vt hic, homo currit. Dico eiusdem, quia si esset diuersorum, nō esset nugatio. Dico autem ex eadem parte, quia si idem ponitur in subiecto & prædicato, non erit nugatio, vt homo est homo. Inutilis autē repetitio dicitur, quia si idem repetatur ad maiorem expressionem, non erit nugatio, vt cum dicitur Deus Deus meus respice in me. Ad hoc potest aliquis sophisticæ sic duci. Iste nasus est nasus simus, sed simus idem est quòd nasus simus, ergo iste nasus nasus simus.

Quas scientias ista inconuenientia respiciant. Cap. 6.

ET sciendum, quòd ista inconuenientia respiciunt diuersas scientias. Nam redargutio est contra Metaphysicum, ad quem pertinet consideratio huius principij, contradictoria non sunt simul vera, nec simul falsa. Falsum est circa scientiam naturalem, quæ considerat res sensibiles, in quibus veritas & falsitas est manifesta, & specialiter contra mathematicam, in qua est maxima certitudo. Inopinabile contra dialecticam, quæ procedit ex probabilibus, quæ sunt secundū opinionem omnium, vel plurium, vel sapientum. Solœcismus est contra grammaticam. Nugatio est contra rhetoricam, cuius est ornate loqui. Et sic dum in singulis scientijs respondens ad inconueniens ducitur, sophista opponens apparet omnia sciens esse.

Argumentatio Sophistica quod in aliquo fundetur, sicut & dialectica, & in quo, ostenditur. Cap. 7.

NVnc restat videre de modis arguendi, quibus sophista ad prædicta incōuenientia respondentem ducere conatur. Est autem sciendum, q̄ sicut argumētatio dialectica habet firmitatem ex loco vero, ita argumentatio sophistica ad prædicta inconuenientia firmitatem habet ex loco apparenti. Locus autē verus firmitatem dialectice argumentationi præstans, est habitudo inferentis ad illatum, quę dicitur differētia maxime, vt genus, species, totum, & pars, ex quarum habitudine veritas maxime propositiones oritur, supra quam fundatur veritas dialectici argumenti. sicut ex habitudine speciei ad genus sumitur hæc maxima, De quocunq; prædicatur species, & genus. Ex qua hoc argumentum confirmatur, Sortes est homo, ergo Sortes est animal. Et simi liter locus sophisticus consistit in habitudine inferentis ad illatū, ex qua sumitur aliqua regula falsa, sed apparens vera secundum quam procedit sophisticum argumentū, sicut cum dicitur, cognosco venientem, veniens est Corisscus: ergo cognosco. Corisscum. Hic proceditur ab accidente ad subiectum, i. à veniente ad Corisscum, sed virtute huius maxime, quicquid est de accidente, & de subiecto. Quę quidem maxima est falsa, propter diuersitatem accidentis, & subiecti, videtur tñ esse vera, propter conuenientiam vtriusq;. Vnde ad locum sophisticū prędictum duo concurrunt. Vnum quod est causa apparentiæ, quia facit argumentum apparere verum, & dicitur etiam principium motiuū, quia mouet hominē ad hoc, q̄ argumento sophistico assentiat, & hoc est in prædicto argumento, vnio accidentis ad subiectū. Aliud est principium defectus, quia facit, s. defectum necessitatis in argumento. Et vocatur causa non existentiæ quæ in prædicto argumēto est diuersitas subiecti, & accidentis. Ex his autem duobus contingit hominem falli quia, s. apparet aliquid & non est. Vnde locus sophisticus alio nomine fallacia dicitur, quia. s. est causa fallendi quātum est de se, licet per se aliquis non fallatur in actu, nisi ignorantia adueniente. Sicut autē loci dialectici distinguuntur penes diuersas habitudines ex quibus maximę & argumenta sumuntur, ita loci sophistici, siue fallaciæ distinguuntur penes principia motiua, ex quibus apparet esse firmitas in sophisticis argumentis. Hoc aūt contingit duplicitер. Vno modo, ex parte vocis, quādo propter vnitatem vocis creditur esse vnitas rei significatæ per vocem, sicut ea quæ per hoc nomen canis significantur, videntur esse vnum, quia hoc nomen canis vnum est. Alio modō, ex parte rei, ex eo, s. quòd aliquæ res, quę aliquo modo conueniunt, simpliciter vnum esse creduntur, sicut supra dictum est de subiecto & accidente.

Loci sophistici quot nam sint tam in dictione, quàm extra. Cap. 8.

LOcorum igitur sophisticorum siue fallaciarū quædam sunt in dictione, & quædā extra dictionem. In dictione quidem locus siue fallacia est, quando principium

principium motiuum siue causæ apparentiæ est ex parte vocis. Extra dictionem vero, quando ex parte rei est causa apparentiæ. Ex parte autem vocis est principium motiuū siue causa apparentiæ, ex eo quòd vna vox multa significat, quod contingit propter vocis multiplicitatem. Est autem multiplex triplex, scilicet actuale, potentiale, & phantasticum. Actuale est quando, vna vox nullo modo variata multa significat. Et hoc quidem si sit in vna dictione, dicitur æquiuocatio. Si autem in oratione, dicitur amphibologia, vt liber Aristot. i. ab Aristotile factus vel possessus. Multiplex vero potētiale est, quando vna vox aliquo modo secundū prolationem variata, multa significat. Quæ quidem in dictione est secundum accentum, vt pendere secūdum quòd graui vel acuto accentu proferatur, multa significat. In oratione vero est secundum compositionem, vel diuisionem, vt duo & tria sunt quinque. Hoc enim diuersæ significat compositę, & diuisę prolatum. Phantasticum vero, id est apparens multiplex est quando, vna dictio secundū rei veritatem, vnum significat, sed videtur aliquid aliud significare, sicut hoc nomen homo significat quale quid, & videtur significare hoc aliquid, vt dicitur in prædicamentis. Et hæc dicitur figura dictionis, quasi dictionis simi litudo. Sunt igitur loci sophistici in dictione quinque, æquiuocatio, amphibologia, accentus, compositio, & diuisio, & figura dictionis.

De fallacia æquiuocationis, & eius tribus modis. Cap. 9.

PRimo igitur dicendum est de æquiuocatione. Est autem æquiuocatio vnius & eiusdem nominis diuersa significatio. Fallacia autem æquiuocationis est deceptio proueniens ex eo, quòd vnum nomen plura significat. Primum autem motiuum siue causa apparentiæ in æquiuocatione, est vnitas dictionis eiusdem simpliciter. Simpliciter quidem dicitur, ad differentiam accentus, in quo non est vna dictio simpliciter, sed solum in potentia. Causa autem non existentiæ est diuersitas rerum significatarum. Species vero siue modi æquiuocationis sunt tres. Prima species est, quando, vna dictio principaliter plura significat, vt hoc nomen canis, principaliter plura significat, videlicet, animal latrabile, piscem marinum, & cœleste sydus. Et formatur sic paralogismus, id est apparens syllogismus. Omnis canis est latrabilis, cœleste sydus est canis, ergo cœleste sydus est latrabile. Sed non sequitur, quia hoc nomen canis aliud significat in prima, aliud in. 2. secundum quòd vtraq; accipitur vera, & sic non est verus syllogismus cum non sit idem medium. Si autem accipiatur vt idem significans in vtraque, sic altera præmissarū est falsa. Et nota, quòd sicut in syllogismo oportet idem mediū bis sumi in præmissis, ita oportet duas extremitates bis sumi in syllogismo, semel in præmissis & semel in conclusione. Vnde eadem ratione potest fieri paralogismus, si sit æquiuocatio in aliqua extremitatum, sicut hic. Grammatici discunt, sed grammatici sunt scientes, ergo scientes discunt. Non sequitur, Discere enim æquiuocum est. Nam vno modo idem est, quod intelligere docentem, & sic scientes discunt. Alio modo idem est, quod accipere scientiam, & sic scientes non discunt.

Secunda species æquiuocationes est, quando vnū nomen principaliter significat vnum, & aliud non nisi metaphoricæ, siue transumptiue, sicut hoc verbū ridet, principaliter significat actum propriū ridendi hominis, metaphoricæ autem siue transumptiue, prati floriditatem. Et formatur sic paralogismus. Quicquid ridet habet os, pratum ridet, ergo pratū habet os. Et sic. Quicquid currit habet pedes, sed aqua currit, ergo aqua habet pedes. Non sequitur, quia ridere & currere primo sumitur proprie & postea transumptiue. Ad hanc etiam secundā speciem redicitur multiplicitas nominū analogorum, quæ dicuntur de pluribus secundū prius & posterius, sicut sanum dicitur de vrina, animali, & dieta, aliter & aliter. Et formatur sic paralogismus, Omne sanum habet vitam, vrina est sana, ergo vrina habet vitā. Non sequitur, quia sānum primo sumitur pro eo, quod principaliter significat sanitatem, secūdo pro eo, quod posterius significat, s. pro signo sanitatis. Potest etiam ad hanc reduci multiplicitas propositionum, quando vna propositio vnam habitudinem significat per prius, & aliam per posterius. Et formatur sic paralogismus, in quocunq; est sanitas, illud est animal, sed sanitas est in humorū adæquatione, ergo humorum adæquatio est animal. Non sequitur, quia in prima hæc propositio significat habitudinem accidentis ad subiectum, in secunda vero, habitudinem effectus ad causam. Tertia species est, quæ provenit ex diuersa significatione, quæ quidem attenditur secundum accidentia partium orationis, sicut secundū tempus, numerum, genus & similia. Et formatur sic paralogismus. Quicunq; surgebat stat, sedens surgebat, ergo sedens stat. Non sequitur, quia sedens in minori sumebatur prout est temporis præteriti imperfecti, in conclusione prout est temporis præsentis.

De fallacia amphibologiæ, & eius tribus speciebus. Cap. 10.

FAllacia amphibologiæ est deceptio proueniens ex eo, q̄ vna oratio penitus eadē plura significat. Et dico penitus eadem, ad differentiā orationis compositæ & diuisæ, quę non nisi inquantum composita est, & diuisa, plura significat. Sicut autem æquiuocatio prouenit ex eo, quòd vna dictio penitus eadem plura significat, ita amphibologia prouenit ex eo, quòd vna oratio penitus eadem plura significat. Vnde dicitur amphibologia ab amphi, quod est dubium, & buli, quod est sententia, quasi dubia sententia locutionis. Vel secundum quosdam dicitur ab amphi, quod est dubiū, & buli, quod est sententia, & logos, quod est sermo. Vnde amphibologia, quasi dubia sententia sermonis. Causa autem apparentię siue principium motiuum in amphibologia, est vnitas orationis plura significantis. Causa vero non existentiæ siue principium defectus, est diuersitas significationis. Sunt autem tres species amphibologiæ. Prima species prouenit ex eo, quòd aliqua vna oratio principaliter plura significat, manente eadē constructione, propter diuersam habitudinem constructorum, sicut hæc oratio, liber Aristo. plura significat. Et licet semper eodem modo istæ duæ dictiones cōstruantur, tamen propter diuersam habitudinem diuersa significant. Potest enim intelligi secundū habitudinem effectus ad causam, vel possessi ad possidentem. Et formatur sic paralogismus, Quicquid est Arist. possidetur ab Arist. sed iste liber est Aristot. ergo possidetur ab Arist. Non sequitur, quia primo construebatur nominatiuus cum genitiuo in habitudine possessionis ad possidentem, & in secunda in habitudine effectus ad causam. Secunda species

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quę prouenit ex eo, quòd vna oratio plura significat, propter diuersam partium constructionem, ex eo, ꝙ aliqua dictio potest construi cum alia transitiuè, vel intransitiuè. sicut hic, quicquid videt aliquis, hoc videt, sed columnam videt aliquis, ergo columna videt. Non sequitur, quia ly hoc construitur vno modo cum verbo videt transitiue, & est accusatiui casus, & sic est vera. Est enim sensus, ꝙ qui videt aliquam rem, videt illam. Alio modo potest construi intransitiue, & est nominatiui casus, & sic est falsa. Et est sensus, quòd qui videt aliquam rem, illa res videt. Et sic procedit conclusio. Similiter & hoc, quoscunque volo me accipere, volo quòd ipsi me accipiant, sed pugnantes volo me accipere, ergo volo quòd pugnantes me accipiant. Non sequitur, quia ly me, potest construi cum hoc verbo accipere transitiue, vel intransitiue, & in vno sensu est vera, & in alio falsa. Similiter hic, quicunque sunt episcopi, sunt homines, sed isti asini sunt episcopi, ergo isti asini sunt homines. Non sequitur, quia minor est duplex, eo quòd ly episcopi, potest construi intransitiue, & est nominatiui casus, & sic est falsa. Potest etiam construi transitiue & est genitiui casus, & sic est vera. Et est attendendum, quòd diuersitas casuum pertinet ad fallaciam amphibologię, quia casus accidunt dictioni, secundum ꝙ vna dictio construitur cum alia dictione. Diuersitas vero aliorum accidentium pertinet ad æquiuocationem, quia alia accidentia accidunt dictioni, secundum quòd in se consideratur. Tertia species amphibologiæ est, quando oratio vna significat plura, vnum principaliter, & aliud transumptiue, sicut hæc oratio. Littus aratur, principaliter significat littoris scisionem, transumptiue vero operis amissionem. Et formatur sic paralogismus, quando littus aratur, terra scinditur, sed quando indocilis docetur, littus aratur, ergo quando indocilis docetur, terra scinditur. Non sequitur, propter prædictam multiplicitatem.

De fallacia compositionis, & diuisionis. Cap. 11.

SEquitur de fallacia compositionis, & diuisionis, in quibus, vt supra dictū est, deceptio est prouenies ex potentiali multiplicate vnius orationis. Dicitur autem vna oratio potentialiter multiplex, vel ex eo quòd eędem dictiones diuersimode adinuicem componi possunt, vel adinuicem distingui. Sicut cum dicitur, quicquid viuit semper erit, hæc dictio, semper potest componi cum hoc verbo viuit, vel diuidi ab eodem. Et quia oratio per compositionem partium constituitur, partes se habent ad orationem sicut materia, cōpositio sicut forma. Vbi ergo sunt eædem partes, sed non eadem compositio, est eadem oratio materialiter, & potentialiter, sed nō formaliter, & actualiter. Et propter hoc est multiplex potentiale. vel quia oratio, quę est vna, potentialiter plura significat. Et iam in hoc differunt istę fallaciæ ab amphibologia, quia in amphibologia semper idem componitur cum eodem, licet non vniformiter, vnde est eadem compositio, & per cōsequens oratio formaliter & actualiter est vna, & multiplex potētiale. Differunt autem hæ fallaciæ compositionis, & diuisionis, quia quando oratio in sensu composito est falsa, est fallacia compositionis, quando autem in sensu diuiso est falsa, est fallacia diuisionis. Et nota, ꝙ tunc dicitur oratio composita, quando partes magis debite ordinātur, & dicitur diuisa, quando partes minus debite ordinantur. Causa autem apparentiæ siue principium motiuum in vtraq; est vnitas potentialis orationis plura significantis. Causa vero nō existentiæ siue principium defectus, est diuersitas significationis, secundum quòd intelligitur composita vel diuisa.

De primo modo fallaciæ compositionis, & diuisionis. Cap. 12.

SVnt autem tres modi siue species vtriusq; fallaciæ. Primus modus est, quando aliquod dictum potest supponi verbo vel ratione totius, vel ratione partis. Si enim ratione totius supponatur verbo, erit oratio cōposita, si ratione partis erit oratio diuisa. Et tunc si in sensu composito oratio est falsa, est fallacia compositionis, si autem in sensu diuiso, est fallacia diuisionis. Si autem in vtroq; est falsa, tunc nulla est fallacia, quod & in alijs multiplicitatibus est intelligendum. Et formatur sic paralogismus quemcunque possibile est esse album, possibile est quòd ipse sit albus, sed nigrum possibile est esse album, ergo possibile est quòd nigrum sit album. Non valet, quia illud dictum nigrum esse album potest supponi ei, quod dicitur esse possibile, vel ratione subiecti, & tunc possibilitas attribuitur subiecto dicti, & est modalis de re, & tunc est diuisa, & vera. est enim sensus, quòd illæ, qui est niger, habet potentiam quòd sit albus, vel potest supponi ratione totius dicti, & sic est modalis de re, & de dicto, & est composita & falsa, est enim sensus, quòd hoc dictum, album esse nigrum, sit possibile. Vnde hi. est fallacia compositionis. Potest etiam sic formari paralogismus, Quemcunque esse nigrum est impossibile, nō potest esse niger, sed album esse nigrum est impossibile, ergo albū non potest esse nigrum. Non valet, quia media est duplex, sicut supradictum est, & in sensu composito est vera, & in diuiso est falsa. vnde est fallacia diuisionis.

De secundo modo. Cap. 13.

SEcundus modus prouenit ex eo, quòd aliquod prædicatum, in quo per coniunctionem copulatiuam, vel disiunctiuam plura adunantur, potest attribui subiecto coniunctim, vel diuisim. Si coniunctim, oratio est composita, si diuisim, oratio est diuisa. Et tunc si in sensu composito est falsa, est fallacia compositionis, si in diuiso est falsa, est fallacia diuisionis, vt patet in his paralogismis. Quicunq; numerus componitur ex duobus, & tribus, est duo & tria, sed quinq; non sunt duo & tria, ergo quinq; non componitur ex duobus & tribus. Non valet, media enim est duplex, ex eo, ꝙ illud prædicatum duo & tria, potest intelligi remoueri à subiecto diuisim, & sic est vera, est enim sensus, ꝙ quinque neq; sunt duo, neque sunt tria. Vel potest remoueri coniunctim, & sic est falsa. Est enim sensus, quòd duo & tria simul iuncta non sunt quinq;, & in hoc sensu procedit conclusio, vnde est fallacia cōpositionis. Vel potest formari sic, Quęcunq; sunt duo, & tria, sunt duo, sed quinque sunt duo & tria, ergo quinque sunt duo. Hic similiter minor est duplex, & in sensu cōposito est vera, in diuiso falsa, vnde ibi est fallacia diuisionis. Simile est si in prędicato ponatur dictio disiunctiua, sicut hic, Omne animal est rationale, vel irrationale, sed non omne animal est rationale, ergo omne animal est irrationale. Non valet, nam prima est duplex, ex eo, quòd prędicatum potest coniunctim attribui subiecto, & sic est composita & vera, & est sensus,

sus, quòd de quolibet animali verum est dicere ꝙ est rationale vel irrationale. Vel potest diuisim attribui subiecto prędicatum, & sic est diuisa & falsa. Est enim sensus, quòd altera istarum propositionum est vera, omne animal est rationale, vel omne animal est irrationale, cum tamen vtraque sit falsa, & ideo est fallacia diuisionis. Potest etiam formari sic paralogismus. Quod non est rationale, vel irrationale, neque est rationale, neque irrationale, sed non omne animal est rationale vel irrationale: ergo aliquod animal neque est rationale neque irrationale. Non sequitur, quia minor est duplex, & in sensu diuiso est vera, & in composito est falsa. vnde est fallacia compositionis. Et sciēdum, quòd, quando prędicatum comparatur ab subiectum coniunctim, tunc coniunctio coniungit terminos, & sic accipitur in vi vnius propositionis, quia duo termini coniunctim accepti sumuntur vt vnum prędicatum, & cum simul attribuātur subiecto, subiectum etiam erit vnum. Ex vno autem subiecto & vno prędicato fit oratio vna. Quando vero duo termini in prędicato positi copulato vel disiuncto, diuisim subiecto attribuuntur, sic accipiuntur vt duo prædicata, & per consequens vt duo subiecta eis correspondentia, & sic intelliguntur vt duę orationes per coniunctionem copulatiuam, vel disiunctiuam.

De tertio modo. Cap. 14.

TErtius modus est, quando vna dictio potest coniungi diuersis dictionibus in oratione positis. Erit autem secundum hoc tunc composita, quando cōiungitur cum dictione, cui magis apparet, vel apta est coniungi, diuisa vero, quando ab ea diuiditur, sicut in hoc paralogismo, Quod potest vnum solum ferre, plura potest ferre, sed quod solum vnum potest ferre, non potest nisi vnum ferre, ergo qui non potest nisi solum vnum ferre plura potest ferre. Non sequitur, nam prima est duplex, ex eo ꝙ solum potest coniungi cum hac dictione potest, cum qua magis videtur coniungi, & sic est composita & falsa, est enim sensus quòd iste qui non potest portare nisi vnum pondus, potest portare plura. Vel potest diuidi ab hoc verbo potest & coniungi cum hac dictione vnum, & sic est diuisa & vera. Est enim sensus, qui potest portare vnum solum pondus, potest portare quandoque plura, vnde est fallacia compositionis. Item, Quicunque viuit semper erit, iste asinus viuit, ergo iste asinus semper erit. Non sequitur, nam prima est duplex, ex eo quòd hoc aduerbium semper potest construi cum hoc verbo erit, cum quo videtur componi magis, & sic est composita, & falsa. Vel diuidi ab eo, & componi cum hoc verbo viuit, & sic est diuisa, & vera, vnde est fallacia compositionis.

Econtrario vero est fallacia diuisionis in his paralogismis. Quocunque vides hunc percussum illo percussus est, sed oculo vides hunc percussum, ergo hic est percussus oculo. Non sequitur, nam minor est duplex, ex eo ꝙ iste ablatiuus oculo potest componi cum hoc verbo vides, cum quo magis videtur, & sic est composita, & vera. Vel potest diuidi ab eo, & componi cum hoc participio percussum, & sic est diuisa, & falsa, vnde est fallacia diuisionis. Item. Quicunque est hodie natus hodie primo esse incœpit, sed tu es hodie natus, constat enim ꝙ hodie es, & es natus, ergo hodie primo cœpisti esse. Non sequitur, quia prima est duplex, eo ꝙ hoc aduerbium hodie potest componi cum hoc verbo es, & sic est composita, & vera. Vel cum hoc participio natus, & sic est diuisa, & falsa. Et notandum ꝙ obliqui, & aduerbia magis videntur determinare verqum quàm participiū, & magis verbum principale, quàm secundarium, quod implicatur in subiecto. Cum enim dicitur, Quicunque currit mouetur, mouetur est verbum principale, & currit secundarium in subiecto implicatum.

De Fallacia Accentus & eius Tribus modis. Cap. 15.

SEquitur de fallacia accentus. Accentus prout hic sumitur est modus pronūciandi aliquam dictionem. Fallacia autem accentus est deceptio prouenies ex eo ꝙ aliqua dictio diuersimode pronunciata diuersa significat. Sicut enim in fallacia secundum compositionem, & diuisionem est eadem oratio materialiter, & formaliter diuersificata secundum compositionem, & diuisionem, ita in hac fallacia est eadem dictio materialiter, formaliter diuersificata secundum modum pronunciandi, & ideo sicut est ibi potentialis multiplicitas orationis, ita est hic potentialis multiplicitas dictionis. Causa apparentię in hac fallacia est materialis vnitas dictionis. Causa vero non existentię est diuersitas significationis, idest dictionis diuersimode pronunciatę vel prolatę. Sunt autem quatuor modi huius fallacię, secundum ꝙ quatuor modis contingit diuersificari modus pronunciandi dictionem. Primo modo nanque variatur per diuersos tonos siue accentus, qui sunt tres, scilicet acutus, grauis, & circunflexus. Acutus accentus, siue tonus est, qui acuit, siue eleuat syllabam, sicut cum dicitur, Martinus, in quo media syllaba eleuatur. Grauis vero accentus est, qui deprimit syllabam vel deponit, vt patet in media syllaba huius nominis Dominus, vel vltima huius nominis Lucas. Circunflexus autem accentus est, qui acuit syllabam & deprimit. Primus ergo modus huius fallacię prouenit ex eo, ꝙ aliqua dictio potest pronunciari acuto, graui, vel circunflexo accentu, vt patet in hoc paralogismo, Quoscunque iustum est pendere, iustum est pati pœnam, sed bonos viros iustum est pendere, ergo bonos viros iustum est pati pœnam. Nam in prima sumebatur pendere, prout profertur acuto accentu, & sic idem est pendere quod pati pœnam. In secunda proferebatur graui accentu, & sic pendere idem est quod dare pœnam. Secundo modo variatur modus pronunciandi dictionem secundum diuersa tempora, quę sunt duo, scilicet productum, vt in syllaba longa, & correptum, vt in syllaba breui. Secundus ergo modus prouenit ex eo ꝙ aliqua syllaba alicuius dictionis potest corripi, vel produci, vt patet in hoc paralogismo, Omnis populus est arbor, sed aliqua gens est populus, ergo aliqua gens est arbor. Non sequitur, quia hęc dictio populus aliud significat secundum ꝙ eius prima syllaba producitur, sic enim significat quandam arborem, & aliud secundum ꝙ corripitur, sic enim significat gentem. Tertio modo variatur modus pronunciandi dictionem secū dum diuersitatem spiritus, qui quidem diuersificatur secundum asperum, & lene. Asper quidem spiritus designatur per hanc figuram h. lenis vero spiritus est, quando sine aspiratione syllaba profertur. Tertius ergo modus huius fallacię prouenit ex eo, ꝙ aliqua dictio potest leniter, vel aspere pronunciari, vt patet in hoc paralogismo. Quicquid hamatur hamo capitur: sed vinum amatur, ergo vinum hamo capitur. Non sequitur, quia primo hoc verbum hamatur profertur aspere, secundo leniter. Similiter hic, Omnis ara est in templo, stabulum

porcorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

porcorum est hara, ergo stabulum porcorum est in templo. Non sequitur, quia primo hoc nomen ara profertur leniter, postea aspiratur. Quartus modus prouenit ex eo, ꝙ aliquid potest proferri, vt vna dictio, vel vt plures, vt hic, tu es, qui es, sed quies est requies, ergo tu es requies. Non sequitur, quia hoc quod primo dico, qui es, sumitur vt oratio vna, postea vt vna dictio. Similiter hic, Quicquid Deus fecit in vita, fecit inuitus, racemos fecit Deus in vite: ergo racemos fecit inuitus. Non sequitur, quia primo hæc dictio, inuite sumitur vt vna dictio, postea vt plures.

Patet igitur ex prædictis ꝙ accentus secundum quòd ab eo denominatur hæc fallacia cõmunius est quàm accentus, qui diuiditur per grauem, & acutum, & circunflexum, comprehendit enim sub se & hunc accentum, & alia tria, vt dictum est prius, scilicet asperum, lene, corre ptum, productum, vt vnum, & vt plura.

De figura Dictionis, & eius tribus modis. Cap. 16.

SEquitur de Fallacia figuræ dictionis. Figura dictionis, prout hic sumitur, nihil est aliud, quàm similitudo vnius dictionis ad alteram, sicut dicitur aliquid ad figuram alterius factum, quod ei assimilatur. Vnde fallacia figuræ dictionis est deceptio proueniens ex eo, ꝙ aliqua dictio similis alteri dictioni videtur eundem modum significandi habere, cum tamen non habeat. vt hæc dictio homo videtur significare hoc aliquid propter similitudinem quam habet cum nominibus significantibus primam substantiam. Et sic patet ꝙ in hac fallacia non est multiplex verum, sed phantasticum, quia vna dictio non plura significat secundum rei veritatem, sed habet vnum modum significandi, & videtur habere alium. Causa apparentiæ in hac fallacia est similitudo vnius dictionis cum alia dictione, causa vero non existentiæ est diuersus modus significandi. Sunt autem tres modi huius fallaciæ. Primus modus prouenit ex eo, ꝙ dictio, quæ significat masculinum, sumitur ad significandum fœmininum, aut neutrum, aut econuerso. vt patet in hoc paralogismo, Quæcunque coloratur albedine, est alba, sed Catilina coloratur albedine, ergo Catilina est alba. Non sequitur, quia cum Catilina sit proprium nomen viri, non significat fœmininum, licet significare videatur propter similitudinem dictionis, quam habet cum nominibus fœmininis, vnde non debet sumi sub fœmenino distributio. Vel sic, Omnis substantia colorata albedine, est alba, sed vir est substantia colorata albedine, ergo vir est alba. Non sequitur quia mutatur hic fœmininum in masculinum. Secundus modus prouenit ex eo, ꝙ aliqua dictio, quę significat per modum vnius prędicamenti, videtur significare per modum alterius. sicut hic, Quicquid heri vidisti, hodie vides, album heri vidisti, ergo album hodie vides. Non sequitur, quia hic mutatur quid in quale. Vel sic. Quotcunque emisti, comedisti, crudum emisti, ergo crudum comedisti. Non sequitur, quia hic mutatur quantum in quale. Vel sic, Quantuncunque digitos olim habuisti hodie habes, sed paruos digitos olim habuisti, ergo paruos digitos hodie habes. Non sequitur, quia mutatur quantum quantitatis discretæ in quantum quantitatis continuę. Et notandum, ꝙ non facit fallaciam figurę dictionis mutatio prędicamentorum quantum ad rem significatam, sed quantum ad modum significandi. Albedo enim significat qualitatem, sed significat eam per modum substantiæ, quia non significat eam vt inhærentem. Album autem significat eam per modum qualitatis, quia significat eam vt inhærentem. Vnde hic non est fallacia figuræ dictionis. Quicquid heri vidisti hodie vides, albedinem heri vidisti, ergo albedinem hodie vides. Erit autem fallacia figuræ dictionis si procedatur sic, album vidisti, ergo album vides. Tertius modus prouenit ex eo, ꝙ aliqua dictio, quę significat quale quid, videtur significare hoc aliquid, & contingit quando quale quid trãsmutatur in hoc aliquid. Et dicitur significare quale quid, quando significat naturam communem generis vel speciei: secundum quòd pertinet ad tertium modum. Hoc aliquid vero significat substantiam particularem. Si enim sumatur quale quid significare secundum ꝙ pertinet ad genus qualitatis sic mutatur quale quid in hoc aliquid, & pertinet ad tertium medium. Et formatur sic paralogismus. Sortes est altera ab homine, ipse est homo, ergo ipse est altera a se. Non sequitur, quia procedit ab homine ad sortem, & sic mutatur quale quid in hoc aliquid. Et ad hunc modum reducitur omnis exceptio prouenięs ex variata suppositione terminorum, vt homo est species. Sortes est homo, ergo Sortes est species. Hic proceditur à simplici suppositione ad discretã, & mutat quale quid in hoc aliquid.

Quænam, & quod sint extra dictionem Fallaciæ. Cap. 17.

SEquitur de Fallacijs extra dictionem, quæ in hoc differunt à fallacijs in dictione, vt supra dictum est, quia in fallacijs in dictione principium motiuũ siue causa apparentiæ est ex parte vocis, in fallacijs autem extra dictionem, ex parte rei. Sicut enim in fallacijs in dictione deceptio prouenit ex eo, ꝙ aliquæ res, quæ conueniunt secundum vocem, accipiuntur vt eędem secundum rem, ita in fallacijs extra dictionem deceptio prouenit ex eo, ꝙ aliquæ res aliquo modo cõuenientes vel differentes accipiuntur, vt eædem simpliciter vel diuersæ. Sunt autem fallacię extra dictionem septem, quarum prima est secundum accidens, secunda secũdum quid & simpliciter, tertia secundum ignorantiam elenchi quarta secundum petitionem principij, quinta secundum consequens, sexta secundum non causam vt causam, septima secundum plures interrogationes vt vnam. Accipiuntur autem hę fallaciæ secũdum quasdam vniuersales rerum conditiones. Nam ens tium aliud est per se, & aliud per accidens, & secundum hoc accipitur fallacia accidentis. Item secundum perfectum & imperfectum, fallacia secundum quid & simpliciter, secundum autem oppositum & non oppositum, fallacia secundum ignorantiam elenchi, secundum vero idem & diuersum, est fallacia petitionis principij, secundum prius & posterius, fallacia consequentis, secundum autem causatum & causam, est fallacia secundum non causam vt causam, secundum autem vnum & multa fallacia fm plures interrogationes vt vnam. Dicendum est ergo prius de fallacia accidẽtis.

De Fallacia Accidentis, in quo nam consistat. Cap. 18.

SCiendum est autem, ꝙ accidens hic accipitur secundum ꝙ inesse diuiditur per inesse per se & per inesse per accidens. Per se autem dicitur aliquid inesse alicui, quod inest ei secundum rationem proprię diffinitionis.

tionis. quod autem præter hæc ineſt alicui dicitur ineſſe per accidens. Vnde ad hoc, quod eſt ineſſe per ſe, aut per accidens, tripliciter aliquid poteſt ſe habere. Quædam enim ſunt, quæ omnino ſunt idem ſecundum ſubſtantiæ rationem: vt veſtis & indumẽtum, & in iſtis eſt ſolummodo per & ſe nullo modo per accidens. Quędam vero ſunt, quorum vnum eſt omnino extraneum à ratione alterius, ſicut ſe habet album, & homo, & in iſtis eſt ſolũmodo per accidens, & nullo modo per ſe. Quædam vero ſunt, quorum vnum quodammodo pertinet ad rationem alterius, licet non ſint eadem ſecundum diffinitionem, & ſic ſe habet ſuperius, & inferius. Nam ſuperius ponitur in diffinitione inferioris, ſed non tamen omnino eſt eadem diffinitio ſuperioris & inferioris, vt animalis & hominis, cum diffinitio inferoris addat ſupra diffinitionem ſuperioris. Et ſimile eſt de proprio & de ſpecie, nam ſpecies ponitur in diffinitione proprij, non tamen ſpecies & proprium omnino ſunt idem in diffinitione. Et in his quodammodo eſt per ſe, & quodammodo per accidens, inquantum partim ſecundum diffinitionem conueniunt, & partim differunt. In his autem quæ primo modo ſe habent, neceſſe eſt vt quicquid eſt verum de vno ſit verum de alio, eo ꝙ talia ſunt penitus eadem ſecundum rationem, & differunt ſecundum nomen ſolum, vnde in his non contingit eſſe fallaciam accidentis. Sed in omnibus alijs non eſt neceſſarium ꝙ quicquid eſt verum de vno, ſit verũ de alio. Et ideo, ſi ex hoc ꝙ aliquid eſt verum de vno, concludatur eſſe verum de altero, eſt fallacia accidentis. Contingit autem aliquando, vt quod eſt verum de vno ſit verum de alio, quando ſcilicet aliquid attribuitur vni ſecundum ꝙ eſt idem alij, tũc enim ei & alteri inerit. Si vero attribuitur vni ſecundum ꝙ eſt ab altero diuerſum, non inerit alteri, ſicut ſi album attribuatur animali inquantum eſt idem homini, tunc oportet ꝙ conueniat homini. Si autem vt eſt diuerſum ab homine, non conuenit homini. Et ſi concludatur inſſe homini, eſt ibi fallacia accidentis. Sicut ſi dicatur animal eſt quadrupes, homo eſt animal, ergo homo eſt quadrupes. Non ſequitur, quia quadrupes non prædicatur de anima li ſecundum ꝙ animal eſt idem homini, ſed ſecundum ꝙ eſt ab homine diuerſum. Vnde patet, ꝙ in prædicto argumento medium diuerſimode accipitur. Nam primo accipiebatur ſecundum ꝙ eſt diuerſum ab homine, ſecundo ſecundum ꝙ eſt idem homini. Et ideo, quando fallacia accidentis ſemper eſt diuerſa acceptio medij. Dicitur autem diuerſa acceptio medij, quando medium ſecundum quòd conuenit cum vna extremitatum eſt diuerſum ab alia.

De tribus modis fallaciæ Accidẽtis. Cap. 19.

FAllacia vero accidentis eſt deceptio proueniens ex eo ꝙ aliquid aſſignatur ſimiliter ineſſe rei ſubiectæ, & accidenti eius, vel ſimiliter ineſſe vtrique eorum, quæ ſunt aliqualiter per accidens vnum. Ex quo patet quòd in fallacia accidentis ſemper inueniuntur tres termini ſicut in ſyllogiſmo, quorum duo per accidens coniunguntur, qui quidem ſe habent ſicut medium, & minor extremitas. Tertium vero quod aſſignatur ſimiliter vtrique eorum ineſſe, eſt maior extremitas. Cauſa apparentiæ in hac fallacia eſt vnitas quædam & identitas eorum, quæ per accidens aliquo modo coniunguntur. Cauſa vero non exiſtentiæ eſt diuerſitas eorundem. Nam ſicut dicit Philoſophus in 1. Elenchorum, fallacia accidentis fit ex eo, ꝙ aliquis non poteſt diiudicare idem, & diuerſum vnum, & multa. Sunt autem tres modi huius fallaciæ. Primus modus prouenit ex eo, quod proceditur ab accidente ad ſubiectum, vel econuerſo. Sicut hic. Cognoſco Coriſcum, Coriſcus eſt veniens, ergo cognoſco venientem. Non ſequitur, quia Coriſcus, & veniens ſunt vnum per accidens, & non per ſe. Vnde non ſequitur ꝙ quicquid eſt verum de vno, ſit verum de alio. Hic enim fallit quando aliquid eſt verum de vno ſecundum ꝙ eſt diuerſum ab altero. Sicut hic, Coriſcus enim non ſubiacet cognitioni ſecundum ꝙ eſt idem venienti, vnde patet ꝙ eſt diuerſificatio medij, & ſic eſt fallacia accidentis. Similiter hic. Iſte Canis eſt pater, & eſt tuus, ergo eſt pater tuus. Canis enim, & pater ſunt vnum per accidens, vnde non ſequitur, ꝙ quicquid eſt verum de vno, ſit verum de alio, ſecundum enim ꝙ Canis eſt pater, non conuenit ei eſſe tuum. Secundus modus prouenit, quando id, quod conuenit ſuperiori, concluditur de inferiori, vel econuerſo. Sicut hic. Homo eſt animal, animal eſt genus, ergo homo eſt genus. Non ſequitur. Superius enim & inferius aliquo modo ſunt vnum per accidens, licet alio modo ſint vnum per ſe, vt ex dictis patet. Vnde quod verificatur vnum de vno eorum ſecundum quod eſt idem alteri, neceſſe eſt, & de altero verificari. Et ſecũdum hoc ſumuntur argumenta dialectica à genere & à ſpecie, ſiue ab inferiori & ſuperiori. Quod autẽ verificatur de vno eorum ſecundum quòd differt ab altero, non oportet de altero verificari, tunc enim eſt variatio medij & fallacijs accidentis, ſicut eſt in propoſito. Nam eſſe genus non prędicatur da animali ſecundum ꝙ eſt idem homini, ſed ſecundum quòd ab eo differt, ſicut ſuperius ab inferiori. Similiter eſt hic. Triangulus eſt figura, ſed proprietas trianguli eſt habere tres angulos, ergo eſt proprietas figuræ. Non ſequitur, quia triangulus & figura non ſunt omnibus modis idem, vnde non ſequitur, quod de vno verificatur, & de altero verificari. Similiter eſt etiam hic Sortes eſt alius ab homine, ipſe eſt homo, ergo eſt alius à ſe. Tertius modus prouenit, quando proceditur à ſpecie ad proprium, vel ecõuerſo. Sicut hic. Homo eſt riſibilis, riſibile eſt proprium, ergo homo eſt proprium. Vel ſic, homo eſt ſpecies, ſed homo eſt riſibilis, ergo riſibile eſt ſpecies. Non ſequitur, quia riſibile & homo non ſunt omnino idem ſecundum diffinitionem, ideo ſe habet vnum ad alterum aliquo modo per accidens, vt eſt extraneum, & propter hoc non eſt neceſſe quòd quicquid verificatur de vno, verificetur de alio.

In aliquo paralogiſmo eſſe duas fallacias oſtendit. Cap. 20.

ET eſt ſciendum, ꝙ non eſt inconueniens, ſi aliquibus prædictorum paralogiſmorum ſint aſſignatę duæ fallaciæ, ſcilicet figuræ dictionis, & accidentis, quia ſecundum ꝙ prouenit deceptio ex ſimilitudine dictionis, eſt fallacia figuræ dictionis, ſecundum autem ꝙ prouenit ex inconuenientia rerum, eſt fallacia accidentis, homo enim & Sortes & quantum ad rem conueniũt, & quantum ad nomen ſimilitudinem habẽt. Sciendum eſt etiam, ꝙ ſicut fit paralogiſmus accidentis ex propoſitionibus cathegoricis, ita fit ex propoſitionibus hypotheticis, ex eo ꝙ medium diuerſimode accipitur, prout ſcilicet comparatum eſt ad vnam extremitatem, eſt diuerſum ab alia, ſicut hic. Si nullum tempus eſt, dies non eſt per, locum à toto in quantitate, & ſi dies nõ eſt, ergo nox eſt, per locum ab oppoſitis, ſed ſi nox eſt, aliquod tempus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus est, ergo si nullum tempus est, aliquod tempus est. Patet enim ꝙ istud medium, quod est, diem non esse, est diuersum ab eo, quod est noctẽ esse. Ex hoc enim quod est diem non esse, sequitur noctem esse supposito tempore, sicut ex hoc quod est videntem non esse, sequitur cæcum esse, supposito animali, quod est natum videre.

Quid sit fallacia secundum quid & simpliciter. Cap. 21.

SEquitur de fallacia secundum quid & simpliciter. Simpliciter autem dicitur, ꝙ nullo addito dicitur, vt Sortes est albus, vel Sortes currit. Secũdum quid autem dicitur quod aliquo addito dicitur, vt iste currit bene, vel Sortes est albus dente. Hoc autem quod additur dupliciter se habet ad id cui additur. Nam quandoque non diminuit de ratione eius, cui additur, & tunc potest procedi ab eo, quod est secundum quid, ad id, quod est simpliciter. Vt cum dicitur. Iste currit velociter, ergo currit. Velocitas enim nihil diminuit de ratione cursus, & est in prædicto argumento locus à parte in modo. Quandoque vero additum diminuit aliquid de ratione eius, cui additur, vt cum dicitur. Aethiops est albus dente. Nam hæc determinatio dente, deminuit aliquid de ratione eius, quod dicitur album. Non enim potest dici albus, nisi qui vel totus albus est, vel secundum plures, & principaliores partes. Et ideo, si concludatur est albus dente, ergo est albus, est locus sophisticus siue fallacia secundum quid & simpliciter. Fallacia ergo fm quid & simpliciter est deceptio proueniẽs ex eo ꝙ dictum secũdum quid sumitur, ac esset simpliciter dictum. Causa apparentiæ in hac fallacia est conuenientia eius, quod est secundum quid, ad id, quod dictum est simpliciter. Causa vero non existentiæ est diuersitas eorundem.

Quinque modi fallaciæ secundum quid & simpliciter exponuntur. Cap. 22.

SVnt autem quinque modi huius fallacię. Primus modus est, quando determinatio addita habet oppositionem ad id, cui additur, vt in hoc argumento, Cæsar est homo mortuus, ergo est homo. Non sequitur, quia esse mortuum habet oppositionem ad hominem, eo, ꝙ viuum est de ratione hominis, cum homo sit animal, & animal sit substantia animata sensibilis, & sic patet, ꝙ hæc determinatio mortuus, tollit hominis rationem. Similiter hic iste est bonus latro, ergo est bonus. Nam bonum per se simpliciter sumptum oppositionem habet ad latronem. Similiter est hic. Mendax verum dicit dicendo se dicere falsum, ergo dicit verum. Non sequitur, quia dicere verum opponitur ei quod est dicere falsum, & econuerso. Secundus modus prouenit ex eo ꝙ determinatio addita pertinet ad animæ actum, nam aliqui actus animæ possunt esse & circa existentia, & circa non existentia. Sicut hic, Chimera est animal opinabile ergo chimera est animal. Non sequitur. Nam opinabile additum animali diminuit de eius ratione. Simile est hoc, Cæsar est in memoria hominum, ergo Cęsar est. Et iterum, Tu habes fœlicitatem in voluntate tua, ergo habes fœlicitatem. Tertius modus prouenit ex eo, ꝙ aliqua determinatio addita significat esse in potentia, sicut hic. Ouum potentialitate est animal, ergo est animal. Non sequitur. Nam esse in potentia diminuit de ratione eius, quod est esse simpliciter. Quartus modus est, quando determinatio addita significat partem sicut hic Aethiops est albus dente, ergo est albus. Non sequitur, quia esse in parte diminuit de ratione eius quod est esse simpliciter. Sciendum tamen est ꝙ, si à parte consueuit, vel natum sit denominari totum non accidet fallacia in hoc processu, vt si dicatur. Iste est crispus secundum capillos, ergo est crispus, bene sequitur. Nam homo non denominatur crispus nisi secundum capillos. Et hic modus se extendit ad alias partes, scilicet loci vel tẽporis & aliorum totorum, sicut hic. Ista diæta est bona in locis ęgrotatiuis, ergo est bona. Non sequitur, quia quod dicitur in locis ęgrotatiuis significat partem in loco, & non totum. Similiter hic, Bibere vinum est malum ægrotanti, ergo est malum bibere vinum. Et eadem ratio est in omnibus similibus. Quintus modus est, quãdo determinatio addita cogit terminum, cui additur stare materialiter, sicut hic, Sapiens vult admittere malum, ergo vult malum. Nã admittere malum non dicit malum simpliciter, sed secundum quid. Similiter hic. Fur vult sumere bonum, quia pecuniam, ergo vult bonum, & eadem ratio est in similibus alijs. Sic ergo patet ex dictis, quòd hæc fallacia prouenit secundum rationem perfecti vel imperfecti. Nam determinatio diminuit ex eo quòd significat aliquid imperfecte.

De fallacia secundum ignorantiam elenchi. Cap. 23.

SEquitur de fallacia secundum ignorantiam elenchi. Est autem elenchus syllogismus contradictionis, qui quandoque est vnus syllogismus, quandoque duo. Vnus quidem est, quando concludit contradictoriam alicuius propositionis prius datæ, sicut si detur aliquod animal esse incorruptibile, & procedatur sic. Omne compositum ex contrarijs est corruptibile, omne animal est huiusmodi, ergo est corruptibile. Hæc enim conclusio cõtraria est prioris propositionis datæ. Duo enim syllogismi constituunt vnum elenchum, quando ex duobus syllogismis contradictoria concluduntur. Sicut si in syllogismo prædicto contraponatur alius talis syllogismus. Nullum beatum est corruptibile, aliquod animal est beatum, scilicet rationale, ergo aliquod animal non est corruptibile. Quia igitur de ratione elenchi est syllogismus simul & contradictio, quicquid est contra diffinitionem syllogismi, & contradictionis, est contra diffinitionem elenchi, & ideo, cum in qualibet fallacia defectus accidat per hoc, ꝙ aliquid omittitur de diffinitione syllogismi & contradictionis, ideo omnis fallacia reducitur ad ignorantiam elenchi, sicut ad generalem. Quia vero in diffinitione elenchi ponitur contradictio quasi differentia, quę constituit speciem, ideo specialiter omissio eorum, quæ ad contradictionem requiruntur ignorantiam elenchi constituit secundum ꝙ est fallacia specialis. Sed, quia fallacia esse non potest si apparentia desit, oportet ad hoc ꝙ sit fallacia, vt sit apparens contradictio, & cum hoc aliquid ad veritatem contradictionis desit. Apparens autem contradictio esse non potest nisi sit vnius & eiusdẽ. Vnde hoc obseruato ex defectu aliorum, quæ ad contradictionem requiruntur, hæc contingit fallacia. Est enim contradictio oppositio vnius & eiusdem non rei tantum, nec nominis tantum, sed rei, & nominis secundum idem & ad idem, & respectu eiusdẽ, similiter & in eodem tempore. Fallacia ergo secundum ignorãtiam elenchi est deceptio proueniens ex eo, quòd non

non obseruantur ea, quæ sunt necessaria ad diffinitionẽ elenchi, & præcipue ex parte contradictionis. Vnde & dicitur ignorantia elenchi, quia deceptio non accidit nisi per hoc ꝙ ignoratur diffinitio contradictionis. Causa vero apparentiæ in hac fallacia est similitudo diffinitionis deficientis ad contradictionem perfectam. Causa vero non existentiæ est diuersitas eorundem.

Quatuor modi fallaciæ secundum ignorantiam elenchi, exponuntur. Cap. 24.

MOdi huius fallaciæ sunt quatuor. Primus peccat cõtra hanc particulam ad idem, vt hic. Duo sunt duplum ad vnum, non sunt autem duplum ad tria, ergo duo sunt duplum & non duplum. Non sequitur, quia omissio huius quod est esse ad idem facit, ꝙ non est contradictio. Secundus modus peccat contra hãc particulam secundum idem, sicut hic. Hoc est duplum ad illud secundum longitudinem, & non est duplum ad idem secundum latitudinem, ergo est duplum & non duplum. Non sequitur, quia omittitur hæc particula secundum idem, quod requiritur ad contradictionem. Tertius peccat contra hanc particularem similiter, sicut hic. Cœlum mouetur circulariter, & nõ mouetur sursum & deorsum, ergo mouetuer & non mouetur. Non sequitur, quia omissio huius particulæ similiter tollit contradictionẽ. Quartus modus est contra hanc particulam, & in eodẽ tempore, sicut hic. Domus ista est clausa isto tempore, & non alio, ergo est clausa, & non clausa. Non sequitur, quia diuersitas temporis impedit contradictionem. Et sciendum est, ꝙ hæc fallacia communis est cum fallacia secundum quid & simpliciter in hoc, ꝙ in vtraque procedit ab eo, quod dicitur cum determinatione, ad id, quod dicitur simpliciter. Sed hæc est differentia, quia in fallacia secundum quid & simpliciter determinatio diminuit de ratione eius, quod est simpliciter, quod non de necessitate accidit in hac fallacia, sed hæ determinationes additæ diminuunt de ratione contradictionis. Bene enim sequitur, hoc est duplum ad illud secundum longitudinem, ergo est duplum ad illud. Non tamen sequitur ꝙ sit contradictio, sit ad diuersa referatur, patet etiam ex dictis, quòd hæc fallacia prouenit secundum generalem entium contradictionem, nam contradictio est omnis oppositionis principium.

De Fallacia petitionis principij & eius quinque modis. Cap. 25.

SEquitur de fallacia petitionis principijs. Principiũ autem hic dicitur principale propositum. Tunc igitur aliquis petit principium, cum petit sibi concedi principale propositum, quod debet probare. Quod quidem, si sub eodem nomine petat nulla fit fallacia, sed petens videbitur deridendus, sicut si velit probare, ꝙ homo currit, & petit eandem sibi concedi. Si vero petat, ꝙ vult probare sub alio nomine, vel vocabulo poterit esse fallacia, & tunc proprie petit illud, quod est in principio, ideſt illud, quod in se continet principale propositum. Fallacia ergo petitionis principij est deceptio proueniẽs ex eo, ꝙ idem assumitur ad probationem suiipsius sub alio vocabulo. Causa ergo apparentiæ in hac fallacia est diuersitas conclusionis à præmissis. Causa vero non existentiæ est identitas eorundem. Sunt autem quinque modi huius fallaciæ.

Primus modus est, quando diffinitum petitur ad probationem diffinitionis, vel econuerso, vt si debeat probari, ꝙ homo currit, & arguatur sic, Animal rationale & mortale currit, ergo homo currit, hic nulla est probatio, quia similiter dubitatur de præmissa & de conclusione.

Secundus modus est, quando vniuersale petitur ad probationem particularis, vt si debeat probari, ꝙ omnium cõtrarium est eadem disciplina, & assumatur ista. Omnium oppositorum est eadẽ disciplina, ergo & omnium contrariorum. Hic enim præmissa non est magis nota quàm conclusio.

Tertius est, quando petunt particularia ad probationem vniuersalis, vt si debeat probari, ꝙ omnium oppositorum alt eadem disciplina, & assumantur istæ. Omniũ contrariorum, omnium priuatiue oppositorum est eadem disciplina, & sic de alijs, ergo & omnium oppositorum. Hic etiam conclusio in præmissis petitur.

Quartus est, quando diuisim petitur quod debet probari coniunctim, vt si debeat probari ꝙ medicina est scientia sani & ægri, & sumatur ista, Medicina est scientia sani & medicina est scientia ægri, ergo est scientia sani & ægri, hic etiam petitur quod debet probari sub alijs verbis.

Quintus est, quando petitur vnum correlatiuorum ad probationem alterius, vt si debeat probari quòd Sortes sit pater Platonis, & sumatur sic, Plato est filius Sortis, ergo Sort. est pater Platonis, hic petitur quod debet probari sub alijs verbis. Et est sciendum, ꝙ hæc fallacia non peccat contra vim illatiuam argumenti, bene enim sequitur conclusio datis præmissis cum seruetur debita habitudo inferentis ad illatum, sed peccat contra probationem argumenti. Nam probatio debet esse per magis manifesta, quod hic non obseruatur. Vnde hic non accidit deceptio ex eo ꝙ conclusio infertur ex præmissis, cũ illationes prædictæ sint secundum locos dialecticos, sed accidit deceptio ex eo ꝙ petitur idem concedi, ac si esset diuersum. Vnde, si in præmissis modis arguendi sumantur præmissæ ex eo ꝙ sunt magis notæ & non quasi petitæ, non erit argumentum sophisticum, sed dialecticum. Patet etiam ex dictis, ꝙ hæc fallacia prouenit secundum idem & diuersum, prout non discernitur inter ea.

In quo consistit consequentis fallacia, & quonam ab accidentis fallacia distinguatur. Cap. 26.

SEquitur de fallacia consequentis. Consequens autem hic dicitur, quod ad antecedens sequitur in propositione conditionali, vt cum dicitur, Si Sort. est homo, Sort. est animal, Sortem esse animal est consequens. Sor. esse hominem est antecedens. Est ergo fallacia consequentis deceptio proueniens ex eo ꝙ consequens existimatur omnino esse idem antecedenti. Ex hoc enim contingit aliquem credere, ꝙ sicut consequens sequitur ad antecedens, ita econuerso antecedens ad consequens sequitur. Vnde patet ꝙ fallacia consequentis in duabus cõsistit consequentijs, quarum vna est vera, altera falsa. Sicut si dicatur, Si quis currit mouetur, sed Sort. mouetur, ergo Sort. currit. Hæc enim consequentia, quæ primo ponitur, est vera, sed ista, ad quam proceditur, est falsa, scilicet mouetur, ergo currit. Vbi vero ponitur tantum vna consequentia, non est fallacia consequentis. Vnde si sic dicatur, Sor. est animal, ergo est homo, non est fallacia consequentis ex mõ arguendi, sed magis fallacia accidentis.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam sicut fallacia consequentis prouenit ex eo quod cõsequens existimatur omnino esse idem antecedenti, ita fallacia accidentis prouenit ex eo, quod prædicatum existimatur omnino esse idem subiecto. Vnde & hæc fallacia denominatur à consequendo, illa vero ab accidendo, quod est inhærere, & inde est ꝙ quando proceditur arguendo solum ab aliqua cathegorica, per quam sequitur aliquid inesse, est fallacia accidentis, quando vero ab aliqua conditionali est fallacia consequentis. Et ideo Philosophus dicit, ꝙ fallacia accidentis est in vno, & fallacia consequentis est in pluribus. s. consequentijs. Ex hoc etiã patet quod cõsequens est aliquo modo pars accidentis. Nam omne quod sequitur aliquo modo accidit, nõ omne quod accidit sequitur, si homo est albus, licet hæc sit vera, homo est albus, & ideo vbicunq; est fallacia consequentis potest aliter ordinatis terminis fieri fallacia accidentis, sed non cõuertitur. Causa vero apparentiæ huius fallaciæ est conuenientia consequentis cũ antecedente, Causa vero non existentiæ est diuersitas eorundem.

De duobus modis Fallaciæ consequentis. Cap. 27.

SVnt autem duo modi huius fallaciæ. Primus prouenit ex consecutione magis cõmunis ad minus commune, siue magis commune sit genus, siue accidens, vt patet in his paralogismis. Si aliquid est asinus, est animal, sed tu es animal, ergo tu es asinus. Non sequitur. Non enim consequentia primo posita conuertitur. Similiter est hic, si aliquid est mel, est rubeũ, fel est rubeum, ergo fel est mel. Et iterum simile est hic, Si aliquis est fur errat de nocte, sed tu erras de nocte, ergo tu es fur. In his omnibus putatur consequentia conuerti, quæ non conuertitur. Vnde est fallacia consequentis. Si autem sumantur propositiones cathegoricæ in eisdem terminis est fallacia accidentis, sicut hic. Asinus est animal, tu es animal, ergo tu es asinus. Et iterum, Mel est rubeum, fel est rubeum, ergo fel est mel.

Secundus modus procedit à cõsequentia vnius oppositi ad similem consequentiam in alio opposito, vt si dicatur sic. Si aliquid est generatum habet principium, sed anima non est generata, quia ex nihilo creata, ergo non habet principium, sed semper fuit. Non sequitur, est. n. in oppositis duplex consequentia. Vna in ipso, & altera in contrario, in ipso quidem est consequentia, quando sicut ad antecedens sequitur consequens, ita ad oppositũ antecedentis sequitur oppositum consequentis, vt si est iustum, est bonum, ergo si est iniustum, est malum. Consequentia in contrario est, quando sicut ad antecedens sequitur consequens, ita ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis, vt si est homo, est animal, ergo si non est animal, nõ est homo. In oppositis autem secundum affirmationem & negationem non est consequentia in ipso, sed in contrario, & ideo, quando proceditur in huiusmodi oppositis ac si esset cõsequentia in ipso est fallacia cõsequentis sicut in prædicto exemplo patet. In his autem terminis est fallacia accidentis cathegoricis propositionibus sumptis, vt si dicatur, omne generatum est corruptibile, vel habet principium, anima non est generata, ergo non habet principium. Est aũt sciendum, quòd sicut primus modus peccat cõtra consequentiam procedendo à positione consequentis, ita secundus à destructione consequentis. Est autem contrario modo procedendum, s. à destructione cõsequentis, & à positione antecedentis. Patet etiam, quòd hæc fallacia prouenit secundum rationem prioris & posterioris.

De Fallacia secundum non causam, vt causam. Cap. 28.

SEquitur de fallacia secundũ non causam vt causam. Causa autem hic dicitur, ꝙ est inferendo causa, secundum ꝙ promissæ sunt causa cõclusionis. Est ergo fallacia secundum non causam vt causam, quando inter præmissas, ex quibus sequitur conclusio, ponitur aliqua propositio, quæ nihil ad conclusionẽ operatur, & sic non est causa, tamen ad hoc ꝙ fiat fallacia, oportet ꝙ videatur esse causa, quod fit per hoc, ꝙ conuenit cum alijs propositionibus, quę sunt causę interemptionis. Ex hoc autem, ꝙ propositio, quę non est causa, sumitur vt causa, non prouenit aliqua deceptio, nisi quando ex conclusione reditur ad præmissas, quod quidem fit in syllogismis ad impossibile, in quibus per hoc ꝙ conclusio est impossibilis, ostenditur aliqua præmissarum possibilis fuisse, & ideo hæc fallacia non habet fieri nisi in huiusmodi syllogismis. In syllogismis enim ostensiuis, in quibus directe aliquid concluditur ad nullum inconueniens potest reduci respondens, si sumatur aliqua propositio, quæ non est causa conclusionis, ac si esset causa. Est ergo causa apparentiæ in hac fallacia conuenientia propositionis, quæ non est causa cum illis, quæ sunt causæ. Causa vero non existentiæ est defectus habitudinis debitę inter propositionem inferentem & illatam, Formatur autem secundũ hanc fallaciam paralogismus hoc modo. Putas ne vita & anima sunt idem? quo dato ꝓcedatur sic, Anima & vita sunt idem, mors & vita sunt contraria, generatio & corruptio sunt contraria, sed mors est corruptio, ergo vita est generatio, ergo viuere est generari. Quod est impossibile. nam qui viuit non generatur, sed iam generatus est. Ergo primum fuit impossibile. s. quòd anima & vita sunt idem quæ accipiebatur in præmissis. Non sequitur, quia ista propositio, anima & vita sunt idem, nõ fuit causa conclusionis impossibilis. Quod ex hoc patet, quia ea remota, adhuc sequitur conclusio. Vnde per hoc, ꝙ conclusio est impossibilis, non potest ostendi quòd prędicta propositio sit impossibilis. Sed magis ꝙ ista sit impossibilis, ex qua sequitur, quæ est ista, mors, & vita sunt contraria. Ex huius enim falsitate sequitur falsitas in conclusione. Mors enim & vita nõ sunt contraria, sed opponuntur vt priuatio & habitus. Patet etiam, quòd hæc fallacia peccat contra rationem causæ & causati.

De fallacia secundum plures interro. vt vnam quid sic. Cap. 29.

SEquitur de fallacia secũdum plures interrogationes vt vnam. Est aũt idem secundum substantiam enunciatio interrogatio, propositio, & conclusio, sed dicitur enunciatio secũdum ꝙ significat aliquid simpliciter esse vel non esse. Interrogatio secundum ꝙ sub dubitatione proponitur. Propositio secundum ꝙ sumitur ad alterius probationem. Conclusio vero secundum quòd ex præmissis probatur. Et ideo sicut enunciatio est vna vel plures, ita interrogatio, propositio, & conclusio. Est autem vna interrogatio, in qua dicitur vnum de vno, vt homo est animal, vel homo est albus. Enunciatio vero plures quando dicuntur plura de vno ex quibus fit vnũ per accidens, vt Sortes est albus, & musicus, vel vnũ de pluribus,

ribus, vt Sortes & Plato sunt albi & musici. Sciendũ est autem, quòd, quando plura prædicantur de vno, ex quibus est vnum per se, est enunciatio vna, cum dicitur, homo est animal rõnale & mortale. Nam ex partibus diffinitionis fit vnum per se quod est natura speciei. Si autem prędicantur plura, ex quibus fit vnum per accidens, tunc est enunciatio plures, vt cũ dicitur. Sortes est homo albus, ex homine & albo fit vnum per accidens. Prouenit ergo ista fallacia ex hoc ꝙ ad interrogationẽ quę est plures, datur vna responsio, ex eo ꝙ sub vno modo interrogandi proponitur vt si dicatur, Putas ne Sor. & Plato currit? Ex eo. n. ꝙ semel interrogatur de duobus, videtur esse vna interrogatio, cum tũ sint plures. Causa ergo apparentię in hac fallacia est vnitas ex parte modi interrogandi. Causa vero nõ existẽtię est pluralitas interrogationis.

De duobus modis huius fallaciæ. Cap. 30.

MOdi vero huius fallaciæ sunt duo. Primus modus est quando interrogatio est plures, ex eo ꝙ vnum de pluribus in singulari prædicatur, vel econuerso, sicut hoc, Putas ne homo & asinus sunt animal rationale? Si dicatur non, procedatur sic, Homo & asinus non sunt animal rationale, ergo homo non est animal rationale. Deceptio hic prouenit, quia ad interrogationem præmissam cũ sint plures, non est danda vna responsio, vt dicatur simpliciter sic vel non, sed plures, vt dicatur, Homo est animal rationale, asinus est animal irrationale, vel non est animal rationale. Similiter est hic. putas ne tu es homo & asinus? Si dicatur non, concludatur sic, ergo tu non es homo. Si dicatur sic, ergo tu es asinus. Et iterum hoc, putas ne æthiops est homo albus? Si non, Dicatur, ergo non est homo. Si sic, ergo est albus. Secundus modus est, quando interrogatio est plures eo, quòd plura subijciuntur, vel prædicantur in plurali numero, sicut hoc, Putas ne mel, & fel sunt dulcia? Si non, concludatur, ergo mel non est dulce. Si sic, Cõcludatur, ergo fel est dulce. In omnibus enim his nõ est danda responsio vna. Patet ergo quòd hæc fallacia prouenit secundum vnum & multa. Et hæc de fallacijs dicta sufficiant.

FINIS.

SERIES CHARTARVM,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes sunt quaterniones, Tabula per se patet.



VENETIIS,
APVD HIERONYMVM SCOTVM.
M D L X X.



Biblioteca
Universidad de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca